sanctissima maiore ecclesia esse, diaconos autẽ masculos centum, & quadraginta fœminas, subdiaconos verò nonaginta, lectores autem centum & decem, cantores viginti quinque: ita vt sit omnis numerus reuerendissimo rum clericorum sanctissimæ maioris ecclesiæ in quadragintis viginti quinqꝫ: & supra centum existentibus iis, qui vocantur ostiarij. In sanctissima siquidem maiori ecclesia huius felicissimę nostræ ciuitatis tres venerabiles domos vnitas ei, tanta clericorum sit multitudo, nullo quidem horum qui nunc sunt excludendo, licet multo plurium sit numerus ab iis, qui à nobis nunc determinati sunt: nullo aũt de cætero adiiciendo in vnoquoqꝫ ordine in iis, qui nũc sunt, donec ad hunc numerũ mensura redigatur. Illud quoque [a] adiiciendum est, vt quod hactenus nõ decenter fiebat, nequaquã in republica geratur: id est, multos reuerẽdissimorũ clericorũ dedignari quidẽ in iis, quibus ordinati sunt sanctissimis ecclesiis, aut hic, aut in prouinciis deseruire: ad sanctissimã verò maiorẽ ecclesiã & venerabilẽ clerũ eius per patrociniũ quodlibet accedere: quod de cætero fieri ꝓhibemus. Nam si super venerabilibus monasteriis prohibemus ex alio monasterio ad aliud transmigrare, multò magis neqꝫ reuerẽdissimis clericis hoc permittamus lucri & negotiationis habere, huiusmodi horũ desideriũ iudicãtes. Si verò & aliquãdo talem quandã migrationem tua beatitudo, aut per tẽpora imperium fieri perspexerit: non aliter hoc agi, ante quã ad prędictum à nobis numerũ causa redigatur, vt migratio in officium deficientis fiat: & nõ supra numerũ aliquid omnino excedatur. Hoc enim nulla machinatione, neqꝫ ex aliquo modo fieri sinimus. & hæc quidem de sanctissima maiore ecclesia. In aliis aũt omnibus ecclesiis, quarũ expensas sanctissima maior ecclesia facit, sancimus, nunc quidẽ existentes manere, similiter eos etiam sub schemate: de cætero verò nullum ordinari ante, quã ad eum, qui vocatur statutus vniuscuiusque ecclesiæ quod antiquitus ordinatum est) ab ędificatoribus ecclesiarũ, presbyterorũ, diaconorũ masculorũ atqꝫ fœminarũ, & subdiaconorũ atqꝫ lectorũ necnõ cãtorum & ostiariorũ numerus redigatᷣ, & nullus in medio penitus adiiciatur. Nosqꝫ ipsi cauemus tale aliqd agere, & ordinãdos abbreuiam⁹: nullusqꝫ nostrorũ iudicũ tale aliqd agat, nostrã formidãs legẽ: & licẽtia sit beatissimo archiepiscopo, & patriarchæ huius regię ciuitatis ordinationi cõtradicere [b], licet iussio de palatio veniat. Nã & q̃ pręcipit, & cui pręcipitᷣ, sub ecclesiastica multa erũt, si tale aliquid egerint. Sed neqꝫ in aliis ecclesiis, quæcũqꝫ emolumentũ & expẽsas habent à sanctissima maiore ecclesia, incõpetẽs est multitudinẽ inire ordinãdorũ eius, neqꝫ trãscendere de cætero cõstituta à principio etiã sup illis mensurã: ne forsan omnes etiã qui eos cõsequũtur, in multitudinẽ incidẽtes immensam, & accedẽtes sibimet piè agẽtibus quęstus diuidẽtes, & exinde vsqꝫ ad mẽsuram eorũ nõ sufficiẽtes in maximã angustiam incidãt. Si verò vltra mensurã definitã sanctissimæ maioris ecclesię, siue alterarũ ecclesiarũ ordineṫ, q̃ per tẽpora fuerit sanctissimæ maioris ecclesiæ sanctissimus episcopus, & venerabiles eiusdẽ ecclesię œconomi erogationẽ ecclesiasticis prębuerint quæstibus: ipsi quoque de sua & propria facultate præbeant expensam: & qui hæc expendere eos permiserit beatissimus patriarcha. Sciãt enim, q̃a si quid tale egerint, licẽtiam damus & sanctissimis patriarchis, qui post tale aliqd agẽtes fuerint, & posterioribus œconomis, & omnibus reliquis reuerendissimis clericis talia perscrutari, & facta prohibere, & indicare imperio: vt illud cognoscens præcipiat ex substantia hæc agentiũ œconomorũ: aut etiam permittentis archiepiscopi hoc sarciri sanctissimæ ecclesiæ. Quapropter, ne rursus fortè fiat talis aliqua rei cõfusio atque tumultus, causa ad mẽsurã à principio constitutam redacta, tunc ordinare liceat: in tantum vt nõ transcẽdatur definita mẽsura, neqꝫ numerus trãseatur, aut fiat quædam circa hoc caliditas. Non enim † illud patimur omnino fieri, vt dicatur: quia licẽtia erit ordinare quidẽ, non tamẽ emolumẽta prębere. Hoc enim est rursus ad cõfusionem efficientiũ, & immensam adiectionem secũda collegia cõstituentiũ: deinde etiam plurimas habebit causas circunuentionis, vt alias sibimet vias auaritiæ inueniant, & pro alimentorum expensis.

† Cõcor. cum hoc text. gloss. quarta in c. cum M. extra, de constitu.

DE FIDEIVSSORIBVS, &c.

Et hoc igitur agi penitus etiam ſub mulcta, quę vocatur eccleſiaſtica, prohibemus: maximā vtilitatē hanc eſſe putātes, vt ſanctiſsima maior eccleſia, neq; debitis ſubiiciatur, neq; anguſtietur perpetuo ædificio, ſed ſemper abūdet. Sicut enim de his expenſam determinauimus, ita cōgruet pro tempore ſanctiſsimū patriarchā & reuerēdiſsimos œconomos conſiderare, vt aliæ expenſæ, quæ fiunt ex eccleſiaſticis quæſtibus circa pios erogentur actus, & Deo placētes: & illis hæc miniſtrētur, qui pro veritate egent, & non habent aliunde alimentorum occaſionem. Hoc enim dominum Deū placat: & nō in patrociniis & ſtudiis hominū eccleſiaſticas expenſas hominibus locupletibus diſtribuāt: & ideo inopes neceſſaria nō mereātur. Sciant autē Deo amabiles œconomi, & qui nunc, & per tēpora futuri ſunt: quia ſi quid præter hæc egerint: & diuinis ſuppliciis ſubiacebūt & ex ſua ſubſtantia indemnitatē ſanctiſsimę procurabunt eccleſię. Beatitudinē igit tuā, quæ ab initio et ex infantili penè ætate in ſacro omni ordine & ſchemate ſanctiſsimā ordinauit eccleſiā, ex ſacrato vtiq; genere deſcēdentis, hæc cuſtodire continuè ſancimus: ſcientem quia non minor nobis cura eſt horum, quæ ſanctiſſimis eccleſiis proſunt, quàm ipſius animæ.

TITVLVS IIII.

DE FIDEIVSSORIBVS, ET MANDATORIBVS, & ſponſoribus, & ſolutionibus †.

Reo abſente primò fideiuſſor eſt conueniendus, dilatione ſibi ſtatuta ad reum repræſentandum, lege antiqua non obſtante. Bartolus.

Imperator Iuſtinian. A. Ioan. glorioſiſſ. ſacrorum prætorio præfecto.

Legem antiquam [a] poſitam quidem olim [b], vſu verò (neſcimus quemadmodū) non approbatā [c], † per cauſas autem ſemper exquiſitas [d], atque neceſſarias apparentem [e] rurſus aduocare †, & ad rempublicā reducere, bene ſe habere putauimus, non ſimpliciter eam, ſicut iacebat, ponentes (erat enim [f] quædā eius [g] pars omnino nō diſcreta [h]) ſed cum cōpetenti & deo placito diſtribuentes augmento [i]. Si quis † igitur [k] crediderit [l] & fideiuſſorē [m], aut mandatorem, aut † ſponſorem acceperit: is nō primùm aduerſus mandatorem, aut fideiuſſorem, aut ſponſorem accedat [n]: neque negligens, debitoris interceſſoribus moleſtus

a Legem antiquā. quam habemus. C. de fideiuſſo. l. nō recte, quæ hic corrigitur: & noua ei adiicit: & pro parte ſeruatur, vt quidā dicūt, qđ nihil eſt. ſed dic, φ erat quędā lex, quæ duo dicebat. Primū: vt præſente vtroque, reus primo ſit cōueniēdus: & ī hoc bene: vt j. eod. §. antiqua ſi quidē. Secūdum quod. l. abſenti reo nō dabat ſpatiū fideiuſſori ad producendū reū, & ī hoc male dicebat: vt. j. eo. §. ſi vero fideiuſſor. Ibi, nō em̄, &c. Et fuit hęc lex antiquior, quam illa. C. eo. l. nō recte. vel quam aliæ, quæ tractant de eadem materia, vt patet infra, proxi.

b Olim. ſcilicet, ſancimus, & accipitur ex ſequenti verbo neſcimus. ſic. ff. de tu. & rat. diſt. l. j. §. nunc tractemus.

c Non approbatam. i. reprobatam per cōſuetudinē ei contrariam: vt ff. de legi. & ſenatuſ. l. de quibus. §. fi. & j. de quæſto. §. ſi vero. col. vj.

d Exquiſitas. i. plerunq; in iudiciis neceſſario examinatas. nam hodie pleræq; cauſæ ſunt de ſimili materia.

e Apparentem. ſ. fore vtilem. vel dic apparet. i. ad memoriā reducit, & deplorat. vt facit vxor de marito bono mortuo, cū minus bono ſit cō iuncta.

f Erat enim. interpoſitio eſt.

g Eius. ſ. antiquę legis.

h Non diſcreta. vt ſ. eo. in princip. diximus.

i Augmēto. nam cum duo tātum capitula in ea cōtinebātur, in hac cōſtitutiōe infinita ſunt: vt j. e. p totum.

k Si quis igitur. quia legem antiquam volumus reformare: igitur, &c.

l Crediderit. ſ. mutuādo aurū: vt ſequit. Sed quid ſi in alio cōſtat mutuum, quā quod pondere, numero, mēſura cōſiſtat: vt ff. ſi cer. pe. l. ij. Vel quid ſi alius contractus ſit, vbi poſsit fideiuſſor accedere: vt ff. eod. l. ſi? Rñ. ſemper locū habet, quod hic dicitur: vt j. e. §. non ſolum. & §. abſolute. & §. ſimiliter & ff. ſi cer. pe. l. j.

m Fideiuſſorē. No. differētiā inter iſtos. nā fideiuſſor & ante obligationē & poſt accipi pōt: vt inſti. eo. §. ij. Mandator tantum ante, niſi in caſu: vt ff. man. l. ſi vero nō re. §. ſi poſt. & §. plane. & §. cū quis. Sponſor qui ſpōte ſine rogamine p alio intercedit: quia & ipſe habet actionē mādati: vt ff. mād. l. p te. alias eſt. l. qui patitur. licet M. dicat ſponſorē pro conſtituente ſe debere poſitū eſſe: & in his tribus locū habet hæc cōſtitutio. Idē dico de cōſtituēte, q tantū poſt obligationē accipit: vt ff. de cōſti. pe. l. j. ad inſtar fideiuſſoris: vt C. de cōſtit. pe. l. fi. Quid in expromiſſore, qui. ſ. promittit alio nō obligato, pro quo obligatur, vel etiā nūc liberāte eum: vt ff. de do. l. & elegāter. §. ſeruus pactiōis? Rñ. nō habet locū hæc cōſtitutio: cū nō poſsit dici contra eū cōtra quē agere nō pōt eſſe negligēs: vt C. de an. excep. l. j. §. fi. Item qđ ſi principalit ſe cōſtituit debitorē: vt ſit tota die? Rñ. refert an nouet alteri9 obligatio, φ fieret ſecūdū vetera iura, ſemp mutata pſona: vt ff. de ac. & obli. l. obligationum fere. §. fi. & inſti. quib. mo. tol. obl. §. præterea. hodie hoc expſſo, nō alias: vt C. de noua. l. fi. & tunc non habet locū hæc cōſtitutio ratione dicta in ſuperiori qſtione. an vero nō fiat: & tūc locū habet, cū eadē ſit ratio huius & fideiuſſoris: vt ff. de verb. obli. l. à Titio. in fi. & ff. ad leg. Aqui. l. illud. Itē ægtatis ſum9 amatores: vt ſ. tit. ij §. fi. & C. de cōſtit. pe. l. fi. hęc gl. locū habet, quādo vnus poſt alium obligatur.

n Accedat. hic corrigitur φ eſt in C. e. l. nō recte. & l. mater. & l. ſi aliena. quæ omnes leges dicūt idē. Vltimo quęre hic qđ dixi. j. de duob. re. col. vij. §. j. Item nunq

† Hanc Titulum ſic vertit Haloā. Vt creditores primū aggrediātur principales debitores: mox illis ſoluendo nō exiſtētib9, ſecūdo loco mandatores etiā: aut cōſtitutę pecuniæ reos, aut fideiuſſores.

† Haloā. & tamen ob quotidianas rerum controuerſias illi neceſſariam apparentem &c.

† Alias reuocare.

† Iſte. §. ponitur pro authē. ſup. l. nō recte. C. de fideiuſ. & mā. & incipit, præſente tñ vtroq; & concor. cū hoc. §. j. in gloſ. j. extra. eo. titul.

† Quem hic ſpōſorem vocat Haloand. vertit, pecuniæ conſtitutę reū

sit [a] : sed veniat [b] primū ad eum qui aurū accepit, debitumq́ contraxit: & si quid inde receperit [c], ab aliis abstineat. † Quid enim ei [d] in extraneis [e] erit à debitore cōpleto [f]? Si vero non valuerit [g] à debitore recipere, aut in partem, aut in totum: secundum quod ab eo non potuerit recipere, secundum hoc ad fideiussorem, aut sponsorē, aut mandatorem veniat: & ab illo, quod reliquū est, sumat [h]. & si quidem præsentes [i] ei [k] consistant ambo, & principalis †, & intercessor, & fideiussor, & mandator, & spōsor, hoc omni seruetur [l] modo. Si verò intercessor, aut fideiussor, aut mandator, aut qui sponsioni se subiecerit, adsit: principalem verò abesse [m] contigerit: acerbum [n] est creditorē mittere alicubi [o]: cùm possit mox intercessorem, aut fideiussorem, aut mādatorem, aut sponsorem exigere. Sed & hoc quidem curandum est à nobis possibili modo. Nō enim erat quoddam hic [p] antiquæ legi [q] datum pro sanatione remediū: cū vtiq; Papinianus maximus fuerit, qui hoc primitus introduxit [r]. † Probet igitur [s] intercessorem, aut sponsorē, aut mandatorē, & causæ præsidens iudex det tempus [t] intercessori (idem est dicere, sponsori, & mādatori) volēti principalem deducere: quatenus ille prius [v] sustineat conuentionem, & sic ipse in vltimum subsidium reseruetur: sitq́ solatio intercessori, aut sponsori, & mandatori in hoc [x] quoque iudex. fideiussoribus enim & talibus [y] prodesse sancitum est: vt illo [z] deducto [a] interim conuentione liberētur [b] qui pro eo in molestia fuerūt. Si verò tempus in hoc indultum excesserit (conuenit [c] nanque etiam tempus definire iudicantem) tunc fideiussor, aut mandator, aut sponsor exequatur litem, & debitum exigatur contra eum [d], pro quo fideiussit, aut pro quo mandatum scripsit, aut sponsionem suscepit, à creditoribus actionibus sibi cessis.

Hypothecaria actio contra extraneos pignorum possessores intentari non debet, nisi prius reorum & fideiussorum omnibus facultatibus excussis, his obtinentibus & in omnibus creditoribus & successoribus. Bart.

Sed neque ad res debitorum [e], quæ ab aliis de-

---

nunquid huius legis beneficio renunciari potest? Rñ. sic: vt C. de pact. l. si quis in conscribendo. arg. cōtra. j. de duo. re. §. j.

a Molestus sit. petendo ab eis, vt soluatur. Accur.

b Veniat. scilicet, creditor.

c Receperit. quod sibi debetur.

d Quid enim ei. s. creditori.

e Extraneis. i. fideiussoribus.

f Completo. i. satisfacto. q. d. nihil. Accur.

g Valuerit. scilicet, creditor.

h Sumat. Quid si pign⁹ habeat à debitore? Videtur, q̄ primo debeat illud vendere: vt hic colligit. sed q̄a graue est etiā pignus vēdi ꝓpter subhastationes, quæ fiūt: vt C. de iure do. impe. l. fi. dico contra: vt ff. eo. l. inter eos. §. creditor. Nec dico eam correctā, licet dicāt quidam. s. per istā: cum leges veteres in quātum possumus tolerare debeamus: vt j. q b. mod. nat. effi. sui. §. tribus. col. vij.

i Præsentes. præsens respectu absentis multis modis dicit. Primo quādo se inuicem audire possunt: vt in stipulationibus accipit: vt ff. de verbo. obl. l. j. j. rñ. & insti. de inuti. stipu. §. itē verborū. Secundo quando quis est in eadē prouincia: vt cum de præscri. inter præsentes agit: vt C. de præscript. long. tem. l. fi. Tertio, cum est in iudicio, vt in ꝓductiōe testiū, quę debet fieri, præsente altera parte: vt C. de testi. l. si qn̄. & j. de testi. §. penult. col. vij. Quarto, si est domi, cuius nomine volo nunciare opus nouū: vt ff. de dam. infe. l. iiij. §. abesse. & ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Quinto, vt si est in ortis etiā cū tractamus de procuratore constituēdo: vt ff. de proc. l. præsens. & l. & qui sexto modo accipio hic, si est etiam in eodem territorio, vt facile possit citari: vt arg. ff. de iurisdic. om. iudic. l. vlti. licet quidam dicāt eum in iudicio debere esse præsentem: vt j. de testi. §. penult.

k Ei. s. creditori. Accur.

l Seruetur. vt prius conueniatur principalis, quàm accessorius.

m Abesse. quod dic, vt modo diximus.

n Acerbum. durum & crudele. Al.

o Alicubi. extra territorium ius dicentis, vel forte etiam intra, dummodo extra iudicium. quod dic vt s. §. j. diximus.

p Hic. id est, in isto casu.

q Antiquæ legi. i. ab antiqua lege, cuius mentionē habuimus. s. eod. in princip.

r Introduxit. in simili casu, vt dilatione reo data absenti & fideiussori: licet præsenti dari debeat: vt ff. eo. l. si testamento. §. fi.

s Probet igitur. vulgariter dicit. quasi dicat experiatur, an possit repręsentare reū, vel nō.

t Det tempus. s. sex mēsiū, secundū quosdā: vt C. eo. l. sancimus. vel melius pro arbitrio iudicis: vt ff. de iure deli. l. j. in fine. q̄d erit in xx. miliaribus diurnis: vt ff. si quis cau. l. j. vel erit arbitriū secundum cōtinentiam prouinciarū: vt j. vt omnes obed. iu. §. si vero alter. col. v. & C. de dila. l. j.

v Prius. hoc dicit Azo verum, q̄n negat fideiussisse, q̄d nihil est: imo etiā cum constet: vt hic, & j. de duo. re. in princ. col. vij.

x Hoc. i. in dilatione, quā eis dat ad repræsentandū reum.

y Talibus. s. mādatoribus & sponsoribus & similibus: vt s. eo. §. j.

z Vt illo. scilicet principali.

a Deducto. s. ad iudicium.

b Liberentur. fideiussores.

c Conuenit. interpositio est.

d Contra eum. s. reum principalem, pro quo, &c. & hoc dico actionibus cessis. Nam fideiussores ipsi exigent, dummodo & ipsi prius soluant: vt ff. de sol. l. Stichum. §. penult. vel contra eum, fideiussorem, scilicet, debitum. dico ab eo, pro quo, &c. & hoc dico actionibus cessis. & sic sunt ablatiui absoluti. Et est facienda cessio ante solutionē: vel tunc, vel parū postea vel multum postea: hoc tamen acto tunc in solutione, vt postea fiat: vt ff. de solu. l. Modestinus.

e Debitorum. id est, ad res quæ fuerunt quondā debitoris: nunc autem alienatæ sunt. vnde transit dominium, licet cum sua causa: vt ff. de acqu. rer. domi. l. traditio.

---

† Hal. oā. Quid enim cū extraneis habere pōt negotij, cui iam à contrahente ipso satisfactum est.

† alias, & principalis & fideiussor, hoc omni &c.

Quis dicatur præsens.

† Concor. Cle. dudū. in glo. super verbo præsentari. vbi etiā per domi. Cardi. de sepulturis.

† Hal. postulet igitur in iudicio fideiussorem &c.

Cessio quando sit fideiussori facienda.

ditio.& ff. de contrahen.empt.l.alienatio. Sed quid si deposuit, vel cõmodauit? Rñ. apud eumdem videtur esse: vt ff.commo.l.rei.& ff.deposi.l.licet.& de verbo. significa.l.penes.

alienauerũt: vt hic. In tertio dic, qđ primo ad res debitorũ agif: vt hic licet olim semper esset in electione creditoris tã in primo: vt C.eo.l.nõ recte.quàm in secũdo vel tertio casu: vt C.de pig.l.persecutione. Azo.

a Veniat prius.s.creditor ꝑ hypothecariã actionẽ.

b Personalibus. s.actiõibus Sec cõtra j.de lit. §. ad hoc. B.& Alex.dicũt hoc corrigi. Ir. dicit ꝙ ibi debitor idemq; vẽditor tenebat adhuc. Alij dicũt, ꝙ ibi habebat causam à debitore, cõtra quẽ dicunt agi posse etiã prius. sed Io. cõtra: quia dolus actoris nõ nocet emptori: vt ff.de do.except. l.apud Celsum.§.si cũ legitima. Alij dicunt, quod illud locũ habet excussis pri⁹ bonis debitoris: vt hic. Vel melius illud in expresso: hoc in tacito pignore, vt hic, cum hoc etiã iure veteri erat: vt ff.de iure fisci.l.moschis. vel dic aliť, secũdũ Azo.& Io. vt in summa de pig.§.dam⁹.

c Sive. sunt duæ partes: ve pro &.q.d.& si, pro quãuis, &c. sic j. de duo. reis.§.j.col.vij.

d Res. ab eis, vel ab alio possessas.

e Idem est. quod in intecessoribus est dictum.

f Habuerit. creditor.

g Homines. similes supradictis: vt constitutores.

h Ipsi scilicet, creditores.

i Obligatos. ex cõstituta pecunia.

k Hypothecariis. quid si reali, puta hypothecaria tenetur fideiussor, cum personali sit ꝑscriptũ? Rñd. idẽ quod hic dicif. vnde distingue: quia prælatio fit personalium actionum ad personales. Itẽ personalium ad reales. Itẽ realiũ ad reales. De primo dic qualiter reus prius quã fideiussor cõueniatur: vt § j.s. eo. In secũdo dic, quod personales realibus præferũtur: vt hic, nisi in casu quãdo idẽ debitor tenet res: vt infra, proxi. non ita in fideiussore conuento personali. Nã licet teneat res, nõ põt creditor eligere: cum prius oporteat eũ redire ad res debitorũ, quas ipsi tenẽt vel

† Haloã. rectius vertit, experiatur.

† Haloã. idem dicere licebit, & si oẽs hi aliquos sibi obligatos habẽt, quive hypothecariis actionibus teneri queunt.

† Haloã. commodius vertit: nempe sic, Certe cõtra principalẽ debitorem, & res quas penes se habere dignoscitur omnem illi facultatẽ damus, &c.

† Haloã. vertit, deinde fideiussorem obiectionem accipiat.

tinentur veniat prius [a], ante quã † transeat viam super personalibus [b], cõtra mãdatores & fideiussores, & sponsores: sicq; ad res veniens principalis debitoris, sive [c] ab alio detineantur, & detinẽtes eas cõueniens, si neque inde habuerit satisfactionem: tũc veniat aduersus res [d] fideiussorũ, & mãdatorum, & sponsorũ: † idẽ est [e] dicere, vel si quosdã habuerit [f] homines [g] ipsi [h] sibimet obligatos [i], & qui hypothecariis [k] actionibus sibi contineri possint. Contra † principales tamen existentes apud eos res, siue personalibus, siue hypothecariis, mox siue ambabus vti voluerit, omnẽ ei damus licentiam, quæ dudũ à nobis data est [l], & viam & ordinẽ in aliis ꝑsonis casibusq; sancitã. Et nõ solũ hoc in creditoribus [m] dicimus: sed etiam si quis emerit aliquid ab aliquo, † deinde acceperit eum, quem vocant cõfirmatorem [n] & moueatur in aliquo venditionis conuentio [o] contra venditorem facta: nõ aduersus confirmatorẽ mox emptor accedat, neq; tenentẽ [p] aliquid rerũ venditoris, sed aduersus venditorẽ prius, & sic ad confirmatorem, & tertio loco cõtra detentorem: eadem etiam hic [q] existente diuisione super præsentibus & absentibus, quã [r] dudum in fideiussoribus & mandatoribus & spõsoribus ac creditoribus causa debitorũ sanciuimus [s]: similiter obtinente etiã in aliis [t] contractibus [v] in quibus fideiussores aliqui, aut mãdatores, aut spõsores accipiuntur: & in ipsis principalibus ex vtroq; [x], & in hæredibus eorũ, & successoribus, antiqua siquidem lex hæc valeat rursus [y], & cùm huiusmodi iustitia atq; diuisione nostros subiectos foueat.

Creditor, qui à debitore debitum recipere non valet, compellitur in solutum res eius immobiles meliores recipere, subtili earũ æstimatione facta, sufficienti pro euictione præstita cautela, quàm debitori possibile est præstare emptore nullo apparente, argentariorum sponsionibus in suo statu manentibus. Bart.

† Quod autem [z] de cætero humanis auxiliatur curis [a]: licet quibusdam creditoribus non fortè sit gratũ, à nobis tamẽ propter clementiam sancitur. Si quis enim mutuauerit aurum, debitoris substantiæ credens: at ille ad restitutionem auri nõ sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat: verum creditor † ardeat [b], aurum omnimodo quærens: illi verò nõ sit facile, neq; vlla mobilis [c] substã

l Data est. vt C.de act.& obli.l.fi. quæ lex hic corrigif: nisi in hoc casu: vt s. distinximus modo.

m Et non solum hoc in creditoribus. stricte pro mutuatoribus. sic C. de probat.l.j. alias large: vt ff.si certũ peta.l.j.

n Cõfirmatorẽ. Not. eundẽ dici fideiussorẽ, cum cuilibet cõtractui accedere possit: vt ff. e.l.j. idẽ & cõfirmator: quia venditionẽ siue cõtractũ cõfirmat: vt insti. eo. in prin.& de repli.§.fi. idẽ actor seru⁹ dicitur: vt ff.de euictio.l.illud.

o Conuentio. i. agatur ex aliquo pacto in venditione apposito in præiudicium venditoris, quod venditor non seruat.

p Tenentẽ. repete aduersus. Azo.

q Eadem etiã hic. i. in dicto casu venditionis.

r Quam. scilicet, diuisionem.

s Sanciuimus. s. eo.§.j.& ij.

t In aliis. à mutuo & venditione.

v Contractibus. vel quasi: vt instit. de obl. ex quasi cõtrac. in princ. & de act.§.j. Azo.

x Ex vtroque. s. latere, id est, creditorũ & debitorũ. & ex hoc corpore colligitur quoddã membrũ illius authentic. quam habemus. C. de fideiuss.l.præsente, &c. ibi, absque.

y Rursus. repete valeat.

z Quod autem. nũc de secũda parte tituli.

† Haloã. Quod autem conse quitur, & humanio re quadã curatione medetur.

† Haloã. rectius vertit vrgeat.

a Curis. scilicet, debitoris.

b Ardeat. i. ardenter cupiat. sicut & illud, Coridon ardebat Alexim. i. ardenter amabat.

c Mobilis. tunc enĩ forsan æstimationẽ auri præstãdo in rebus mobilibus, quæ in regione illa frequẽtabaf, liberatur: vt C.de do.l.si quis argentũ. in prin. & maxime si ex ea re creditor damnũ nõ patiatur: vt ff. de sol

de sol.l. Paulus.secundum Al. Vel melius dic, ꝙ si haberet mobilem substantiam, verisimile est, ꝙ cito venderet: & sic solueret: vt ff. de acq. pos. l. si rē mobilem.

a Substantia. repete sit.

b Damus. id est, concedimus. sic insti. de liberti. §. fi.

cũq; pecunia cõsistat mutuũ, cũ possibile sit ex omni pecunia fieri. i. cõparari aurũ: vt C. de cõ. pe. l. ij. Azo. Solui aliud pro alio inuito potest.

i Coactũ. Not. ꝙ aliud pro alio soluitur inuito. sic C. de do. l. quis argentum. in prin. & ff de leg. j. l. si do. & ff de re iud. l. miles. & j. de ali. & emphyteut. §. si verò. secũdũ prædictũ. & ff de rei ven. l. qui restituere. regulariter aũt cõtra ff. si cert. pet. l. ij. §. mutui datio. & inst. quib. mod. tol. obl. §. j. Azo.

tia [a]: damus [b] creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro. Sed si nec [c] quispiam emptor immobiliũ eius rerum adsit, creditore frequenter etiam diuulgante, quoniam subiacent [d] debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem: tunc in hac quidem felicissima ciuitate gloriosissimę nostræ reipublicæ iudices secundum vnicuiq; cõcessam à lege & à nobis iurisdictionẽ: in prouinciis autem gentiũ præsides præparent subtili æstimatione facta rerum debitoris dari [e] secundum quantitatem debiti possessionẽ immobilem creditoribus cum tali cautela [f], cũ qua debitor dare possit [g]. Rerum verò datio sit huiusmodi: quæcunq; quidem meliora sunt, dentur creditori [h]: quæ verò deteriora, apud debitorem post debiti solutionẽ manere sinãtur. Etenim non erit iustũ, dãtem quidem aurũ, recipere autem aurum nõ valentem, sed coactum [i] suscipere possessionẽ immobilẽ [k], vel [l] non meliora rerum debitoris percipere: & per hoc habere consolationẽ. quia si aurum non recipit, aut aliquid rerũ, quæ portari possunt: tamẽ licet ei possessionem nõ inutilem habere. sed hoc quidẽ fit clementia quadam clara legis. Agnoscãt autem creditores, quia etsi hãc non scripsissem legem, necessitatis tamen ratio ad hanc causam perduceret [m]. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec vllus emptor sit: nihil aliud facturus erat, quàm propriis bonis cedere [n]: & rursus res ad creditorẽ meritò venirent, aurum percipere non valentem. Quamobrem quod cum iniuria & effectu acerbo [o] perduceret creditorem & debitorẽ: hoc nos clementer simul & legaliter decidentes: & infelicibus debitoribus auxiliamur [p], & acerbi creditoribus non apparebimus, † dari causam eis deputantes, ad quã si permanerent inobedientes, tamen modis omnibus aduenirent [q]. Si itaq; creditor paratus est præparare quendã emptorẽ, necessitatem habere debitorem hoc agere [r], præbentem huiusmodi cautionẽ arbitrio iudicantis [s], qualem omnimodo est dare possibile. vndique enim ita creditoribus prouidendũ est, vt non debitores grauẽtur. Et absolutè [t] creditorẽ ponimus, antiquas sequẽtes [v] leges [x], omnem qui actionẽ habere cõtra aliquem põt, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidã contractus consistat: argentariorũ [y] quippe sponsionibus propter

c Sed si nec. istud nec, duo importat s. & nõ. q. d. creditor nõ vult accipere: & in hoc aduersatur hęc dictio sed ad superiorem casum. Itẽ & aliũ nõ permittit, scilicet emere hoc diuulgãte: vt subiicit &c.

d Subiacẽt. id est bõa debitoris: vel rem illã, quã vendere vult, dicit obligatam sibi vel alij.

e Dari. in solutũ.

f Cautela. scilicet pro euictione.

g Dare possit. s. pignori: quod tutius est: vt instit. de ob. quæ ex delic. §. furti. vel si hoc nõ põt fideiussor dabitur. s. alias pro euictione nõ detur [1]: nisi immineat euictio in limine contractus: vt C. de euict. l. si post. & ff. de euict. l. illud. vel si hoc nõ potest, iuratoriã faciat cautionem: vt insti. de satisd. §. sed hodie. & j. de nupt. §. qd' verò sequitur. Sed nũquid hodie semper dabitur fideiussor à quolibet venditore ꝓ euictione si dari potest? quidã dicũt ꝙ sic. per l. istam. & quod dicitur. ff. de euict. l. illud. dicũt esse correctum. Sed dic, ꝙ hic casus est specialis: & in aliis erit hæc specialitas. sic & alias cum imminet euictio in limine cõtractus; sicut nũc diximus: vt ff. de peric. & cõmo. rei ven. l. pen. §. fi. & C. de euict. l. si post. Itẽ alias vbi est ex cõsuetudine vt ff. de eui. l. si fundus. Accur.

[1] Concor. ca. per vestras. extra de donat. inter virum & vxorem.

Fideius. ꝓ euictione an semper detur.

h Dentur creditori. de ali. & emphy. §. qd' autẽ præbetur. col. ix. contra. sed illud fauore loci venerabilis: vel quia hoc erat pretiosius metallũ: vt j. de consul. §. itaq;. ibi, argẽtũ verò &c. col. iiij. Ideo melior res debitoris reddatur. ar. ff. mã. l. si verò nõ remunerãdi. §. item Papinia. Sed prima verior est. nã idẽ credo, si in quacũq; pecunia ...

k Immobilẽ. scilicet in solutum.

l Vel pro etiam. Accur.

m Perduceret. scilicet eos.

n Cedere nec cũ in carcere detruderetur, ex quo cedit bonis suis: vt C. q bo. ced. poss. l. j nisi dolosè dissipauit: vt ff. q in frau. cre. l. fi. §. fina.

o Acerbo. cũ cessione bonorũ terribili. Accur.

p Auxiliamur. dũ aliud pro alio patimur solui. Ac.

q Aduenirent. s. creditores: quia bonis suis cederent debitores. Acc.

r Hoc agere. hoc est vẽdere. & sic nota quẽ inuitũ rem suã vẽdere. sic inst. de iis q sunt sui vel alie. iur. §. fi. & C. de ser. cõmuni ma. l. j. & ff. de relig. & sumpt. fu. l. si qs. & ff. cõmuni di. l. cõmuni diuidũdo. §. fin. & ff de iure do. l. cũ in fundo. §. pe. & C. de fideicõ. li. l. si rem donatam. secundũ Al. regulariter contra: vt C. de iure delib. l. nec emere.

s Iudicãtis. quod dic vt s. §. quod autem dicimus.

t Et absolutè. hic §. communis est ad totũ hũc titulũ. sic & alias: vt insti. de iure natu §. fina. & inst. de seruili cog. §. pen. & §. fin.

† Halo. in illis iniungentes ad quod, si pergant minus dicto audientes esse omnino ipsi deuenturi sint.

Vendere cogitur quis rem suam.

v Sequentes. nos. s. Acc.

x Leges. vt ff. si cert. pet. l. j. & de verb. sign. l. creditores. & l. si cui. Acc.

y Argẽtariorũ. argẽtarius est q ꝓponebatur authoritate publica ꝓ argẽto dando & recipiẽdo: ad cuius fidẽ velut ad fidẽ tabelliõis recurrit. Idẽ in nũmulariis q alienam

alienam pecuniam sic tenebāt publica authoritate: vt ff. de edē. l. quædam. §. nummularios. Accursius.

a Moderno. scilicet huius constitutionis, secundum quosdam: vt idem sit in eis sicut in aliis accessoriis, vt post principalem conueniātur accessorij argentarij: sed malè. Dic ergo si argētarius habēs meum argētum, & idem in nummulario dico, si det mihi aliū argentariū spōsorem: potero cōuenire prius, quē volam. & sic bene ponit durātibus in ordine moderno, scilicet codicis: vt C. eodem. l. non rectè. non veteri ante codicem per l. antiquam: vt supra eodem. in princip. Si enim esset idem ius quod in aliis scilicet accessoriis supradictis: male diceret durantib⁹. Itē si diceret de iure veteri primo, scilicet legis antiquæ ante codicē, male diceret moderno. Vel pone casum, vt quia cāpsor meus aliis spopondit pro me poterit etiā prius conueniri iure medio, scilicet Codicis, vt dictū est: & hoc propter vtilitatē &c. scilicet vt facile quilibet apud eos deponat. Nā eorum officiū habet publicā authoritatē, vel curam: vt ff. de eden. l. argētarius. §. j. Azo.

b Tua eminētia. o Ioannes præfectè prætorio.

DE MONACHIS.

c Conuersatiōis mōachalis. Horum triplex est cōditio: vt j. eo. §. cogitandum.

d Veniētem. ad conuersationem monachalem.

e Maculā detergat. i. purget. s. à peccato: vt j. e. §. si verò intra. in fi. nō ergo ingratitudinē filij deleret, licet sit macula: vt C. de inof. te. l. frēs. de iure canonū secus xix. q. vlti. c. nō liceat. nec infamiā facti vel iuris: licet etiā sit macula: vt C. de infa. l. antep. Sed econtra si est gratus, nō ideo efficitur ingratus, quia monasteriū intrat: vt j. de san. epis. §. nulli. & §. interdicimus. col. ix. & C. de episcopis & clericis. Deo nobis. §. hoc etiam Azo.

f Purum. à peccato.

Officium campsorū est publicum.

† Cōcor. glo. vnica ante finē, ver. & ingressus. in ca. vlt. extra de fil. presbyte. vide tamē glos. in ca. cum deputati. super ver. notionis. de iud. vbi videt distinguere, qualis sit irregularitas, & quæ tollatur per ingressū religionis.

Dicit hoc verum de irregularitate, quæ contrahitur defectu nataliū. Si autē esset irregularitas contracta propter bigamiā vel homicidiū talis irregularitas non tollit per ingressum religionis vt ibidem dicit.

vtilitatem contrahētium in ordine moderno [a] durantibus. Quæ igitur à nobis pro cautela subiectorum sancita sunt, cognoscēs tua eminentia [b], solennibus programmatibus & hic, & in omni ditiōe fieri manifesta procuret: vt etiam inter gentes agnoscant subiecti, quanta fuerit nobis pro illorum vtilitate prouidētia. D. xij. Cal. Iul. Constantino. Belisario vicesul. cclj.

TITVLVS V.

DE MONACHIS.

Volens monasterium cōstruere, non potest priusquam ab episcopo loci licētiam obtineat: qua petita, episcopus extensis in cælum manibus locum debet consecrare: & tunc fundamētum iaci debet. Angelus.

Imper. Iustinianus A. Epiphanio sanct. & beatiss. huius regiæ vrbis Archiepiscopo, eiusq́ vniuersali [illegible] Patriarchæ.

Conuersationis monachalis [c] vita sic est honesta, sic commendare nouit Deo ad hoc venientem [d] hominem, vt omnem quidem humanā eius maculam detergat [e] †, purum [f] autem declaret [g], ac rationabili natura decentē [h], & plurima secundū mentem [i] operantem, & humanis cogitatiōibus celsiorem [k]. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget & diuinorum eloquiorum eruditione [l], & conuersationis integritate, vt tanta dignus factus sit mutatione [m]. Credimus igitur & nos [n] explanare, quod agēdum est ab eis, & decertatores [o] eos veros ad sacram viam constituere: & ita nobis intētio præsentis est legis: vt post illa [p], quæ de sanctissimis episcopis sanciuimus: & quæ de reuerendissimis clericis disposuimus [q], neq; quod monasticū est, extra quod competit [r], relinquamus. Illud igitur ante alia dicendum est, vt omni tempore, & in omni terra si quis ædificare venerabile monasterium voluerit: non pirius licentiam esse hoc agēdi [s], quàm Deo amabilem locorū episcopum aduocet: at ille [t] manus extendat ad cælū, & per orationē locum cōsecret Deo, figens in eo salutis nostrę signū (dicimus autē adorādā & honorādā verè crucē) sicq; inchoēt ædificium, bonum vtiq;

g Declaret. hoc verbū regit oēs sequētes accusatiuos.

h Decentē. ergo qui nō facit decētia rationabili naturæ, id est, homini, qui est animal rationale mortale, non decet vt dicatur homo, sed bestia.

i Secundū mentem. id est, animā, quæ à mēte diuina descēdit. Vel dic secundū rationē insitā menti à Deo.

k Celsiorē. nam erit in vita contēplatiua, quę est celsior siue altior quā actiua. Acc.

l Eruditione. nō tamen exigitur, quod sit summus theologus: sed quod in fide non erret, et literas sciat, vt sit monachus clericus: alias potest esse monachus, sed nō clericus: vt C. de episco. & cleri. l. generaliter.

m Mutationem. quæ fit cū labore: vt j. e. §. sancimus. nunquid ergo erit capite minutus? Respon. sic, vt inst. de capi. di. in prin. Itē nunquid actiones primo in eum & sibi competentes extinguūtur: & nunquid postea restituūtur ex illo edicto de cap. di. vt ff. de capi. di. l. ij. Respon. quidā dicunt vtrunq; verū: vt ff. de capit. di. l. tutelas. §. iniuriarum. Sed potest dici eas non extingui: cum possit adhuc cōueniri: & per abbatē vel per aliū respōsalem respōdebit: vt j. apud quos oport. cau. di. colla. vj. & ibi plenius dicemus.

n Et nos. Sed quid ad principē de spiritualibus tractare? Respond. vt dicetur j. ti. j. in prin.

o Et decertatores. scilicet ieiuniis & orationibus cōtra diabolū. et expone decertatores, id est, bellatores.

p Vt post illa. hic collige continuationē huius cōst.

q Disposuimus. quas cōstitutiōes nō habemus. Nā de ea quæ est. j. de san. epis. nō dicit: cū illā posuimus post istā: vt C. de no. co. fa. l. j. nec de illa quæ est s. e. vt deter. sit. quia ibi nō dicitur de episcopis. Itē nec de illa, quæ est j. ti. j. quia est & illa post istā. Vel dic, quod dicit de illa. s. vt deter. &c. quia de clericis & epis. fit mētio ibi in fi. j. col.

r Competit. i. extra monasticam vitam.

s Agendi. i. monasterium ædificandi.

t Ille. s. episcopus.

Ponens.

quoddam hoc est decens fundamentum ponēs [a]. hoc itaque principiū piæ venerabiliū monasteriorum fabricæ fiat. Hinc autem nobis etiam de singulis monachis cogitādum est, quo cōueniat fieri modo [b], & vtrum liberos solùm, an etiam fortè seruos, eò quod omnes similiter [c] diuina susceperit gratia, prædicans palàm: quia quātum ad Dei cultum, non est masculus [d], neq; fœmina, neq; liber, neque seruus: omnes [e] enim in Christo vnā mercedem percipere. Sancimus ergo sacras sequētes regulas [f], eos, qui singularem [g] conuersationem profitētur nō promptè [h] mox à reuerēdissimis præsulibus venerabiliū monasteriorum habitū percipere monachalem: sed per triēnium totum (siue liberi fortè sint, siue serui) tolerare nondū monasticum habitū promerentes, sed tonsura [i] & veste eorū, qui laici vocātur [k], vti: & manere diuina addiscentes eloquia, & reuerendissimos eorū abbates requirere eos, siue liberi sint, siue serui: & vnde eis desiderium vitæ singularis accesserit: & discentes ab eis: quia nulla maligna occasio ad hoc eos induxit: & habere eos [l] inter eos, qui adhuc docentur [m] atque monētur: & experimento [n] percipere eorū tolerantiam & honestatem (non enim [o] facilis est vitæ hominum mutatio, sed cum animę [p] fit laborè) & dū triennio toto ita permāserint, optimos semetipsos & tolerabiles aliis monachis & præsuli demonstrantes, hos monasticā promereri vestem [q] atq; tonsurā [r]: & siue liberi sint, sine calūnia permanere: siue serui, penitus nō inquietari migrātes [s] ad cōmunem omniū, dicimus aūt cælestem dominū, & arripiantur in libertatē. Nam si in multis casibus etiā ex lege [t] hoc fit, & talis quędā libertas datur: quō [v] non præualebit diuina gratia talibus eos absoluere vinculis? Si verò intra triennium venerit quispiā, & aliquem horū, qui conuersationē professi sunt, trahere tanquā seruū voluerit, hoc quod nobis [x] nuper ex Lycia [y] nūciauit Zosymus Deo amabilis vir famosissimus [z] in cōuersatione, & propè vicesimum & centesimū ætatis agens annum, pollens autē & animi virtutibus & corporis operationibus, tanta quædam in eo gratia Dei floret. Si quis igitur (sicut prędiximus) intra trienniū veniat aliquem in seruitutē trahēs volentium & perdurantium [a], vt fierent monachi: & dicat, q abripuit quasdā res, & propterea recurrit ad monasterium: sancimus eū non prōptè agere, sed primò probare [b] pro veritate: quia ser-

a Ponens. sicut etiam in constitutione cuiuslibet ecclesiæ aliter facta non est ecclesia: sed spelunca illicita dicitur j. de eccle. titul. §. si quis autem. & j. vt nul. fabr. ora. do. l. respon. colla. v.

b Fieri modo. s. monachos.

c Similiter. id est, æqualiter.

d Non est masculus. hoc intelligunt quidā sic, vt monachus nō sit liber, vł seruus, vel mascul⁹ vł fœmina, cū mortuus sit: vt. j. eo. §. si autem vxorē. sed illud quo ad dotē vł donationē verū est, vt ibidē dicit: vt j. de nup. §. p occasionē. collat. iiij. Dic ergo nō est liber, &c. i. nō est differētia hominū inter ista genera, quo ad gratiā Dei suscipiēdam: sed quo ad alia differentia est inter mares & fœminas: vt ff. de stat. hom. l. in multis. & īter liberos & seruos: :cum sint species oppositæ: vt inst. de li. §. j. Itē seruus factus monachus recedēs redditur domino cū rebus: vt j. eo. §. si vero seruitij. sed liber recedēs res monasterio dimittit: vt j. eo. l. si qs aut semel. Itē in ordinatione clerici est differētia: qđ dic vt j. de sanc. episc. §. adscriptitios. & §. si seruus. col. ix.

e Omnes. Sic etiā in alio omnes pares sunt: vt ff. de accus. leg. hos accusari. in fine.

f Sequentes regulas. sic j. tit. j. §. j.

g Singularē. monasticā. nam * etiā monachus à monos, qđ est vnus, dicitur quasi solus: & achos, quod est tristis: vt C. de epis. & cler. l. decernimus.

h Nō prompte. hoc si dubia est eius cōditio: alias si certa, statim potest fieri monachus & imponi cucula: vt j. de sanct. episc. §. qs autē. sed & si est dubia: in laico ignoto trienniū: in noto bienniū: in clerico ignoto biēniū; in noto aūt annus expectaẽ de iure canonū 3.

Differentia non est generis apud Deū.

Sic etiā dicit Bea. Ambrosi. in vita beatorū Martyrū Vitalis & Agricolæ.

* Accur. suo more. id est, ridicule deflectit dictionē monach⁹. Quare dic monachū dici ἀ μονάζω, quod est, solus dego, soliuagor ac solicitudines capto: vnde & monachus solitarius dicitur.

a vñ Chrysostomus super episto. ad Hæbræ. Qui monachū profiteris qui crucifixus es, q debes lugere rides.

3 De hoc vide in ca. ad apostolicam. cū gl. suis. extra de regu. & trās. ad religio. vbi tex. & gl. & multę concor. ad hoc.

i Tonsura. s. rotonda, siue corona: quia illa confert ordinem, secundum quosdam: quod non credo.

k Vocantur. s. vulgariter, vt in ecclesiis.

l Habere eos. repete & sanctissimos reuerendissimos abbates requirere, &c.

m Docētur. adhuc qui nouitij appellantur.

n Experimento. sic insti. in proœ. §. cumque.

o Non enim. interpositio est: vt in infinitis locis in hoc volumine: vt j. eod. §. si quis autem monasticam.

p Cum animæ. id est, animati corporis. nā anima gaudet. & nō patitur laborē in hoc. sic C. de sacrosanct. eccle. lege, sancimus. in fine.

q Vestem. scilicet cuculam & scapularium.

r Tonsuram. s. cū corona.

s Migrantes. serui dico migrantes, id est, accedentes.

t Ex lege. vt C. cō. de ma. l. si. & C. p quib. caussis ser. accip. li. per totum tit. & C. de lati. lib. tol. per totū. & C. qui milita. poss. vel non. l. super seruis. Sed nūquid monasterium pretium talis serui reddet domino? Videtur, q sic: vt C. pro quib. cau. ser. l. si. sed contra dico. quia imputo dño quare tātum tardauerit.

v Quomodo. sic instit. quibus modis patr. potest. sol. §. filius. sic infra, cōstitu. quæ de dig. in princ.

x Hoc quod nobis nuper. hæc est interpositio vsque illuc, si qs igitur.

y Ex Lycia. nomen propriū prouinciæ.

z Famosissimus. Abbas fuit sanctissimus: vt dicitur in in decretis.

a Et perdurantiū. s. in probatione. Accur.

b Probare. No. quia domin⁹ pbat: ergo seruus est in possessione libertatis: vt C. vbi causa sta. aga. l. j. & ff. de lib. cau. l. liberis. §. fin. Sed nūquid dolo malo est in pos.

An monasteriū debeat reddere domino pretiū serui monasterium ingredientis.

in possessiōe: ergo est pro eo, ac si in possessione seruitutis esset: vt C de prob. l. vis eius. & ff. de liber. cau. l. qd autē. quare dic, quod hic est fauor religionis, vt ipse non probet, licet dolo malo sit in possessione libertatis: alias, vt dictum est, esset contra.

a Vitiis. vt quia ad vxorē alterius accessit, vel simile. Accursius.

b Propter suū vitiū. scilicet, statim à domino vt non verberaret: & post ea ad monasteriū otiose iuit: vt sequitur, alias si statim ad monasteriū iret redderet domino: vt C. de iis, qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. fi.

c Apparuerit. propter probationem illius.

d Simulans. tanquàm liber, cū sit seruus: vel melius simulat se velle fieri monachū: cum solum voluerit euitare pœnam.

e Diffugiēs. s. ad monasteriū vt euitet pœnam illius delicti. nam alias interficit se qs quādoque propter conscientiam delicti: vt ff. de bo. eo. qui sibi mor. l. fi.

f Cum quibus. s. rebus.

g Dare ei. s. abbati: vel dic seruo: vel impersonaliter: nō curo: vt j. de mand. princi. §. sed neque. col. ix.

h Testimoniū. s. bonum: vt vulgariter dicitur j. eod. §. cogitandum.

i Amator nam si prius tunc bonus fuit: & nūc bonus præsumitur: sic & econtra: vt ff. de remilit. l. nō omnes. §. à barbaris. & ff. de accusa. l. si cui. §. eiusdem.

Præsumitur semel bon⁹ semper esse bonus & contra.

k Eius scilicet, serui, an sit liber necne. Accur.

tius est, & pro furto forsan, aut vita maligna, aut vitiis [a] pessimis fugerit quidem propter suum vitium [b], ad monasterium autem venerit. & si quidem verax ostenditur, & apparuerit [c] propter eiusmodi causam monasticam simulans [d] conuersationem, aut propter turpitudinem vitæ fortè diffugiens [e], & non pro veritate sanctimoniæ habitum concupiscens, hūc reddi domino cum quibus [f] forsan abripuit: si tamen hæ res etiā in monasterio fuerint. eum verò, qui dominus approbatur dare ei [g] iusiurandū: quia nihil mali ei faciet, & suscipere atq; eum reducere domū. Si verò is quidem, qui dicit se esse dominū nihil tale probauerit, & appareat is, qui in talibus accusatur, ex ipsa cōuersatione honestus ac mitis, & forsan testimonium [h] habeat aliorū, quòd etiā apud dominum cōsistens disciplinatus fuerit, & honestatis amator [i]: & si nondū fortè completum est triennij tempus, attamen etiā sic maneat in venerabili monasterio, trahentium asperitate liberatus. Triennij verò semel expleto tempore, iudicatus: quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio. Nequaquam enim damus licentiam vlli penitus perscrutari, quæ eius [k] sunt: sed siue liber, siue seruus sit, manere eum in cōuersatione volumus. Nam & si vitium [l] in priori ab eo fortè gestū est vita [m] (humana [n] enim natura quodammodo labitur ad delicta) attamen sufficit ad mediocrem [o] purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum, triennalis temporis testimonium. Ea verò quæ rapta sunt, etiā si apud quoscunque inueniantur, modis omnibus reddantur prisco [p] domino. Si verò seruitij necessitatem effugiens [q] tentauerit [r] monasterium quidem derelinquere, aliam autē viæ sectari figuram [s]: [1] licentiam damus domino, & trahere eum, & probanti fortunam [t], inter seruos habere [v]. Non enim iniuriam patietur tantum ad verum seruitium tractus [x], quantum ipse iniuriatus [y] est Dei culturam refugiēs. Et hæc quidem de fortuna [z] horum, qui inter monachos profiteri volunt, sancimus.

Cogitandum verò est, quomodo ipsos habitantes & degentes, monasticæ philosophiæ certatores [a] dignos esse ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub ditione nostra cōstitutum, siue plurimorum hominum est, siue paucorum: monachos, qui ibi sunt, diuisos ab alterutris esse, & propriis habitationibus vti: sed communiter quidē eos comedere sancimus: dormire verò omnes in communi: vnoquoque quidem in propria quadam stratura [b] iacente, in domo verò vna collocatos: aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus vna, in duas forsan, [2] aut plures: non tamen seorsum & apud semetipsos, sed in communi, testes [c] alterutris sint honestatis & castitatis: & neque ipsum somnum desidiosum habe-

l Et si vitium. i. peccatum: vt furtū vel simile: vt s. eo. §. j. Accur.

m Vita. i. antequā esset monach⁹. Ac.

n Humana. interpositio est. Accur.

o Mediocrem. alias meliorem. Ac.

p Prisco. i. antiquo. Accur.

q Effugiēs. prius tamen iuit ad monasterium.

r Tentauerit. scilicet, postea.

s Figuram. quancunque vitā faciat.

t Fortunam. i. seruitutem.

v Habere. sed nōne iā erat liber propter monachationem? Respon. sic [1] sed tanquā per ingratitudinē in seruitutē reducit: vt C. de libe. & e. lib. l. iij. Qualiter ergo probabit eū seruū: cū cōstet eū liberum? Rū. probabit eum prius fuis se seruum suum: vt nūc sibi competat occasione ingratitudinis actio. Si autē curialis fuisset, suæ curiæ reddit: vt j e. §. si vero relinquēs. Si aūt est prorsus liber, res perdit suas, & primo monasterio applicātur, & ipse in aliud monasteriū detruditur: vt dicemus. j. eo. §. si vero relinquēs. vt & ibi dices.

[1] Secus tamen est, si seruus promoueatur ad sacros ordines cōtra voluntatē domini sui, vt in c. j. & ij. extra de seruis non ordi.

x Tractus. i. ad veram seruitutem primi domini.

y Iniuriatus. scilicet, Deo.

z De fortuna. i. conditione.

a Certatores. sic s. eo. j. respon.

b Stratura. locus quidā vilis ad iacēdum dispositus: vt ff. de verb. sign. l. in stratum.

c Testes. nudo verbo non dico corā Deo, licet qdā cōtradicāt: quia sibi nullū latet secretū. Sed nunquid alias in iudicio pōt esse testis? Rū. sic [2] cū non

[2] Secus tamen videtur iure cano. vt extra ne cle. vel mon. per totum.

non sit prohibitus: vt ff. de testi. l. j. Nec obstat quod dicitur mortuus: quia quo ad matrimonium verū est: vt j. eo. §. si autē vxorem. Ideo imo magis ei creditur, & magis puniretur si falsum inueniretur dixisse. arg. C. de episc. & cle. l. presbyteri. Item nunquid pro monasterio vel cōtra pōt ferre testimoniū? Videtur ꝙ nō vt ff. de in ius voc. l. sed si. §. qui manu mittitur. & ff. de re. diui. l. in tātum. §. vniuersitatis. & ff. quod cuius. vniuer. l. sicut. Sed credo cōtra: cum non sit prohibitus: vt ff. de testi. l. j. Item nūquid in causa alterius monachi? Respō. quod sic eadē ratiōe: quia & causam pōt habere: vt j. apud quos opor. in patre licet tanquā amico aliquantulum minor fides habeatur: vt C. de testi. l. eos. & ff. de testi. l. iij. Idē de conuerso. idē de monacho: vt j. eo. §. pen. & j. titul. j. §. quanta igitur.

a Habeant. alias habeatur.

b Nisi tamen. bene dixi eos simul esse, nisi &c.

c Anachoretas. Hebraicè, Latinè eremita siue extraneus, vel ab aliis discedēs, vt sequit.

d Hesychastas. Græcè: alias vt in nouellis.

e Zelus. id est, amor erga Deū: alias pro inuidia dicitur. vnde illud: zelus domus tuæ comedit me. & alias, zelo zelatus sum &c.

f Perfecta. Vnde illud, Mores à coniuncto formantur: vt ff. de ædil. edi. l. ædiles.

g Abbati. vel priori.

h Conuersationem. id est, regulam.

i Schemateque. i. ordine vel habitu monachali, & ita post triennium.

ant [a], sed meditantes bonum ornatū propter increpationem respicientium: nisi tamen [b] quidā eorum in cōtemplatione & perfectione degentes, vitam remotam habeant in hospitio (quos vocare anachoretas [c], id est, discedentes: & hesycastas [d], id est, quiescentes consueuerunt: tanquam à communione ad meliora exceptos) alioqui alios quibuscunque inter multitudinem conuersatio est, in iis, quæ vocantur cœnobia, id est, in communi vita esse volumus. Sic enim zelus [e] eis ad virtutem crescit, & maximè iuuenibus, si cum senioribus constituantur. fiet enim seniorum conuersatio, & iuuentutis educatio perfecta [f]: & sic sint in cœnobiis suo proprio abbati [g] obedientes, & traditam sibi cōuersationem [h] inculpabiliter obseruantes.

Constitutus in minoribus ordinibus si vxorem acceperit, de clero est expellendus. Angel.

Si quis autem fortè semel dedicatus, schemateq; [i] potitus, deinde à monasterio discedere voluerit, & priuatam fortassis eligere vitā: ipse quidem sciat, quam pro hoc dabit Deo satisfactionem. res autem quascunq; habuerit, dum in monasterium intrabat, eas dominij esse monasterij: & nihil [k] penitus † eiiciat. Illud † quoq; decernimus qui in monasterium introire voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis vti quo voluerit modo [l]. Ingredientē nāque simul sequuntur omnino res: licet non expressim, qui introduxerit eas, dixerit; & non erit dominus [m] earum vlterius [n] vllo modo. Si verò filios habuerit: si quidem contigerit iam eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialē [o] donationem, aut per dotis occasionem contulisse, & faciunt hæc quartam ab intestato eius substantiæ: nullum in reliquis rebus habeāt participium filij: si autem nihil eis donauerit, aut minus quarta [p] postquā abrenuncians [q] conuersatus fuerit inter monachos: nihilominus

l. iij. & C. si reus vel accus. l. j. Itē nunquid earū rerum nomine monasteriū cōuenitur? Videtur ꝙ nō tanquā successor: vt ff. de iu. do. leg. mulier bona. & inst. de acquisi. per arro. §. fi. sed ratione possessionis rei vēditæ vel hypothecæ sic vel aliis, quę ratiōe possessionis datur psonalibus aūt idē monachus cōuenitur: vt j. apud quos opor. mo. causas. coll. vj. vel dic, vt not in auth. ingressi. C. de epis. & cleri.

l Voluerit modo. poterit ergo sibi vel vsusfructus nomine vel ꝓprietatis aliqd seruare: vt hic. sed cōtra di co: nā nihil restituere pōt, vt sequit: & qđ hic dicitur, verū est ī alios, & nō in se. Sed nunqd intrando rūpit testamētū? Rūd. sic duabus rationibus, & quia capite minutus est: vt insti. qui. mo. test. infir. §. nō tantū. & s. e. §. j. & quia quasi filius sibi agnascitur scilicet monasteriū, vt j. de san. episc. §. sed hoc pręsenti. Quare dic, ꝙ alia volūtas hęc fuerit, et nō testamentū: vel aliquid monasterio relinquat, vt nō videatur præteritus posthumus: vt insti. de exhęr. li. §. ij.

m Non erit dominus. sed videtur quod sit. nā adhuc postea disponit, si prius nō disposuerat: vt j. de san. epi. §. si qua mulier. colla. ix. Sed dic, ꝙ nō ideo est dominus. Nā et de alienis aliquis quādoq; testatur: vt inst. de pupil. substi. §. j. & C. de secun. nu. l. fœminæ. §. fi. Vel dic vt ibi dicemus. Itē quid si causa orationis vel probationis? Respon. non habet locum, quod hic dicitur: sed ita demū si seculo renuntiauerit: vt j. eod. §. si verò relinquēs. Item quid si ecclesiam secularem vel capellam, vel plebem, vel similem intret? Respon. tenet propria, & acquirit, & testatur in his: vt j. de san. epis. § presbyteros autē. Idem de episcopo: vt j. de eccl. ti. §. interdicimus. col. ix. Ac.

n Vlterius. i. à tēpore introitus: vel dic ex tēpore huius legis: vt j. hæc con. interpre. cōst. de his &c. col. vj.

o Antenuptialem. quam filiis ꝗdederat, vt donarent vxori: & idem de dote quam dat filiæ, vt det marito: vel etiā ipse pater dat. Acc.

p Minus querta. quod hic de quarta dicitur, hodie correctum est: vt j. de trien. & semis §. j. col. iij.

q Abrenuntians. seculo & propriis.

† Alias, eliciat.

† Cōcor. c. in præsentia extra de probat.

Monachatione non tenente an res apud monasterium maneant.

k Et nihil. idē in aliis clericis, qui bona inferunt in ecclesiam: vt C. eod. scilicet de epi. & cle. l. Deo nobis. §. huius. Quid si non tenuit monachatio, nunquid res in monasterio remaneāt? Respō. distingue: aut & monachatio & rerū oblatio expressè vtrunq; factū fuit: quo casu cū vnum ex altero non pendeat: licet vnum non valeat, alterū valet: vt ff. de eo quod cer. lo. l. centum. Si autē monachatio tantū facta fuit: & sic per cōsequens rerū oblatio: vt j. prox. §. sublato principali, nō remanet accessoriū: vt j. si quis caut. l. ij. j. respō. ar. ff. de ser. rust. præd. l. iij. & C. si pen. app. mors interue.

Filiis.

a Filiis. hic ſubdiuidit, aut &c.
b Totum. quando nihil dederat eis.
c Detur. Sed an quod debetur. ſ. quarta, ſtatim poſt ingreſſum peti poteſt? videtur ꝙ nõ: vt C. de don. inter vir & vxor. l. res. in fi. ſed cõtra dicas: quia filij tame perirent: quod præcauendũ eſt: vt C. de alien. libe. per totum. & quia pro mortuo eſt iã: vt j. prox. §. & j. de nu. § ſecũdum occ. ſio nem. coll. iiij. & j. vt lice. ma. & auię. §. quia verò ex cõſenſu. colla. viij. & ſunt hęc vera, quã do volẽs quis monachus efficitur: alias ſi inuitus efficitur monachus, alię duæ partes deſcen dẽtibus, tertia monaſterio: vel ſi non habet deſcẽdẽtes, tertia aſcẽdẽtibus duę monaſterio dãtur, vt j. vt nulli iudi. §. adulteram. & §. quia vero. & §. adulteria. col. ix. et j. vt lice. matr. & auię §. quia verò ex conſenſu.

Quarta, an ſtatim poſt ingreſſum poteſt peti.

d Eã relinquẽs. pro certo ponit, ꝙ poteſt dimittere eã quod eſt verum ſecundum leges, ſed ſecundum canones nõ poteſt, ſi cognouit illã carnaliter: niſi & illa voueat caſtitatem. ſi autẽ nõ cognouerit, poteſt: vt extra de cõuer. coniugato. ex publico. Accur.

e Ex morte pactũ. vt ſi fecerat pactum mulier de donatiõe lucrãda tota, vel pro aliqua parte, ſi præmoriatur maritus: vt ſupra de non alie. §. hoc autem. nũc lucratur: qa promortuo habetur: vt j. de nupt. §. ſecundũ occaſionem. Ac.

k Statuetur. hoc ſi prius fuerat officialis: alias ſi ſeruus, domino: vt ſ. eod. §. ſi verò ſeruitij. liber in aliud monaſteriũ cum rebus poſt exitũ quæſitis mittitur: vt j. de ſanct. epiſ §. ſi monachus. col. ix.

l Fructum. id eſt, damnum. & ſic ironice loquitur.

quarta debeatur filiis [a], aut ſupplementum, ſi contigit eos iam aliquid accepiſſe, aut etiam quatenus totum [b] eis detur [c]. Si autem vxorẽ habens, deinde eam relinquẽs [d], in monaſterium ingrediatur: & dos mulieri ſeruetur, & ex morte pactũ [e] (quod in alia noſtra ſanciuimus conſtitutione [f]) omnibus [g], quæ ſuper monachis de his dicta ſunt, & in mulieribus in monaſterium ingredientibus valituris. Si verò relinquens monaſterium ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vitæ figuram: ſubſtantia eius etiam ſic in monaſterio (ſecundum quod à nobis prius dictũ eſt [h]) remanente, ipſe inter officiales [i] clariſsimi prouinciæ iudicis ſtatuetur [k]: & hunc habebit mutationis fructum [l], vt qui ſacrum miniſterium deſpexerit, tribunalis terreni obſeruet ſeruitium. Si verò relinquens monaſteriũ, in quo conuerſationem habuerit, ad aliud tranſeat monaſterium, etiam ſic quidem eius ſubſtantia maneat, & vendicetur à priori [m] monaſterio, vbi abrenuncians hanc reliquit. Competens autem eſt, reuerẽdiſsimos abbates non ſuſcipere eum [n], qui hoc egit. Erronea nanq; talis eſt vita monaſtica, nullatenus tolerantiæ proxima, neq; conſtantis & perſiſtentis animæ, ſed indicium habentis circunlatæ [o], & aliũde alia [p] requirẽtis [q]. Ea propter etiam hoc prohibeant Deo amabiles epiſcopi & archimandritę [r] nuncupati, monaſticã honeſtatem ſecundum regulas [s] ſacras conſeruantes. Si quis autem monaſticã profitentium [t] conuerſationem [v] meruit clerici [x] ordinationẽ, maneat etiã ſic [y] puram ſeruans conuerſationem. quòd ſi facti clerici abutantur [z] fiducia [a], & ad nuptias venire præſumant: quippe [b] in tali gradu cõſtitutus inter clericos, qui et vxorem ducere permittat [c] (dicimus autem gradum cantorum, aut lectorum [d]: aliis [e] enim omnibus [f] nuptias ſecundũ ſacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas [g] habere, aut luxuriis tradere vitã) excludatur modis omnibus à clero, tanquam priorem cõuerſationẽ & ſolitariã cõfundens [h] vitã: & priuatus ſit decætero ad militiam

m A priori. hoc eſt verum de acquiſitis ante exitũ. alias contra: vt ſ. §. proxi. dicimus.
n Non ſuſcipere eũ. niſi volũtate abbatis prioris monaſterij & epiſcopi. Nam epiſcopus mittit eũ in aliud monaſteriũ: vt j. de ſan. epiſc. §. monachus.
o Circũlatæ. i. indicium vagum.
p Alia. quã quæ habebat in primo monaſterio.
q Requirentis. ſ. animæ.
r Archimandritæ. archos: princeps: mãdrita, magiſter: inde archimãdrita. i. pñceps magiſtrorũ: hoc eſt abbates, vel priores monachorum.
s Regulas. ſic j. titu. j §. j.
t Profitẽtium. i. eligentium.
v Cõuerſationẽ. aſs conuerſionem.
x Clerici. in minorib⁹ ordinibus.
y Etiam ſic. q. d. ac ſi iã eſſet in gradu altiori clericatus prouectus.
z Abutantur. ex eo, ꝙ erat clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, erat fiducia. i. ſpes aſcendẽdi ad maiores: quia ſępe abutitur accipiẽdo vxorẽ: et ideo ad maiores non aſcendet.
a Fiducia. ex his enim, quę gerit in minori ordine, pręſumimus, ꝙ malus erit clericus ĩ maiori: ſic & ecõtra eſt bõa ſpes quõq;: vt inſt. in pœm. in fi.

De hoc verbo vi. de. j. q. vij. c. diſpenſatorem.

Præſumptio ex tro actis capitur.

f Conſtitutione. vt C. de epi. & cle. l. Deo nobis. §. ſponſa. & §. hoc etiam.
g Omnibus. facit infra, titul. j. §. quarta. ſic & infra eodem. §. penultimo.
h Dictum eſt. vt ſ. eo. §. ſi quis autem ſemel.
i Officiales. erat autem officiũ multiplex miniſtrãs præſidi & oneroſum. vnde etiã ſine remiſsione naturalitatis fiebat, ſi quis filius naturalis curiæ accederet & præſidi ſeruiret: vt inſti. de nupt. §. fin. & infra, quibus mod. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur fuerit. colla. vij. ex his officialibus interdũ accõmodabat defenſori præſes: vt infra de defen. ciui. §. nulla. col. iij.

b Quippe. interpoſitio eſt vſq; ibi, excludatur &c.
c Permittat. ſ. alias ſi non eſſet monachus vt in quatuor minoribus ordinibus conſtitutus, vt j. tit. j. §. neque autem. qui ſtatim ſequitur.
d Lectorũ. q ſunt in minoribus ordinib⁹ cõſtituti.
e Aliis. in maioribus ordinibus conſtitutis.
f Omnibus. etiam ſi non ſint monachi.
g Concubinas. ſic j. de ſan. epiſc. §. presbyteris. collat. ix.
h Confundens. confundere enim bonam & malam vitam vult.

Dudum

quidem, aut ad aliud officium venire non præsumens: nisi voluerit dudũ [a] à nobis interminatis subiacere pœnis: ipse autem apud semetipsum degens, & agnoscens qualem pro hoc daturus sit magno Deo [b] satisfactionem.

Abbas eligendus & ordinandus est optimus meritis & virtute, & non ex ordine vel tempore, his obtinentibus generaliter in omnibus. Bartolus.

Ordinationem verò abbatum, si quando contigerit egere monasteriũ [c], abbatẽ nõ per ordinem [d] reuerendissimornm fieri monachorum: nec omnino [e] eum, qui post primum est, mox abbatem fieri nec qui post illum secundus est, neq; tertiũ, aut reliquos (hoc quod etiam alia lex nostra [f] dicit) sed Deo amabilem locorum episcopum [g] percurrere quidem consequẽter per eos (non enim [h] exhonorandum [i] est omnino tempus [k], & ex eo ordo) & eum qui apparuerit: prius optimus [l] inter monachos constitutus, & dignus presulatu [l] eorum, hunc eligere: eò quòd humana natura talis est [m] q; neque omnes per ordinem inter summos [n], neque rursus inter nouissimos cõstituti quidem sint: sed procedat quidem secũdum gradum [o] præcedentis [p] inspectio. qui verò prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, & ordinem simul & virtutem suffragantem [q] habens. Oportet enim eos, qui discernunt quod melius [r] est, à peiore: aliud quidem ad regendum dimittere [s]: aliud verò inclinari [t] iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere. Quæcunque [v] tamẽ à nobis in oĩbus, quæ prius [x] & quæ nunc prolatæ sunt sacris nostris constitutionibus, sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasteriis, hæc communia ponimus & in masculis & in fœminis [y], & monasteriis et asceteriis [z] non discernentes quãtum ad istos masculum aut fœmina, eò quòd sicut prædiximus [a], vnum omnia in Christo consistant.

Hæc igitur omnia sanctissimi patriarchæ sub se constitutis Deo amabilibus metropolitis [b] manifesta faciãt: at illis subiectis sibi Deo amabilibus episcopis declarent, & illi monasteriis Dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant, quatenus per omnia domini cultura maneat vndique incorrupta. Imminebunt enim maximæ pœnæ ista transgredientibus: dicimus autem de cælo, quas necesse est rectorum [c] dogmatũ contemptoribus imminere. Et nostræ si quidem reipublicæ iudices, si hæc eis nuncientur, omnibus studeant modis ea, quæ in sacris regulis continẽtur, quas nostra sequitur lex [d] ad effectum produci prouocare. Nam nec illos deserit pœna hæc negligentes. quapropter sequẽtem [e] hæc tuam [f] sanctitatem debet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis hæc facere manifesta. Datum xiij. Calen. Aprilis, Constantinop. Belisario V. C. Con.

TITVLVS VI.

QVOMODO OPORTEAT

c

[a] Dudum in Grȩca constitutione, quam non habemus.

[b] Deo. sic. s. e. §. si quis autem forte semel. Accursius.

[c] Monasterium. subaudi fieri volumus, & repete fieri volumus abbatem non per ordinem.

[d] Per ordinem. aliud in defensore ciuitatis, vt j. de defen. ciui. §. interim. col. iij. Accur.

[e] Nec omnino. Argu. contra. s. de hȩre. & Fal. §. in ordinatum. Accur.

[f] Lex nostra. Græca, quam non habemus, nec enim de illa quæ est .j. de san. episco. §. iubemus. dicit, quæ est post illã, cũ postea inueniam⁹ eam, vt C. de no. co. fa. §. fi.

Episcop. abbatem eligit.

[g] Episcopum. Nota q; per hanc constitutionẽ episcopus eligit abbatem, sed hoc corrigitur, quia monachi eligunt, & episcopus ordinat, vt infra, de san. epi. §. iubemus.

[h] Non enim. interpositio est vsq; ibi, & eum, &c.

[i] Exhonorãdũ. i. honorandum.

[k] Tempus. Not. arg. pro nouis doctoribus. sic. C. de offic. rec. prouin. l. potioris. arg. cõtra ff. de mun. & ho. l. semp. & C. de posthu. leg. prouidendum. & ff. de fid. instru. l. fi. & s. eod. §. cogitandũ. ff. si certum peta. l. cũ quid in fi.

Cõcor. c. ij. cũ gl. super ver. sanctiores extra, de offi. custo.

[l] Præsulatu. i. dignus q; sit abbas.

[m] Talis est. vt omnes homines sint æquales: vt subiicit. Accur.

[n] Summos. vt C. de vete. iure enu. l. j. Accur.

[o] Secundum gradum. s. bonorum, non temporis: vt s. proxi. dixit.

[p] Præcedentis. s. episcopi. Accur.

[q] Suffragantem. i. adiuuantem. Et sic nota, q; dat fauorẽ personæ authoritas dignitatis. sic ff. de sen. l. fi.

Dignitas dat fauorem personæ.

[r] Quod melius. sic. j. qui. mo. natu. effi. sui. §. j. col. vij.

[s] Dimittere. sic ff. loca. l. in naue. in fin. sic. ff. de mu. & hono. l. rescripto.

[t] Inclinari. id est, omittere.

[v] Quæcunq;. nũc dicit, quæ dixi supra in monachis habeãt locũ in monachabus: & vltimo dicit, q; archiepiscopi debẽt hæc omnia manifesta facere episcopis sub se positis. Accur.

[x] Prius. vt C. de epis. & cleri. l. fi.

[y] In fœminis. s. e. §. omnibus.

[z] Asceteriis. ab assistendo dicitur, qđ multum statur ibi ad orandũ vt in loco vbi sit corpus sanctum.

[a] Prædiximus. vt s. eo. §. hinc autem.

[b] Metropolitis. id est, archiepiscopis, alias metropolitanis.

[c] Rectorum. neutri generis.

[d] Sequitur lex. sic. j. vt cleri. apud propr. epi. §. fi. col. vj. & j. de eccle. tit. §. j. respon. col. ix.

[e] Sequentẽ. s. nos.

[f] Tuã. o epiphani: vt s. eo. in prin.

De monachis dictum est ex quibus fiũt episcopi: quare videamus de episcopis: vt j. eo. §. igitur ordinandus. & de hoc dicitur infra, eo. vsque ad §. & illud etiam.

[h] Clericos. hoc exped

expeditur infra.eo.§.hoc autem de Deo.& §.sed neq; & §.quanta.

a De expensis.hoc dicetur.j.eo.§.sed neq;.effusas.

b Maxima.vere est maxima:quia ex his duobus totus regit mundus.vnde illud, Ecce gladij duo hic, secundū vnū intellectū:alij dicūt,quod duo testamenta significant.

ordinationes perduci: & de expensis [a] ecclesiarum.

Administrationes & iurisdictiones Papæ & principis distinctæ sunt. Episcopus ordinādus est honestus, & gloria fruens, bene eruditus verbo & opere, & corporis sapientia, contradictore nullo apparente, vel repulso. Bar.

Imperator Iustinianus A. Epiphanio archiepiscopo & patriarchæ Constantinopolitano.

Maxima[b] quidem in omnibus sunt dona Dei †, à superna collata clementia, sacerdotium & imperium [c]: illud[d] quidem diuinis ministrans: hoc autem [e] humanis præsidens ac diligentiam exhibens, ex vno eodemq; principio † vtraque[f] procedentia humanam exornant [g] vitam. Ideoq; nihil sic erit [h] studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas cum vtique & pro illis [i] ipsi [k] semper Deo supplicent. Nam si hoc [l] quidē inculpabile sit vndique, & apud Deum fiducia plenum imperiū [m] autem rectè & competenter exornet [n] traditā sibi rempublicam: erit consonantia quædā bona, omne quicquid vtile est, humano conferens generi [o]. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem: quam [p] illis [q] obtinentibus credimus, quia per eā maxima nobis dona dabūtur à Deo, & ea quæ sunt firma habebimus: & quæ nōdum hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem [r] vniuersa geruntur † & competenter, si rei principium fiat decens & amabile Deo [s]. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularū obseruatio custodiatur, quam iusti & laudandi & adorandi inspectores & ministri Dei verbi tradiderunt apostoli, & sancti [t] patres custodierunt, & explanauerunt. Sancimus [v] igitur sacras per omnia sequentes regulas [x], dum quispiam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur [y], considerari prius eius vitam secundum sanctum apostolum [z], si honesta & inculpabilis, & vndiq; irreprehensibilis sit, & in bonis [a] testimonium [b] habeat: & sacer-

Imperium.imo à populo Romano videtur esse imperium: vt inst.de iu. na.§.sed quod princi. Rn.& illud Dei dispositione factum fuit, sine quo factū est nihil: vt dicitur in euāge.& j. de fi. instr.§.quia igitur. in prin.col.vj.

d Illud.sacerdotiū.

e Hoc autē.s.imperium.

f Vtraq;.s.dona & sacerdotiū & imperium. Cur. ergo mater imperij dicitur ecclesia: vt s. vt deter.sit nu.cle.§.j. cū magis soror sit, vt hic? Rn.illud dicitur ratione dignitatis.s.quod res diuinę digniores sunt: vt C.vet.iu.enu.l.ij.§.sed quia.idē tamen principiū habent, vt hic: & ideo parum differunt: vt j. tit.j.§.finimus.

g Exornāt.i.cū honore gubernāt. Accur.

h Sic erit.id est, esse debebit.

i Pro illis.s.imperatoribus.

k Ipsi.s.sacerdotes.

l Si hoc.s.sacerdotium.

m Imperiū.id est, imperator.

n Exornet.i.cū honore gubernet.

† In quibusdā scriptis exempla. nō est vox Dei.

Ecclesia mater imperij dicitur.

† Facit ca. nouit. cum gloss. super verbo, nostra in princi. ibi, imperiū enim. extra, de iudi.

Papa iurisdictionē temporalem non imperij habet

o Conferēs generi.ergo apparet, quod nec Papa in temporalibus, nec Imperator in spiritualibus se debeant immiscere. Nunquid habet ergo tēporalē iurisdictionē in iis qui sunt imperij, quod Cōstantinus Imperator donauit beato Siluestro Papæ? Videt quod sic: licet immensa fuerit donatio.j ti.j §.finim°. preterea quod vult princeps hic est lex: vt ff.de cōsti.prin.l.j. Itē sicut patrimonialia, ita imperialia donare pōt: cū nulla sit differentia: vt C.de quadriē.pscri.l.fi.in prin. ecōtra videt quod nō: quia tunc nō esset Augustus dictus: vt in ti.proœmij insti. Itē impare nō potuit.l.imperatori venienti post se: vt.ff.de arbi.l.magistratus.& ff.ad Tre.l.ille à quo. §. tempestiuum. Itē ne turbetur opus Dei, si clerici intromittant se in temporibus: vt C.de episc.& cle.l. placet. Item vnus ne duorum officiū habeat: vt ff. de pac. l.si plures. sed licet solu.facti ad nos nō pertineat, soluimus, quod de iure nō valuit talis collatio siue donatio: vt j.e.ti §.igit.& C.de le.& cōsti.l.digna.in fi. & insti. qui.mo.test.inf.§.fi. Nec ob.j.ti.j.in prin.quia auxit honorem ecclesiæ, quantum in eo fuit Cōstantinus vel in aliis, non autem in iurisdictione: quia sic posset totum imperium perire, vt dictum est.

Papa temporalibus immiscere se non debet.

p Quam.scilicet honestatem.

q Illis.scilicet sacerdotibus.

r Bene autē.sic.ff. de origi.iur.l.j.

s Deo.sic.j.de armis.in prin.

t Et sancti.sequētes apostolos.

v Sancimus. Ad quid prodeo intromittit se imperator de spiritualibus vel ecclesiasticis: cum sciat ad se non pertinere: vt s.j.respō? dic quod nō inueniendo de nouo, vel constituēdo ponit: sed recitādo sacras regulas, cōtra quas si quis fecerit, imponit pœnas: vt j. e.§.fi.vel dic quod authoritate Papæ facit. Vel dic hoc faciendo statū reipu.tuetur: cum intersit reipu.esse sacerdotes honestos, à quibus pœnitentiam peccatorum petamus: vt C. de sum.tri.l.fi.& ecclesias, de quarum cōstitutione.s.tit.j.§. illud igitur. dixit. nam in eis veniam petimus peccatorū vt infra, vt li.ma.& auiæ.§.quia col. viij.

† Cōcor cap.in no mine. xx iij.distinc

x Regulas.sic.s. ti.j.§.si vero relinquens.& §.fi.

y Adducitur.no.quasi per vim.nam inuitatus fugit: vt C.de epis.& cle.si quenquam.velle tamen debet: vt j.eo.§.sed etiam.sic licet coactus: vt C.quod metus causa.l.si mulier.§.pen.vnde quidem dixerat: nolens volo: volens nolo.

z Apostolum.qui dixit episcopum esse debere bonę vitæ & opinionis: qui dixit xiiij.cap.circa episcopum consideranda.primum oportet eum esse sine crimine, vnius vxoris virum, non vinolentum, prudentem, modestum, ornatum, hospitalem, pudicum, doctorem, nō percussorem, non litigiosum, non cupidū, domui suæ bene præpositum, non neophitum.

Episcopus xiiij conditiones habere debet.

a Bonis.scilicet facti.

b Testimonium.id est, famam bonā: quę valet multum

tũ:vt.s̃.de mona.§.cogitandũ.&. ff. de quæst.l.minore.§.penul.&.j̃.de armis.hancigitur.colla.vj.

a Decens.s.& testimonium & bona fama.

b Ex officiali. Multa sunt huiusmodi officia: vt dixi.s̃.titu.j.§.si vero relinquens.

nu,lingua,obsequio cõmittitur simonia:vt in decr.j.q.j.sunt nonnulli.

s Sacrorum dogmatum. quia non solũ literas scire debet: vt.s̃.e.§.neque ex idiota. sed etiam decreta & theologiam scire debet:vt hic dicitur.

dotem decens [a], & neque ex officiali [b], aut curiali veniat fortuna: nisi tamẽ ex nouella ætate (secundũ quod iam dispositum [c] est) in monasterio constitutus, fortuna liberetur: quartã [d] tamen prius substantiæ reddens curiæ. Neque enim idiota [e] neque ex iis, qui vocantur laici [f], existens, ita mox ad episcopatum ascendat, nec imaginariam [g] suscipiat ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox aũt clericus, deinde paruum aliquod tempus † præteriens [h] episcopus appareat. Et neque vxori aliæ [i] copulatus, sed aut in virginitate degens [k] à principio, aut vxorem quidem habens ex virginitate, aut ad eam venientem [l], & non viduam, neque seiũctam [m] viro, neque concubinam neque filios aut nepotes habens [n] neque cognitos [o] legi, neque illi [p] odibiles [q]: alioqui præter hoc aliquid agit & ipse cadet sacerdotio: & qui eum ordinat, foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens. Sed neque pecuniis [r] oportere emere sacerdotium ei permittimus: solùm verò eũ respicere domini Dei culturã volumus, & non plurimis humanis cogitationibus distrahi. Sed neq; † ineruditus existens sacrorum [s] dogmatũ, ad episcopatum accedat, prius autem ad monásticam vitã professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, vxori [t] tamen non cohærens, aut filios, aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super Deo amabilibus episco. quærimus: sicut etiã prius duabus nostris sacris constitutionibus [v] hoc sancitum est: per quas dudũ cohærentes [x] vxoribus, non perscrutamur, omne præteritum relinquentes: de cętero autem nulli permittentes à positione legis [y] vxorem habenti [z] talem imponi ordinationem, Quam legem [a] etiam nũc renouamus: ne fortè si pręter hoc aliquid fiat: & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur [b] ordinandus episcopus, aut ex monachis, aut ex clericis [c], sit etiam in huiusmodi vita testimonij boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens bona, & hoc fundamentum pontificatus deponens suæ animæ.

Episcopus ordinandus non est, priusquam coram eo sacræ legantur regulæ & responderit se velle eas seruare. Barto.

Sed etiam sic eum constitutum [d], & ad episcopatum præparatum, competens est venerabiles & vndique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata nostra suscipit fides, & catholica Dei apostolicaque disposuit & tradidit ecclesia [e]: & dum ex frequenti [f] earum lectione transierit, qui ad ordinationem deducitur: tunc is, qui ordinationem impositurus est,

c Dispositum.s.in Græca constitutione. credimus tamẽ eam idem dixisse quod dicitur infra de san.episc. colla.ix.§.curialem.s.q̃d xv. ann. steterit in monasterio à iuuẽtute:vt hic,& infra de sanct.epis.§. sed neque curialem.

d Quartã. hodie tamen sibi quartã tenet:tres vero partes curiæ dimittit: vt infra.de san.epi.§.curialem.

e Idiota. q nescit literas.

f Laici.sed hodie contra si necesse sit laicum ordinari:vt infra. de san.epi.§. damus. quod iure canonũ correctum est:vt ibi not.

g Nec imaginariã.i.nõ sufficit simulatũ honorẽ clericatus habuisse,secundum Azo. vel imaginariã. i. momentariam.nam reiicitur cum laicus innenitur statim. sic.ff. de manumis. l.iiij.§.ij.

h Præteriens.s. tempus.

i Aliæ.alias alienæ.

k Degens.eligendus episcopus est.

l Venientem.s. vxorem.

m Seiunctam.i.separatã à viro primo per diuortium.

n Nepotes.habens.j̃.e.§. sed neq; ineruditus.in fin §. contra. Sol.vt ibi.

o Cognitos.s. qa ex vxore sunt: sed tamẽ fuerat vidua, vel non virgo. vnde præstat impedimentum promotioni.

p Illi.s.legi.

q Odibiles.quia incestuosi:vt.j̃.qui. mod. na.effi. sui.§. si.colla.vij.

r Pecuniis.idẽ si precibus. Idẽ si obsequio alio.nã ma-

t Vxori tamẽ nõ cohærẽs.donec cõuersatur in monasterio: & cum ordinatur:vt infra. e §. prius autem nõ nocet habuisse:vt.s̃.§. & neq; vxori. Vel dic vxor præsens non nocet,vt ibi: nisi vidua vel alio viro coniuncta olim:vt hic: & infra statim.& hoc valet secũdum canones: vt hic,& infra, de san.episc. in princ. colla.

v Constitutionibus.Græcis.

x Cohærẽtes. vt ante legẽ istã Nam ad pręterita nõ trahitur:vt.C. de leg. & consti.l.leges.& j̃.de nup.§.j.in fin. col.iiij.

y Legis.s. huius. Accur.

z Habenti.s̃. §.ij. contra. Sol. vt.s̃.e. §.quoniam.

a Legem.i.quod dixerat modo.s̃.e. §.quod nõ debeãt vxorem habere,renouat hoc.s. cõfirmando &c.

b Igitur.quia multa honesta in ep̃o requiruntur: ergo ex monachis &c. breuiter repetit supradicta.

c Aut ex clericis. s.aliis. Nã etiã monachi quandoque sunt clerici:& illos oportet literas scire:vt supra tit.j.in prin.alij non sunt. & isti etiam illiterati esse possunt mocachi:vt.C.de epi. & cle.l.generaliter sed ex literatis est episcopus eligendus:vt.s̃.eod.§. neque ex idiota.

d Constitutũ.s.habilẽ per iam dicta.

e Ecclesia. Forte psalmum illũ, quicunque vult &c.

f Ex frequenti. sic. C. de emend. Iusti.cod.l.j.in fin.

† Aptius vertit Haloand.qui sic habet Deinde paruo admodũ tempore præterito,episcopus appareat.

† Cõcor. c tanta est & ca.j.extra de sim.

Simonia manu, lingua,& obsequio cõmittitur.

Monachi quidã sunt clerici, & quidam non.

interroget [a] eum, si sufficiens est custodire & agere, quæ sacræ regulæ sancierunt [b]. Et si quidem ille declarauit, & dixerit præcepta sacrarum regularum non se valere seruare, nullo modo ei ordinationem imponi. si verò susceperit, & dixerit, quia quantum homini est possibile, complebit [c] hæc, quæ his continentur: tunc monere eum & dicere, quia nisi hæc obseruauerit, & à Deo alienus erit, & cadet à iam dato honore, & neque ciuiles leges delictum inultum relinquent: eò, quòd à præcedentibus nos Imperatoribus [d], & à nobis [e] ipsis rectè delictum est oportere sacras regulas pro legibus valere +. & si etiam sic permanserit causam amplectens: tunc super his professionibus vnumquenque [f] sacram suscipere episcopatus ordinationem.

Episcopatus per pecuniam ordinatus, dignitatem amittit ambitam & habitam: & etiam ordinator, & quilibet alius suffragator, & dignitatem suam amittit, & pecuniam reddit in duplum.

Et hãc non pecuniis emere, neque per rerum aliquarū dationē suscipere, sed puram percipere, & sine mercede, & tanquam à Deo datam. Nam si etiã alia omnia habeat vtilia quæ prius à nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum emisse, sciat se & ab episcopatu casurum, & hoc munus retributurū ordinãti: vt & ille [g] episcopatum amittat, & à clero cadat: & vtrique causa talem præstet retributionem [h], vt & hic qui dem nō adipiscatur, quæ sperabat. Ille autem etiam quæ habebat amittat: verūtamē pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimæ assignandis ecclesiæ [i], siue episcopus sit accipiens, & propterea à sacerdotio cadēs, siue etiam quilibet alius in clero constitutorum. Nam & illi æquam imponimus pœnam: vt ab ordine, quem inter sacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res, quæ ordinationis occasione datæ sunt, iniuriam passæ quantum ad ipsum ecclesiæ. Si quis autem extraneorum sit, & non in clero constitutus, quia aurum aut rem aliquã propter patrocinium ordinationis accepit: & maximè [k] si administrationē aliquam gerat: habebit quidem ipse à deo pœnam [l]: & succedent ei de cœlo supplicia. veruntamen etiam illud, quod datum est totum ablatum ab eo, sanctissimæ ecclesiæ omnibus reddatur [m] modis in duplum [n]. Insuper [o] etiam si quam administrationem [p] habet, ea cadat, & perpetuo exilio condemnetur. Illud quoque sciat apertè, qui pecuniis, aut rebus aliis emerit præsulatum: quia si prius diaconus, aut presbyter sit, deinde per suffragium [q] ad sacerdotium [r] veniat: nō solum cadat episcopatu: sed nec prior ei relinquetur ordo presbyterij forsitã, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, vtpote decentiam indignè [s] concupiscens: & omni sacerdotali excluditur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tēpore eū, qui imponit eam [t], illi coram omni fideli populo sanctissimæ ecclesiæ hæc omnia prędicere: vt agnoscens [v] eum omnia, quæ prius dicta sunt à nobis, habere, ad sacram eū [x] deducat ordinationē [y]: vt etiam ille corã oĩbus hæc audiens, non solùm habeat Dei timorem: sed etiam coram omnibus denunciationem & professionem erubescat.

Episcopus ordinandus est cōtradictore nullo apparente, vel repulso: aliàs ordinatio facta non valet. Barto.

Si quis autē talis quidem esse putetur, & ad episcopatus ordinationem [z] transeat [a]:

---

[a] Interroget. No. hic, quod ille q suo iuri renūciat, debet illud scire alias nō videtur renūciare. sic. ff. de trãiac. l. q cū tutoribus. j. respō. &. §. fi. &. ff. de inoffi. test. l. mater. Et prodest mulieribus. Velleiano renunciantibus: qđ fieri pōt à sciente: vt dictum est: vt. ff. ad Velleia. l. fin. in fin. &. C. de pac. l. penulti.

[b] Sancierūt. sunt enim xij. præcepta apostolicæ regulæ vt in decretis.

[c] Complebit. & hoc post multas co actiones: vt. C. de epi. & cle. l. si quenquam.

[d] Imperatoribus. vt. C. de epi. & cle. l. cū clericis. §. pe.

[e] Et à nobis. sic s. ti. j. §. fi. &. s. e. §. j.

[f] Vnumquenque. scilicet ordinandū.

[g] Ille. qui ordinauit per pecuniam.

[h] Retributionem. ironice loquitur. sic. ff. de dã. infect. l. ex dãni. §. quoties. &. C. de inoffi. test. l. fratres.

[i] Ecclesiæ. cui iniuriabatur emēdo eã: vt sequitur. Sed qua actiōe? Rñ. cōdictiōe ex hac lege vt. ff. de cond. ex lege. l. j.

[k] Maxime. quia cum eis plurimum honoris datur, magis puniuntur si tales inueniuntur in crimine: vt. C. de epis. &. cle. l. presbyteri. Item ergo & si non sit in dignitate: licet decr. videatur dicere, qđ tunc tantum sit simonia quando ipsis electoribus datur: vt extra de elec. cum nobis.

[l] Pœnam. s. expectet à Deo.

[m] Reddatur. i. detur.

[n] Duplum. s. condictione ex lege.

[o] Insuper. sic infra de sanc. episc. §. præ oĩbus. coll. ix.

Cōcor. c. vlti. in fi, cum gloss. fina. extra de secūdis nup. & ca. j. de noui ope. nun.

[p] Administrationem. i. secularē. dignitatem.

[q] Per suffragiū. id est, pecuniis, quę præstant suffragiū.

[r] Sacerdotium. i. dignitatem.

[s] Indigne. priuilegiū enim meretur amittere, qui cōcessa sibi abutitur potestate. sic. C. de iudæ. l. Iudæos, & ff. de iu. immu. l. eg. j. &. ff. de vul. sub. [illegible] sti. l. ex facto in f[illegible]

Concor. ca. vt priuileg. post princi. ex t[illegible] uileg.

[t] Eam. s. ordinationem.

[v] Agnoscens. [illegible] licet ordinator.

[x] Eum. ordinandum.

[y] Ordinatio. [illegible] sic. j. eod. §. hæc aūt de deo.

[z] Episcopatus ordinationem. alias ordines.

[a] Transeat. non tamen adhuc transiuit.

Illis

contradicat autem aliquis, atque dicat cōscium se esse alicuius illicitorū [a] eius: non prius mereatur episcopatus ordinationē, quàm examinatio querimoniarum fiat [b], & appareat vndiq; innoxius.

Quòd si etiam [c] post huiusmodi contradictionem, non passus is, qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causæ currat ad ordinationem: sciat, quod ab eo fit [d], pro nihilo esse. Sed & is, qui contra legem facit, cadit sacerdotio: & qui sine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali [e]: reus autem erit Deo, qui præcipuè omnium [f] quærit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is, qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator [g], aut in ipso principio: neque in examinatione persistere confidat: segreget istum in perpetuum à sacra communione is, qui ordinationem facere vult: vt non ipsa falsitas impunita [h] sit. Sicut [i] enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus est, quærimus: ita etiam calūniam in eo, qui frustra accusauit, punimus. Si verò nemo accusauerit omnino, aut in totum [k] denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut prædiximus) non valuerit accusationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur: ex hoc multa & meliora cognoscit præceptorum, & non incurrit [l] ad vitā impunitam [m] huiusmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis, & sapientia. Et illud etiam definimus, vt nemo Deo amabilium episcoporum foris [n] à sua ecclesia plus, quàm per totum annū deesse audeat: nisi hoc per imperialem fiat † iussionem: (tunc enim solùm [o] erit inculpabile) sacratissimos patriarchas [p] vniuscuiusq; diœceseos [q] cōpellentes [r] Deo amabiles episcopos suis inhærere sanctissimis ecclesiis, & non longo itinere separari: neque in peregrinis demorari velle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum excedere, quem & ipsum [s] propter misericordiam [t] constituimus. Si verò vltra annū errauerit, & dereliquerit, & non ad episcopatum remeauerit propriū, neque imperialis aliqua eum (sicut prædiximus) detineat iussio: tunc siquidem sit metropolita, circa ecclesiasticam dispositionem segregatum, regionis illius patriarcha reuocet quidem eū legitimis [v] inclamationibus, seruans vbique sacrarum regularum obseruationem [x]. Si verò maneat per omnia inobediens, expellatur à sacro episcoporum choro, & aliū introducat [y] huiusmodi & reuerētia & verecūdia & honestate dignū. Si verò non metropolita, sed aliorū episcoporum aliquis sit, qui errauerit, hæc omnia [z] à metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quòd litium causas [a], aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium [b] circumlustrant, & hic constituti [c] adhærent, aut in aliis veniant locis. Hoc enim non habet decentem rationem, vt cum multitudinem, quam necesse est episcopum habere, mi-

a Illicitorum. quę numerata sunt s. de simonia. & de aliis.

b Fiat. s. intra tres menses. quod dic vt j. de san. epi. §. qui autē ante.

c Quod si etiam. arg. C. de ap. l. nominationes. sic. ff. de reb. eo. qui sub tutel. l. magis. §. si æs alienum. & j. eo. §. hæc autē de deo.

d Fit. episcopus.

e Sacerdotali. i. episcopali.

f Omnium. i. inter omnes homines. nihil enim, &c. vt j. eo. tit. §. neque autem.

g Calumniator. sed nunquid eo ipso q̄ nō probat, calūniator videtur? Respon. quidā q̄ non: vt ff. ad Turp. l. j. §. j. sed Io. cōtra. ex eo enim est calumniator q̄ non probat: vt C. de aduo. diuer. iu. l. j. & q̄ in d. l. ad Turpi. dicitur, loquitur si suas suorumq; iniurias exequatur: vt C. de calum. l. mater.

h Impunita. nec etiam aliud maleficium: vt ff. ad leg. Aquili. lege, ita vt vulneratus. in fi.

i Sicut. vt C. de calum. l. fi.

k Aut in totum. i. ex toto. alias in totum: & tunc habet locum hæc gl. i. ex toto, vel in totū nō faciat examinationē. deīde, &c.

l Et nō incurrit. i. nō præcurrit, vel nimium cito non currit: vt hæc præpositio in, augeat. sic. ff. de li. & posthu. l. Gallus. §. ille.

m Impunitā. i. non punitā, pro puniendam: sic. C. de iis q̄ no. infr. l. si possidonū. q. d. nō puniendam: quia bonam vitam faciant. & no. hic q̄ virtus in necessitatibus cōprobatur.

Virtus in necessitate cōprobatur.

n Foris. sic. j. vt nullus fab. ora. do. §. illud. col. v. sic j. de sanc. episc. §. interdicimus. col. ix.

o Tunc enim solum. item & quādo causa sit necessaria tunc cum literis sui superioris: vt j. eo. §. non aliter. & j. de sanct. episc. §. interdicimus. col. ix.

p Patriarchas. repete definimus.

q Diœceseos. i. patriarchatus.

r Compellentes. i. vt compellant.

s Et ipsum. scilicet annum.

t Propter misericordiā. vt non cōpellatur semper. q. d. stare domi.

v Legitimis. forte spactio xxx. dierū inter vnāquāq; denunciationē: vt j. de litigio. §. omnem. & §. interdicimus. col. ix. & j. de san. epis. col. ix.

x Obseruationē. vt nō turpiter citetur, vel capiatur.

y Introducat. scilicet patriarcha.

z Hæc omnia. s. quæ dixi de patriarcha circa opponendam pœnam.

a Litium causa. hoc est propter q̄ &c. vel si habes causas litium, &c. dic propter causas: alias causa: & semper regit dictionē litium.

b Respiciētium. scorum, &c. Acc.

c Et hic constituti.

† Arg. est hic, q̄d si quis est in legatione regia, non tenetur cōparere corā legato apostolico. de hoc vide in c. cum prælati. cum gl. ij. extra de appellationib.

nisteria [a] lustrent [b] peregre, & expendant, & neque vllum sanctissimis ecclesiis lucrũ, neque vllum præbere iuuamen, neque secundum quod decet sacerdotem, proprium habere habitum. Præsertim si quædam sint lites fortè sanctissimis ecclesiis propter quas has occasiones afferunt: hoc per eos qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisarios [c], aut œconomos [d] mouere [e], & petitiones [f] non ad imperium dirigere [g]: impetrare [h] autem sperata. Propterea [i] sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionẽ inciderit necessitas [k], hanc [l] aut per eos, qui res agunt sacrarum ecclesiarum (quos apocrisarios vocant) aut per aliquos clericos huc destinatos, aut œconomos suos notam imperio [m] facere, aut nostris administratoribus, vt impetrent quod cõpetens est: & non hoc Deo amabilibus episcopis erroris & absentiæ, & sanctissimis ecclesiis læsionis occasionem [n] fieri, tam in prouincia ecclesiasticarum rerum per absentiam eorum neglectarum, quam etiam hic expẽsis multis ab ipsis factis nec non in peregre habitatione nõ habili constituta, et vndiq; [o] causam [p] nullum iuuamen, magis autem læsionem [q] ecclesiis sanctissimis inferentem. Non autem aliter Deo aliquem amabilium episcoporum præsumere dirigere [r] se ad hanc felicissimam ciuitatem, priusquam (si quidem quis episcopus sit) literas acceperit propriĳ metropolitæ ad imperium: & quæ secundum diuinas regulas probabilia vocantur, testimonium perhibentia necessitatis eius [s] præsentię.

Si verò metropolitanus sit, qui proficisci vult: literas sumat eiusdem diœceseos patriarchæ, eius præsentiam necessariam esse dicentes: & sic oportere imperatorem iubere hũc præsentari: & non temere & sine conscientia metropolitarum aut patriarcharum proficisci: pro eo, quòd hoc diuinis interdictum est regulis, vt huc aduenientes nõ præsumãt per semetipsos se prius pronũciare ad imperium: sed primitus aut ad Deo amabilem patriarcham [t] ꝓficisci, aut ad vniuscuiusque diœceseos [v], ex qua sunt [x], apocrisarios [y]: & cum ipsis cõferant causas, propter quas venerũt, & ingredi ad imperiũ eius, & deinceps imperiali perfrui aspectu. mox quã imperanti astiterint, liceat q̃dem petentibus episcopis, aut per eos, qui vocantur referẽdariĳ [z] sanctissimę maioris ecclesiæ, aut per religiosos apocrisarios cuiusque diœceseos sanctissimorum patriarcharum suggerere [a] se imperio, & promoueri responsum celeriter: ita vt si aut iusta ab imperio petierint. hæc accipiant: aut si non iusta quærunt, velociter reuertantur, vnde profecti sunt.

Clericus ordinandus est boni testimonij vir, literas omnino sciens concurrentibus quibusdã, quæ in episcopi ordinatione sta-

tuti. in hac vrbe Constantinopolitana, vbi habitabant Imperatores tempore Constantini, qui, illam ciuitatem constituit.

[a] Ministeria. i. ministeriales vel seruientes episcopi iacentes tãquã bestię vel dic ministeria diuina, quæ in ecclesia esse debent, nunc peregrinãtur: ꝙ esse nõ debet: vt hic, & infra, vt cle. apud proprie epis. §. j. col. vj.

[b] Lustrent. intra cubile fere, quinquẽnia lustra fuere.

[c] Apocrisarios. ab * apos, ꝙ est supra: & crisis iudicium, quasi constitutus super iudicio agẽdo. vel dic chrisos aurũ: inde Ioãnes Chrisostomus: inde apocrisarius id est, thesaurarius.

* Dic tu purius ac rectius, ab ἀποκρίνομαι, quod est respondeo. vnde apocrisarius, Latine responsalis dici potest, qui & quãdoque pro legato accipitur.

[d] Oeconomos. i. œconomus est, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur ab episcopo: vt C. de sac. san. ecc. l. iubemus. cir. prin. & de episc. & cle. l. omnes, qui. § hoc procul dubio.

Facit c. Imperatorũ. extra, de iuram. calum. vbi ponit definitionem œconomi.

[e] Mouere. s. apud iudices ordinarios & communes. i. iudices, qui sunt boni & optimi. Acc.

[f] Et petitiones. i. libellos petitorios in quibus petitur. Accursius.

[g] Dirigere. s. directo: vt j. de mãd. prin. §. deinde. col. iĳ. & ff. de appel. l. imperator.

[h] Impetrare. s. à dictis ordinariis iudicibus.

[i] Propterea. ex quo ad eos hæc negotia remittimus.

[k] Necessitas. propter quàm oporteat huc venire puta propter confirmationẽ alicuius priuilegij, vel impetrationem. ꝙ necesse est per principẽ fieri non per alium, vel propter aliquod aliud, propter quod oportet principem adiri.

[l] Hanc. scilicet necessitatem.

[m] Imperio. id est, Imperatori.

[n] Occasionem. No. duplicẽ læsionem: vt subiicit tã in prouincia, &c.

[o] Et vndiq;. subaudi fieri. Accur.

[p] Causam. i. absentiam.

[q] Læsionem. propter expensas.

[r] Dirigere. semet ipsum: vt sequitur: vt differat à superiori proxime dicto, vbi concessit mitti. Accur.

[s] Eius. s. archiepiscopi. vt hic, & j. de san. episc. §. interdicimus. col. ix.

[t] Patriarcham. s. Constantinopolitanum.

[v] Diœcesos. Quod nos territorium dicimus * . s. vbi habetur iurisdictio in temporalibus, vt ff. de iure om. iud. l. fin. & de verbo. sig. l. pupillus. §. territorium. Hinc dicitur diœcesis in genere fœmineo, vbi est iurisdictio in spiritualibus: vt hic innuitur.

* An ciuitas & diœcesis sint idem, vide in ca. Rodulphus. in gl. vnica in prin. extra, de rescrip.

[x] Ex qua sunt. nã si est episcopus, & mittitur ad ciuitatem Constantinopolitanam: & ibi sit apocrisarius sui metropolitę ob causam istam forte vel aliam: vel metropolita sit, & sit ibi apocrisarius sui patriarchæ ob hãc vel aliam causam vel sibi vel patriarchæ illius ciuitatis, prius se debet præsentare: & causas conferre: vt hic. Sed hodie ad solũ patriarcham videt quod debeat ire: vt infra, de san. episco. §. interdicimus. col. ix.

[y] Apocrisarios. si eos secum duxerunt.

[z] Referendariĳ. qui stant in curia, vt præstent aduocationem venientibus vt dicta eorum referant: vt infra, de referen. per totum titu.

* Qui sint referendariĳ, vide in Specul. de suppli. §. j. post principium.

[a] Suggerere. id est, negotia sua dicere.

Hæc

tuta sunt. Barto.

Hæc autem [a] de Deo amabilibus episcopis secundum diuinas constituentes [b] regulas & religiosos clericos [c] cū multa fieri inquisitione secundum diuinas regulas, & boni testimonij viros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos [d]. Literas enim ignorantes omnino nolumus, neque vnum ordinem [e] suscipere clericorum videlicet presbyterorum & diaconorum, tam sacras orationes docentium [f], quā ecclesiarum & cononum legentium libros: ordinationem sine querela & inculpabilem & sine aliqua contradictione & datione pecuniarum, aut rerum suscipientes [g]. Neque autem eos volumus omnino officiales aut curiales constitutos suscipere ordinationem: nisi secundum leges, quas super his posuimus pridem [h]. quas & hic nunc confirmamus. ipsos autem ordinatos, sacra præcepta in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas propter quas hoc ipsum agi etiam super Deo amabilibus episcopis sanciuimus [i]. Neque [k] autem secundas habentem aut eū, qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum [l] aut presbyterum: neque si mulieri cō iungatur seiūctę [m], & ꝓprium virū derelinquenti [n]: sed neque si concubinam habeat, sed ipsam vxorem, si cum castitate [o] & ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinatiōibus diligimus quàm cum castitate viuētes, aut cum vxoribus nō cohabitantes, aut vnius vxoris virum, qui vel fuerit, vel sit: & ipsam [p] castitatem [q] eligentem, primum principiū [†] & fundamētum manifestum secundum diuinas regulas, & residuæ virtutis constitutam [r]. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat vxorem, aut concubinam, aut, palam, aut occultè, sacro statim cadat [s] ordine, & deinceps idiota [t] sit. Quòd si & lector [v] secundā ducat vxorem propter quędā [x] & hoc forsan irrecusabili necessitate: nullatenus ad altiorem accedat gradū neque perfruatur gradu maiori in sacerdotio: maneat autem in eodem gradu perpetuò, sed non ad tertias veniat nuptias: satis est enim si ad secundas. Si verò aliquid tale egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad maiorem gradum venire festinauerit: exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens [y]. Pudicè etenim nobis ꝑ omnia pertinet viuere. Si enim tales constituti ij, qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad episopatum ascensus erit: & ex multis [z] bonis viris facilius inueniētur, qui adducantur ad primum [a] gradum sacerdotij digni.

Diaconissa ordinari debet ætatis quinquaginta annorum, & non minoris: nisi ex necessitate imminente, quæ pudicitiā & castitatem seruare compellatur. Bartolus.

Quanta [b] igitur super venerabiles clericos à nobis dicta [c] sunt, hæc etiā sup Deo amabilibus diaconissis [d] agi volumus, vt neq̧ ipsę citra

a Hæc autem de Deo. quæ dicta sūt supra.

b Constituentes. scilicet nos.

c Clericos. s. cæteros. nā episcopi clerici sunt: vt. s. e. §. igitur. Et nota, q fere eadē hic exigūtur, quæ in ordinatiōe episcopi: vt hic & .s. e. §. j. vsque ad. §. illud.

d Cōstitutos. de theologia. Accur.

e Neque vnū ordinē. s. nolumus illiteratos esse, nedum plures. hoc tamen fallit si de literatis habere nō potest.

f Docentiū. i. docere debentium. q. d. cum hæc debent facere, non debent esse illiterati in aliquo ordine.

g Suscipientes. s. nos ordinationem &c.

h Pridem. i. prius: vt. s. eod. §. & neq̧ ex officiali. Acc.

i Sāciuimus: vt. s. eo. §. illud. in fi.

k Neque. sic. j. de san. epis. §. clericos. col. ix.

l Diaconum. idē in subdiacono: vt j. hoc. §.

m Seiunctæ. scilicet quādoque. i. viduæ. quid si virgini fuit coniunctus? Respon. potest esse clericus, dūmodo voueat castitatem: non alias: vt infra, de san. epis. §. clericos. & in authē. vt li. ma. & auię. §. qa verò. co. viij. et. j. statim. §. pe.

n Derelinquenti. morte viri vł repudio: multo minus si adhuc iunctam alij habeat. Accur.

o Castitatē. præterita, vt modo dixit: & pręsenti quā vouere debet: vt modo diximus, sic j. de l. no. §. de. colla. iij.

p Ipsam. scilicet mulierem.

q Castitatem. sic j. de lenonibus. §. pe. Accur.

r Constitutam. castitatem. Nā est fundamentū aliarū virtutū, quæ in ordinando requiruntur: quæ multæ sūt vt supra, proxi. §. & hoc. §.

Castitas fundamentum est in ordinandis.

s Cadat. not. qđ causa principiū impediens, & post superueniēs destruit. arg. cōtra instit. de le. §. si qs debitori.

† Cōcor. ca. causam matrimonij. in glo. vl. in prin. ibi. Est illa. extra de probationibus. Et habetur Ecclesiast. ca. xxvj. vbi dicitur, omnis ponderatio nō condignā tem continentis animæ.

t Idiota. i. eo loco, quo sunt idiotę.

v Lector. q. d. careat beneficio clericali: vt hoc. §.

x Propter quædā. s. quæ inuitant hominē ad matrimoniū & quasi necessitatē imponūt, vt sequitur: vt dilectio filiorū ꝓcreandorū: qđ vtile est: vt. ff. de bo. dā. l. fi. §. fi. Vel quia iuuenis est: vnde seruori naturæ resistere non pōt: vt. j. proxi. §. & .s. de nō eligen. §. cum igitur. ver. si autem. Vel qa amore pulchræ fœminæ detinetur. quo nil est vehemētius: vt infra, qui. mo. na. effi. leg. §. illud. colla. vj. vel qa amore eius est inebriatus per artē forte magicā: vt qs vino bacchatur: vt instit. de suc. sub. q̄ si. per bonorū venditionem. §. fi.

Fœmineo amore nihil fortius.

y Cadēs. & nihilominus curiæ ciuitatis dabitur cū sua substantia tota: vt infra eo. §. semel. & .s. de san. episco. §. sed neque curialem.

z Et multis. subaudi autem, si non est in textu.

a Ad primum. id est, summum, scilicet episcopatum.

b Quanta. i. quot vel quæ iura. Acc.

c Dicta: vt. s. eod. per totum.

d Diaconissis. ordo erat monacharum, quæ habebant quandam prerogatiuam: non tamen cantabant euange

tiones habent nullo præsumente extra ea, quæ sub scripta sunt, nequaquam reqrere amplius aliquid. A spectabili comite Oriẽtis in sacro cubiculo solidos lxiiij. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum cũ quatuor scriniariis sacri laterculi solidos numero l. eius adiutori solidos iiij. officio gloriosissimorum pfectorũ prætoriorũ soli. lxxx. A proconsule Asiæ ita in sacro nostro cubiculo, soli. nu. xiiij, primicerio clarissimorum tribunorũ notariorũ cũ quatuor scriniariis sacri laterculi soli. nume. xl. eius adiutori soli. nu. iiij. officio gloriosissimorum præfectorũ prætoriorum soli. nu. lxxx. A spectali comite Phrygiæ Pacatianæ chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nu. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nu. xxiiij. eius adiutori soli. nu. iiij. officio gloriosissimorum præfectorum prætoriorum soli. nu. l. A spectabili comite Galatiæ primæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nu. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nu. xxiij. eius adiutori soli. nu. iiij. officio gloriosissimorũ præfectorum prætoriorum soli. nu. l. A vicario Longimuri chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nu. ix. primicerio clarissimorum tribunorum soli. nu. xxiiij. eius adiutori soli. nu. iiij. officio gloriosissimorum præfectorũ prætoriorum soli. nu. xl. & quæcũq; administrationes consulares ve sunt. ix. A iudice Palestinæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. ix. primicerio clarissimorũ tribunorum notariorum soli. xxiiij. eius adiutori soli. iiij. officio gloriosissimorum præfectorũ prætoriorum soli. nu. xl. A iudice secundæ Syriæ spectactabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nu. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nu. xxiiij. eius adiutori soli. nu. iiij. officio gloriosissimorũ præfectorum prętoriorũ soli. nu. xl. A iudice Cypri spectabilibus chartulariis tribus sacri cucubili soli. nu. ix. primicerio clarissimorũ tribunorum notariorũ soli. nu. xxiiij. eius adiutori so. nu. iiij. officio gloriosissimorũ pfectorũ prætoriorum soli. nu. xl. A iudice Pamphyliæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi so. nu. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nu. xxiiij. eius adiutori soli. nu. iiij. officio gloriosissimorũ præfectorũ prætorio rum soli. nu. xl. A iudice Armeniæ maioris spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nu. ix. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ soli. nu. xxiiij. eius adiutori soli. nu. iij. officio gloriosissimorũ præfectorũ prætoriorũ soli. nu. xl. A iudice Armeniæ minoris ita vt suprà. A iudice Cappadociæ primæ, ita vt suprà. A iudice Cappadociæ secundæ, ita vt suprà. A iudice. Hellesponti, ita vt suprà. A iudice Thraciæ, ita vt suprà. A iudice Europæ, ita vt suprà. A iudice Cariæ, ita vt suprà. A iudice Lyciæ, ita vt suprà. A iudice Augustianæ, ita vt suprà. & quæcunque administrationes præsidiales siue correctiuę sunt. A iudice Libyæ superioris spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi so. nu. ix. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorum soli. nu. xxxvj. A iudice Aegypti primæ, ita vt suprà. A iudice Aegypti secundæ, ita vt suprà. A iudice Niceæ secundæ, ita vt suprà. A iudice Palestinæ tertiæ, ita vt suprà. A iudice Arabiæ, ita vt suprà. A iudice Euphartesiæ, ita vt suprà. A iudice Mesopotamiæ, vt suprà, A iudice Ciliciæ secundæ, ita vt suprà. A iudice Armeniæ primæ, ita vt suprà. A iudice Galatiæ secundæ, ita vt suprà. A iudice Onoriadis, ita vt suprà. A iudice Insularum, ita vt suprà. A iudice Mysiæ secundæ, ita vt suprà. A iudice Scythiæ, ita vt suprà. Pro vniuscuiusq; ciuitatis defensore, si quidẽ sit metropolis, pro metropoli [a] à prætore gloriosissimorum præfectorũ prætoriorũ dandi sunt soli. nu. iiij. si verò alterius ciuitatis, soli. iij. & vltra hæc nihil. Nec enim defensores vel dare iudicibus, nec alteri cuiquam, nec accipere volumus [†] nisi quędam sint, cũ ab eis volo [b], pręsideant consuetudines. scientibus eis, quia si nuncietur nostræ potestati de aliquo eorũ, quia præuaricatur, quæ à nobis sancita sunt: & quod receperint, quadruplum reddent: & officio soluto: exilium habitatunt continum. cùm etiã prouinciarum iudices si hoc neglexerint, & defensores sinant rapere, nõ modicã & ipsi sustinebunt pœnam.

† Haloã nisi ex publico ulti consuetudines quędam præbeãtur.

Iudices & ciuitatum defensores pro administratione nec dare, nec recipere licet à subditis ex administratione: nisi in defectum sui salarij, iureiurando ab eis præstando, pœna contra facientibus imminente. Bart.

SCriptum [c] est exemplar huius Dominico gloriosissimo præfecto apud Illy-

ricũ prætoriorum. †Sed ita quidem adiectionibus iusiurandũ subeant, secundum proprium de hoc facto inditũ sacramentum, cuius exẽplar etiam directum est tuæ celsitudini. Qui verò administrationes suscipiũt à tua celsitudine, directos hinc eis à nobis codicillos suscipiãt præsente Deo amabili ciuitatis, in qua degunt, episcopo: & aliis, qui in ciuitate sunt, in iudicio tuæ celsitudinis cõgregatis, & officio oĩ tuo, corã qbus etiam codicillos accipiãt & iurẽt prædictũ iusiurãdum & maximè hoc præcipimus† corã curialibus agi, quos cõpetens est magna frui, & à tua celsitudine, & qui idẽ ferent cingulũ. Optima aũt erit prouidentia & studiũ, vt & nihil ab eis tu lucreris omnino: neq; permittas eos ab vllo lædi. Eos enim, qui hanc nituntur iniquitatẽ, quatenus & felicissimo nostro vtãtur exercitu, & reliquas curiales adimpleãt functiones: quia nõ oportet talia attentari solatia, vt possit referri ad tantã tarditatem. Nihil em̃ nobis tam cõmendat tuã celsitudinẽ, q̃uo circa curiales vniuscuiusq; ciuitatis prouidẽtia, quam præberi volumus istis, & à tua celsitudine, & à cinguli semper successoribus. Quapropter dũ codicillos dederis administrationes accipiẽtibus à te, aut præsente, hoc eis tuã denũciare volumus sedẽ, vt curialibus omnẽ ferãt fauorem, nihil penitus ab eis accipiẽtes. Prohibeantur autẽ & ab aliis eis afferri dãna: et agnoscãt per te: quia si præter hoc aliquid egerint, pœnis subiacebũt grauissimis. Sicut enim curialibus parcere te volumus, ita & defensorũ castigare & retinere auaritiam[a] sancimus, & ab eis pręsumere accipere à nostris subiectis, nisi sec̃d'm quod eis administrat respublica: aut si nõ est aliquod eis publicum solatiũ, quãtum inculpabilis antiquitas definiuit, vt à spõtaneis ipsis magis quàm ab inuitis accipiant, & hoc parũ: & quantũ eis ad mediocrẽ sufficit vitæ gubernationẽ. Sciãt enim, quia si citra hæc aliquid acceperint, non solũ qua drupli subiacebunt pœnæ, sed etiam exiliũ habitabunt continuũ, prius eis plagis corporeis infligendis.

Edictum scriptum in omni terra Deo amabilibus archiepiscopis & sanctissimis patriarchis.

Traditæ nobis à Deo reipublicæ curam habẽtes, & in omni iustitia viuere nostros subiectos studẽtes, subiectam legẽ conscripsimus: quã & tuæ sanctitati, & per eam omnibus, qui tuæ prouinciæ, sunt facere manifestã, bene habere putauimus. Tuæ igitur sit reuerẽtię, & cęterorũ hęc custodire: & si quid transcendatur à iudicibus, ad nos referre, vt nihil contẽnant horum quę sanctè & iustè à nobis sancita sunt. Sic em̃ nos quidem nostrorum subiectorũ miserati, q̃m supra fiscaliũ functionũ exactionem, etiam maximas sustinẽt ex furto iudicum violentias, propter factas ꝓuinciarũ venditiones: hæc auferre per subiectã studuimus[b] legem. Vos autem si negligentes non referatis à nobis quidem cõsecratam domino Deo, rationẽ reddetis apud eũ pro aliorũ iniustitia, si quod nõ agnoscentibus nobis, damnũ apud vos hominibus inferatur. sed oportet præsentes vos prouinciis, & pro eis ac reliquis detestantes manifestos nobis facere, & rectos iudices, & transcẽdentes hanc legem nostram: quatenus vtrosque cognoscentes, hos quidem puniamus, illis autem repensemus. Cumq; lex publicè proposita fuerit, & omnibus manifesta: tunc intus recondatur in sanctissima ecclesia cũ sacris vasis: vtpote & ipsa dedicata Deo, & ad salutẽ ab eo factorum hominũ scripta. facietis autẽ melius, & illic habitãtibus vniuersis hominibus vtilius, si eã inculpẽtes, aut tabulis, aut lapidibus, in porticib⁹ sanctissimæ ecclesiæ describatis, plenã[c] præbentes omnibus horum, quæ sancita sunt, lectionẽ atque possessionẽ. Si verò pro iudicum puritate hanc habuimus prouidentiã: palàm est: quia multò magis defensoribus nõ permisimus, nec quicquam accipere, nec dare. Dabunt enim concessis sibi præceptis in foro gloriosissimorũ pręfectorũ (si quidẽ maiores sint ciuitates) solidos quatuor: si verò minores sint solidos tres: & vltra hęc nihil. Accipient autem nihil ab vllo, si aliquis ex fisco solennis eis quæstus erit. Aut si nihil ex fisco percipiunt, nihil vltrà, quã sacra nostra statutum est constitutione, percipiant: alioquin, si quid accipere capiantur, aut ipsi, aut qui vocantur eorum

† Haloã. his vt quo que additis. Iusiurand. subeant secundum proprium de hoc factũ, & infra positũ sacramentum. quæ fuerũt i illa. vt iu. sine quo quo suf. & quædam continent plus de admonitionibus. quas facere debent episcopi & præfecti: & p̃fides postquã iurauerunt: vt. j. e. sicut enim si quis mitteret epistolã secretã, & quãdam apertã, ita hæc est apta respectu superioris.

a Auaritiam, quę est radix omnium malorũ: vt. s̃. vt iu. sine quoquo suff. §. an certe. & potest hic notari, vt hæc lex sit correcta: vt ff. de offi. proconf. l. solent. §. fi. nã hic nõ permittitur aliquo modo accipe esculentũ dũmodo habeat salariũ, ex quo sibi satisfieri potest: vt statim sequitur. idẽ dico de illa. ff. de offi. præt. l. plebiscito.

† Haloã. circa curiales agi.

b Studuimus legem: vt. s̃. vt iu. sine quoquo suffra.

c Plenam. alias pœnam.

Iusiur

Haec constitutio adijcit & diligenter comprehendit sacramentum, quod debet facere quilibet administrator: vt suprà, vt iu. sine quoquo suff. §. sic igitur.

b Administrationem. quamlibet: vt s. vt iud. sine quo. suffra. §. hæc autem omnia.

c Iuro ego. hic nô. prius substâtiam sacramenti vsq; illuc, purâ conscientiâ &c. ibi aût incipiût capitula, quæ durant vsq; ad. §. fin. postea aût pœnas dicit, quas vult subire, si côtra fecerit: & sic tria contine̅tur in hac côstitutione. Accur.

chartularij, aut alter quispiam, qui circa eos sunt: illi quadruplum restituent, quod acceperunt: & hac solicitudine repellentur: insuper exilio perpetuo mulctabuntur: & in corpore castitati reddent prouinciam viris bonis pro malis defendendam. Mentiri autem et in hoc custodes nos inhibentes, & qui preces hic agunt, & insinuautes, vt neque lateat aliquid horum, quę delinquuntur: neque latendo sit impunitum: sed omnis ęquitas atque iustitia nostris subiectis floreat. Si verò etiam hactenus iudices non post insinuationem huius legis omni abstineât furto, sciât & ipsi huius legis pœnæ se esse subiectos.

TITVLVS III.

IVSIVRANDVM [a] QVOD PRAESTATVR ab his, qui administrationem [b] accipiunt.

Sacramenti substantiam docet, iurisq; iurandi formam demonstrat, & pœnam ostendit hæc constitutio. Bartolus.

IVro ego [c] per Deum omnipotêtem, et filium eius vnigenitum dominum nostrum Iesum Christum [d], & Spiritum sanctum, & per sanctam gloriosam Dei genitricē, & semper virginem Mariam, & per quatuor [e] Euangelia, quæ in manibus meis teneo [f], & per sanctos archangelos Michaëlem et Gabrielem, puram conscientiam germanumq; [g] seruitium me seruaturum sacratissimis nostris dominis [h] Iustiniano & Theodoræ coniugi eius, occasione traditæ mihi ab eorum pietate administrationis: et omnem [i] laborem ac sudorem cum fauore sine dolo, et sine arte [k] quacunque suscipio in cômissa mihi ab eis administratione de eorū imperio atque republica: et cômunicator sum sanctissimæ Dei catholicæ [l] et apostolicæ [m] ecclesiæ: et nullo mndo vel tempore aduersabor ei: nec alium quemcunque permitto [n], quantum possibilitatem habeo. Iuro quoque idem iusiurandum [o]: quia nulli penitus neque dedi, neque dabo [p] occasione dati mihi cinguli [q], neque occasione patrocinij, neque promisi, neque professus sum de prouincia mittere, neque mittã, neque oc-

Christus pp̄ter tria fuit baptizatus.

d Christũ. per hoc verbũ & sequēs sacramentum, quod dicit de virgine excludit Iudæos ab his admiuistrationibus vel potestariis: argu. C. de summa trinit. l. j. Nam Christus, vt dicit in decr. pp̄ter tria fuit baptizatus. pp̄ter exemplum, vt nos faceremus idē. Item propter commendationem suæ humanitatis. Item propter vim regeneratiuam conferendâ aquis, quam nô habēt Iudæi in se: vt in decret. dī de consecra. distin. iiij. c. si baptizata. & cap. nũquam. in hoc enim nomine Christus, tria côtinentur. scilicet, qui & à quo, & de quo id est, tres personæ. pater vngēs, filius vnctus, spũs sanctus vnctio: vt in decre. de conse. dist. iiij. c. quodam.

Euangelistæ quibus figuris pingun tur.

Iurans malignè, peierat.

e Quatuor. id est, à quatuor euangelistis facta & côposita, scilicet Matthæo Marco, Luca & Ioanne: qui suis figuris pingũtur: vt hoc versu continetur. Est homo Matthæus, Marcusque Leo, Vitulus Lucas, pingitur Aquila Ioannes. Hi enim quatuor omnia euangelia fecerũt: & nô sunt plura, licet diuisim legãtur in ecclesia. Sed quid si super vnum librum tantũ, vel q̄d si super aliũ? Videtur nô valere, vt hic. sed contra est: quia habetur respectus ad vera euãgelia. Item mēs deferentis est côsideranda, vbi iurãs vellet malignari: vt in decret. xxij. quæstio. v. c. quacunq; arte. & facit ad hoc versus. Fallit iurantem iuratio facta per artem. & repete semper, ad omnes hos accusatiuos. Item côsuetuo sic interpretatur, vt iuramentũ factum super quolibet libro valeat: vt. ff. de legib. & senatuscons. l. si de interpretatione.

f Tertio. Not. quod tangere debet, & est verum, nisi in casibus: vt in iudice iudicante: vt. C. de iudic. leg. rē non nouam. Item in episcopo testificãte: vt īfra, de sanctissimis episcopis. §. nulli. collatio. ix. Item in alienante rem ecclesiasticam, vel dando eam in emphyteusim: vt supra, de non alien. §. quod autem à nobis dictũ. ibi, & vt neque.

g Germanũ. Germanus frater: germana soror dicit: quasi ex eodē germine natus, vel nata. & sic facit se parem: quod est verũ quod ad quidcum vterq; ad statum imperij studeat: vt supra, vt iud. siue quoquo suffragio. §. oportet. sed subiicit seruitium per quod reddit se subiicibilem.

h Dominis. Hic nota. quod genus masculinum concipit fœmininum. sic ff. de lega. iij. l. qui duos. & ff. de pact. l. tres fratres. sed nô ecôtra. vt. ff. de legatis secũdo. l. si ita scriptũ. de quo plene dic vt. ff. de verb. sig. l. j.

i Et omnem. s. iuro me, præstatutum repete.

k Arte. id est, deceptione: vnde Cato, Sic ars deluditur arte.

l Catholicæ. i. vniuersalis.

m Apostolicæ. id est, Romanæ. quæ fuit ab apostolo Petro fundata: vt. j. titu. proxi. §. fi.

n Permitto. id est, permittam. sic enim est modus loquendi Theutonicorum. vnde extunc patet, quod ex eis Theutonicis erat Imperator vsque ad hoc tempus. quod tamē dicemus infra, vt p̄po. no. impera. colla. v. Nota. tamen hic, quod potestates terrarum debent expellere hæreticos de suis locis, per legem istã. & C. de summa trinitate. leg. j. in fine. & in constitutioni. Friderici. ad decorem. §. ij. quæ est. C. de hære. l. Gazaros. Accursius.

o Idem iusiurandum. repete per.

p Dabo. facit. j. vt iud. sine quoquo suffrag. §. sic igitur. & C. ad leg. Iul. repe. l. sancimus. Accur.

q Cinguli. i. dignitatis.

a Suffragij.i.pro suffragio præstando corā domino Imperatore pro dignitate habenda. Accur.

b Famosissimis.hic in bona parte accipitur.alias in mala:vt cum dicitur famosus latro:vt ff.de pœ.l.capitalium.§.famosos.& §. fi.

n.ā.& j.vt dif.iu.§.si tñ.col.ea.& C.de iud.l.placuit.

n Ago.i.agam,scilicet omnem iustitiam.

o Asidētē.sic.j.vt nulli iu.§.qm̄ vero.col.ix.Azo.

p Et circa me.scilicet sunt.

q Delinquant.quia turpius est:vt s̄.vt iud.sine quoquo suf.§.eos.

casione dominici suffragij a ,neq; famosissimis b præfectis administrationem habentibus neque iis,qui circa eos sunt,neque alij hominum vlli,sed sicut sine suffragio percepi c cingulum, sic etiam purè me exhibebo circa subiectos piissimorum nostrorum dominorum d cōtētus iis,quæ statutæ sunt mihi de fisco annonis e . Et primū omne habebo studium,vt fiscalia f vigilanter inspiciam,& indeuotos quidem & † indigentes g necessitate,cum omni exigā vehementia, nequaquam subinclinatus h ,neque ob hoc lucrū ipsum cōsiderans,aut per gratiā i vel odium exigēs k aliquem, citrà quam competit, † aut concedā alicui. deuotos autem paternè tractabo, & subiectos piissimorum nostrorum dominorum illæsos vndiq; quantum possibilitatem l habeo,custodiam. Et æquus in causis vtriq; parti,& in publicis disciplinis ero:nulliq; parti citrà,quam iustum est, præstabo,sed † exequar vniuersa delicta, & omnem æquitatē seruabo,secundū quod mihi visum m † fuerit iustum: & eos quidē,qui innoxij sunt, vndique innoxios illæsosque conseruabo,noxiis autem imponam supplicium secundum legē, & omnem iustitiam(sicut iā dictum est)in publicis & priuatis contractibus eis seruabo,

& si cōperero fiscum iniustitiam pati non ego solū hoc ago n †,sed etiam mihi semper asidentem o talem studebo assumere, & circa me p omnes, vt non ego purus quidē sim: qui verò circa me sunt, furentur,& delinquant q . Si quis autem inueniatur circa me talis: † quod fit ab eo,me sanare r , & eum expellere. Si verò non hæc omnia ita seruauero, recipiam hic s & in futuro seculo in terribili iudicio magni Dei domini & saluatoris nostri Iesu christi: & habeā partem cum Iuda t †,& lepra Giezi v , vt tremore Cain x :insuper & pœnis quæ lege eorum y pietatis continentur,ero subiectus. Scriptū est exēplar huius Domini co gloriosissimo per Illyricum prętoriorū præfecto.

TITVLVS IIII.

VT ECCLESIA Romana centum annorum gaudeat præscriptione.

Ecclesia Romana cum ecclesiis sibi subiectis centenaria gaudet præscriptione in contractibus causis,rebus,& actionibus omnibus.Bartol.

Imp. Iustinianus A. Ioanni beatiss. ac sanctissimo archiepiscopo & patriarchæ veteris Romæ.

Vt legum originē z anterior a Roma sortita est ita et summi pōtificatus apicem apud eā

c Percepi.quodcunq;:vt s̄. vt iud. sine quoquo suffr. §.hæc autē: omnia.

d Dominorū. s. imperatorū & vxoris:& concipit hic masculinū fœmininū:vt s̄.dixi.

e Annonis.vt tamen esculentum & poculētū possit accipere:vt ff.de offi. procō.l.solēt.§.fin. & offi.præsid.l.plebiscito. Sed illæ possunt dici correctæ,quando habet sufficiēs salariū, vt diximus.s̄.tit.proxi.circa prin.

f Fiscalia.scilicet tributa.

† Haloā. compulsione indigentes.

g Indigentes. id est, quibus ex necessitate imponitur necessitas: vt s̄. vt iud.sine quoquo suf.§.eos.

h Subinclinatus. i.flexus in aliquo.

i Per gratiam.sic j.de san. episco. in princ.col.ix. & C. de bo.auth.iu.pos. l.si.& j. de alie. & emphy.§.si quis autē.colla.ix.

† Haloā. siueremittam ali-

k Citra quam.i. aliter quam deceat alias vltra quā: & tunc idem sonat.

l Possibilitatem. sed nūq̄d bene pōt vertit. per suff.§.quod aūt.circa fin.§.& j.de mā.

† Haloā. vt s̄.vt iu.sine quo. sequar.

† Contra prin.§.patrociniarium habe Quare ergo redditur capi.j. se suspectū? Rñ. loquitur hic de potē consti.sed tia tributa à na. i.à vide ibi iur.vt s̄.qūo opor. gl.vlt hoc episc.§.igitur. extra, de declaran-

m Visum.excepto tē.vide gl. defensore qui iurat omnia le actu in ca.j.su- per verbo rū secundū legē: vt canones. j.de defen.ci.§. iusextra, de iurandum. col. iij. off.iudici. secundū H. Vel,qđ ordina.ad est verius, item in quā cōmu quolibet,vt secūdū niter cano legē iudicare debenistæ de at vt j. de iudic.§. hac materia recurrunt. omnis aūt.col.vj.nec ob.qđ hic dicitur:quia & postea subdit secundū.l.omnem.& facit ad l istam.j. vt iud. non expe.sa.ius.§.j.col.ix. & C.de iud.l.rem non no-

r Me sanare.scilicet iuro.

s Hic.s.talionem in hoc seculo propter cupiditatem.

† Alias, agam, vt non sit opus Acc. scholio.

t Cum Iuda.s. in inferno:vt sicut ille propter cupiditatē xxx. argenteorum fuit damnatus,sic & iste.

v Et lepra Giezi. Giezi seru⁹ fuit Elisei proph. Naamā leprosus q lā accessit ad prophetā,vt liberaret eū à lepra:qđ fecit gratis.in recessu illius liberati seruus prophetæ cōtra volūtatē domini cucurrit post eū: vt referret ex xl.oneribus camelorū,quæ habebat domino suo duo immutatoria vestimentorum:qđ cū dominus sciuit, leprā liberati conuertit in seruū Giezi toto tēpore vitę suæ propter cupiditatem. sic erit de hoc iudice. Accur.

† Haloā. præstabo, quod ipse admisit, eumq; abigam.

† Habetur de Iuda Matth. xxvij. capite. & in Actibus apostolorū ca. j. in litera,ca.

x Tremore Cain. vt sicut ille semper tremuit & timuit postquā interfecerat fratrem suum: sic iste.

y Eorum.s. domini Imperatoris & suæ vxoris.

VT ECCLEsia Roma &c.

Vt legum originē. Verū est apud latinos sed nō apud Græcos,imo Roma ab eis habuit,vt ff. de ori.iu.l.ij.§ j.& insti.de iure nat. §.& nō inelegāter. Acc.

a Anterior. Rom. multa sortit̄ nomina,vt dominus Al. hic notauit.nā dicitur anterior,vt hic. vetus:vt C. de vete. iu.enuc.l.ij.§. pe.splendidissima:vt C.de vet.iu.enu.l. ij.§.quæ omnia.æterna:vt C.de priui.corp.vr. ro. lib. xj.& de su.ar.l.ij.eo.lib. Regia;vt instit.de satisda.§.fi.

Roma quot nominibus appellatur.

Antiqua. Inclyta, Alma: vt C. de tem. in integ. restit. l. fi. & C. vbi se. vel cla. l. ij. & iij. Sacratissima: vt C. de dona. l. in hac. Felicissima: vt j. de leno. colla. iij. in prin. & j. de tabu. & j. de eccle. re. imo. alt. §. fi. col. iiij. Senior: vt C. de adop. l. arrogationes. Florentissima, Maxima: vt j. de exh. & intr. §. si vero magna. co. v. Regia: vt j. quib. mo. na. effi. sui. §. si quis igitur. col. vij. & est hoc nomen anterior respectiuũ. nã est secunda Roma, vt Cõstãtinopolis. q̃ videt̃ habere eadem priuilegia omnia quæ vetus habet: vt C. de priui. vr. cõ. l. j. lib. xj. nisi quibusdã. Nam vetus habet primam sedem ecclesiarũ, secũda habet secũdã vt j. de eccle. ti. §. j. col. ix. Itẽ originẽ legum habet vetus & nõ noua, vt hic. Itẽ fontẽ sacerdotij habet vetus & non noua: vt hic. Itẽ vetus Roma caput est orbis terrarũ, & imperator ibi creatur, non in noua: vt C. de consuli. & non spar. l. nemini. §. quoniã. lib. x. j. & C. de vete. iu. enuc. l. j. §. pe. Itẽ priuilegiũ quod habet vetus Roma in præscri. centum annorũ, non habet noua vt patet hic in tit.

esse nemo [a] est qui dubitet. Vnde & nos necessarium duximus patriam [b] legum, fontem sacerdotij, spirituali nostri numinis lege illustrare, vt ex hac [c] in vniuersas ecclesias catholicas, quæ vsq; ad Oceanũ [d] positæ sunt, saluberrimæ legis vigor extẽdatur: & sic totius Occidentis, necnon & Orientis, vbi possessiones sitæ inueniuntur ad ecclesias nostras [e] siue nunc pertinẽtes, seu postea eis acquirendæ, lex propria ad honorem Dei consecrata [f]. Cũ enim antiqua [g] iura xxx. annorum metis temporales exceptiones cõcludebant, & si hypotheca fuerat, paulò longiora [h] eis spatia cõdonabant: nos sacrosanctas ecclesias huiusmodi quidẽ curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, maxime [i] in his rebus, in quibus vel læsionem [k] sustinuerint, vel quicquam debeatur [l]: sed centum † tãtummodo annorum [m] lapsu temporalem [n] exceptionem eis opponi sancimus: vt maneãt per totum prædictũ tempus integra iura ecclesiastica, & non possit eis alia præter centum annorũ obuiare exceptio: cùm hoc tempus vitę longæui hominis plerunque [o] finis esse dignoscatur. Habeat itaq; sanctitas tua hanc legẽ catholicis totius occidentis ecclesiis profuturam, & in Orientales partes propagandam, in quibus aliq̃d sacrosanctæ possident ecclesiæ: vt sit Deo omnipotenti dignum donariũ [p] diuinarum rerum tuitio: nec iniquis [q] hominibus impium remaneat præsidiũ [r], & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquat̃: sed ille seruetur innocẽs, qui re vera innoxius [s] sit: nec improba [t] tẽporis allegatiõe sese tueatur, tẽpus pro puritate [v] p̃tẽdẽs. Qđ igit̃ nr̃a æternitas ad omnipotẽtis dei ho

[a] Nemo. qui talibus intendat.

[b] Patriã. s. ipsam Romam.

[c] Ex hac. s. Roma. id est, ecclesia Romana.

[d] Ad Oceanum. i. occidentem.

[e] Nostras. i. in nostra protectione positas: sicut omnia sunt vt C. de quadr. præ. l. fi. in prin. Accur.

[f] Consecrata sic s. vt iu. sine quo suf. §. itaq;.

[g] Antiqua. s. codicis quæ sunt antiqua respectu istarũ legũ: vt C. de præscri. xxx. anno. l. sicut. & l. omnes. & l. cũ nouissimi. Nã iure digestorũ non inuenitur de hac præscriptione xxx. vel xl. anno. sed prædicta l. sicut primo dicit de ista materia. nec ob. C. de constit. pec. l. ij. quia ibi fit mẽtio de his præscriptionibus: q̃ a nouior est quã illa sicut in rem: cũ sit Iustiniani. Acc.

[h] Longiora. s. xl. an. si contra principalẽ debitorẽ intenditur. si contra aliũ sine titulo possidentẽ, xxx. an. vt C. de præs. xxx. an. l. cũ notissimi. & de anna. exce. l. j. Sed & si titulo quis extraneus possidet, cũ mobilis est, per triẽniũ: immobilis per decẽ, vel viginti annos præscribitur: vt C. si aduer. cre. l. j. & ij. & sic patet quod hypothecaria habet quatuor vias. Accur.

[i] Maxime. quare dixit maxime: cũ nihil habet aliud nisi quod suum est, & hic specialiter dicit læsionem: vel quod ei debetur personali actione: vt hic dicit, vel quicquã, &c. Respon. imo vt si quam rem immobilem a̋ lienet ecclesia, nõ datur vẽdicatio œconomo. sed hoc vsq; ad c. annos. & ideo dixit maxime: vt hic & s. de non alie. §. vult enim illa.

[k] Læsionem. i. propriæ rei amissionem.

[l] Debeatur. s. actione personali.

[m] Annorum. sed hodie videtur q̃ xl. an. vt j. de ec. titu. §. pro temporalibus. & j. hæc constitu. interpre. §. j. co. vj. quæ sunt cõtra. Solu. dicũt quidam, q̃ hic generaliter loquitur in omni ecclesia posita sub Rom. ecclesia: & prout generaliter dicit: & generaliter in omnibus dignoscit̃ corrigi per illas: & in hac sentẽtia est Placẽ. Ioã. & Azo. sed Al. dicit: q̃ hæc generaliter loquitur: & in vna specie aliarum tãtum derogatur, scilicet in rebus ecclesiarum aliarum quam Romanæ. & Ir. dicit idem: quæ sententia nobis placet. Nam & iure canonico comprobatur: vt extra de pręscripti. c. cum à nobis. quod imitari debemus: vt j. de eccle. tit. §. j. col. ix. & §. quõ oport. episc. §. fi. Verũ p̃ nouissimas decre. Innocẽtij omnis præscriptio tollitur: qđ. s. ius canonicũ iure naturali firmatur: vt ff. de regu. iur. l. iure naturæ.

[n] Temporalem. alias spiritualẽ. nã alias non habet locum talis præscriptio, nisi quibusdam priuilegij loco sit concessum: vt ecclesiæ Nouantulanæ cõcessum est hodie.

[o] Pleruncq;. quia quandoque viuit aliquis vltra, vt Noẽ & Zozimus Abb. vt s. de mona. §. hinc nobis. ver. si vero. & facit ad hoc. C. de sacrosan. eccle. l. fi. & ff. de vsufru. l. an vsusfructus. & j. hæc constitu. inter cõsti. §. fi. col. vj.

[p] Donarium. id est, donum.

[q] Iniquis. alias iniquis: alias impiis.

[r] Præsidium. i. auxilium scilicet præscriptionis. & no. præscriptionem esse odiosam.

[s] Innoxius facit. s. titu. j. §. & æquus. & s. vt iud. sine quoquo suf. §. eos. & C. de pœ. l. sancimus. & j. de incest. nu. in prin. col. iij.

[t] Improba. iure naturali inspecto: vt. ff. de condi. indebi. l. nam hoc natura. sed iure ciuili comprobatur: licet non hoc casu amodo: vt ff. de vsucapi. l. j. & ff. pro socio. l. fina.

[v] Tempus pro puritate. No. hic arg. pro M. vt præscriptione [1] dominium directum quęratur. nam si non est hic pro veritate, & est speciale. alias ergo est sic pro eo. C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. in princi. & ff. de vsuca. l. eum qui. Sed nos contra: vt de pa. l. tradi

† Est tamen casus in quo pręscribitur contra ecclesiã Romanã quadraginta annis: vt in ca. j §. si post mortem. extra de pręscri. libro vj. & concor cũ hoc tex. c. cũ nobis. cum gl. super verbo legali. extra, de pręscrip. & c. si diligẽti. in fi. eo. tit.

Præscriptio est odiosa.

[1] Idem tenet Innoc. in c. cæterum. in gl. parati. extra de iud.

traditionibus.& no ta.inst.de vsuca.§.j.
[a] Venerandæ.s. etiam ad honorē. Azo.
[b] Petri. Per hoc dicūt quidā, quod hęc lex nō ex gene ralis:quod falsum est:vt.s.diximus.eo. tit.Sed possent ipsi respōdere,quod di cit hic statim de a liis terris: vt ha beat locū,si sint spe cialiter sub Ro.ec. de suo orto, vt est Ferraria & mar chia & alię similes. nā remotarū eccle siarū, quāq; maior ecclesia procuratorē sumit: vt.s. vt de ter.sit nūe. cle.&.§.j. de ali. & emph.§.j. coll.ix.qua tñ rō ne non moueor.
[c] Imperij.i.legis huius.
[d] Reminiscētes.i. epilogantes.

† Alias, in æternū reminiscē tes.Huius modi autē legit &c.

norem, venerandæ [a] sedi summi Apostoli Petri [b] dedicauit:hoc habeant omnes terræ,omne insulæ totius Occidentis,quę vsque ad ipsos Oceani recessus extenduntur,nostri Imperij [c] prouidentiam per hoc in æternum. Reminiscentes [d] †, huius legis prærogatiuam (sicut suprà dictum est) non solùm in Occidētalibus partibus Romanæ ecclesiæ condonamus,sed etiam in Orientalibus partibus,in quibus ecclesiasticæ vrbis Romæ possessiones sunt, vel postea fuerint,scilicet, omnibus iudicibus maioribus & minoribus, qui Christiani & orthodoxi sunt,vel postea fuerint,hāc nostram constitutionem seruantibus: nihilominus huiusmodi legis temeratoribus,post cęlestes pœnas, etiam legitimum semper vigorem pertimescentibus, & pœnam quinquaginta librarum auri formidantibus. hac lege non solùm in postea emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in iis,quæ iam sunt deductę in iudicium.Sanctitas itaq; tua præsentē nostræ mansuetudinis legē piissimam, siue sacrosanctam oblationem,quam Deo dedicamus accipiēs, intra † sacratissima vasa reponat, & à nobis seruandā, & omnes ecclesiasticas possessiones seruaturam. Dat. Constantinopol. vj. Calend. Maij, Belisario. V.C. Cons.

DE REFERENDARIIS SACRI PALATII.

[e] Cum aliis. Sed vbi sunt hæc, q̄ in ordinē cōpetentē pduximus? Rñ. vt.s.vt deter.sit nu. cle.&.s. quō opor. epis.§.sed neque.
[f] Referendariis. sunt aūt referendarij.qui sūt aduocati in curia principis, dicti ex eo, q̄ referūt vices hominū corā principe: vt.s.quomo.opor. episc.§.nō aliter.in fi.§.&.§.j.statim subiicit.§.&.§.j.vt lit.in. §.pe.coll.ix.
[g] Vtiliores.Sed in quo? Rñ.vt cū honestate & curialiter.pponūt:vt.ff.de postu.l.j.§.j.rñs.&.s. quomo. opor.epis. §.non aliter.in fin.
[h] Primum.id est, à principio:& breuiter tria no.tēpora. primo erant octo tantū,sed Imperator ad quorundā supplicationē duos vel tres cōstituit:& sic dicit.§.j. quod dicit esse plures, q̄

[i] Referendarij qui sint, vide in Specul. de supplica.§.j. in med.

† In quibusdā exemp. legitur, intro apud sacratissima va. re. & à no. ser. & in omnes eccle. pos. seruitu.

TITVLVS V.

DE REFERENDARIIS SACRI palatij.

Numerus referendariorum in octonario numero debet terminari alijs vltra hūc numerum iam constitutis in suo statu manentibus. Barto.

Imperator Iustinianus A. Hermogeni gloriosissimo sacrorum officiorū magistro exconsule & patricio.

Cum aliis [e] omnibus,quæ in ordinem perduximus competētem, neque ea,quæ de spectabilibus nostris referēdariis [f] sunt, foris relinquere existimauimus à nostra prouidentia; & tantò magis, quantò nobis vtiliores [g] constituti sunt. primùm [h] quidem eos non in multitudine constitutos, † vtpote multos per eos audiuimus singulorum facilè petitiones dicentes plures esse [i], quàm dudū fecimus. Sed apparuerunt quidam nostram largitatem in immensum vocantes,& multos [k] quidem nobis supplicantes introducentes, multis autem petitionibus vsi, † ita semper adiectiones in immensum [l] incompetens, causam sic perduxerunt honestam. Nil enim petentibus factum est finitum, donec [m] in quatuor & decem eorum numerus exiret. Propterea igitur, vtpote causa forsan à nobis honorata [n], deinde in multitudinem effusa,ne ppria imminuatur honestate, præuidimus certa eorum numerum comprehendere mensura:non vt quæ sunt,auferamus eis concessa (nec enim hoc imperialis est maiestatis proprium [o]) sed vt omnium placentium nobis & honestè ministrantium,foras aliquos ex his constituamus à nostro ministerio, nullo omnino concedimus modo: sed manere,quidem eos sancimus secundum figuram, qua sunt: neminem tamen omnino adiici, donec in octo viros perueniat numerus: vt hi perpetuè sint octo constituti [p]: numero quidem hoc per nullum modum, aut tem-

prius constituerit, Tertium est,quod res iam in infinitū procedebat, quando vsq; ad xiij.vel plures erant.& hęc sequuntur.
[i] Plures esse.subaudi etiā.& tamen: quia nō erant infiniti, audiuimus eos, vt p multos & melius etiam.
[k] Multos.subaudi,per.Accur.
[l] Immēsum.nam omne immēsum in competens est [a] vt s.vt deter.sit nu.cleri.in prin.
[m] Donec.i.nō cessauerūt instare,donec &c. & facit ad huiusmodi preces. s. vt deter. sit nūe. cleri.§.j.in fi.&.C. de pe bo.sub.l.j.
[n] Honorata.puta in duos vel tres. Azo.
[o] Propriū.quinimo, vt illæsa beneficia cōseruētur: vt j. cō. quæ de dig.§. illud.et facit ad hoc C.de aduoc. diuer. iud.l.iubemus.et.j. de mēsu.or.cle.col. iij.&.C.de sanc.ec. l.nō plures.&.s.vt deter.si nu.cleri. & C.qui mili.nō pos. l.eis quidem.
[p] Constituti. scilicet.sint.

[a] Cōcor. tex. in ca. venerabilis. extra, de dolo & contu. in Cle.dispēdiosam.ti. de iudi.

† Haloā. nos, quo magis multos illorū interuētu adiuuaremus, facilius singulorū desideria pdicentes, vt plures essent quam dudum, ecfecimus.

† Haloā dignitatis plenissimam rem quotidianis additamentis pene ad infinitū deduxerunt.

a Transcēdere.q.d. circa qualitates augmentū recipiant, hoc est bonitatē: vt dicit: nō circa numerū. Ac.
b Neque.not.interdici aliquid peti. sic.s̄.de non ali. §.quia verò verisimile.&.C.vt lit.pen.l.si.&.C.de pa. bo.sub.l.j.& ij.lib.x.

pus aucto ✝, festinantibus autem ipsis perpetuè inuicem transcēdere a circa nos & imperiū cura & deuotione: nemine licentiam habente, neq; petere aliquid deinceps tale: sed sciente, q; neq; b impetrabit petita pro eadem autem petitione non solū obligatus erit pœnæ auri librarum decem, sed etiā propria spoliabitur militia. Volumus enim eos in mensuram quidem vsque ad dictum numerum contineri, iustitia c verò & aliis virtutibus augeri, & ad maius apparere d. Multitudo enim numerosa nihil habet honestum e ✝: quoniam in paucis f ex multis, quę secundum virtutem est, vita saluatur. Maneant igitur secundū quod prædiximus nūc in eadem figura. Hæc autem tua eminētia cognoscens custodiat, vt nullo tempore transgrediatur aliquid eorum quæ à nobis sancita sunt: ✝ sed eos, qui præter hoc aliquid agunt, interminatam exigi pœnā, quam eis promisimus g: quàm nec repeti licet, nec reddi possibile est. Sitq; & hæc lex nostra multitudinem quidem expellens, introducens verò virtutem, quę non in multis apparet: & præcipuè in viris pcedat ex patribus h quidem bonis ✝, suā autē vitam constituentes, tā in petitionibus indigentiū, quàm ad nostram in eos i auxilium k. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram legē manifestata sunt: tua eminentia operi effectuiq; tradere festinet. Datum Idib. Maij. Constantinop. Belisario. V. C. Cons.

DE INCESTIS ET NEFARIIS nuptiis.

TITVLVS VI.

DE INCESTIS ✝ ET NEFARIIS nuptiis.

Masculi & mulieres illicitas contrahentes nuptias, pœna hic statuta sunt puniendi substantia eorum liberis extantibus applicanda, vel fisco. Bar.

Impe. Iusti. A. Floro gloriosiss. comiti vbicunque positarum sacrarum rerū priuatarum.

PRo incestis dudum nuptiis scriptas ab Imperatorib⁹ leges l non perfectè se habere iudicamus, m quæ eos quidem, qui incestis copulātur nuptiis, impunitos sinūt: ex his aūt procedentē sobolē, vtiq; inculpabilē existentem priuant n rebus paternis: vt necessitas sit eos quidem, qui peccant, sine reatu o esse: eos autem, qui innoxij sunt, tanquā peccātes puniri p. Sancimus igitur, decætero si quis illicitas q, & contrarias naturæ (quas lex incestas & nefandas & damnatas

✝ Haloā. semper autem contē dētibus illis, vt circa nos obsequio, & erga imperatoriam maiestatē beneuolētia alter alterum vicissim superent.

Multitudo confusionem parit.

c Iustitia. quæ est maior īter cæteras virtutes: vt.j.vt omnes obeb.iudi.in prin col.x.
d Apparere. neutraliter.q.d.ad maioritatē honoris volumus apparere.
e Honestū. vnde dicitur: vbi est multitudo, ibi est confusio.
f In paucis q.d. nolite confidere in multitudine. nam pauci sunt.s.referēdarij: etiā īter multos. per quos vita saluatur.i. hominū substantiæ est quibus viuunt, & ipsæ personæ: vt.j. qb. mod.nat.effi.legit. §.quisquis.&.C.de aduo.di.iudic.l.ad uocari. & hoc secū dum virtutē. nā clamādo quilibet esse posset bonus. vnde Cato. Sermo datur cūctis, animi sapiētia paucis: quæ verba licet ad referendarios aptauerim⁹ ad quolibet factū bonū possent aptari. illud nō placet dicere, vt hæc lr̄a, scd̄m animā intelligatur: licet etiam tūc esset verū. vnde illud, Multi sunt vocati, pauci vero electi nā secundum hoc nō sic bene referretur ad supradicta & fa. ad hūc.§. s̄.vt deter.sit nu.cl. in pri.&.ff.de con. instit. l. filius.&.ff. de verbo.obliga.l. continuus. §. item qui insulā.& in decretal.distin.xxiij. c.tales.
g Promisimus. id est imposuimus.
h Ex patribus. Not. filius præsumitur bonus propter patrem, quid miri?imo & ratione nationis præsumitur bonus, vel malus: vt.ff. de ædilitio edicto, lege, quod si nollit.§. qui mancipia.
i In eos.s. indigentes.
k Auxilium.s. implorandum pro indigentibus, Et nota.hic esse laudabile pauperes adiuuare: vt. C.quādo impera.inter pup.& vi.l.j.&.C.de epis.& cle.l.orphanotrophos.

✝ Haloā. qñ quidē ex tā multis vix paucos reperias in quibus vita secundū virtutem salua sit.

✝ Haloā. Quin potius ab iis qui cōtra hæc qd faciunt prædictā pœnam exigat, vt postea q ea expetāt, quæ neq; petere licitum neque dari possibile est.

✝ Haloā. fortunas tamen ac facultates suas in exponendis supplicum precibus. & imperrā illis à nobis auxilio reposi as habēt.

l Pro incestis Leges. vt.C. de incest. nupt. l. si quis incesti.
m Quæ.s.leges.
n Priuant. quod cōtingit ex eo: qa cū omnia bona patri auferebātur, magis filio auferri videbātur, cuius quasi iam erāt: vt insti. de hęr.qua.& diffe. §.sui.s.propter votum patris: vt.ff.de libe. & posthu.l.in suis.&.ff.vnde liberi.l.scripto.in fi.
o Reatu.i.sine pœna reatus.
p Puniri.quod nō debet esse: vt.C.de pœn.l.sancimus.& vt.s̄.vt iud.sine quo quo suffrag.§.eos. &.s̄. iusiur.§.& æquus. &.j. de mād. prin.§.oportet.i fi.
q Illicita. hoc generale nomen est, quocūq; modo sint nuptiæ cōtra legē: licet nō sint cōtrariæ naturę, sed iuri. nefariæ verò inter ascēdentes & descēdentes, incestæ aūt inter collaterales, vel affines: vt insti. de nupt.§. ergo. & ff de rit.nupt.l.qn. etiā. &. de adul.l.si adulteriū.j.rñ.licet lex qñ.p pmiscue vtatur. & secundū hoc reprobo hic opi. Mar.qui dicit tit.istū habere locū tantū, qñ erāt nefariæ vel incestæ: sed hęc litera dicit plus s.quocūq; modo illicitas. Nec ob.titulus hic, quē pro se inducit.nā plerūque generalior est tex quā tit.vt.s̄.vt eccle. Ro.&c.nā de aliis ibi loquit̄, & ecōtra ti.generalior est tex.vt patet.C.de reli.& sūp. fu.nam licet in ti.dicat de lusu: in tex.tamen nō dicit. vnde nō est bona sua argumētatio: licet noster fuerit conciuis.s. Florētinus.pro nobis aūt hæc est litera, scilicet, illicitas: vt insti.de nup.§.si aduersus.&.ff.de adul.l.si adulteriū.§.stuprū.in fin.§. quocūq; igit̄ modo

Filio quasi spectare videntibo na paterna.

✝ De hoc titulo vide xxvij. q.j. & xxviij. q.ij.& iij. quasi per totum.

Nuptiæ incestæ & nefariæ dif ferunt.

matr

vocat) contraxerit [a] nuptias : si quidem non habuerit filios ex prioribus legitimis & inculpabilibus sibi cõtractis nuptiis mox ei suarum rerum casum imminere [b] : simul autem & eis , quæ nomine dotis [c] data sunt ei, in nullo potiri [d] : sed omnia ærario [e] assignari, quod dũ licuerit [f] nuptias facere legitimas, cõtra leges amauerit, & cõfuderit quidem sobolẽ [g] , nocuerit autem & generi [h] ; egerit verò , quæ impia sunt & scelesta , & talia concupierit , qualia plurima etiam irrationabilia admonent [i] animalia: sitq́; ei pœna nõ confiscatio solũ, sed etiam cinguli [k] priuatio , & exiliũ [l] : & si vilis [m] fuerit, etiam corporis castigatio [n] , quatenus discat castè viuere, & intra naturam se cõtinere: nõ autem delectari & amare vltra terminum traditum nobis à natura, etiam his legibus repugnare. Mulier quoque si legem [o] sciens [p] , hanc quidem neglexerit, incestis autẽ semetipsam tradiderit nuptiis, sub eadem cõstituenda pœna [q] , Si verò cõtigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei , aut nepotes fortè, aut vlterius: paternam mox [r] illi accipiant successionem , suæ quidem potestatis patris supplicio [s] facti: pascentes [t] autem eum [v] , & alia necessaria [x] præbentes. Nam licet legum contẽptor & impius sit: tamen

matrimoniũ illicitũ est, quod est xiiij. modis, vt diximus insti.eo.§ sunt semper locum habet hic titu.

[a] Contraxerit.de facto.sic.C.ad leg.Iul. de adult.l. eum. Accursius.

[b] Imminere.Sed nũquid ipso iure, vel per sententiã. Respõ. facit credo ipso iure: quia dicit mox, sentẽtia verò nõ posset ita mox dari, sed tractim & cũ deliberatiõe fertur: vt.C.de sen.ex bre.reci.l.ij. et ideo statim, cũ erit tale matrimoniũ cõtractũ a sciẽtibus ipso iure dñium perdit rerum. & facit pro hoc.j.de ra.mu.quę propr.ra.nu.§. sancimus.col.ix.&.C. ad leg.Iul.ma.l.fin. &.ff.de pu.l. cõmissa.&.C.loca.l.fi.& j.de liti.§.si verò apud.in fin.col.viij. Sed quidam dicũt sententiam necessariã, & illegitimã reprobari debere ante, quã dominiũ rerũ perdatur, & est x eis. ff. de iure fis. l.eius.qui.j.respon. et.C.de hær.& ma. l.quicũq;.§.q; si fecerit.&.ff.ad Syl.l. necessarios.C.d ad opt.l.j. &.j. vt lit. iureiu §.illo.colla. ix. Sed respõderi potest his legibus: quia nõ est in eis tã horrendũ delictũ: vt hic.&.s.proxi.&.j.proxime dicitur. Sed ad quid hoc proderit, quod bona nõ auferẽtur, nisi lata sentẽtia? Respõ. quo ad fructus medij temporis: vt.ff.de iis qui.vt indig.l.eum qui. Accursius.

[c] Dotis nomine.vere aũt non est dos, cũ nec sit matrimonium: vt insti.eo.§.si aduersus.

[d] Potiri.i.vti.

[e] Aerario.i.in camera fisci, sed videtur etiam quod filiis nõ extãtibus non sint danda fisco, sed cõsanguineis eius: vt.j.de mã.prin.§.oportet.&.j. vt nul. iud.§. fi.col.ix.contra. Sol. quidam dicunt corrigi per illã de man.prin.& illã per aliã, vt nulli iud. Alij dicunt hoc speciale, sicut in crimine læsæ maiest. dicit illa, vt nulli iud. Alij dicũt hoc esse intelligendũ, cũ nec filij sunt, nec alij cõsanguinei: & ita secundũ illas, vel dic quod est verius, vt ibi diximus.s.vt nulli iudicum.

[f] Licuerit.ex hoc verbo colligo, quod hęc auth loquitur de eo qui sciẽs tale fecit matrimoniũ ex eo, qđ postea dicit de pœna exilij, quæ tantũ dolo delinquẽti imponit: & ex eo quod postea dicit, muliere quoq;. & si sciens &c. Et vt omnia sint tibi clara, distingue aut ille qui dicitur puniẽdus, sciuit factũ.s. consanguineam: & ius.s.nõ licere sibi de iure talem habere: aut ignorauit vtrũq;: aut sciuit ius, sed ignorauit factum: aut ecõtra. primo casu constat tum puniendũ: vt hic. Itẽ secũdo cõstat, quod nõ: vt hic. Itẽ in tertio constat similiter quod non, nisi sit paruus error: vt. C. eod.l. qui cõtra.&.C.de in inte.rest.mi.l.tutela. sed in quarto dico quasi idem quantũ ad pœnam ex hoc tit. cum nõ sint in dolo etiam, qui in iure errant: vt.ff.de peti. hæredi.l.sed & si.§.scire. & in damno vitãdo iuris error nõ nocet: vt.ff.de iuris & fact.igno.l.error &.l. in ris ignorantia. quasi ideo dixi: quia si in iure ciuili errauit: vt quia adoptiuam sororẽ accepit. prorsus excusatu. Nec obst.C.de interdic.ma.l. quia ibi clam accepit, quare præsumitur sciens: vt.ff.de ritu nup.l.fin. Si verò iure gentium, ratione ætatis iuratur: vel si dimisit eam ante, quã accusetur: & tunc in totũ. Si verò nõ dimisit, punitur: licet parum: vt.ff.ad l.gem Iul. de adult.l. si adulteriũ.§.stuprũ. &.§. nonnũquam. &.§.fratres. &.§. idẽ Pollioni. & incestum aũt. Et hæc in mas[c]ulo: sed fœminæ semper à pœna huius tituli excusantur quacũq; iuris ignorãtia, vt hic. Sed in pœna adulterij non excusantur quacũq; iuris ignorantia masculus vel fœmina: vt.ff de adul.l.si ad ulterium.§.fratres. in fine.

[f] Concor ca. cum secũdum leges. in prĩ. de hære.li. vj. cũ suis concord.

[g] Sobolem.scilicet natã ex huiusmodi nup. illicitis. nam nec filius dicitur: nec alendus est à patre: & omni beneficio excluditur: vt.j.qui. mod.nat. effi.sui.§.fi. Accur.

[h] Generi.i. consanguineis suis. nã aliquem esse malum, dedecus esse parentum: vt hic, & ff.de lib.cau.l.j.§.fi.&.l.ij. &.l.iij.&.ff. de appella.l. non tantum.

[i] Admonent.i.faciunt.

[k] Cinguli.i.dignitatis, si quam habet. Accur.

[l] Exiliũ.i.relegatio in insulã, vt puto: licet alia duo genera sint exilij: vt.ff.de interd.& releg.l.exiliũ. Sed tunc quomodo posset caste viuere: vt sequit: Respon. quia vxorem primam potest retinere, vel nouam accipere: vt.ff.de bo.dam.l.iiij.

[m] Vilis.no. magis puniri vilem. quã nobilem: vt.ff. de incen.rui.nau.l. Pædius.&.ff.de pœ.l. capitalium. §.venerarij.&.l.si quis aliquid.§.quod verò.quod plene diximus.s.vt iudi.sine quoquo suffr.§.sic igitur.in fine. Et facit etiam ad hoc.ff.de iniur.l.fi.&.C.quę res ven.non poss.l.fi.&.C.de pig.l.fi.

Vilis plus quam nobilis punitur.

[n] Castigatio.alias verberatio.

[o] Legem.s.tale matrimonium prohibentem.

[p] Sciẽs.semper tamen præsumo, quod ignoret, nisi contra probetur. In viro ecõtra.ff.de iuris & fac ign. l.regula.quod potest vir probare ratione ætatis , vel ratione rusticitatis : vt in prædicta.l. dicitur.&.C.de testa.l.fi. Accur.

[q] Pœna.congruente tamen mulieri. Accursius.

[r] Mox.i statim.

[s] Supplicio.i.in pœnã patris, quę magna est: vt hic. &.ff.de legatis primo, lege, filiusfamilias.§.secundum vulgarem.

[t] Pascentes.s.filij.

[v] Eum.s.patrem.

[x] Alia necessaria.ad victum. Et facit ad hoc.j.qui mod.nat.effi.sui.§.penul. & ff. ad Treb.l. ex facto.§. si quis rogatus.&.l.Imperator.in fi.&.C.de alen.lib. l.j..

l.§. Sed quomodo pascent eum in exilio positum? Respon. bene, mittendo sibi necessaria. nam etiam eo capto ab hostibus illuc sunt sibi necessaria mittenda: vt j. vt cum de ap.cog.§.si vnum de prædictis.

in nuptiis existentibus inculpabilibus. & hic accipe, vt prætermissum nõ priuetur &c. & quod dicit in sequẽti casu, si verò &c. loquitur quãdo nõ sunt soli huiusmodi filij. & hoc secũdum primã positionẽ casus. secundũ aliã planus est hic casus, & differt à sequenti: quia hic sũt soli legitimi sine huiusmõi filiis incestuosis: sed in sequenti sunt cum illis, scilicet, incestuosis. Accursius.

pater est.

Pœna legis huius in nuptijs futuris obtinet, & non in præteritis ante hanc legem dissolutis, nec etiam in postea dissolutis intra biẽnium. In nuptijs verò vltra biennium durantibus sub eadem qualitate & pœna per omnia locum habet. Barto.

Et hoc quidem sequens tempus habeat post præsentem nostram constitutionem currens: nullo contristando, si castè vixerit. licebit enim nihil peccantes sub hac lege non subdi. Quod verò iam transactum [a] est: nec omnino relinquimus innoxium [b], nec omnibus modis sub acerbam indignationem submittimus: sed si quæ incestæ factæ sunt nuptiæ: si quidem contigerit eas quolibet modo dissolui [c], sine reatu [d] sint. Si verò hęc nostra lex inuenerit aliquẽ post [e] tales nuptias [f], licentiam ille habeat, ex quo omnibus insinuata est [g], intra duos annos sic sibi copulatam dimittere coniugem, nõ reuersuram vlterius ad eum: neque separatam quidem figuraliter [h], ꝓ veritate verò cõiunctam. Forsan enim sic prioribus [i] satisfaciat sola quarta [k] eius substantiæ parte ad fiscum deferenda, & ad filios [l] omnia alia substantia, quam eis [m] tanquam innoxiis concedimus [n]: vt si quidem soli [o], & non cum aliis, & ipsi legitimi sint, & ex aliis nuptiis inculpabilibus existentibus: non priuentur paterna successione: nisi iustè [p] eos odio habens pater propter aliam quãdam legitimam offensionem à sua excludat successione. Si verò etiã nuptiæ sint aliæ prius factæ, & non offendentes legem, & filij inde oriantur: tres quidem partes hæreditatis vndique inculpabilibus & innoxiis relinqui filiis: nisi aliquid offendat aliud, quod eos indignos patris secũdum legem successione demonstret: quartam verò filiis iniuriam [q] quidem passis, innoxiis tamen, relinquere liceat [r]: & ipsis inculpabilibus per omnia alia circa patrem visis: scilicet, & percepta ex paterna substantia quarta parte, quã fisco dari præcipimus [s]. Damus autẽ eis [t] non ex testamẽto solo, sed etiam ab intestato genitorum, secundum prius à nobis dictum modum fieri hæredes: hoc eodem [v] valente, si etiam postquam prius dimiserit coniugem incestè sibi cõmissam, vel copulatam, alterã duxerit secundam vxorem, filiis ei & ex priore [x] existentibus, & postea ex legitima ꝓcreatis. Sic enim prius [y] tempus clementiæ [z] vincimus, dote quippe præcedenti [a] mulieri danda. Si autẽ vxorem nõ dimi-

a Transactu m.s. ante legem istam.

b Innoxium.i. sine pœna. Et facit ad hoc.s̃.vt iud. sine quoquo suffra. in si.&.s̃.titu. ꝓxi.

c Dissolui.s. ante legem istam.

d Reatu.i. sine pœna reatus, quid ẽm peccauit antiquitas &c.vt.C. de testa.l. iubemus.§.penulti.

e Post tales.id est post se.

f Nuptias.s. secũdas.

g Insinuata est.i. ex quo in notitiã peruenit. Sed nunquid à tẽpore duorum mensium hic biennium cõputatur: vt.j̃.vt fac. no. constitut? Respon. non, vt hic, &.j̃.eo.§.si autem.

h Figuraliter.nã non debet fingere se dimittere & pro veritate tenere.

i Prioribus.s. nuptiis vel delictis. Accursius.

k Quarta. hoc, ꝗ de quarta dicit, eredo correctũ: vt.j̃.de man. prin.§.!oportet.&.j̃. vt nulli.iudic.§.fina.colla ix. & sic dicas vbicunque.s. in hac constitutiõe fit de ea mẽtio. s. residuam totam partem: & hoc secũdum vtrunque casum. sed solue: vt.j̃.§.j.

l Ad filios.sed de quibus filiis hic loquitur? Respon. de iis qui nati sunt ex hoc incesto cõniugio ante tẽpora tamẽ huius legis, vel post intra duos annos. vel põt intelligi de legitimis ex priori legitimo matrimonio. & hoc vsq; ad illum versicu. etiam &c & secundum vtrunque casum potes literam concordare, vt statim nota.

m Eis.s. incestuosis, secundum primum, vel legitimũ, secundum alium.

n Concedimus. hic accipe & ipsi legitimi sint, quod est infra, si quidem soli. & nõ cum aliis subaudi natis

o Soli.s. incestuosi, non cum aliis.s. legitimis secũdum primum. Vel dic soli, scilicet legitimi, & nõ cum aliis scilicet, incestuosis secundum casum. & quod dicit non cum aliis, subaudi sint, vt ipsi pro legitimis habeantur secundum primum: vel proprie secuncundum alium.

p Iuste. ex causis vt cũ de appel. co. §.causas.colla.viij. Accur.

q Iniuriam.id est damnum à nobis, qui eos cũ aliis nõ admittimus æqualiter.

r Liceat. scilicet, patri.

s Præcipimus, ꝗ est correctũ: vt proxime diximus.

t Eis.tam filiis legitimis, quàm incestuosis.

v Eodẽ. scilicet, quod dictum est ex naturalibus, id est, incestuosis existentibus, & legitimis primis. hoc idẽ sit, si postea sint legitimi, & prius hmõi naturales. Vel secũdo potest intelligi hic.§.quod dictum est naturalibus existentibus & legitimis prius: hoc idẽ & quando prius. et postea essent legitimi: & secundum vtrunque apta literam. Accur.

x Ex priore.s.incesta, secũdum primum casum: vel legitima, secundum alium. Accur.

y Prius tempus.i. naturales cum legitimis: vel legitimos primos cum vltimis, secundum aliam expositionem. Accursius.

z Clementiæ.i. clementer. Accur.

a Præcedenti. prædicta: vt.s̃.eo.§.

Lex

ferit intra duos annos ex quo lex [a] fuerit publicè insinuata, & ipse cadat sua substantia, & mulier dote, † & supradicta fiat pœna: tales quoque filij nihil ex paterna [b] substantia habebunt, neque ex materna dote. Sed si qui fuerint ex prioribus nuptiis innoxij filij ei procreati: illi res accipiant († post quartam quippe partem, quæ ad fiscū defertur) suæ potestatis effecti, & patrē alentes, † & aliam ei præbentes sufficientem sanationē, sicut prædiximus [c] dote etiam hic incestæ cōiugis sub fisco facienda. Si verò filij nō sint ex prioribus inculpabilibus nuptiis hoc agenti procreati: tunc totius eius substantię dominus erit fiscus. Hæc enim etiam in postea nubētibus incestè sancim⁹ [d], sub æqualitate per omnia ponentes eum, qui non dimittit intra prædictum à nobis tempus incestam coniugem, cum eo qui post hanc nostram legem incestas & odibiles quasdam nuptias eliget.

Liberi naturales per matrimonium legitimantur in omni casu, & quò ad omnia. Bart.

Dubitatum [e] itaque in quibusdam gentibus etiā aliquid de legitimis filiis ex nostra constitutione factis: existimauimus [f] rectè se habere nos tāquam legis partes [g], & adiicere ei, & soluere dubitationē. Etenim cum tali intellectu ab initio legem [h] posuimus: nam & si legitimorum quisquam sit pater, & obeunte eius vxore ex hominibus [i], aut etiā legitimè transigente [k] habuerit quandam cōsuetudinem ad aliam mulierem, quā licebat etiam legitimè [l] ducere vxorē [m], & fuerint ei filij ante dotalia documenta, si tamen ea [n] fecit aut etiam postea, vel etiam soli maneant ante dotalia filij: secundis [o] autem non procreatis, aut etiam postquā nati sunt, morientibus: existimauerunt quidam non posse se cundos [p] esse legitimos: quoniam præexistant ex priori coniuge alij legitimi & proprij filij, quod nullam rectam & consequentem habet consonantiam. Si enim huiusmodi filios nos legitimos et proprios demonstrauimus [q], dotalium documentorū continenti confectione [r]: legitimi verò etiam primi [s] constituti sunt in omnibus. legitimus etiam pater moritur & iis, qui ex prima fuerunt, & qui de secunda [t], licet ante dotalia documenta procreati sunt, & nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus & mortuus: & licentiam lex ei [v] præstet, quo vult testari modo in suam sobolem: vt tamen non offendat in aliquo leges [x] quæ mēsura certa successionis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab intestato & ex testamento (sicut & pater & lex permittit) proprij existentes atque legitimi: alterutrisque succedent. Quid enim [y] aliud decernimus: cū sufficiat legitima & suorum appellatio sub potestate eos ostendere, & dare etiam contra testamentum, quæ [z] leges præbent, & omnia habere, quæcunque huiusmodi appellationem decent [a]? Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc legem declarata sunt agnoscens, operi effectuique tradere festinet, præcepto vtens apud gentium præsides: vt & qui foris [b] sunt homines agnoscāt, quia sobolis innoxiæ & puræ curā habuerimus, & alienigenas [c] atque nostris odibiles legibus auersamur copulationes. Datum vj. Idus Octobris Constantinop. Belisario viro clarissimo consu. indictione xiiij.

† Haloā. & prædictę vtrique pœnę subdatur.

† Haloā. pter quartam scilicet partē, quæ &c.

† Haloā. & omnia illi, quę ad tuendā reliquam vitam sufficiunt, suppeditātes.

Imperator est pater legis.

a Lex. s. ista.

b Ex paterna. vt j. qui mo. na. effic. le. §. fin. col. vj.

c Prædiximus. s. eo. §. ij.

d Sancimus. vt s. eo. §. j. hæc paritas fallit in quarta, quam habet fiscus: quam non habet, si post hanc legē quis talē cōtrahit incestum. Et est ratio, quia hic videtur in alio releuari i biennio, quod datur ei. quare ecōtra grauet in hoc: vt arg. ff. de iureiu. l. eum qui in princ.

e Dubitatum. est subau. vel dic dubitatum poni neutraliter.

f Existimauim⁹. subaudi: & ideo existimauimus, &c.

g Patres. No. Imperatorē vocari patrem legis: vnde & leges sunt ei subiectæ: vt j. de cōsu. in fi. & j. vt ij, qui oblig. se habe. perhib. §. fina.

h Legē. s. ex qua oritur dicta dubitatio: vt C. de na. li. l. cum quis.

i Ex hominibus. similis oratio est. s. de nō ali. §. j. Acc.

k Transigente. i. separante. i. matrimonium per diuortium.

l Legitime. s. vt lex concedit infra, de nup. §. si igitur. & C. de diuor. l. cō sensu.

m Vxorem. facit ad hoc. j. de triē. & semis. §. fi. & j. vt libe. decæ. §. si quis autem.

n Ea. s. documenta dotalia. quasi dicat & eā postea accipit in vxorem.

o Secundis. i. post matrimonium. Ac.

p Secūdos id est, natos ex concubina.

q Demonstrauimus. s. si eam acceperit in vxorem.

r Cōfectione. quod est necess. quātū ad legitimationē filiorum: nō quo ad matrimoniū: vt ff. de regu. iur. l. nuptias. sed P. etiam ad matrimoniū dicebat hęc duo necessaria. s. dotē cōstitui. et fieri instrumentū. ar. pro eo. insti. de hære. quæ ab intest. §. j. & fin.

s Primi. i. nati ex concubina, quam postea duxit in vxorem tanquā primi: & expone vero, pro certo. Acc.

t De secunda. sic j. de filiis ante do. instru. natis. Accur.

v Ei. patri tales habenti filios.

x Leges vocāt. scilicet in quarta: vt C. de inofficioso te. l. cū quęritur. & l. parentibus. & instit. de inoffic. testa. §. fina.

y Quid enim. sit hic mentio de eo, quod est. j. de triē. & semis. §. fi.

z Quæ. ea subaudi.

a Decent vt querelam inoffi. test. & bo. pos. cōtra ta. secundum Al. vt institu. de exhæreda. lib. §. nost a.

b Foris. i. extra Constantinopolitanam ciuitatem. Accursius.

c Alienigenas. i. alienas à iure. Acc.

De

TITVLVS I.

DE LENONIBUS.

Lenones mulierum hac lege esse prohibentur, pœna contra facientibus imminente. Bar.

Imp. Iustinianus A. Constantinopolitanis.

COLLATIO III.

Et antiqs [a] legibus [b], & dudum [c] imperantibus [d] satis odibile visum est, esse Lenonum causam [e] & nomẽ: intantum, vt etiam plurimæ cõtra talia delinquentes scriberentur leges [f]. Nos autem dudum posita cõtra eos, qui sic impiè agunt, supplicia auximus [g]: & si quid relictum est à nostris prædecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges [h]: & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima ciuitate cõmissis, causam non despeximus. Agnouimus enim quosdã viuere quidã illicitè, ex causis autẽ crudelibus & odiosis occasionẽ sibimet nefandorum inuenire lucrorum & circũire prouincias & loca plurima, & inuenculas miserandas decipere, promittentes calceamenta, & vestimenta quædam [i]: & his venari [k] eas, & deducere ad hãc felicissimã ciuitatẽ [l]: & habere constitutas in suis habitationibus: & cibum eis miserãdum [m] dare, & vestes: & deinceps tradere ad luxuriam eas volẽtibus: & omnem quæstum miserabilem ex corpore earum accedentẽ ipsos accipere, & celebrare conscriptiones [n]: quia ipsæ vsq; ad tẽpus quod eis placuerit, obseruabunt impiã & scelestã hanc functionẽ implẽtes. Quasdam [o] verò earũ etiam fideiussores expetere: & intantum procedere illicitam actionem, vt in omni penè, & in hac regia ciuitate, & in transmarinis eius locis, & (quod deterius est) iuxta sacratissima loca & venerabiles domos sint tales habitationes: & causæ sic impię & iniquæ sub nostris tẽporibus præsumantur: ita vt etiam quosdam miserãtes earum, & abducere à tali operatione crebrò volentes, & ad legitimũ deducere matrimoniũ non sinerent [p]. Aliquos autem sic scelestos existere, vt puellas nec decimum [q] agẽtes annũ ad periculosam deponerent corruptionem: & quosdã [r] aurum dantes nõ paruũ, vix inde redemisse miseras, & nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies [s] mille modos [t], vt quos nullus præualeret sermonibus comprehendere: cum ad infinitam crudelitatẽ deductũ sit tale malũ: ita vt primũ quidẽ in vltimis partibus ciuitatis esse [v] nunc autem & ipsa [x] & quæ circa eam sunt, omnia [y] plena talium sint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis secretè denunciauit: deinde etiã nuper magnificentissimi prætores à nobis talia inquirere præcepti, hæc eadẽ ad nos retulerunt: moxq; audiuimus, & iudicauimus oportere Deo huiusmodi commendare causam & velociter liberare tali scelere ciuitatem. Sancimus igitur, omnes quidem, secundũ quod possunt, castitatem agere, quæ etiam sola Deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare [†]. Quia verò plurima sunt humana [z], cum arte & dolo & necessitate [&], qualibet; talium ad luxuriam deduci: omnibus prohibemus [b] modis, & nulli fiduciam esse pascere meretricem, & in domo habere mulieres, aut publicè prostituere ad luxuriã, & pro alio quodã negotio [c] talia mercari: neque cõscriptiones [d] super hoc percipere, neq; fideiussores exigere [e]: nec tale aliqd agere, quod cogat miseras & inuitas suã castitatẽ cõfundere: neq; sperare [f], quia licebit decæterò, eis vestiũ datione aut ornamentorum forsan, aut alimẽti decipere, vt etiã inuitæ sustineãt [g].

DE LENONIBUS.

[a] Et antiqs. vt ff. de in fa. l. j. §. q lenocinij. & l. athletas. §. q lenocinij. & ff. de adul. l. j. §. lonocinij. & §. qui hæc.

[b] Legibus. scilicet digestorum.

[c] Dolũ. in Codice.

[d] Imperantibus. vt C. de adult. l. de crimine. §. fina. & l. ita nobis pudor.

[e] Causam. scilicet odibilem.

[f] Leges. s. quas modo diximus. A.

[g] Auximus. scilicet in Græco.

[h] Leges. quas nõ habemus.

[i] His. scilicet vestimentis, & similibus.

[k] Venari. id est, decipere: sicut venatores esca ostensa decipiunt aues.

[l] Ciuitatẽ. s. Cõstantinopolitanã.

[m] Miserandum. i. miserum.

[n] Cõscriptiones. i. cautionem, quæ sequitur.

[o] Quasdã. id est, à quibusdam.

[p] Non sinerent. s. lenones.

[q] Decimum. qui etiam lege Iul. de adulte. tenẽtur: vt ff. de adulte. l. inter liberas.

[r] Et quosdam. s. alios bonos homines.

[s] Decies. sic. s̃. de hæredi. & fal. §. & hæc omnia quidẽ. colla. j.

[t] Modos. s. agnouimus, quod est. s̃.

[v] Esset. scilicet illud malum.

[x] Ipsa. scilicet ciuitas. Al.

[y] Omnia. loca.

[z] Humana. id est labilia & prona.

[&] Necessitate. s. quando desunt eis necessaria: vel necessitate adulationũ. nã vt dicunt, pecuniam voluit homo, nedum cor mulieris.

[b] Prohibemus. facit. s̃. de mo. §. si quis igitur.

[c] Negotio. vt qa eam camerariã dicit: vt C. ad legem Iul. de adulte. l. quę adulterium.

[d] Cõscriptiones. i. cautiones, quas dabãt istæ fœminę, ne recederent.

[e] Exigere. nec etiam iusiurandum: vt j. scenicas, &c.

[f] Sperare. scilicet leones.

[g] Sustineant. q.d. non damus repetitionem: quia cũ illę reddere non possent, sustinerent potius se prostitui.

[g] Sustineant. scilicet

[†] Cõcor. gl. in pœ. decre. sup verbo, pudicos. in prin. & gl. in ca. cum causa. super verbo priuileg. in princi. extra, de proba.

Non enim permittimus
quicq̃ fieri tale : sed etiã
nunc omnia talia breuiter
competenti cura disposui-
mus: statuentes etiã reddi
eis omnem, quã cõtigerit
cautionem occasione scele
ris huius exponi: & neque
permittimus scelestos Le-
nones, si quid dederũt eis,
hoc ab eis auferre : sed e-
tiam ipsos Lenones iube-
mus extra hãc fieri felicis-
simã ciuitatẽ, tanquam pe
stiferos, & cõmunes casti
tatis vastatores factos, &
liberas ancillasq́ requiren
tes, & deducẽtes ad hmõi
necessitatẽ, & decipientes,
& habentes educatas ad
vniuersam confusionem.
Præconizamus itaque:
quia si quis decæterò præ
sumpserit inuitã puellam
assumere, & habere ad ne-
cessitatẽ nutritã, & forni-
cationis sibi deferentẽ quę
stum: hunc necesse esse à
spectabilibus prætoribus
populi huius felicissimæ
ciuitatis cõprehẽsum, oĩa
nouissima sustinere sup-
plicia. Si enim pecuniario
rũ eos furtorũ & latroci-
niorũ emendatores elegi
mus : quõ nõ multò ma
gis castitatis furtum & la
trociniũ eos coërcere per-
mittimus? Si quis autẽ pa
tiatur in sua domo quen-
dam Lenonẽ, & huiusmo
di præpositũ operationis
habere, & hæc denuntiata
cognoscens, non ex domo
sua expulerit: sciat se & de-
cem librarum auri sustine
re pœnã, & citra † ipsam
perditurum habitationẽ i
Si quis autem conscriptio
nem k decæterò in talibus
præsumpserit l, aut fide-
iussorem acceperit: sciat
nullam quidem se vtili-
tatem huiusmodi fideius-
sionis aut conscriptionis
habere. Etenim fideius-
sor quidẽ obligatus nõ
erit : conscriptio verò
omnino inualida mane-
bit: & ipse (sicut prædi-
mus) in corpore suppli-
cium sustinebit: et à ma-
gna hac longissimè ciui-
tate expelletur . Mulieres:
itaque castè quidem viue-
re volumus & oram⁹ :
non autem inuitas ad lu-
xuriosam vitam deduci:
nec impiè agere cogi: om-
nino enim lenocinium et
fieri prohibemus, et factũ
punimus, præcipuè quidẽ
in hac felicissima ciuitate,
et in eius circũitu: nihilo-
minus autem et in locis foris positis omni
bus, quæ ab initio nostræ sunt reipubli-
cæ, et quæ nũc à domino Deo donata sunt
nobis: et maximè in illis: eò, q̃ Dei dona,
quæ circa nostrã fecit rempublicam, volu
mus cõseruari pura ab omni tali necessita
te: et dñi Dei circa nos munera esse et per-
manere digna. Credimus eñ in dño Deo,
etiam ex hoc nostro circa castitatẽ studio
magnũ fieri nostræ reipublicæ incremen-
tũ, Deo nobis oĩa prospera per talia opera
conferẽte. Quatenus ergo vos primi no-
stri ciues casta hac nostra fruamini disposi
tione, propterea hac sacratissima prædica
tione vtimur, vt sciatis nostrum circa vos
studiũ, circa castitatem atq; pietatem labo
res nostros, per quos in omnibus bonis cu
stodiri nostram rempublicam speramus.

Scriptum exemplar gloriosissimo magistro, in quo adiectum est.

Vt ergo omnibus hæc manifesta fiant
in nostra habitãtibus republica, tua subli-
mitas hanc nostrã suscipiẽs sacrã legẽ, in o-
mni ditione præceptis ꝓpriis eã vniuersis
ciuitatibus nostris insinuet: et non solũ in
hac felicissima ciuitate, sed etiã in ꝓuincia
rũ custodiatur locis, dño omniũ Deo pro
alio quodãmodo in odorẽ suauitatis obla
ta . Lata Constantinopolitanis ciuibus
nostris. Datum Calẽd. Decemb. Constan
tinop. Belisario V. C. Cons.

TITVLVS II.
DE DEFENSORIbus ciuitatum.

Defensores ciuitatum debent eligi honesti viri, fide digni, & ciuitatum nobiliores, & per circulum, præstito iureiurando ab electoribus antiqua solennitate seruata. Bartolus.

---

cet. ꝓstitui per huiusmodi suasiones. Azo.

Tale. i. huiusmodi suasiones.

Auferre. sic. ff. de cõdi. ob turpem caus. l. idem. §. sed quod meretrici. Accursius.

Præconizamus. i. præconia & alta & publica voce p̃cipimus.

Inuitam maximè. nam idẽ, si vult secundum Ala. vt argu. C. de episco. & cle. l. raptores. in fine. &. C. de rapt. virgi. l. j. in fi.

Nouissima. vt occidatur: vt. ff. de pœ. l. vltimum.

Eos. prætores.

Emendatores. id est, correctores, puniendo eos melius. Accur.

Elegimus. non quod de hoc habeamus legem.

Habitationem. ff. de petitio. hære. l. ancillarum. §. fin. contra. Sol. illa corrigitur. vel verius: licet veniat in hęreditatis petitionẽ talis pẽsio: tamen punitur qui sic exigit & locat. & facit ad hoc. C. de fa. mo. lege prima.

Conscriptionẽ.

Præsumpserit. scilicet accipere. Accursius.

Fideiussor. qui promittat se curaturũ, quod illa patietur se prostitui: alias, si ꝓmitteret eam passurã, nec iure cõmuni valeret: vt insti. de inuti. stipu. §. versa vice.

Non erit. cum effectu.

† In vetust. exẽp. circa ipsã periclitaturam habitat, &c.

Conscriptio. i. cautio. Azo.

Prædiximus. s. modo proxi.

Expelletur. ponendo in bannum, si non inueniatur. nam inuentus punitur ad mortem: vt supra.

Volumus. sic. s. de nõ eligẽ. §. cum igitur.

Oramus. i. deprecamur, vt caste viuant.

Omnibus. ergo & in Bononia: sed tamen nõ videmus eam ibi seruari. Accursius.

Vos primi. loquitur Constantinopolitanis, quibus primum pręcepit eam seruari.

Oblata. Græcũ est, Latine Cõstantinopolitanis, & hoc etiam alias est in litera.

Nisi

Impe. Iusti. A. Ioanni glo riosiss. præfecto prætorio- rum, iterum exconsule & patricio.

Nisi velociter [a] reuocemus [b] curā defensorum per competens officium [c]: nec ipsam vlterius antiquorū nominū habebimus [d] veritatem. aliis siquidē alia data sūt ab antiquitate [e] nomina significatiua apertè rerum [f]; hoc autem defensorum nomen purè demōstrat antiquitatē aliquos præposuisse rebus, quatenus ex omni eas [g] iniustitia vindicarent, liberas [h] quidē: & ꝓpter hoc paterna [i] voce defensores eos vocamus quatenus eripiant à malis iniustitiam patientes [k]. Nunc autem hoc defensorū nomen valde conculcatū est multis [l] nostræ reipublicæ partibus: & ita cōtemptum [m], vt in iniuria quidem potius, quàm in qualibet iaceat [n] honestate [o]. siquidem fiūt [p] viri [q] quidam obscuri [r] †, decreta [s] verò super eis misericordia [t] magis, quā electione [v] cōficiuntur. Quibus enim non est victus & vita sufficiens, isti defensorum † emendicantes ordinationem, ad hanc accedunt curam: † & pro alio quodam lusu [x], iudicum subiacent voluntatibus. Denique remouēt [y] eos quando voluerint, aut nihil, aut paruissimum [a] delinquētes: & alios in illorum prouehunt officium, quasi [a] † loci seruatores eos defensorum facientes: & hoc in anno frequenter in pluribus hominibus agētes, vt & officiales, & ciuitatum iudices, & harum habitatores, in nouissimo contemptu defensores habeant. Quæ verò agūtur ab eis, ad instar non actorum [b] sunt. si enim imperauerint [c] prouinciarū iudices: nequaquam præsumunt quædā gesta monumentorum cōficere apud semetipsos per omnia seruientes eis defensores, & illorū nutibus intendētes solis. Si verò quædā confi ciantur, primū quidē etiā hęc venūdant [d]: deinde cū nullū habeāt archiuū [e], in quo gesta apud se reponat, deperit, ꝙ cōficitur: & nequaquā inuenies apud eos plurium temporū poni [f] monumentū vllū penitus: sed ad hæredes [g] eorum, aut alias successiōes his monumentis egentes gesta quærunt: & horum quidem quæ inueniuntur quędam nulla fide sunt digna [h]: alia verò etiā pereunt, & intantū cadūt, vt in similitudine nō actorū sint. Nos igitur quoniam de † iudicibus bene dispo suimus [i], & maiores potestates [k] eorum [l] in gentibus fecimus, † & procul [m] ab eis est inspectio ciuitatum: propterea credimus oportere etiam de

[a] Nisi velociter. sicut alias ꝓpter imminēs damnū exigit velocitas: ita hic vt hoīes liberētur à malis cito: vt. ff. de dā. infec. l. j. [b] Reuocemus. nā cum fuerint olim ad opprobriū, ponemus eos ad honorem.

[c] Officium. scilicet eis assignandū: quod iniūget. j. eo. §. nulla. vsque ad §. fin.

[d] Habebimus. id est, nō seruabimus significationem huius nominis antiqui, defensor, quod facere debemus: vt insti. de do. §. est & aliud. &. C. de episcopis & cleri. l. decernimus.

[e] Ab antiquitate. i. ab antiquis sapiētibus.

[f] Rerū. vt est hoc nomē defensor: vt sequitur, & similia: vt Petrus: quia firmus, vt petra.

[g] Eas. res. Accur.

[h] Liberas. scilicet, res.

[i] Paterna. i. Græca: quam linguā secuti sunt nostri prędecessores. sic supra de non alien. §. alienantur. & infra, vt fa. no. confir. §. j. in fi. col. ix.

[k] Patientes. scilicet homines.

[l] Multis. subaudi, in.

[m] Contemptum. scilicet, nomen defensoris. i. ipse defensor.

[n] Iaceat. s. hoc nomen defensor.

[o] Honestate. vt capitanei. i. ꝓceres & pauperes: quasi capti dicantur.

[p] Fiunt. scilicet, defensores.

[q] Viri. alias viris.

[r] Obscuri. i. viles & infimi & imperiti: vt. j. quib. mod. na. ff. leg. §. quis. p. col. vj.

[s] Decreta. i. confirmationes. Nā vt electus prælatus. cōfirmatur à maiori: sic & defensor eligebatur à præside & confirmabatur à præfecto, vt sequitur.

[t] Misericordia. s. propter paupertatem electorum magis confirmabatur eorum electio: vt sequitur: quā propter bonitatem. Azo.

[v] Electione. tunc enim fit electione. i. bonitate, cū ex bonis eligitur præcipuus: quod hic non erat.

[x] Lusu. nō enim expresse petebat: sed alias applaudebant præsidibus: vt defensores crearentur, qui iudices dicuntur: vt. j. eo. §. nos autem.

[y] Remouent. s. præsides. Accursius.

[a] Paruissimū. accipiunt enim occasionē: vt fecit lupus agno de turbatione aquæ.

[a] Quasi. hoc est, dicere, loco defensorum faciunt loci seruatores: qđ est prohibitū: vt. s. vt iu. sine quoquo suffra. §. nulli. &. j. vt nul. iudic. §. respōs. col. ix. alias dic loci, & defensores. & tunc est plana.

[b] Non actorum. cum enim ei parua habeatur dignitas: per cōsequens nulla eorū scripturis est fides habēda: vt ff. de eden. l. si quis. §. j. Accursius.

[c] Imperauerint. scilicet, ne fiāt monumenta.

[d] Venundant. q. d. per pecuniam aliquid scribunt & tenent vt habeāt, ꝙ dent præsidi, vt nō remoueat eos: vt. s. vt iud. sine quoquo suff. §. an certe.

[e] Archiuū. locus est, vbi acta publica reponuntur: vt hic, &. ff. de pœn. l. mortis. §. solet. & j. eod. §. præceptor. &. j. de iis qui ingr. ad app. §. pe. colla. v. Sed alias dicitur locus vbi vasa sacra reponuntur: vt infra, quib. mod. na. effi. leg. §. istud. in fin. col. vj.

[f] Poni. id est, positum.

[g] Ad hæredes. i. ab hæredibus quærunt, qui indigent, vel ab aliis successoribus. vel dic, qđ hoc verbum quærunt, regit duos diuersos accusatiuos.

[h] Digna. propter rationem, quam diximus supra eodē. §. primo.

[i] Disposuimus. vt. s. vt iud. sine quoquo suffrag. §. illud videlicet.

[k] Potestates. i. dignitates.

[l] Eorum. præsidum.

[m] Procul. nam maioribus habent intendere, scilicet toti

Velocitas ꝓpter iminens periculū exigitur.

† Cōcor. cap. statuimus in gl. ij. post principium. ibi, & ratio stipēdiorum.

† Haloā. emendicatis suffragiis.

† Haloā. & ꝓ quodam velut ludicro præstitum animis sūt propositi.

Electus prælatus à superiore suo confirmatur.

† Haloā. vertit vicarios.

Archiuū quid sit.

† Haloā præsidibus.

† Halo. & lōgius absunt quam vt ciuitatum commoda semper in conspectu habere possint.

toti prouinciæ:& ideo non possunt vni ciuitati tãtum prospicere. sic supra de hære.& Fal. primo respon.

a De defensoribus. superior ergo illa constitutio de præsidibus tantum dicit: hæc autem de defensoribus ciuitatum: sed illa, scriptum exemplar, cõmunis est: vt patet in fine.

b Congruentia. sic supra quomodo oportet episc. j. respon. Accur.

c Sumant. ex hoc videtur, ꝙ olim nõ poterant iudicare: sed quę de voluntaria iurisdictione erant, faciebant, & scribebantur corã eis acta, vt dicunt quidam. Sed certe & ante l. istam poterant iudicare: vt C. eo. l. j. quare dic sumant officium iudicis & honorẽ & statum iudicis, quẽ perdiderant: & qđ inuito alio possint iudicare: vt patet. j. eod. §. nulla. quod prius non poterãt inuito præside: vt s̃. proxi. §. quod etiam est proprium iudicis in inuitum dare iudiciũ: vt ff. de ver. obli. l. inter stipulantem. §. j.

† Facit ad hunc §. ca. quod in dubiis. cum glo. j. in princi. extra, de renuncia.

defensoribus [a] constituere. Fit enim sic congruentia [b] vtilis, si iudicum sumant [c] officium ciuitatũ defensores: & prouinciæ præses videbitur quidem iudex iudicum potius esse, & ex hoc honestior pręcedentiũ [d] apparere. Quã tò [e] enim quilibet præest melioribus, tantò maior ipse & honestior [f] est. Interim [g] † illud sciendum est prius, vt nulli hominũ sit licentia defensoris ordinationem declinare [h]: sed inuicem vniuersi nobiliores [i] ciuitatum habitatores hoc ministerium eis [k] adimpleant [l]. hoc enim & in prioribus temporibus valuisse, & in re publica gestũ didicimus. Nulli nec si honoratus sit magnificentissimorum illustrium dignitate, hoc declinare cõcedimus: nec si militiam habeat honestã: neq; si proferat priuilegium [m] suum ex diuinis formis, vel si pragmatici sint collati [n]: sed secundum circulum [o] habitatoribus ciuitatis, quorum aliqua ratio est, hoc implentibus [p]: & dum circulus expletur [q], rursus reuertentibus [r] ad solicitudinẽ, & ciuitati per prædictam curã ministrãtibus vt in vnaquaque ciuitate defensor iudex [s] † potius, quã defensor [t] esse videatur: decreto [v] quidem cũ iureiurando facto omniũ possessorum [x] in illa ciuitate cõsistentium, † sed nõ in hac vrbe [y] degentium.

Defensor ciuitatis iusiurandum præstare debet, biẽnio solùm administraturus, confirmãdus à præfecto & remouendus, voluntariam exercens iurisdictionem, & non causas meri vel misti imperij, præside non valente iurisdictionem eius impedire. Bal.

Iusiurandum verò præbens [z], quòd omnia secũdum legẽ [a] † ac ius agat, & omnium cõmuniter: confirmãdus autem sicut nunc [b] ex præcepto gloriosissimorum nostrorũ præfectorum, in biẽnio [c] verò administrãs solo, & remouẽdus [d] à cura: non habente licentiam clarissimo prouinciæ iudice remouendi [e] eum: sed si quid videatur agere non rectè: nunciare ad gloriosissimos nostros præfectos, vt inde ei fiat curæ priuatio, vnde etiam datur [f],

d Pręcedentium scilicet ante tempora huius legis.

e Quãto. si ergo, vt hic dicitur, alius propter meã discretionẽ apparet maior: multo magis ego: vt C. de postu. l. prouidendum.

f Honestior. non loquitur de honestate ad animã: sed ad honorem seculi sic institu. de publi. iudi. §. item lex.

g Interim. i. ante quã ad eius officiũ perueniamus. quod dicet. j. eod. §. nulla. vsque ad §. si prius. dicit de electione eius interim.

h Declinare. id est ille qui eligitur non potest recusare, vt hodie fit Bon. in officialibus: alias punitur in quinque lib. auri: & nihilominus compellitur: vt j. eo. §. si qua vero. Azo.

Nobiliores pręeligi debent.

i Nobiliores. Nota nobiliores debere eligi. sic j. eo. §. fin. & supra, de referen. §. fina.

k Eis. scilicet ciuitatibus: vt rependant præmium habitationis: vt j. eo. §. penul.

l Adimpleãt. nisi appellarẽt: vt diximus. j. §. penul.

m Priuilegium. scilicet vt non compellantur esse defensor: quod priuilegium habeat in secreto: vt differat à casu sequenti.

n Sint collati. s. codicilli. i. priuilegium aliquod qđ non compellatur esse defensor, quod habuit cum consilio procerum: vt C. de leg. & constit. l. ij. & s̃. de non ali. §. quia vero verisimile. col. j.

o Circulum. fiebat enim quidam circulus hominũ: & ex his duo quærebãt cæteros conferendo bonitatẽ singulorum. vt meliorem eligerent: quod habebat locum cum pauci homines erant per ciuitates. hodie autẽ non sic: quia difficile est cõuocare sic est omnes bonos homines de ciuitate: sed quidam eliguntur, quorum factum omnes alij tenent: vt instit. de iure nat. §. senatus. & ff. de re. iur. l. aliud. §. j &. ff. ad munici. l. ꝙ maior. Item ex consuetudine etiam ad octo est reducta electio: vt sit bononiæ.

p Hoc implentibus. subau. aliquibus, puta duobus. Azo.

q Expletur. vt quia totum circulum illi duo quæsierunt.

r Reuertentibus. adinuicem.

s Iudex. velut pater enim esse debet vt C. eo. l. iiij. & s̃. vt iu. sine quoquo suffr. §. eos autem. & s̃. iusiur. §. deuotos autem, &c.

t Defensor. qualis antea erat: vt s̃. eo. j. respon.

v Decreto. i. electione. alias electione.

x Possessorum. omnes enim qui possidebant in illa ciuitate debebant interesse electioni & iurare, vt dicit: dummodo, & ibi habitent, vt sequitur. Et sic est argu. ad electionem canonicorum, quam faciunt requisitis absentibus.

y Vrbe. Idem credo, etsi alias habitent.

† Sic etiã quilibet prælatus ecclesiæ collegiatæ est iudex ordinarius in plebe sua: vt extra de offi. ordi. ca. cum ab ecclesiarũ. cum glo. j. in fi.

† Haloã. nõ autem eorũ, qui ibi tãtum commorantur.

† Et sic est hic ar. quod iudex debet iudicare secundum allegata & probata, & non secundum conscientiã. de hoc vide in ca. j. in gl. super ver. canones. extra, de offi. ord.. vbi de hoc melior. glo. j. iuris canonici.

z Præbens. s. ipse defensor futurus.

a Legem. ad hoc solus defensor adstringitur, secundum quosdã. Alij vero, vt eis videtur iurant: vt s̃. iusiuran. §. & æquus. Sed contra est: vt ibi diximus.

b Sicut nunc nam & ante hanc l. confirmabantur à præfecto: vt s̃. eo. in prin. & C. eo. l. j.

c In biennio. olim vsque ad quinquẽnium: vt C. eo. l. iiij.

d Remouendus. post biennium, nisi in casu: vt j. eo. §. fi. in fi. Accur.

e Remouẽdi. præfectus maior est præside: præses maior est defensore. cum ergo defensor creatur à pręfecto per confirmationem, nõ poterit eũ remouere pręses: vt argu. ff. de diuer. & temp. præ. l. de accessionibus.

f Datur. ex cõfirmatione, quod dic vt j. qui. mo. na. effic. leg. §. liceat. colla. vj. sic & alias. ff. de verb. signi. l. lege.

Adim

a Administratori.id est,præsidi.
b Vices agentes.id est vicarios.Al.
c Modis.Hoc interdictum non obseruant quidã potestates Bononiæ,qui duas simul & plures recipiunt potestarias vicario posito.Accur.

Nam nisi sic ibi accipiatur,nõ errarent,qui sic dicũt, vt ibi dicitur.quãdoq; pro eo quod iure magistratus competit:vt ff.de iur.om.iu.l.imperium.& ff.de offic. eius,cui man.est iur.l.j.§.fi.& secundũ hoc potest delegari.hic autem secundum primũ modum accipitur & definitur, Iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi & æquitatis statuendæ. & dicitur à iure,& dictiõe.q.d.de iure potestas. Diuidit aũt sic alias merũ imperium: alias mistũ: alias stat in suo nomine.sic.ff.de ado. l.j.Sed nunquid in integrũ restitutionẽ dare potest? Respõ. iure veteri nõ vt ff.ad munic.l.ea quæ.§.j.Sed hodie cõtra:cũ enim possit delegari spãliter & generaliter: vt C.vbi & apud quẽ l.fi.in fi.ergo cõpetit iure magistratus:vt ff.de offic.eius,cui mãda.est iurisdi.l.j.§.quæ vero.alia vero, quæ sunt de mero vel misto imperio, nõ potest facere:vt hic dicitur. Sed cõtra seruatur:cũ ex consuetudine: tũ quia quibusdã ciuitatibus hoc concessum est à principibus quãdoq; vt à Friderico Lomb.

An defensor ciuitatis possit in integrũ restituere.

Nulla existente licentia administratori [a], aut ipsis defensoribus vices agentes [b] defensorum facere: sed etiam omnibus eis interdicimus modis [c]. Sed neq; proprias vices agentes per ciuitates clarissimos [†] iudices destinare, nisi ipsos defensores, quos iudicum officium complere in ciuitatibus volumus: ipsos quoque in omnibus diligentiam adhibere ciuitatibus, in quibus sunt: & agi apud defensores testamentorum insinuationes [d], & donationum [e], & quicquid aliud [f] est monumẽtorum proprium: non valente clarissimo prouinciæ [†] iudice prohibere quod agẽdũ est, aut præcipere, quia nõ velit aliquid agi, aut actũ non edi. Non enim huiusmodi alicuius ei omnino potestatem damus, absurdissimum existimãtes necessariis rebus cedere homines propter iudicum [g] fortè [†] irrationabiles motus [h], atque præceptiones, sed etiã agere quæcunque voluerit [i] & edere: licet quod agitur, tangat [k] prouinciæ præsidẽ aut quẽlibet potentum [l] neq; hoc prohibere. Oportet etenim sic agere eos, qui in administrationibus [m] sunt, aut in qualibet potestate, non vt prohibeant quædã fieri contra se gesta: sed ita inculpabilem suũ præbeant modum, vt nulli detur tẽpus querimoniarum aduersus eos, & siue affuerit [n] ciuitatibus iudex, siue non: nequaquam prohibeatur quispiam [o] agere apud defensores quædam monumenta in quibuscũque voluerit [p], præter illa sola, quæ iurisdictione [q] egent, & ex ipsa iudicum authoritate pendent [r].

Defensor publica exigere debet tributa, & inordinatè agentes videre, & publicum remouere tumultum: & officiales prouinciæ debent ei auxilium impertiri, & ex prouinciali curia vnum exceptorem & duos officiales habere. Bartol.

Deinde eis, qui publicas exactiones habent, ciuitatum defensores omnibus auxiliari modis, & si opus fuerit, occasione contemptus cõtumaciæ tributariorum [s] monumenta conficere: & hęc fieri velociter iubemus, & interesse, vt inordinatè agentes [t] videãt [u], & his ipsi testimonium perhibere, vel publicum remouere tumultum [x], & absolutè [†] iudicum obtinere ordinẽ, & maximè quando absunt [y]: & officiales prouinciæ quicunq; in ciuitate sunt illa, in qua defensor est, obedire illi, & adiuuare: vt absentibus præsidibus gentium, nihil videatur deesse ciuitatibus sub illorum præsentia [z]. Ex prouinciali [a] autem officio habere & exceptorem [b] eis administrantem, & duos officiales [c], qui ea, quæ ab eis decer-

d Insinuationes. Romæ vero apud magistrum cẽsus? vt C.de test.l.consulta.
e Donationũ. vt C. de do. l. in hac. & hoc si erat vltra quingẽtos solidos, non alias:vt instit. de do.§.aliæ.
f Et quicquid aliud quod tamẽ pertineat ad volũtariã iurisdictionẽ, alias nõ:vt in fine huius §.sicut sunt manumissiones,emancipatiões,& adoptiones:vt ff.de offi.procon.l.ij. primo respon.
g Iudicum.i. præsidum.
h Motus.alias nutus.
i Voluerit. s.aliquis corã defensore:alias voluerint, scilicet defensores.
k Tangat. Dico ad pecuniariũ quæstum,nõ quod tangat eũ potẽtem ratione iurisdictiõis: vt sunt causę de mero vel misto imperio : vt in fine. huius. §.
l Potẽtum.i. qui habet metũ imperium.
m Administrationibus.s.maioribus qui habent merum imperium. Accur.
n Affuerit.i. præsens fuerit.s.pręses. scribit enim per d, vel.ff.
o Quispiam.scilicet priuatus.
p Voluerit. hoc generale dictũ statim restringitur.
q Iurisdictione s. maiori, vt merum imperiũ vel mistũ, quod maioribus tantum cõpetit : vt ff. de offi.præsi.l. illicitas.§.qui vniuersas.& de iurisdict. om.iud.l.magistratibus.& C.eo.l.defensores nihil.& hoc idem statim innuit.& ex ipsa iu.&c.est enim quasi expositio.Hoc enim nomen iurisdictio quandoq; ponitur (vt hic) pro mero vel misto imperio: vt ff. de offic.eius,cui mã.est iur.l.j.ibi,iurisdictionem suã,&c.

† Præsides, vertit Haloand.
† præside.
† Hal.affectiones.

Merum & mistum imperium magnis tantum magistratibus competit.

Iurisdictione vi de multa per abbat. in c. quod sed apo extra de offic. ordin.

r Pendent. puta causa liberali. Al. vt C.de pedane.iudi.l.ij. Accur.
s Tributariorũ.id est,eorũ qui soluerunt tributa.Al.
t Agentes.id est, eos, qui inordinate agunt.
u Videant. scilicet defensores.
x Tumultũ.sic.j. titu.ij.§.deinde.
y Absunt.s.præsides,vt subiicit.
z Præsentia. id est,ex quo defensores sunt præsentes.
a Ex prouincia. li.ex curia præsidis prouinciæ.
b Exceptorẽ. id est notarium [...] ,vel scriptorem:sic dictus, quia homi num dicta excipit.i.recipit.Sed hodie videtur , quod duos debeat habere:vt j. de iudi. § nullo. Vel dic , qđ hunc habet à pręside,alium habet de suo.
c Officiales.qui vicem executorum tenent,& sequitur.

† Præsidum.

Exceptorem tamen propriè vocat eum, quod alius dicat, scribit. quod si faciat citissime, dicitur notis excipere, autore Budæ.

tur, Acc.

a Et iudicare. subaudi volumus. quod & ad superiora verba multa subauditur.

b Ad trecentos. sed olim vsque ad quinquaginta tantum. vnde corrigitur. C. e. l. j. hæc autē summa ccc. potest extendi vsque ad cc. & quinquaginta libras: cum lxxij. aurei faciant libram auri, posito ꝙ libra auri valeat lx. lib. Bo. vt C. de suscept. & arc. l. quotiescunq; li. x. qđ ergo vltra est, nō cōpetit iure magistratus. preses ergo delegare nō potest per l. istam. nisi contingat eū abesse: vt ff. de officio eius cui mā. est iur. l. ij. §. j. vel propter multitudinem causarum: vt C. de pœna. iud. l. ij.

Libra auri ex lxxij. aureis fit.

† Præsidi.

Ordinarius an possit recusari.

c Trahere. ergo non potest recusari: ꝙ est mirū: cum sit ordinarius: sed episcopus pōt adiungi: vt j. vt diffe. iu. §. si verò contigerit. colla. ix. licet M. cōtradixerit s. ꝙ ordinarius possit recusari. ar. pro eod. C. de iur. om. iud. l. nemo.

1 Secus de iure cano. vt ca. cum speciali. extra, de appellationi.

† Præsidem prouinciæ.

d Sententia. scilicet præsidis.

e Apud. quia maior summa petebatur, cum est agitata: vt C. de iurisdi. om. iud. l. cum quædam in fi.

† Cohortales vertit Haloā.

f Omni litis. no. hic specialissimū, ꝙ victor victo damnatur in expēsis: sed regulariter est contra: vt C. de iu. l. properandum. §. sin autē. & j. de iu. §. oportet. coll. vj. Sed nūquid & hic perdit litem: vt C. de plus pe. l. j. Rñd. non: quia deliquit tantum in plus petendo: non autem cautè exigit: vt ibi.

Victor victo in expensis quandoque condemnatur.

g A defensoribus. s. iudicantibus de summa eis permis-

nuntur, adimpleant.

Defensores iudicare debent in pecuniarijs causis vsque ad aureos trecentos, conuentione in vetito examine prohibita: appellatione ad præsidem permissa: & in curia circa personam defensoris ab officialibus vetita, successoribus electione mandata. Bart.

Vt iudicare [a] in causis omnibus pecuniariis vsque ad aureos trecētos [b]: non valentibus nostris subiectis trahere [c] sibimet obligatos ad clarissimos prouinciarum iudices, si vsque ad p̄dictā trecentorum solidorum quantitatē lis consistat. Sed neque pro hoc ipso actores amplius æstimare litem, vt conterant reos, & non ciuitatis defensori, sed prouinciæ deferant † iudici. Sed si quid tale egerint, & sentētia [d] manifestet minorē esse litem trecentorū aureorum, & studio auctam, vt apud [e] † prouincialem iudicem, & non ciuitatis defensorem examinaretur: solū actorem omni litis [f] subdi dispendio: & à defensoribus [g] appellationes ad ipsos fieri iudices [h]. Si verò egerint aliquid iniuriosum circa defensores † officiales: tunc prouinciarum præsides vlcisci & castigare officiales possint. Licentiam enim damus defensoribus, si hoc neglexerint gētium præsides, sedis tuæ [i] eminentiæ hæc nuntiare: vt inde detur auxiliū eis & vindicta competens: & re vera defensores eos [k] esse contra delinquentes habentes iudiciariæ claritatis & honestatis imitationē: & si cadere [l] contigerit ciuitatis defensorem: mox ad aliū deferri decretum [m], qui ex circulo vocatur, cùm dudum dicto [n] iureiurando, & suscipere quidem mox curam: decretum verò nunciari & confirmari à tuo culmine: & nequaquam defensoribus vices agentes (sicut prædiximus [o]) dari: ne rursus priori confusioni demus quasi rationabilem [p] occasionem. Præcepta [q] verò faciat tua eminentia per vnāquanque prouinciam, vt in ciuitatibus habitatio quædam publica distribuatꝰ, in qua conueniens est defensores monumenta [r] recondere, eligendo quēdam [s] in prouincia, qui horum habeat custodiam, quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inueniantur [t] à requirentibus: & sit apud eos archiuum [v]: & quod hactenus prætermissum est in ciuitatibus emēdetur. Quia verò etiā [x] defensores ciuitatū extra omne cōmodum fiunt [y]: & pro decretis eorū, si quidem ciuitates maiores [z] sint, quatuor solummodo dabuntur aurei foro tuæ sublimitatis: si verò minores [a], tres: sicut iandudum nostris constitutū [b] est legibus. si verò quædam salaria habent publica: etiam hæc secūdū cōsuetudinē percipient [c].

Defensores leuia crimina audient, & castigatione competenti tradent: & vltra biennium defensoris officium minimè durat: nisi tota ciuitas nullo reluctante elegerit eum. Bart.

Audient quoq; leuiora crimina, & castigationi competenti cōtradent: & eos, qui in maioribus criminibꝰ capiuntur, detrudent in carcerem, & mittent [d] ad prouinciæ præ-

sa scilicet ccc. soli. vt supra, proxi.

h Iudices. i. præsides, & subaudi volumus. nam cū maior sit eo: vt s̄. §. nos igitur. et j. e. §. si verò. etiā appellatio rectè dirigitur: vt j. de app. & intra quæ temp. §. si. col. viij.

i Tuæ. o præfecte.

k Eos. s. præsides.

l Cadere. vel morte: vel quia finitū sit biennium.

m Decretum. de suscipiēdo hoc munere. Al.

n Dicto. vt s̄. e. §. interim. & §. iussu.

o Prædiximus. vt s̄. eo. §. nulla.

p Rationabilem. alias est quanlibet rationabile. & alˀs quasi rationabilē.

q Præcepta. publica, vt ī palatio cōmunitatis & camera massariæ.

r Monumenta. id est publicas scripturas.

s Quendā. q vulgo massarius vocatur Bononiæ, alias carmelingus. sed ī iure ædiles vocantur: vt ff. de origi. iu. l. ij. §. itē ꝙ ait.

t Inueniantur. s. monumēta p̄dicta.

v Archiuum. hoc expone, vt s̄. e. §. j.

x Qui verò etiā. q. d. non solū præsides maiores: vt s̄. vt iu. sine quoquo suff. §. hæc autem omnia.

y Fiūt. quantum est à subiectis: sed à principe vel cōmuni ciuitatis potest habere, vt subiicit.

z Maiores. vt Florentia.

a Minores. vt Pistorium.

b Constitutum. vt supra, scriptum est, exemplar.

c Percipient. no. cōsuetudo facit licitum, ꝙ alias est illicitum, vt hic, & j. de san. epis. §. pro consuetudinibus. col. ix. ar. contra. j. vt nul. iu. §. j.

Cōsuetudine fit licitū, alias illicitum.

d Mittent. facit

 ad

fidem. Sic enim fruetur ciuitas vnaquæq; [a] cura iudiciali: & omnis gens sub maiori constituta iudice [b], maiorem sentiet prouidentiam: & rescindentur [c] plurimæ † iudicum curæ: cùm ciuitatum defensores in semetipsis eas imponunt: & leuigaut præsidū, quas pro omnibus hominibus habent solicitudines: ipsi [d] particulariter remouentes [e] eas, quæ vim patientibus inferuntur, aut dubitationes soluentes, & honestos (sicut sæpe dictū est [f]) eos, qui in administrationibus [g] sunt, demonstrantes. Si verò etiam detineanē [h] ab aliquibus publicæ functiones: gentiū præsides defensoribus imperabunt contra detentores exactiones, vt & secundum hoc eos adiuuent. Si qua verò [i] defensoris præter hæc fiat ordinatio, aut renuerit aliquis defensoris officium in semetipsum veniens, siue dignitatis, siue militiæ, siue priuilegij, siue alterius cuiuspiā occasione: iste quinque librarū auri subiectus pœnæ, etiā sic post eius exactionem ad opera [k] ciuitatis proficientem, cogatur [l] defensoris implere solicitudinem. Conuenit enim vnūquenque nobilium semper functiōem agere ciuitatū, quas inhabitat, & hāc eis [m] conferre habitationis repensationē. Quæ igitur placuerūt nobis, & per hanc sacram insinuata sunt legem, tua sublimitas in prouinciis, quibus præest, facere manifesta per programata propria studeat: quatenus cognoscant omnes, quia & maximorum [n], & mediocrium, & paruulorū nobis cura est: & nihil est tale [o], quod à nostra solicitudine [p] remoueamus. † Partem verò faciat tua eminentia suorū [q] præceptorum: vt ex hoc iam gentiū præsides præparent secundū vnāquanq; ciuitatem eos, qui bonæ opinionis [r] sunt, nominari defensores secūdum circulum (sicut iam dictum est [s]) & decreta fieri cōmunia [t] cum iureiurando in eis habito [v], & describere prædictū circulum: & ita per bienniū subintrare curā eos, qui subsequuntur [x] †: & si exciderit quispiā ex eis, alium introduci: semper quidem decreto cum iureiurando faciēdo: ipsoq; dum futurus fuerit, curā suscipere, definitū iusiurandum subeunte, & electiōe eius faciēda à Deo amabili episcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni studentibus. quod etiam nunc mox fieri conuenit, omnibus (sicut dictum est) secundum hanc nostram generalem procedentibus legem. Nunc autem [y] defensores existētes, si quidem placiti videantur, etiam ipsos inscribi circulo, & biennio complere curā. & siquidem iam bienniū in ea cura habent, remoueri defensoris solicitudine: nisi tamen voluerint communi decreto teneri eum altero biennio in eodē officio. Si verò nondum biennium impleuerint, digni verò videantur cōmunicare circulum: impleant reliquum tempus, vltra quod nullus ciuitatem defendat: sed vsque ad hoc solùm stet tempus: nisi cuncta ciuitas reluctāte nullo elegerit eum: & hoc facto alio biennio suscipiat solicitudinem & modis [z] omnibus deponatur. & tunc rursus [a] fiat tempus, quando ipse eum circulus ad hunc adduxerit ordinem, ne frequentia [b] & ordinatione & cōtinuatione curæ & per quandam machinationem illud semper renouando fiat aliquibus infinita prædi

---

ad hoc. C. de defenso. ciui. l. nihil. & l. defensores ciuitatum. & ff. de offic. procon. l. si quid.

a Vnaquæque. aliis vnaquaque

b Iudice. vt præside: & sic no. ar. pro doctoribus antiqs contra nouos. sed contra eos est manifeste, si bene intelligatur. nā nō sunt maiores ī solertia vt ff. de off. rector. prouin. l. potiores.

c Rescindentur. i. decidentur minima maleficia. s. per defensorem.

d Ipsi. defensores.

e Remouentes. s. decidēdo lites istas

f Dictum est. vt s. ea. §. nos igitur.

g In administrationibus. s. maioribus: nā quāto &c. vt s. e. §. nos igitur.

h Detineantur. ab aliquibus tributariis.

i Si qua verò dignitatis occasione vt subiicit.

k Ad opera. i. ad ministrationem.

l Cogatur captis pignoribus ad instar tutoris.: vt ff. de mune. & ho. l. si quis. & insti. de satisda. tut. §. fin. nisi appellet: vt C. de appel. l. ij. qui. & facit ad hoc. C. de decu. l. nulli.

m Eis. s. ciuitatibus. nā vbi emolumentū &c. vt in sti. de legi. pa. tu. §. j. & C. de cadu. tol. §. pro secundo.

n Maximorum. not. in concionando præponi maiores minoribus, vt diximus institu. de bo. pos. §. aliam.

o Tale. s. impedimentum.

p Solicitudine. i. à legis huius compositione.

q Suorum. nam & alia multa mandabis eis pro nobis.

r Bonæ opinionis. idem in testibus: vt j. de test. §. sancimus autem. et facit ad hoc. j. de armis. §. hanc igitur. coll. vj.

s Dictum est. vt s. ead. §. interim. & notat quod hic repetit breuiter quasi omnia supra dicta. sic facere debēt aduocati in fine sui dicti. sic. s. vt ecc. Ro. ibi, hoc in æternū reminiscentes.

t Communia. ab omnibus nobilibus.

v Habito. tā ab eligentibus quam ab electo.

x Subsequūtur. i. qui post hanc legem eligentur.

y Nunc autem. i. tempore huius factæ constitutionis.

z Modis. etiam si omnes consentirent in cōtrarium.

a Rursus. q. d. tūc permittitur supra dicta electio, quando bona fide fecit circulum, & non instructè, vt iterum eligeretur.

b Frequentia [1]. Not. frequēter fieri, quod fit bis. sic. C. de episc. audi. l. nemo. in fin. & s. de non ali. §. neq;. & C. de don. l. si quis. De

† Præsidum.

Emolumentum esse debet vbi est onus,

† Haloā. Assumet vero excellentia tua & hoc in partem tuarū iussionum.

† Ex Ac. scholio legendum videtur. subsequētur.

1 Frequentiam inducit binus actus. De hoc verbo frequēter, vide glos. in verbo frequenter, quę est gl. ij. in c. monasteria. extra, de vit. & ho. cleric. vbi vult quod frequentia cantatur ex duabus vicibus.

cta gubernatio. His omnibus valituris in omne tempus: quoniam cū toto hoc studio & vigilantia & domini intuitu adinuenimus,& nostris subiectis contulimus. Datū Ro.idibus Aug.ante cōsulatum Bel.Vicecon.

TITVLVS III.

DE MENSVRA ordinationum clericorum.

Numerus clericorum antiquus debet seruari,& nullo casu augeri:& in defunctorum loco nullus debet substitui, donec ad antiquū numerum perueniatur, manentibus antea ordinatis in eo, in quo sunt schemate. Sed si in vna ecclesia in qua clericus moritur diminuta est clericorum multitudo, & in alia ecclesia superabundat: debet eligi & assumi clericus ex ea ecclesia: & ad aliam transferri: & non noua ordinatione creari. Bartolus.

Imperator Iustin. Aug. Arthemio sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo & vniuersali Patriarchæ.

LEgem nuper scripsimus [a] de mēsura ordinationum: & vt non cōpeteret effusas eas esse: neque in sanctissima maiore ecclesia huius felicissimæ ciuitatis [b] ,neque in aliis [c] :quam etiā firmā esse & valere secundum omnem suam [d] volumus virtutem. Quia verò intentio nobis est abbreuiare quidem ordinationes, huic autem sanctissimæ maiori ecclesiæ excellentem expensam ad mediocrem quandam atq; portabilem statui quærere quantitatem : quatenus multitudo ei expensarū minuatur:propter hoc omnē circuneūtes viam, & ad præsentem venimus legem quidem aliter existente priore [e] sed ex eius [f] procedente voluntate:adhuc [g] autem amplius sanctissimæ maiori ecclesiæ prodesse volentē.Sancimus enim,si in quibusdā sanctissimarū ecclesiarū,quarū ipsa sanctissima maior ecclesia gubernationem & expēsas suscepit,cōtigerit aut presbyterū,aut diaconum,aut lectorem, aut cantorem mori,non alium mox extrinsecus introduci,sed cōsiderare quanta tunc est mensura ibidem ministrantiū reuerēdissimorū clericorū.Et si qdē nōdū clericorū minuta mensura est, sed adhuc abūdāt quātū ad id,quod superius [h] diffiniuimus:& eū qui vocatur statutus [i] nullā fieri preordinationē,donec numerus in remedio ipso restituatur [k] .S verò [l] diminuta multitudo est, vt necessitas sit, nec desit statutus numerus, aliū pro moriēte introduci clericū:cōsiderare beatitudinē tuā si qs est in aliis ecclesiis citra sanctissimā maiorē ecclesiā ex abundāti eiusdē ordinis clericus:& exinde restituere aliū, & nō nouā facere ordinationē.Sic enim dū ex eo quod plus [m] est,semper hoc qđ defuit [n] impleatur:bona à Deo amabilis imponitur causæ mensura:& sic sanctissima maior ecclesia paulatim debitis liberabitur. Alioq; si quid defuerit quidē,cōpleatur introductionibus extraneis:quod verò plus est, non minuatur, plurimū & indefinitum trāsiet tempus, donec omne quod plus est,minuatur. Tua igitur beatitudo ea,quæ propter sanctissimarū ecclesiarū vtilitatē rectè nobis placuerūt, operi effectuiq; contradere festinet. etenim si qd fiat præter hoc:scire necesse est eum,qui contra hanc nostrā legē suscipere ordinationem præsumpserit,nihil hinc vtilitatis habiturū:neq; reputabatur à reuerendissimis œconomis in hac parte facta sanctissimæ maiori ecclesiæ expēsa: sed ipsi ex hoc cognoscent damnum à semetipsis hunc suæ negligentiæ recipientes fructum †. Datum Ro.idibus Aug. cap.Belisario viro clarissimo Consule.

† Haloander scripsit, Datū idibus August. Constantinopoli, post consulatū Belisarij V.Cons.

TITVLVS IIII.

DE MANDATIS principum.

Administratores mundi.es debent seruare manus,& fiscalia tributa vigilanter inspicere & exigere:& pacem ciuitatibus dare:& seditiones prohibere. Bar.

Imperator Iustinian. Augu. Tribuniano quæstori sacri nostri palatii exconsuli.

EX libris [o] antiqs q iura Romnoīs cōtinebāt nō ignorat tua

DE MENSVRA ordinationum clericorum.

a Legē scripsimus. vt s. vt deter. sit numerus cleri.

b Ciuitatis.alias vrbis.

g Inquisitione. quia non confiteātur. nam tūc nullæ partes essent iudicis in cognoscēdo: vt arg. ff. ad legem Aquiliam. l. proinde. & C. quorū appel. l. ij.

h Talibus. s. hominibus vel delictis.

DE TRIENTE & semisse.

i De triente. hoc expeditur. j. vsque ad illū. §. neq; illo.

k Successibibus. hoc dicitur supra, §. consideremus.

l Et collationibus. hoc dicitur. j. eod. §. illud.

m Distributionibus. hoc j. eodē. §. quod sæpe.

n Necnon & literarum. hoc j. e. §. studium, & §. illud quoque.

o Iam quidem. Ex principio huius cōstitutionis vsq; ad §. neque illo. sumitur authē. nouissima, quæ est signata. C. de inoff. test. l. cùm quæritur.

p Dicimus Romanorum. superflue dicitur, cū Romanorum tantum dicatur respubl. vt ff. de ver. sig. l. eum qui. sed improprie etiam cuiuslibet ciuitatis: vt ff. de public. l. sed & hi. §. j.

q Codices. i. libri. nam codex generaliter omnis liber dicitur.

r Scripserunt. s. de testamentis: vt ff. de test. & seq. ti. vsque ad ti. de bo. pos.

s Imperatorum. vt C. de testa. milit. l. iiij. & abinde vsque ad tract. præscriptio.

super alia[a], neque armis vti non militantem permittes aliquem. hæc deo te, & legibus, & nobis charissimū constituunt. Sed & illud prouidebis, vt si quis eorum, qui populum in turbas solicitare tentant, aliquando ab hac magna ciuitate fugerit, aut solus, aut cum aliis[b], & venerit in prouinciā, cui præes: quatenus[c] inuestigare de hoc, & examinare cum omni subtilitate & cū cautela cures: & vbi cōstiterit[d], nunciare[e] hoc[f] si fortè digne inquisitione[g] sint persone: et adduci ad hāc felicissimam ciuitatē: & pœnas sustētare, quas lex de talibus[h] constituit. Dat. Cal. Maij. C. Belisario viceconsule. lxxviij.

TITVLVS V.

DE TRIENTE & semisse[i] & successionibus[k] filiorū & nepotum, & naturaliū & collationibus[l] vel distributionibus[m] necnō & literarū[n] aut numerationū atq; rerū, ex quibus deficiunt, inficiationibus.

Liberis à parentibus triens aut semis secundum liberorum numerum quoquo relicti titulo debetur antiqua lege cessante, his obtinentibus in omnibus, quibus quarta portio per legem de inof. test. debetur, exceptis liberis curialium, quibus nouem vnciæ debentur. sed liberi à parentibus vsufruct. portionis debitæ fraudari non possunt. Bart.

t A nobis. vt patet in finibus dictorum tit. Codicis. vbi leges Iustiniani sunt.

v Prolati. s. legum Codicis.

x Considerantes. scilicet nos.

y Aliquid. repete quatenus, quod est. s.

Imperator Iustini. Aug. Ioan. præfecto prætorio.

Iam qdē,[o] magne huic, &, vt ita qs dicat, bene à deo constitutæ reipublicæ (dicimus Romanorū[p]) plurima de testamentis disposita sunt, & pleni legum codices[q] de talibus cōsistunt: & non solū sapientes antiqui hæc scripserunt[r], aut priorū potestas imperatorum[s], † sed etiam à nobis[t] iam non aliquo priorum principum minus legislationis prolatione prolati[v] sunt. Deū verò semper considerantes[x], & quatenus ei placidi videamur, & aliqd bonorum dignum in nobis agamus, nitimur aliquid[y] adinuenire[z] semper, & nature consequēs, & quod possit priora[a] corrigere. Frequēter igitur & alia vice mirati sumus, quomodo legitimis & beneuolis[b] filiis, † quibus[c] agūt gratias parentes, quibusq; quod relinquitur, iam etiā debitum vocant[d]: solùm triuncium[e] diffinierūt[f] ex necessitate[g] relinqui: reliquū verò iacet in voluntate parentum. & capiūt quidē cognati omnia[h], & extranei[i], vel[k] cum libertate serui[l]: filij verò licet multi con-

z Adinuenire. sic j. vt factæ no. con. col. v.

a Priora. s. male posita. nā nostras non piget leges emendare: vt infra, vt fra. fil. j. rū. coll. ix. alias cōtra: vt j. qb. mo. na. effi. sui. §. tribus. col. vij.

b Beneuolis. vt quia grati sunt & obsequiosi erga parētes. si enim essent ingrati, nec olim, nec hodie est necesse aliqd eis relinq: vt j. de imm. do. in filios. col. vij. §. fin.

c Quibus. s. filiis.

d Debitū vocāt. s. iurisconsulti, & imperatores. Et est hoc naturæ instinctu: vt ff. vn. libe. l. scripto. in fi. & C. de codici. l. fi. & ff. pe bo. dam. l. fin. in prin. Imo etiā non solū eis debitūdicitur sed etiā dñi dicūtur, viuo patre l. inst. de hær. qualit. & dif. §. sui. & ff. de libe. & posthu. l. in suis. et est ratio, cū vnū & idē esse pręsumantur: vt C. de imp. & ali. sub. l. fi. & inst. de inut. stip. §. ei qui. & §. post mortem.

e Triuncium. id est, tres vncias.

f Diffinierūt. s. iuriscōsul. vt C. de inof. test. l. cū q̄ritur. & parētibus. & ff. de inoff. test. l. Papi. §. quoniā. & insti. de inof. te. §. fin.

g Ex necessitate. s. cōsecutiua. nā nisi hæc faciāt: rūpetur. tes. per querelā inofficiosi. sic inst. de exhęr. li. §. posthumorum. & ff. de li. & posthu. l. posthumorum in fi. hodie verò ad supplementum agitur, si aliquid relinquitur: vt C. de inof. te. l. omnimodo.

† Haloā. sed etiā à nobis nō minus q̄ à decessoribus nostris multę ea de re sanctiōes, pmulgatæ sunt.

i Cōcor. glo. in ca. pastoralis super ver. Lucio. in medio extra, de decimis.

† Haloā. à quibus gratiam obtinent parentes.

h Omnia. s. quæ supersunt. s. dodrantem.

i Extranei. s. instituti.

k Vel. pro etiam.

l Serui. s. instituti. nō alias, nisi in casu, quādo hæres

volun

volũtatem defuncti non complet: & alij non sunt testamento nominati, qui velint: vt s. de hære. & Fal. l. si vero autem.

a Erunt. post parentis obitum.

b Idonei. nam sustentabat eos pater in necessariis, quod facere debebat. nisi filius fuisset opifex: vñ posit viuere: vt ff. de lib. agnos. l. si quis ali. §. filius. & §. nõ tantum.

c Hæc. quia datur parũ filiis.

d Legem. quæ de ista crudelitate loquebatur.

e Despicere. i. p̃terire, quin augeamus istã quartam.

f Relinqui. s. volumus.

g Tertiam. s. partem.

h Numerũ. s. quatuor filiorum, vel pauciorum. Acc.

i Sexunciũ. i. sex vncias, vt dixerat hic. Accur.

k Debet. s. instinctu naturæ: vt diximus. s. §. proxi. nõ vi pacti: alioqui æs alienũ nõ detraheretur. qđ fit: vt ff. de inoffi. test. l. Papinia. §. quarta. Si autem minus habet: tũc agit ad supplementũ: vt C. de inoffi. test. l. scimus. si autẽ nihil, tunc exhæredatus agit querela: præteritus si est emancipatus per cõtra tabulas. Vel si su⁹ est, dicit etiã ipso iure nullum: vt inst. de exhære. li. in princ. & & de lib. præt. l. si.

Concor. c. Raynutius. in gl. super ver. Trebellianum. post princ. ibi, & hoc hodie extra, de testi.

† Haloã. prædiuitis quãdiu vixit, patris.

† Vt honeste possit exercere autem suam. Pet. Bartol. & Alexand. in §. hic allegato.

sistant etiam si nihil ostẽderint parentes, confunduntur: & triuncium diuidunt solùm, vel si decẽ fortè, aut amplius fuerint pauperes erũt [a] filij †, donec vixerint patres, idonei [b]. Hæc [c] nos mouerunt corrigere legẽ [d], & non eam despicere [e] semper erubescentes: taliq́ꝫ modo determinare causam: vt si quidem vnius est filij pater, aut mater, aut duorũ vel trium, vel quatuor: non triuncium eis relinqui [f] solùm, sed etiam tertiam [g] † propriæ substantiæ partem: hoc est vncias quatuor: & hanc esse diffinitiuam mensuram, vsque ad prędictum numerum [h]. Si verò vltra quatuor habuerit filios: mediam eis totius substãtiæ, relinqui partem, vt sexuncium [i] sit omnino, quod debetur [k]: singulis & æquo quadriuncium, vel sexũcium diuidendum: & hoc [l] non sub iniusta circumstantia rerum. Forsan enim ob hoc etiã alij iniustitiam patiuntur: &

l Et hoc s. quod dixi ex æquo inter eos fieri diuisionẽ, non sit interdũ quo ad effectũ: cum in ipsa diuisione liceat cõtrahẽtibus decipere inter se re ipsa, vt seqtur: vt ff. de mi. l. in causæ. §. pe. & loca. i. itẽ si. §. quẽadmodum. Acc.

m Percipientibus. ex ipsa diuisione.

n Contigerit. s. iure successionis, licet nonnũquam dispar sit emolumentum inæqualiter facta diuisione.

o In qualitate. prout melius possunt bona fide, vbi res hæreditariæ in specie sunt.

p Quantitate. vbi res sunt hæreditariæ in quantitatibus: vt ff. de verb. obli. l. stipulationum.

q Relinquat. not. non interesse quo tit. vel iure filij hæc habeant. Sed contra: vt j. vt cum de ap. cog. §. aliud. coll. viij. nam tantum iure institutionis debetur: vt ibi dicitur. Sed solue vt ibi.

r Octunciũ. vbi fuerint quatuor vel pauciores: vel sexuncium vbi fuerint vltra quatuor. Sed quid si sint vltra quatuor, puta decem: & quatuor tãtum, vel pauciores ex his exhæredat, vel præterit: nunquid trientem & semissem eis dabit suæ partis? Rñ. semissem. cũ

propter numerũ & sua legitima [1] sit diminuta, quod hæc consti. velle videtur. nam & alias dicitur nihil esse adeo magnũ, quia fiat insensibile, si p plures partes diuidatur: vt j. de nat. lib. in curia [3] depu. in princ.

s Natura. i. filiis qui naturaliter procreãtur: siue iure naturali: vt j. eo. §. nequeillo. & insti. de iure nat. §. j.

aliis quidẽ meliora aliis deteriora pcipiẽtibus [m]. Sed quod contigerit [n] vnumquẽque, per omnia æquum esse in qualitate [o] & quantitate [p]: siue quis illud institutiõis modo, siue per legati, idẽ est dicere, & si per fideicommissi relinquat [q] occasionem. Licebit enim ei reliquum octuncium [r] fortè, aut sexuncium, habere, & largiri sicut voluerit filiis ipsis, aut cuilibet extraneorum. & natura [s] primo curata competẽter, sic ad extraneas largitates accedere [t]: hoc [v] obseruãdo in omnibus personis, in qbus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est. Excipiatur [x] autẽ à nobis de curialibus nuper posita lex [y], quę filiis curialibus [z], aut filiabus curialibus nubentibus † noniunciũ omnino dari vult reliquo triuncio à parẽtibus secundũ potestatẽ dispensando, omnibus aliis de inofficioso positis legibus, & præcipuè nostris in sua vir-

t Accedere. scilicet, licebit patri dare in extraneos, nõ aũt prius: & facit ad hoc. s. de nõ eligen. §. cũ igitur. in fin. §.

v Hoc obseruando in omnibus. s. si liis & nepotibus, & cęteris inferioribus: cum his omnibus detur iure veteri querela: vt ff. de inoffi. te. l. j. & l. nõ enim. Sed nunquid in supiorib⁹ quarta debita olim augebatur per hãc legem? Rñ. quidam quod non: vt j. eo. §. prohibemus. in fin. & in nouel. e. ti. Itẽ, quia non inuenitur expresse dictũ: ergo in sua manet vetustate: vt C. de ap. l. p̃cipim⁹. §. si. Sed cõtra est, vt puto [4] nã hęc sunt verba generalia in omnibus personis &c. ergo generaliter intelligenda: vt ff. de alea lusu. l. j. §. de. & ff. de ser. vrb. præd. l. si seruitus. in si. Constat autẽ patrem & cæteros superiores olim habuisse hoc ius contra filiorum testamenta: vt filij habeant contra eos: vt. ff. de inoff. testa. l. j. & l. nam & si. & inst. de inoff. test. in prin. ergo hodie illud augetur, vt hic manifeste dicit. Item nũquid aliæ quartæ [5] per hanc constitutionẽ augẽtur, vt in Trebellianica, & iure institutiõis & cõstitutione diui Pij in bonis arrogatoris: vt ff. de inoff. testa. l. Papinia. §. si quis ex his? Respon. non puto [6] cum hoc nõ velit hæc const. dicere. arg. C. de te. l. sancimus. & C. de ap. l. præcipimus. in fin.

x Excipiatur. s. de prædictis in §. proxi. s. Acc.

y Lex. quam non habemus: sed eius sententia est j. eo. qui. mod. natu. eff. sui. §. si quis aũt. coll. vij. Acc.

z Curialibus. s. viris. Sed hoc non videtur locũ posse habere, vbi duo sunt filij. s. curialis & non curialis: vel ambo curiales vel filiæ nuptæ curiali. Si enim curialis. dederit nouem vncias, non remanent aliis, nisi tres: cũ s. dictum sit quod præteritus, vel exhæredatus vnus, vel duo, vel tres debeant habere quatuor vncias? Respon. Io. trahendo generalem regulam, & in computatione Falcidiæ, & in omnibus similibus: qꝫ vbi plures sunt, nec quantitatem lex diffiniuit, tacite singu

1 Intellige quãdo sunt iniuste exhæredati. secus si iuste. Iac. de bel. & Bal dus in auth. nouissima. C. de de inoffi. test.

3 Vix repetit secũdum Iac. de belui.

4 Idẽ Iac. de bel. & Angel. supra de hære. & Falci. in prin.

† Alias, noniunciũ. Halo. vertit. dodrantem.

5 De hac materia quartarũ vide secũdum cano. bonã. glo. in ca. Raynuti⁹. super ver. Trebellianũ. extra, de test.

6 Idẽ Bar. Ia. de bel. & Angel.

ſingulis decreſcit pro rata portione: ſicut & accreſcit: vt ff. de hære. inſtit. l. interdum. §. ſed ſi aliter. & §. ſed ſi exceſſerit. & inſtit. de hære. inſtit. §. ſi plures. Vel melius, quilibet debet habere noniunctum. i. tres partes eius partis, quã habere debet ab inteſtato, quãdo ſunt omnes curiales, vł filiæ curialibus nuptæ, alias non curiales ſemiuncium vel quadriuncium. & ſecundum hoc omnia plana ſunt. Alij dicunt [r], qđ hic erat tãtũ vnus curialis, vnde habet noniunciũ: vel ſi erat filia curiali nupta, ſola erat: qđ recidit in idẽ. Sed hoc plus dicebãt, quia ſi legitimi eſſent & huius filij curiæ dati cũ illis: tunc non poteſt habere plus curiæ datus, quã legitimus: vt j. quib. mod. na. eff. ſui. §. ſi quis igitur. & §. quoniam varie. & §. ſi quis autem. licet forte poſſet dici, qđ ſuperiora habent locũ, quãdo oẽs ſunt legitimi: ſed quidã erant curię obligati, alij non. Accurſius.

[r] Et melius Iaco. de belui. hic Ful. & Iaſ. in authent. nouiſsima. C. de inoff. teſt.

tute ſeruandis [a] : & de ingratis [b] filiis, & de naturalibus [c] præter ſolã quãtitatem, quã ad præſens auximus [d] ſecundũ omnes prædictas diffinitiones. Prohibemus autem & illud graue exiſtẽs & habens quidem aliquam legalem occaſionem [e], in duram [f] tamen incidens crudelitatem & amaritudinem. Nouimus enim aliqua teſtamenta, ſecundum quæ morientes non paternè, nec vt viros [g] oportebat, ſed nimis molliter atq; remiſsè fecerũt inſtitutiones. vxoribus ſi quidem omnẽ dereliquerunt ſuarũ rerum vſumfructum: filiis autẽ proprietatem nudã [h]. Quãobrem arbitror ſtudium eſſe huiuſmodi teſtamentis [i], vxoribus etiã proprietatẽ adquirere [k], filiis fortè fame pereptis. Vnde [l] enim etiã in medio gubernentur, & quotidianum habeant cibũ, nihil eis derelicto vxoris iure forſan & irrationabili intercedente: quod eis etiam quotidianam gubernationem arripiat? Non licebit igitur decætero vlli omnino filios habenti [m] tale aliquid agere: ſed modis omnibus eis huius legitimæ partis quam nũc deputauimus & vſumfructum, inſuper & proprietatem relinquat [n], ſi vult filiorũ nõ repetente fame morientium, ſed viuere valentiũ vocari pater: & hæc omnia dicimus non in patre ſolo, ſed in matre, & auo, & proauo, & adiunctis vnicuique fœminarum perſonis: id eſt, auia & proauia, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſint.

Nepos ex filio vel filia, auo vel auia ita ſuccedit in ea parte, qua mater vel pater ſuccederent: & hoc locum habet in nepotibus filiorum legitimorum ſiue interuenerint inſtrumenta dotalia, ſiue non. Angel.

Neq; illo [o] quemadmodum ab inteſtato liberi per fœmininũ ſexũ deſcendentes, parentibus ſuccedere debeant, decætero ſeruando in nepotibus & pronepotibus non ſuis, & ſub poteſtate [p] conſtitutis minus, tertia parte eos habere, quàm [q] eorum parenti-

[a] Seruandis imo videtur omnes correctæ: quod dic, vt infra, vt cum de appel. cogno. §. illud.

[b] De ingratis. vt ſupra, de hæred. & Fal. §. exhæredatos.

[c] Naturalibus. vt C. de natu. lib. per totũ. ſed quædam ex illis corrigentur alias: vt j. quib. mo. natu. eff. ſui.

[d] Auximus. vt proxi. §. Accur.

[e] Occaſionẽ. nam quia conceditur à lege relinquere vxori vſumfr. rerum ſuarum, ſumebat occaſionẽ, vt etiam ſic auferret illum vſumfructum filiis de legitima. ſic alias. ſ. vt iudic. ſine quoquo ſuf. §. deinde volumus. & §. an certe.

[f] In duram. i. magnam. duæ partes ſunt.

[g] Nec vt viros. Not. viros debere eſſe fortes & robuſtos. ſic j. de nu. § per occaſionem.

Viros fortes eſſe oportet.

[h] Nudam. & illam forte non totam.

[i] Teſtamentis. i. teſtatoribus, vel ſubaudi, in.

[k] Adquirere. quod ſtudere videntur parentes totum vſumfr. filiis adimentes.

[l] Vnde. interrogatiue lege.

[m] Filios habenti. Hic eſt ar. ſolis liberis auctam eſſe portionem ſecundum Al. quod diximus. ſ. plene. §. hæc nos. in fin.

[n] Relinquat. hoc eſt cõe in omni quarta. ff. ad l. Falci. l. quod de bonis. §. fructus. & ff. ad Treb. l. mulier. §. ſi hæres. Et facit ad hunc. §. C. de inoff. te. l. quoniã in prioribus. Sed contra eſt. ff. de vſufru. lega. l. vxori meæ. ſed hæc corrigit [s] vt ar. C. de inof. te. l. ſcimus. §. cũ autẽ. Vel ibi ſi recte inſpiciatur nõ grauatur: quia oĩm rerũ ꝓprietatẽ habet qđ pl⁹ eſt. arg inſtit. per quas perſo. no. acquir. §. hoc quoque. Item contra. ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. quarta aũt. Sed quod ibi dicit in libertatibus cũ grauari, vt tãtũ minorẽ quarta habeat. Dico correctũ per hoc quod hic dr̃, quod in nullo poſſit grauari. Sed nũquid poteſt aliquo caſu filius fraudari? Rñ. ſic ſecũdum Io. vt ſi habeat tantum ſeruos, quibus relinqt libertates quæ competunt: licet etiã abſtineat filius, ſi eſt in ptãte patris: vt ff. de fidei cõ. lib. l. cũ quæritur. §. ſed & ſi quis. & ff. de inoff teſt. l. Papinian⁹. §. quarta. in fi. §.

[s] Idẽ Iac. de bel. & glo. in authẽ. nouiſſima. de inoffic. teſta. C.

Filius an poſsit aliquo caſu fraudari legitima.

[o] Neq; illo. ex hoc. §. ſumpta eſt auth, q̃ tertiæ portionis, quæ eſt poſita. C. de col. ſuper. l. illam. Accur.

[p] Et ſub poteſtate: repete nõ, & tũc plana. vel dic non ſuis, & ſuis, qui diuerſimode ſuccedebant, vt ſequitur: ſi tamen ex filio nati non aũt ex filia nati dicuntur in poteſtate: vt inſti. de pa. po. §. pen. & §. fin. Et caueas tibi: q̃a in duobus tantum caſibus hic. §. loquitur, in nepote, vel nepte ex filia ſi moritur maſculus: vbi ſuccederet vna cũ auũculis vel materteris cũ diminutiõe tertiæ portiõis ſuæ. Item ſi fœmina moritur, de cuius ſucceſsione agitur: tunc nepos ex maſculo, vel fœmina cum dicta diminutione ſuccedit cũ patruis: & hoc ſubiicit in hoc §. & dicitur C. de col. l. illa. & de ſuis & legiti. l. ſi defunctus. & inſtit. de hær. quæ ab inte. defe. §. diui. quæ hodie non diſtinguuntur: vt hic dicitur: quia omnes dicti nepotes habebunt integram portionem, quam erat habiturus pater vel mater. Sed nunquid dictæ ll. corrigũtur per legem inſt. de hær. quæ ab inte. §. ſi. Quidam dicũt qđ ſic: vnde hæc auth. non corrigit: cum iam correctũ inueniat: nos dicimus, quod dictus. §. loquitur in quodã alio caſu, & quadã alia parte, quæ dabatur agnatis ex [t] conſt. Archadij, & illud corrigitur: vt ibi patet. & C. de ſuis & leg. l. fi. vnde hic. §. corrigit dictas leges.

[t] Approbatur per Iacob. de beluiſo.

[q] Quam. ſ. tertiam partem. Accur.

Exci

bus viuentibus oportebat relinquere testatores. Non enim excipimus [a] vlterius [b] nepotes, qui ex filio paternis auis accrescũt: vt illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum acciperet pater viuens: Nepotes autem ab auo per mediã filiam venientes, auia paterna [c], aut materna minus tertia accipiant: sed vnum ordinem in omnibus ponimus nepotibus & pronepotibus: non referentes fœminã [d] à masculo in talibus minui. Neque enim masculus ipse in se, neque fœmina solùm ad natiuitatis prorogationem sufficiens est: sed sicut vtrunque eorum coaptauit deus ad generationis [e] opus, ita etiam nos eandem vtriusque seruamus æqualitatem [f]: sed nec vsque in hoc statuimus legem. Hæc enim dicimus & in illis filiis qui ex nuptiis sunt legitimis, licet non sint secutæ nuptias dotes: sed affectus [g] indubitatus & manifestus inter cõiuges existens filios præstet esse legitimos. Dotẽ enim celebrãt nuptiæ: nuptias autẽ dotes non faciunt [h], sed cõiunctorũ affectus. Hoc idem obtineat & in his, qui ex posteriori affectu cum dotibus secundum nostras constitutiones [i] legitimi fiũt. & hęc sit sanctio legitimæ soboli. Consideremus autem aliquid ad solam naturã clemens. multi nãq; molesti sunt nobis semper, precesq; crebræ [k] & flentes aliĳ: & semper equidem clemens aliquid definimus. sed quia, cùm hoc nõ lege agimus, erubescimus [l]: Ideoq; causæ etiam adiicientes legem ipsi quidem populos [m] remouebimus: dabimus autem omnibus habere ex lege remediũ. qa enim testari naturalium filiorum patribus etiã ipsis [n] dedimus [o] legitima quidem existẽte prole, vsque ad vnam solam vnciam, quam habebunt vnà cũ mater (hoc q; etiã prius fuit) filiis autẽ nõ existẽtibus legitimis, & vsque ad medietatẽ totius substantiæ. hoc dicunt à nobis positæ leges [p], nõ in testamẽtis solũ patribus concedentes hoc agere: sed etiã aliis munificentiis [q], quas & superstites donant. Præsens [r] autem lex de his [s], quæ ab intestato sunt [t], loquitur, & noui aliquid introducit. nũc enim si quis moriẽs legitima sibi penitus sobole non existente (filiorũ dicimus, aut nepotũ, aut cæteræ successionis) neque vxore legitima [v]: proinde moriat̃ non disposita substantia: & veniat cognatio [x] forsan, aut certè manumissor [y] bonorum possessiõem [z] mouẽs & insurgens, aut etiam nostrũ ærariũ (nec enim illi quãtum ad hoc parcimus) sit autẽ ei domi, donec viuit, libera mulier in habitu cõcubinæ cũ eo degẽs, & filĳ ex ea (talibus [a] enim solis hæc sancimus, vbi omnino indubitatæ sunt cõcubinæ [b] in domo habitæ: siue [c] naturaliũ ibidẽ proles [d]) & nutrimẽtum damus eis: & intestato parentibus morientibus duas habere vncias [e] paternæ substantiæ cum matre partiendas, quanticunq; fuerint filĳ: ita vt pro portione vnius filĳ & mater accipiat [f]. Et hæc [g] dici-

a Excipimus. id est, separamus. Accursius.
b Vlterius. id est, amodo per hãc legem.
c Paterna. de cuius successiõe nũc agitur: & caute no. hac duo capitula, vt modo diximus.
d Fœminam. id est, natum ex fœmina: vel etiã masculo, cum de successione fœminæ tractatur.
e Generationis. facit inst. de exhæ. lib. §. nostra. & C. de suis & legiti. l. lege xĳ. tab. & C. de li. præte. vel exhære. l. fi. Acc.
f Aequalitatem. scilicet in iure successionis.
g Sed affectus. facit ĩ. de nupt. §. nuptias. & ff. de regu. iu. l. nuptias.
h Non faciunt. facit C. de do. ante nupt. l. fi. & de iure dot. l. iĳ. in hoc casu tamen exigitur dos & matrimonium: vt ĩ. vt li. ma. & auię. §. qua verò dudum diximus.
i Cõstitutiones. vt C. de nat. libe. l. cũ qs. & l. nuper.
k Crebræ. facit ad hoc. C. qui potio. in pig. hab. l. fi. in prin. & ĩ. de hære. & Fal. in prin.
l Erubescimus. Respon- mo. non valere responsionẽ: quæ lege non probatur.
m Populos. i. multitudinẽ, quæ tota die nos ĩterpellat.
n Ipsis. s. naturalibus filiis. i. ad eorũ vtilitatem. Acc.
o Dedimus. id est cõcessimus. sic insti. de lib. §. fi.
p Leges positę. s. in quinto lib. C. in ti. de na. lib. l. j. & l. ij. alias est. l. humanitatis. Sed hæc hodie ex testamento aliter sunt: vt ĩ. qui. mo. natur. eff. sui. §. ne igitur. & §. si verò filios. col. vĳ. Ac.
q Munificentiis. vt per donationẽ, vel causa mortis, vel inter viuos: vel dotis vel donationis propter nuptias: vt C. de na. li. l.
r Præsens. s. lex.
s De his. s. successionibus.
t Sunt. id est, deferuntur.
v Legitima. quia hæc nocerent: sed ipsa nõ succederet nisi in subsidium: vt C. vnde vir & vxor. l. j. & his casibus, vbi filĳ huiusmodi naturales repelluntur, ali debẽt arbitrio boni viri: vt ĩ. qui. mod. natura. effi. sui. §. si quis igitur circa fi. & addas, vt ibi.
x Cognatio. id est, cognati.
y Manumissor. i. patronus. Ac.
z Possessionem. scilicet contra tabulas. vi institu. de suc. lib. §. j.
a Talibus. interpositio est.
b Concubinæ. adhærens quis. Accursius.
c Siue. pro & nec enim concubinam dico succedere ab intestato: quia nec vxor succederet, nisi in subsidiũ, q; esset iam necesse, si legeres disiunctiue [1]: leges ergo copulatiue.
d Proles. sit. s. & ex illa filius.
e Vncias. ex hac litera sumpta est authen. quæ est. C. de natur. libe. l. humanitatis. quæ incipit ibi, licet pater &c. Acc.
f Accipiat. & sic mater admittitur in virilem.
g Et hæc. s. quæ dicta sunt. ĩ. hoc. §. s. vt filĳ naturales succedãt patri intestato mortuo in duas

Respon- sio lege non probata, non valet.

[1] Ista glossa est singul. secundum Bal. in ca. per tuas. de maior. & obediẽ. & laco in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. ad hoc qđ concubina nõ succedit suo concubinario etiã in subsidium licet vxor succedat viro per ti. vnde vir & vxor.

duas vncias. Sed hic non imponimus istam pœnam filiis naturalibus.s.vt succedant patri in aliquo scilicet, quando pater plures habuit concubinas.

a Dicimus.id est, habent locum.

b Sic.interpositio. Acc.

c Alias.s.vxores.

mento quis decedit.

y Intestatus.quod fit sex modis, vt diximus insti.de hære.quæ ab inte.§.j.respon.

z Oblitus.p longitudinem tēporis, propter quam aduenit obliuio : vt diximus insti.de vsuca.§.quod autem. Acc.

mus [a], si vni concubinæ cohabitauerit, & filios ex ea habuerit: aut præcedēte concubina morte forsan, aut diuisione, filij domi sint. tunc enim damus eis ab intestato duarum vnciarum successionem. Si autem confusa concupiscentia ita fiat, & alias introducat priori concubinas, & multitudinē habeat concubinarū fornicantium (sic [b] enim dicere melius est) & ex eis filios faciēs moriatꝛ, multas simul relinquens cōcubinas: odibilis quidem nobis est iste, qui talis est: procul autē omnibus modis ab hac lege expellatꝛ. Sicut enim quis legitimę vxori coniūctus alias [c] superinducere nō poterit matrimonio consistente, & ex eis legitimè filios procreare: sic neque post cognitā (quemadmodum diximus) concubinam, & ex illa filios dabimus [d], si aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nā si hoc non constituimus, indiscretæ erunt mulieres, quē magis, aut quē [e] minus amauerint [f] indiscreti [g] etiam filij: & nos † non præbemus luxuriantibus, sed castè viuentibus legem. Non autem distinguimus de filiis, que masculi, siue fœminę sint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur: ita nec nos alteram in masculis, & alteram in fœminis secūdum hoc ponimus legē. valebit itaque hæc lex [h] nobis in futuris, & maximè omniū [i] hæc [k]: quoniam earum, quę dudum non rectè tenebant, plurima & emēdauit & explanauit [l], & quod præteriit [m]; nō potest ab ea, quæ nondum erat regulæ subiici. Hęc [n] à nobis de prædictis successionibus sunt sancita.

Collatio donatorum ab intestato & ex testamento fieri debet, nisi expreßim aliud dictum sit, omnibus quæ prius de collatione dicta sunt, confirmatis. Bartolus.

Illud [o] quoq; † bene se habere credimus, hac lege complecti. prioribus enim legibus violētibus in collationibus, siquidē sine testamento morerentur parentes, collationes secundum earum [p] virtutem fieri: si verò testati, nihil dicentes [q] de eis [r], locum non fieri collationibus, sed res habere per dotem fortè, aut alio modo datas, & quæ sunt relicta [s] defendere [t]. Nos sancimus, † non esse omnino [v] talem [x] opinionem. sed siue quispiā intestatus [y] moriatur, seu testatus (quoniam incertum est, num forsan oblitus [z] est datorū, an pro tumultu mortis angustiatus [a], huius non est [b] memoratus omnino [c]

d Dabimus i.cōcedemus, & repete non. Azo.

e Quē.alias, quā.

f Amauerint. s. homines: si habes quā: si habes quem amauerint: dic scilicet mulieres.

g Indiscreti. s. erūt.etiam filij. Nā tot erunt concubinæ & filij ex eis: vt nesciret pater eorum, qui nati essent ex vna, & qui ex alia. Acc.

h Hæc lex.s.tota vsq; ad princ.

i Omniū.s.aliarum legum tractatiū de hac materia.

k Hæc. s. nostra lex valebit.

l Explanauit.s. hæc nostra lex.

m Et q̄ pręteriit. q.d.non habeat locum in præteritis et facit C.de test.l. iubemus.et s.vt iu. fine quoquo suffr. §.fi.&j. de admin. off.§.fi.col.iij.

n Hæc.quę dicta sunt.s.vt filij naturales succedant patri intestato mortuo ī duas vncias.

o Illud. hic est sumpta auth. posita.C.de col. super. l.j.alias incipit, ex testamēto &c. Ac.

p Secundum earum.s.legum, quæ multæ sunt: vt C. de col.l.ij. & iij.& iiij.& v.& fere omnes leges illius tit. sed si testamentum faciebat, nō fiebat col. vt subiicit. & C.de col.l.j. & l. filiam.& C.communia vtriusq; iudi.l. fi.j.respon.

q Dicentes.s.parentes.

r Eis.scilicet collationibus.

s Relicta.s.in testamento: vt quia est institutus hæres cum aliis suis fratribus.

t Defendere. Puta partem suam hæreditatis.

v Omnino s.nobis.

x Talem.qualis dicta est.s.in casu, quando ex testamento quis decedit.

Præterita non respicit lex.

† Cōcor. glo. in ca. in pręsentia. super verbo, publicas. extra de probatio.

a Angustiatus. nec ei imputādum quare se angustiauerit: licet alias interdū imputetꝛ: vt ff.si quis cau.l.ij.§. pe. q̄a mors īopinate venit: vt ff. de cōdit.& dem.l.j.& facit ad hoc. C. qui test.fa.po.l. hac cōsultissima. §. at cū. & C. de pecu. eius qui li.me.l.j. Ac.

b Huius non est. s.donationis. Acc.

c Omnino.sed cū dōatio alia sit simplex: vt puta donatio īter viuos, alia ob causam aliquā, vt dos: donatio ꝓpter nupt.vel propter militiā: vel similia: vt ff. de do. l.j.de quibus donationibus loquitur hic? Rñ.secūdū Io. de omnibus. Nam omnia conferūtur secundū eū: q̄a verba generalia sunt oīno &c.& s.dicit datorum &c. nec distinguit qualiter data: ergo generaliter est intelligenda: vt ff.de ser. vrban. præd.l. si seruitus.& ff. de alea. l.j.§.penulti. Item cum dos, quæ de bonis patris decessit cōferatur: vt ff. de colla.bon.l.fin. & ff.ad legem Falcidiā l. pater. multo magis in simplici donatione, quæ in bonis patris remansit: vt C.de inoffic.dona. l.ij.sed M. & Lot. & B. contra [a] dicunt enim in donatione simplici collationem non faciendā sed in his, quæ ob causam fiunt. Idem dicūt quod Io. sed in simplici concedūt fieri in duobus casibus, vt quando pater hoc expressit: vt hic probatur, & C.de inoffic. testa.l.si quando.§.j. Item quando vni ob causam donauerat, alteri simpliciter. tunc enim ne emergat inæqualitas, etiam simplex donatio confertur: vt C. de col.l.

1 Sequitur hanc glo. Ang. hic.

† Ex ho[c] §. est tra[n]cta authe[n] situata [su]per.l.j. C. de colla. & incipit ex testamento.

† Hal[c] ne omn[i]no tal[em] aliqua [...] præsum[]ptio.

a Appr[o]batur [...] la. de b[...] & Ang[...]

colla. l. penul. & hoc in his, vbi fit collatio, hoc est in profectitiis: nō autem in aduentitiis iure isto: vt C. de col. l. fi. siue sui suis: siue sui emancipatis: siue ecōtra. si autem emancipatis emancipati: tunc nullo modo. itē quando sunt nec sui, nec emancipati: vt nepotes ex filio: vt C. de col. l. fi emancipati. Et qd dixi emancipatam suo conferre: intellige in his, quæ tēpore mortis patris habebant, non quę postea quæsierunt: vt C. de col. l. nec emancipati. & l. ea. demum. & hoc inter se extraneis autem cohæredibus nullo modo [l]: vt C. cōmunia vtriusque iudi. l fi.

liditate sua. & no. hic diligenter argumentū in tabellione, qui recipit testes vt suspectus dari non debeat. Idem & in iudice, cui causa committitur. & facit. C. de iudi. l. apertissimi. & subiicit hic.

[r] Hæc. quæ modo dicta sunt & scripta sunt: vt C. fa mi. ercisc. l. fi. & facit. C. eo. l. filij. nisi ne legis & l. cognatione.

esse collationes: & exinde æqualitatē, secundū quod olim dispositum est [a]: nisi expressim designauerit ipse se velle non fieri collationem: sed habere [b] eum qui cogitur [c] ex lege conferre: & quod iam datum est [d], & ex iure testamenti [e] omnibus, quæ prius de collationibus à nobis sancita [f] sunt, in sua virtute manentibus, si res suas pater inter liberos distribuere velit.

Diuisio bonorum à parente inter liberos facta non aliter valet, nisi in testamento fuerit facta vel in alia scriptura parentum, vel liberorū vel omnium subscriptionem continente. Bart.

Et quod sæpe nobis iudicantibus placuit, necessariū credimus nunc partem fieri præsentis legis. frequenter enim quidam plurimorum filiorum [g] constituti patres † inde putantes mox substantiā diuidere in fraterno certamine eos seruant: & ad maiores adhuc & sæuiores eos contentiones adducunt [h]. Cùm enim oporteret, si hoc vellēt [i], aut apertè omnia diuidere in testamētis suis: aut [k] si non hoc vellent partes facere, & eas subscribere, & sic indubitatam dare filiis diuisionem. At [l] illi non hoc faciunt: sed partem quidem aliquam per se ipsi scribunt: & neque hanc habere continuè, sed fortè inter scriptam alterius cuiuspiā literis [m] & inscriptione abiecta [n], & nulla custodia digna posita: residua verò pars nequaquam illorum est manus, sed subscriptoris cuiuspiā fortè corrupti, aut cuiuscunque. & hinc [o] illis litium occasiones decies millies [p], vtrum hæc voluntate gesta sint patris, an alicuius artificis [q] operarij certaminis & contētionis, & ad fauorem partis alicuius scribentis. Hæc [r] nos molestare de cætero nostros subiectos nolētes, sancimus, si quis voluerit suas res filiis, aut diuidere, aut omnes, aut etiam aliquas fortè relinquere præcipuas has, maximè quidem, si possibile est, dicat in testamento [s], & indubitatam det filiis hinc vtilitatem. Si autem hoc non [t] agat propter aliquas necessitates [v], quæ plurimæ circunsistūt hominibus: † licet tamē descriptiones [x] facere rerum, quas partiri voluerit, & subscribere oībus [y], aut ipsum aut filios vniuersos subscribere [z], procurare, inter quos res diuidet, & ex hoc causæ dare indubitatam fidem. & quod secundū hanc fit speciē, ratū sit atq; firmū [&].

[a] Dispositum est. s. co intestato moriente: alias enim olim nō fiebat colla. & ita non erat hic æqualitas: & facit ad æqualitatē. s. de non elig. §. fin. & C. de iudi. l. placuit. & j. vt exac. instan. do. §. final. col la. vij.

[b] Sed habere. repete voluerit.

[c] Cogitur. alias, nisi testator dixisset q̄ nō cōferret.

[d] Datū est. à patre ei. s. iure donatiōis: puta vel alio titulo datum. Acc.

[e] Testamenti. puta eam partem, ex qua est institutus.

[f] Sancita. quæ nō contradicunt his, quæ hic statuūtur: vt s. in prin. huius §. sic. s co. in fine. j. respon.

[g] Filiorū. etiam duorum: vt ff. de testi. l. vbi. sed hæc dictio plurimorū, tres exigit ad minus. Idē tamen credo in duobus. Ac.

[h] Adducūt. nam magis dolet, si fratri aliqd vltra partem datur, quam etiam si extraneo: vt C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. j.

[i] Vellent. s. fraterno certamine eos liberare.

[k] Aut. pro saltem.

[l] At. Hæc aduersatio superflua est ꝓpter p̄cedēs, cū.

[m] Literis. datiui est casus.

[n] Abiecta. id est. vili scriptura.

[o] Et hinc. id est, ex tali subscriptione.

[p] Decies millies. s. ortæ sunt. & facit ad hoc verbum s. de hære. & Fal. §. exhæredatos.

[q] Artificis. i. præbentis operā certamini arte & calliditate sua.

[s] In testamento. quod in præsentia testium septem fit siue in scriptis, siue nuptiarum fit. vt in stit. de test. §. j. & §. fi. Accur.

[t] Hoc non. s. testamentum.

[v] Necessitates. vel præoccupationes mortis: vt s. p xi. §. vel qa testes septem habere nō potest propter hominum raritatē: vt C. de test. l. fi. & instit. de codicil. §. j. Si autē sit iuris necessitas, qua impeditur facere testamentū, quæ multæ sunt: vt diximus in sti. qui test. fa. post. §. fi. tunc nec codicillos potest facere nec etiam legitimā voluntatem: vt ff. de codicil. l. ij. §. furiosus.

[x] Descriptiones. manu vni⁹, aut plurium.

[y] Omnibus. scilicet partibus.

[z] Subscribere. q. d. aut ipse scribat, aut filios scribere faciat: & sic habet tres vias. Et habēt hæc locū [l] quādo inscriptura facere vult suam voluntatem: alias etiam sine huiusmodi subscriptione facere potest: dummodo coram testibus etiam duobus: vt C. fa. ercisc. l. fin. & ff. de testa. mili. l. Lucius. Sed M. dicit, q̄ nō potest hodie, nisi cum huiusmodi subscriptione, quæ hic dicitur. & dictam l. dicit esse correctam: vt j. de testa. imper. in princ. col. viij. Et habent hæc locū, cum de prælegationibus quæritur: si vero de testamento inter eos habito quæratur, dic vt j. de testa. imper. §. j.

[&] Firmum. inter liberos præter cōmunem obseruationem dispositio ita demum valet, si rerū quas testator dimisit, sequitur subscriptio, vel ipsius parētis, vel omnium liberorū inter quos partitio designatur. Sed quid si decē habet filios, & quibusdam prælegat: nunquid

Quāuis Rap. Ful. in l. si emācipati. C. de col dicat ibi gl. singul. ad hoc quod extrane⁹ succedens cum filio, nihil conferre tenetur hęc gl. est similis & in l fin. hic alleg.

† Haloā. dum videtur bona diuidere, vt euestigio fraterna illos contentione liberēt in maiores &c.

Ista glo. est singul. secundum Bal. in ca. quoniam contra fal sam. coll. iij. extra, de proba.

† Haloā. nihilominus ei, bonorū, quæ diuidi vult diuisiones licebit in codicillos coniicere. Idē Ias. & est de mente omnium.

g quid

quid & illi subscribent, quibus non prælegatur? Rñd. sic: quia eos tangit, vt C. de auth. præ. l. fi. & j. vt spon. largi. §. ad hoc. col. ix.

a Cautela. id est, firmitate.

b Si vero. ex hoc. §. sumitur auth. si modo. C. famil. ercis. Accur.

c Egerit. i. nullã trium supradictarũ viam elegerit.

d Aliud quidẽ. sic s. de non alie. §. fin.

e Studium vero maleuolẽtiæ. i. negationis. & ex hoc §. sumitur authen. cõtra qui propriã. quæ est posita in l. cum fidẽ. C. de non nume. pe. Accur.

f Denuo legislationem. i. iterũ approbare legem Aquiliam latã à plebeiis, Aquilio rogante siue interrogante plebem, vt subiicit: vt ff. ad legem Aquil. l. j. & insti. ad leg. Aqui. §. cæterum.

g Protulit. scilicet plebs.

h Secũdũ quã. s. legẽ Aquiliam.

i Duplicibus. nã ex inficiatione crescit in duplũ cõdẽnatio: vt hic. & C. ad legẽ Aquil. l. cõtra negãtẽ. & ff. ad le. Aqui. l. inde Nera. §. hæc actio.

k Actiones. vt vtilis Aquilia: cũ datur damnum de corpore in nõ corpus, & econtra de nõ corpore in corpus. Item in factũ subsidiaria legis Aquiliæ: quando datur damnum de nõ corpore in nõ corpus: vt insti. ad leg. Aquil §. pe. & §. fi. & ff. de dol. l. & eleganter. §. idem Labeo. Item actio pro legato. s. ex testamẽto: quæ datur venerabili loco. institu. §. item mista.

l Ordinẽ. id est, vt crescat ex inficiatione.

† Haloã. vertit designationem.

† Haloã. obscurarum illarũ & magna ex parte testibus carẽtium scripturarum nulla ratione habita.

aliaq́ue cautela [a] non indigeat. Si verò [b] aliquis hoc non egerit [c] sed dispersam sic, vt plerunque, sine testimonio † subscriptionẽ fecerit: sciat nihil hinc filiis sese præbiturum vtilitatis: sed quasi nihil sit factum, diuident substantiã filii, † incertas, & plerunque sine testimonio conscriptiones non sequentes: neque iudicibus causæ, quos iudices familiæ erciscundæ, leges appellant, has sequi cõgendis. Oportet etenim prouidere subtiliter cautelæ filiorum, & non aliud quidem [d] minuere, aliud sub errore relinquere: quod difficiliũ insuper & insolubilium crebrò etiam crimina ferẽtium causarum occasionem præstet. De successionibus itaque, & de collationibus & aliis quæ prædicta sunt, vsq; in hoc sancitum sit.

Lex Aquilia & eius dispositio, qua cautum est vt negans dãnetur in duplum, confirmatur: & ad eundem ordinem plures sunt actiones inductæ. Ang.

Studium verò maleuolentiæ [e], quod fit ab aliquibus, necessariam nobis fecit plebis denuo legislationem [f] approbare, quam per quendam suorum protulerit [g] tribunorum, & Aquilii nuncupationem ab illo suscepit, secundũ quam [h] pro abnegatione duplicibus [i] subdebat exactionibus maleuolentes, & abnegare tentantes: vbi etiam aliæ quædam actiones [k] ad eundem coaptatæ sunt ordinem [l] †. Sed paulatim [m] mutata clementia, ablata est, quæ consueuit iniquorum enutrire maleuolentiam. Quamobrem etiam nobis necessarium visum est indecentes & turpes abnegationes prædictæ pœnæ subiicere. Si enim † protulerit aliqs [n] scripturam, alter [o] autem negauerit: cùm hæc [p] litera eius habeat ita, vt necessitatem patiatur actor causas pati circa probationem eius [q]: aut literas [r] quidẽ † suscipiat, dicat autem non solutum debitũ sibi, & probauerit hoc legitimis modis actor: condemnationem aduersus eum duplicem [s] in vtroque casu fieri sancimus: non quia à maioribus [t] legibus delectamur, sed quia [v] lites eorum minores efficimus: quatenus timore pœnæ citius dicãt quod confiteri competit. In talibus itaque omnib9 modis condẽnationẽ hoc fieri volumus modo [x]: & si præter hæc egerit [y], iudicem scire quia trẽscendens legẽ ipse tenebitur [z] his pœnis. Hæc aũt dicimus, nisi probationibus actor abrenunciãs † sacramẽto rei [a] nunc vsq; ad negationẽ factã solui voluerit [b].

o Alter. scilicet reus.

p Hæc. scilicet scriptura. Accur.

q Eius. scilicet rei.

r Aut literas. nunc conuerte casum in actore negante, & reo proferente: & quod dicit non solutũ proprie accipitur. Item q dicit actor. i. reus qui in probanda solutione est actor: vt C. de pba. l. j. & j. vocat eum reum ibi, sacramento rei &c. & quod dicit in vtroque casu. i. siue in primo vbi actor protulit literas rei siue in secundo, vbi reus protulit literas actoris. Vel dici potest [r], vt tota litera & s. & j. vsque ad §. si autẽ. loquatur in actore proferẽte, & reo negante: & q sequitur solutũ dic i. numeratũ. Item q dicit actor proprie ponitur. Item q dicit vtroq; casu dic, i. siue reus literas suas, & postea numerationem negauerit, siue facta m si bi scripturam confiteatur: sed numerationem neget: vt hic innuitur.

s Duplicem. s. in vnum simplum sit pœna: aliud sit restitutio: vt j. eo. §. si quis autem. Sed actor videt in plus puniri. s. vt totum duplum sit pœna: vt j. eo. §. si autem. Sed pone istud, vt ibi diximus.

t A maioribus. i. non sumimus delectationem legum à maioribus id est, antiquis, qui fecerunt legem Aquiliam & alias ei similes.

v Sed quia. respõdet tacitæ obiectioni. Accur.

x Modo. scilicet duplicem.

y Egerit. scilicet aliud.

z Tenebitur. nã facit litem suam: vt ff. de var. cogni l. fi.

a Sacramento rei. quam supra nominauit actorem, secundum primum intellectum huius. §.

b Voluerit. s. actor deferens ei sacramentum: & ille non iuret, sed cõfiteatur. Et sic no. hic quod parcitur sponte confitenti [a]: sic. ff. de ali. iu. l. iii. §. fina. & C. de plus peti. l. j. & j. vt lit. iu. §. si quis. col. ix. C. ad legẽ Iul. ma.

m Sed paulatim. q. d. prius non puniebatur adeo iudices erant clementes: postea superuenientibus dictis legibus extenuata fuit parum clementia: & tunc talẽ maleuolentiam, id est, malam voluntatẽ homines tradiderant obliuioni: quare & in præsenti casu idem cõstituendum est. Accur.

n Aliquis. s. actor.

† Hal. nihilomin9 vel paulã se ostẽtãs humanitas clãmalorum hominũ enutriit Iprobitatem.

r Approbatur per Iacob. de Beluiso.

† Cõcor. cum hoc tex. ca. dudum. cum glo. super verb. idoneus. extra, de presumptio. & est. §. iste situatus p authent. super. l. cum fidem. C. de nõ nu. pec. & incipit, contra q propriam.

† Agnoscat.

† Haloã. rei sacramento inficiationẽ purgari velit.

a Cõcor. ca. pe. §. qui. extra. de iure.

Si enim tale aliquid egerit: siquidem mox ab initio post abnegationem intulerit [a] iusiurãdum, & ille [b] continuò confessus fuerit quod in negatione deductum erit, sine periculo sit quantum ad duplum. Si verò longiori facta lite tunc actor inferat sacramentũ, at ille [c] etiam sic quod infertur, profiteatur: de dupli quidẽ eum eximimus pœna: omnes verò [d] expensas [e], quæ vsque tunc factæ sunt propter probationes, actori iureiurando eius definitas exoluere eum, qui ab initio quidem negauerit, postea verò confessus est, iubemus. Si quis autem [f] annumerationem in se factam pecuniarũ negans, postea verò [g] vtatur solutionibus à se factis: tali homini nullam vtilitatẽ horum, quæ verè soluta sunt, esse sancimus: sed totum eum debitum [h] exigi præcipimus, & hanc solã sustinere negationis pœnam. Hoc etiam quidam ante nos Imperator constituit [i] nullo iudicantiũ, neque in hoc flectendo [k] sed integritatem legis custodiente. Si autem etiam reus proferat literas actoris [l], deinde um ille [m] eas negetat ille probet eas: non solùm illud repetetur, de quo negatio fuit, sed etiã tantùm aliud adiiciat: hic quoque de iurisiurandi datione similiter [n] etiam in actore introducatur ratio. Si verò lis agatur per curatorem, † fortè constitutas personas, quæ curatores [o] respiciunt: huiusmodi negationis pœnæ, quando in ipsorum curatorum fuerit literis, non aduersus eos, quorũ sunt curatores, sed aduersus eos [p] ferri, qui turpem & indecentem hanc negationem fecerũt. Si verò aliud condemnationis augmentũ, aut in duplũ, aut in triplum, aut in quadruplum ab antiquis legibus [q], aut principum introductum est constitutionibus [r], maneat quidem illud secundum propriam formam, sicut nos illud in nostris institutis, & digestis [s], & constitutionum libro sancimus: hoc autem [t] nunc augmentum priorum sit.

Possessor qui rem eius esse, de quo actor affirmat, negauit: & post probationem actor confitetur ad exceptionem decurrens, prius rei possessione priuatur, quàm de iure suo audiatur. Bart.

Illud quoque in iudiciis arbitramur oportere melius [v], quàm omnes ante nos, determinare & constituere. Si quis enim conuentus [x] fuerit res habere alterius: ille verò dicat res non esse illius, de quo dicit actor: & cogatur, qui actionem infert, aut documentis, aut testibus, aut aliis vti labori-

Iul. ma. l. quisquis. §. fi. & C. de his qui se de. l. j. ar. contra l. ff. de fur. l. qui ea mente. & ff. vi bo. rap. l. pen. Itẽ not. si releuas me in vno onere probandi: & ego te debeo in alio releuare. s. in pœna dupli. sic. ff. de iureiur. l. eum qui. §. respon.

a Intulerit. scilicet actor.

b Et ille. s. reus.

c Ille. s. actor: vel creditor secundum primum intellectũ. vel dic reus secundũ aliũ intellectũ.

d Omnes vero. nunc conuertit casum: & dic verò ꝓ sed. Item quod dicit actor. i. reus siue debitior, q defert actori, vt hoc differat à casu præcedẽti. vel dic retẽto primo casu. s. actore deferẽte: & omnia pone ꝓprie. & in hoc differt à superiori, quia in superiori ab initio fuit confessus reus, quando nullꝰ actori fecerit expensas: hic autẽ quando dudũ post ea. vnde restituunt huiusmodi expẽsæ actori, vt subiicit.

e Expensas. sic C. de iudi. l. sancimus.

f Si quis autem. s. debitor. Accur.

g Postea verò. id est, postquam actor probauerit se mutuasse. vult hoc cõfiteri: dicit se soluisse, non prodest ei: vt subicit etiam si verũ dicat: vt subiicit. & facit. j. vt ij qui ob. phi. res mi. §. si verò. & est hoc propter eius mendaciũ quod est puniendum: vt. j. e. e. §. illud. alias contra, vt. ff. de re. iur l. bona fides. Sed nõne actor est in dolo, qui petit quod iam sibi solutum est: vnde potior deberet esse cõditio cõuenti: vt. ff. ne qui eũ. l. j. in fin. & l. ij. Rñ. actorem bona fide agentẽ: agere prius & postea alias repellitur: vt dictum est.

h Debitum. i. tantum quantum erat prius debitum. quod vere tñ solutũ fuit. sed qua actione petitur hoc secũdo? Respõ. per condictionẽ ex hac. l. quia antiqua actio sublata est solutiõe: vt insti. qb. mo. tol. ob. j. rñ.

i Constituit. vt Zeno: vt. C. loca. l. cõductores. vel Archadius: vt. C. vnde vi. l. non ab re.

k Flectendo. sic. C. ad l. Iul. de vi publ. l. seruos.

l Actoris. in qbus actor fuit confessus sibi solutum q̃ apocha vocat: vt. ff. de ad. tu. l. Lucius. §. tutelæ. Ac.

m Ille. s. debitor. & reddit ad casum illũ, quem habuimus. s. §. si em̃ ꝓtulerit &c. secundũ primũ intellectum quem ibi dedimus.

n Similiter. vt. s. §. hoc autem dicimus &c.

o Curatores. i. ꝑsonæ procuratorũ respiciunt curatores: vt idem in eis. quod in curatoribus seruetur. Acc.

p Eos. s. tutores vel procuratores, & curatores. & facit ad hoc. C. de seruis fug. l. quicunqꝫ. §. in minorũ. & C. vnde vi. l. meminerit. et. C. de fal. mone. l. j. in fi. & ff. qđ quisqꝫ iu. l. iij. §. j. & ff. si qs ius dic. l. j. §. si procurator. & j. vt litig. iurent. §. in causis. col. ix. Sed quid si literas eius, cuius negotiũ gerit, negat? Rñ. non tenetur gerens negãs: cum nec alienas literas possit cognoscere, vt suas. imo etiã quandoqꝫ vix suas cum aliter iuuenis, aliter senex scribat: vt. j. de fide instru. §. ij.

q Legibus, vt in sti. de actio. §. oẽs.

r Constitutionibus. s. in duplũ: vt C. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. non ab re. §. fina. & C. finium regund. l. si constiterit. Item tripli & quadrupli: vt institu. de actio. §. tripli. & §. quadrupli.

s Et digestis. in ff. multæ actiones inueniuntur in duplum, vt serui corrupti. Item in quadruplum, vt furti manifesti: & quod metus causa: vt. ff. de ser. corru. l. j. & quod met. cau. l. si cum ex. §. ij. Acc.

t Hoc autem. quod hoc. §. dictum est.

v Melius commendat se. sic & alias institu. de hære. quali. & diff. §. si. Accur.

x Conuentus. scilicet rei ven. & quod subiicit alterius. s. agentis. Item & hypothecaria. & quod subiicit alterius, dic. i. eius quẽ dicebat actor obligasse: q a habet necesse ꝓbare, qui agit. s. ꝙ debitor fuerit dñs

Ibi delictum fuit cõsummatũ, hic nõ nec inciderat in pœnã, q a pœnitet antequã partẽ aggrauaret in probatiõe. Ang. hic post Barto. in cõtrario.

† Haloã. vtputa ad eas pertinens personas quę curatoribus indigent.

Idem Iac. de Beluis. hic & Angel.

Illud nõ est verum generaliter secundum Bar in l. cum res. Co. si res alien. pign. data sit. & Ias. in §. item Seruiana. colũ. xvj. institu. de actionib.

 tempo

bus, vt ostendat res filius esse: postea verò is, qui semper abnegauerat [a] illius hoc non fuisse, vti voluerit illius iure, & dicere: quia ex hypotheca, aut aliis causis [b] in illam personā relatis propinquior est, quàm ille, qui causam mouet: aliæ quidem sententiæ vacent, quæ prioribus [c] nostris placuerūt: mediocris autem quædā & clemens, & ipsi causæ conueniens pœna abnegantibus inferatur. pro abnegatione nanque circa hoc & actoris [d] laboribus, dum adhuc causa dicitur, ad actorem transferatur [e] rerum, de quibus est quæstio facta, possessio [e]. licentiam habēte eo, qui hanc reddat, si qua iura habeat, ex illa persona de qua prius negationem [f] passus est, competentia sibi hæc proponere, & legem [g] & iustitiam promereri, pœna in sola translatione possessionis constituta. Hæc à nobis pro successionibus, & collationbus, & distributionibus, & litigantium cautela. Hæc vt multitudo litium minuatur, & inuenta sunt, & sancita, & decætero tenebunt: quatenus & successiōes [h] agnoscant, & collationes [i] non ignorent, sed circa distributiones [k] non resultent: & neq; petulantes [l] suarū literarum abnegatiōibus insiliant [m] malignari volentes: neque annumerationes abnegēt, neque postea forsan solutionibus vtantur: neque res, ex quibus detinent [n], abnegent personis: sed mediocres, & mites, & ex causis ostensis mediocri [o] etiam potiantur iudicio.

Liberi ex concubina libera, vel liberta, vel ancilla postea ma-

† Hunc locum ex lectione Græca iucundius & venustius nobis Anto. Augu. li. emend. iiij. c. ij. restituit sic, Elegāter autem neque sine pietate à diuinę recordationis Alex. vltra alia multa aliorum legislatorū determinatum est, vt si quis ancillam manumiserit eamque postea vxorē duxerit: quæ vt fit, per delicias & lasciuiā dissoluerit cū manumissore cohabitationem. Nō enim permittit eius cōstitutio eā ad secūdas nuptias venire inuito primo marito. Sed posteriores nuptias adulterium potius & stuprum existimat, nō nuptias, aut cōitionē: cū ... iura dedit, iniuria. † Haloā.

ma. perueniunt.

Dabunt

nō dabūt[a] facilè mulieribus constātibus adhuc matrimoniis: nisi tātum ex causis, quas lex[b] enumerauit. alioqui si q̄d tale gesserint, instar donatiōis[c], quod agitur, hoc ipso esse videt̄. Et si moriatur mulier, recipēt dotes, qui dederūt[d] eas immaturè[e] mulieribus mariti, ab hæredibus mulierum cum medij temporis fructibus[f] ipsi & hæredes eorum, & habebūt in lucrum secundum pactum. Et si ad secūdas venerint nuptias viri, seruabunt sine alienatione hęc filiis: hoc videlicet, quod generaliter cōstitutum[g] est. Si verò non contigerit accipere contrahentes dotes adhuc cōstante matrimonio: etiā post mortem vxorum secundum legem ab illarum percipient[h] hæredibus sicut scriptura vult dotis.

Mater deserta filiorum legitimorum vel naturalium tutela contra sacramentum, si antea rationes redditas ad secundas nuptias conuolauerit; easdem pœnas patitur, quas mulier intra tempus luctus nubens: & dissolutionem pœnarum eisdem modis consequitur. Ange.

Si autē tutelam gerat mulier[i] filiorū (palàm est quia impuberum existentium) iurans[k] non ad secundas venire se nuptias, deinde contemnens & prius connubium, & iusiurandum, ad maritū veniat secundum, non prius tutorem[l] petens, & rationem reddēs, & exoluēs omne, q̄cquid hinc[m] debet: nō solùm quæ eius sunt[n], in hypothecā habere lex[o] permittit filiis, sed etiā mariti[p] † substātiam trahit[q] cum hypothecis: ipsi[r] quoq; interdicit[s] filij successionē[t] impuberis morietis: licet ex substitutione[v] pater eam venire ad filij dixerit successionem. Sed hoc quidem priores nostri[x]. Nos autem miramur, q̄ mulierem sic impiam constitutam, vt etiā hoc ipso iusiurandum negligeret, & sic ad immaturas nuptias deuenirer, tribus maximis neglectis, Deo, & defuncti memoria, & claritate filiorum, ita paruis subdiderūt pœnis: & illā quidem, quæ ante lectuosum nubit tempus, & nec omnino mater filiorum cōsistit, puniunt amarè[y]: & licet filios nō habeat propter solā honestatē[z] hoc agunt[a]: mulierē[b] verò sic effusam concupiscentiis, vel non[c] ipsis subdiderunt pœnis, quas sustinent, quæ ante lugubre tempus ad secunda vota declinauerūt. Ideoq; sancimus eas, quæ sic pestiferè[d] de cætero præsument mulieres: super dudum præcedentes[e] pœnas, & has sustinere omnes, quas primitus diximus[f] super his mulieribus, quæ ante lugubre tempus nubunt, & infamiam, & omnia alia his inferentes: † & solutionē pœnarum eis dātes eandem; quam etiam illis, vt supplicent imperatori, & mediam portionem dēt filiis suarum rerum, neque vsufructu apud eas manente, & simpliciter æqualem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei, quæ ante lugubre tempus nupserit. Si verò etiam naturalium tutelam gerat filiorum (nam hoc quoq; præbuimus[g] ei) tamen ad virum ve-

a Dabunt. id est, restituent.

b Ex causis quas lex. immobiliter siue in genere hæc dictio lex, accipit: sunt autē causæ, vt se & suos alat, vel vt fundum idoneū emat, vel relegato patri expēsam det, vel egētem virum & patrē vel matrē alat: vt ff. de iure dot. l. mutus. §. manente. Itē vt supradictas personas ab hostibus redimat: vt ff. sol. ma. l. quāuis. Item vbi maritus ad inopiā vergit: vt C. de iu. do. l. vbi adhuc. & facit ad hunc §. ff. de reli. l. sic pro rata. §. j. & ff. sol ma. l. si constante. j. respō. & de æqua. do. §. illud col. vij. & C. si dos constā. ma. sol. fue. l. j.

c Donationis. s. prohibitæ inter cōiuges: sed secūdum hoc semper videt̄, quod possit solui cōstante matrimonio. Nam donatio potest reuocari, vt hic subiicit: ergo iure compensationis potest esse securus maritus? Rñ. non est ita. nā non tenetur compensare, quæ dono accipit vere vel præsumptiue. vt fuit hic: nisi quāto locupletior est: vt ff. de dona. inter vir. & vxor. l. si sponsus. §. fi. & l. seq.

d Dederunt. i. red diderunt.

e Immature. id est nimis cito. Accursius.

f Fructibus. extātibus & etiā consumptis, de quibus tamen fuit locupletior: quia tantundem alias de suo erat impensura, de aliis non: cum non in plus quam sit locupletior, teneat: vt dictum est, & p̄batur. ff. de pe. hęr. l. sed & si lege commissi. §. quod autem.

† Quę hic dicuntur, recitātur in gl. vnica. ante finē. ibi, itē si trāseat. in cap. ex parte M. vbi bona gl. tota legalis extra, de appellat.

g Constitutum. est. vt s̄. eo. §. si vero sit soboles. Acc.

h Percipient. sed ne dolo facere videtur, cum restitutus esset: vt ff. de doli. except. l. dolo? Rñ. nō: quia lucraturus erat maritus ex pacto: alias non habet locum, quod hic dicitur.

i Si autē mulier. q̄d est speciale in matre. quod dic: vt j. de hæredibus ab intest. §. ex his.

k Iurans. quod hic de iureiurā. dicitur corrigitur. j. vt matres debi. & credit. §. fi.

l Tutorem. s. dandum filiis. Accur.

m Hinc. alias huic & alias hinc.

n Eius sunt. s. mulieris.

o Lex. vt C. quādo mu. tu. offi. l. ij. §. sed ne.

p Mariti. secūdi.

q Trahit. lex ista.

r Ipsi. marito.

s Interdicit. l. ista.

t Successionē. vt C. quando mu. tu. off l. ij. & instit. ad Tertyl. §. fi.

v Ex substitutione. s. pupillari: vt C. ad Tert. l. omnē.

x Priores nostri. s. qui dixerunt faciēdo leges quarū modo mentionem habuimus.

y Puniūt amare. s. priores nostri: vt C. de secū. nup. l. j.

z Honestatē. quā corruperunt.

a Agūt. s. sapiētes.

b Mulierem. tutricem.

c Vel non. vel pro saltem.

d Pestifere. i. mortaliter, quia mortē æternā expectat, q peierat: alias est in lite à periurat.

e Præcedentes. i. p̄ter eas, quas mō diximus de successione, & de aliis in prin. huius. §.

f Diximus. vt s̄. e. § . si igitur. & C. ad Tert. leg. si qua. Accur.

g Prębuimus. vt C. quam

† Hāc eādem eis pœnarum remissionem largientes, quam &c.

niens, & non hæc agens, quæ prius dicta sunt, iisdem subiaceat pœnis. Prouidentia verò fit per prouincias quidã agentium præsidibus, hic aũt gloriosissimo pfecto felicissimæ huius vrbis vnà cum prætore, cui huius vrbis cura est, vt volentes ad nuptias venire tutelam gerẽte muliere, & ordinetur minoribus tutor, & rationes suscipiantur: & quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur.

Pater iussus dare filio legitimam, in diem, vel conditionis euentum, non caueat ei de legato soluendo: nisi ad secunda vota transeat. Angel.

Placet quoque nobis Zenonis piæ memoriæ constitutio [a], volens patrem [b], si iubeat proprio filio [c] legatũ sub conditione, aut die dare, nõ aliter exigi pro donatione legatorũ cautionẽ, hanc videlicet, quæ legatorum seruãdorum causa vocatur: nisi secundas pater [d] contraxerit nuptias. Sit enim & hæc secundò nubentibus pœna.

Clerici nisi cantores vel lectores sint, nuptias non possunt contrahere: sed si cantor vel lector ad secũda vota migrauerint, ad culmen sacerdotij non ascendit. Idem laicus vxore dimissa in virginitate suscepta, potest promoueri ad sacerdotium: alias secus. Angelus.

Sed & si quis inter reuerendissimos constitutus clericos (vltra lectorem aut cantorem dicimus) omnino cõtraxerit nuptias: hunc ex nostra cõstitutione cadere sacerdotio cõstituimus [e], atq; volumus [f]. Si verò lector existens, & nuptias faciens, deinde propter aliquam ineuitabilẽ necessitatem [g] ad secundas veniat nuptias, nequaquam ad maioris sacerdotij ascẽdet culmen: sed illic † manebit apud mulierẽ, affectũ illius [h] præponẽs meliori prouectui. Si verò cùm sit laicus, ad ordinationem subdiaconi, aut diaconi, aut presbyteri venire voluerit: deinde appareat mulierẽ habens non ex virginitate sibi copulatam, sed aut disiunctam à marito, aut aliter, non ab initio mox sibi legitimè cõiunctam, aut etiã ipse ad secundas venerit nuptias: non impetrabit sacerdotium: sed & licet latenter ad hoc venerit, omnino eo cadet.

Legato sub conditione prohibendarum nuptiarum relicto à viro, vel vxore, vel extraneo, valet: & conditio seruari debet, aliàs legitimam perdit, & restituitur solutum cum fructibus & accessionibus medij temporis, iuratoria cautione vel fideiussoria præstita secundum qualitatem personarum & rerum. Ange.

Quæ verò [i] nunc sequitur causa, est antiqua, & multas quidẽ suscipiens correctiões nõ ab aliis [k] solũ, sed etiã à nobis: non tamen ad summã sui veniens rectitudinẽ, quã [l] nũc sectãtes, præsentia [m] sancimus. Lex em̃, quæ vocat̃ Iulia Miscella, lex antiqua, lex vetusta filiorum procreationi præponens [n] studiũ pmittebat mulieribus, licet vir prohiberet, & aliqd ob hoc relinqueret [o], quatenus nõ ad secũdas veniret nuptias: tñ & ad virũ veniret, & iurare: quia filiorũ causa hoc ageret: & quod relictũ erat, acciperet. & hãc quidẽ in annum dabat [p] mulieribus licẽtiã.

C. quando mu. tu. offi. l. fi. & facit in si. ad Orfi. §. j.

[a] Constitutio. vt C. ad Trebellia. l. iubemus. §. in supradictis.

[b] Patrem. nepotis.

[c] Filio. i. nepoti testatoris. Acc.

[d] Pater. id est, iste filius.

[e] Constituimus. vt s. quomodo opor. episc. §. neque autem.

[f] Volumus. scilicet nunc.

[g] Necessitatem. vt sanguinis caliditas: vt s. de nõ elig. §. cum igitur. ibi, si autem nõ voluerit &c. & supra quomodo oport. epis. §. quanta. col. j. & facit ad hũc. §. j. de sanct. epis. §. si verò futurus. & §. si vt post. et §. si vero lector. col. ix. & C. de epis. & cler. l. eum qui. & s. quomodo opor. epi. §. neque vxori. col. j.

[h] Illius. scilicet mulieris.

[i] Quæ verò. hic not. circa hanc materiã quadruplex esse ius vetustissimũ, vetus, nouum, & nouissimum. & primo si cauebatur vt distingueremus: an relinquebat̃ simpliciter, vt nuberet: an vt certæ personæ, puta Titio nuberet: an ecõtra simpliciter, vt non nuberet. an vt Titio nõ nuberet. Primo casu valet, cũ vtile sit reipubl. matrimonia fieri ad sobolẽ procreandã: vt ff solu. mat. l. j. item & secundo valet, si illi certæ personæ honestæ nubere põt non alias: vt ff. de condi. & demon. l. cum ita legatum. §. videamus. In tertio autem non valet conditio, & remittitur quasi contra publicã vtilitatẽ inducta. Idem dicas si dixerit, vt alicuius arbitrio nubat. At in quarto valet cõditio: nisi in fraudẽ hoc fuerit factũ: quia forte alij nubere non potest: vt ff de con dit. & demõ. l. cum tale legatum. §. rescriptum est. & §. Mæuiæ. & l. hoc modo & his casibus quando cõditio non valet: nec cautio Mutiana locum habet, quę habet locum quãdo in nõ faciendo est conditio, quæ tamen valet: vt ff. de cond. & demonst. l. Mutianæ. Iure verò veteri Iulius quidam Miscellus distinxit, aut ante annum petit legatum: & tunc iuret se non nubere: aut si nubat spe filiorum, non libidinis causa nubat. Aut post annũ: & tunc caueat tãtum, non autem iuret, vt puto: licet quidã contradicant de iuramento: vt in quali bet conditione, quæ est in non faciendo: vt in hoc §. in principio. vsque illuc. nos igitur &c. Iure verò nouo remittit̃ huiusmodi sacramẽtum: vt in hoc. §. nos igitur &c. & C. ad legẽ Iuliam Miscell. alias Viscelliam. l. j. iure autem nouissimo aliter constituitur: qđ dic vt in hoc. §. ibi vnde sancimus &c. & hæc omnia tam in masculis quam in fœminis: vt C. ad legem Iuliam Miscel. l. fi.

[k] Aliis. s. imperatoribus.

[l] Quam. s. rectitudinem. vel dic, quam causam.

[m] Præsentia. neutri generis est.

[n] Præponens. s. omnibus aliis. & expone. i. præsentis temporis.

[o] Relinqueret. s. vxori.

[p] Dabat. lex Iu.

Trans.

Ius est quadruplex.

† De castitate vide bonum tex. in ca. ij. xxvij. q. ij.

Mutiana. cautio quando locum habeat.

Eo autem transeunte [a], si vellet accipere relictum, nõ aliter licebat mulieri hoc accipere antequã cautionem [b] exponeret, quod ad [c] secundas nõ veniret nuptias. sed hanc quoque adiectionẽ [d] ipse Iulius Miscellus adiuenit [e]. sed Quintus Mutius Scæuola hæc præsanciuerat, super omnibus [f] quippe pendẽtibus in causarum prohibitionibus [g] huiusmodi adinuenientes cautionem. Nos igit̃ videntes plurimas mulieres desiderio nuptiarũ, nõ propter filiorũ procreationẽ, † sed propter necessitatẽ [h] & iurantes, & nubentes, & trãscendentes morientium voluntates: existimauimus [i] prius interim sacratiorẽ [k] mederi partem & [l] periuriũ eis cohibere [m]: nec sinere talia subire iuramẽta, in quibus omnino periuriũ promptum est. Nam nec illud inerat legi, vt oporteret sine filiis existẽtes mulieres hoc iurare [n] sacramẽtum: sed etiã filios habentibus hoc adiacebat iusiurandũ, quod Deũ simul [o] & defuncti [p] animã contristaret: cũ vtique periuriũ qdẽ esset in prõptu: † filiorũ verò procreatio in casu sine muneribus [q] reiaceret [r]. Quia igitur hac [s] nostra sancimus lege iusiurandũ eis [t] auferẽtes [v], & talem permittentes relictorum perceptionem [x]: considerauimus (quoniam alterũ [y] quoque rerũ [z] à nobis prætermissum est) oportere & defuncti animæ [a] mederi. Quapropter præsentem ponimus legẽ. non enim volumus deficientium [b] nihil illicitum habentes voluntates frustrari. Si enim diceremus oportere mulierem omnino viro præcipiente nõ nubere, hoc custodire: pro amaritudine habuisset hæc meritò lex. nunc aũt cum secundo præsto sit lex, scilicet, † vt si voluerit nubere, accipiat quod relictum est [c]: nouissimi sceleris est despicere voluntatem defuncti, ita fluctuantem, vt ei detur licentia nubendi, & accipiẽdi quod relictum est, & per omnia contristandi priorem maritum [d]. Vnde sancimus, si quis prohibuerit vxorem ad aliud venire matrimonium, siue etiã vxor maritum [e] (idem nanque [f] est vtrinque) & pro hoc aliquid reliquerit: vnam ex duabus conditionẽ [g] habere contrahentium alterum: aut ad nuptias venire & renũciare præceptioni: aut si hoc noluerit [h], sed honorat [i] defunctum: omnino abstinere decætero nuptiis. Sed vt non causa suspensa [k] sit, & post tempora forsitan longa reuertatur rursus exactio [l]: propterea bene nobis visum est huius rei determinare causam [m] & vsque ad annum quidem non esse penitus petitionem relicti: nisi tamen modus sacerdotij [n] adueniens alteri personarum statim præbeat exceptionem: vtpote nequaquam nuptiarũ existente spe. Si verò transire contigerit annale tempus: dans quidem personæ huic accipere, quod relictum est: non absolutè tamen, nec simpliciter: sed si quidem immobilis fuerit res: non aliter hanc accipere, nisi iura-

a Transeunte scilicet anno.
b Cautionem. s. Mutianã: quia cauebatur de aliquo non faciẽdo: vt C. ad leg. Iul. Miscel. l. j. in princi. & ff. de condi. & demon. l. Mutia. & erat hæc iuratoria: vt quidam dicunt. Ac.
c Quod ad. & est hic quidam modus cautionis.
d Adiectionem. s. post annum. Ac.
e Adinuenit. huc videtur deesse quẽdam non. Vel dic adinuenit quo ad matrimonium: & tunc sine non legitur. & quod sequitur præsanciuerat, quo ad inuentionem.
f Omnibus scilicet relictis.
g Prohibitionibus. alias prohibitiones. et est sensus quod Scæuola inuenit hanc cautionẽ, vt haberet locũ in illis conditionibus, quæ consistunt in prohibẽdo, vel nõ faciendo: vt relinquo tibi, si nõ ascẽderis capitolium.
h Necessitatem. s. talem, qualem modo habuim9 supra proxi. s. libidinis.
i Existimauimus. s. ante legem istam: vt C. ad legem Iuliam Misce. l. j.
k Sacratiorem. quia de sacramẽto. & fa. j. vt ma. debi. et cre. §. propterea. col. viij.
l Et. pro, id est.
m Cohibere. id est prohibere iuramẽtum ne fiat.
n Hoc iurare. s. ad secundas non venire nuptias.
o Deum simul. scilicet propter iuramentum.
p Et defuncti. propter idem iuramentum: quia causam dederat periurandi. vel propter secũdum matrimoniũ videtur defuncto facere iniuriã.
q Muneribus. s. diuinis.
r Reiaceret. id est erat dubiũ, an haberet filios ex matrimonio: cum in Deo sit.
s Hac supradicta. l. i. secũda in. C. ad leg. Iul. Miscel.
t Eis. mulieribus.
v Auferentes. s. ne vlterius iurent se non nupturas.
x Perceptionem. s. legatorum.
y Quoniam alterũ. interpositio est.
z Rerum. i. vnum duorum prætermisimus vsque nũc. s. defuncti voluntatem seruari: etiam nunc dicere vult.
a Animæ. i. voluntati.
b Deficientium. i. morientium.
c Relictum est. scilicet ea lege, ne nuberet.
d Priorem maritum. qui noluit eã nubere.
e Maritum. s. prohibuerit ad aliud venire matrimonium: cui marito specialiter legatũ hoc adscripsit, secundum R.
f Idem nanque. interpositio est. & quod dicit hic vtrinque: siue vxor marito, siue maritus vxori reliquerit hac conditione vt hic, & C. ad legem Iuliã Miscel. l. fi.
g Conditionem. i. electionem.
h Noluerit. s. renunciare.
i Honorat. s. non nubendo secundo.
k Suspensa. donec secundũ matrimonium expectatur.
l Exactio. i. repetitio legati. Ac.
m Determinare causam. per hanc constitutionem.
n Sacerdotij. nam ex quo erit sacerdos non poterit vxorẽ ducere aliã. Idem de quolibet in sacro ordine posito: vt j. eo. §. proxi. & econtra quia mulier facta est monacha, vel alitervo uit continentiam: vt

† Haloã. vertit impulsuque quodam naturæ.
† Hal. vt vero liberos procrearent, in muneribus & arbitrio fortunæ esset positum.
† Haloã. vt si velit nubere, relictum non capiat.

toriam cautionem [a] exposuerit, & suppofuerit suas res (hoc quod tacitè ex hac lege damus [b]) vt si ad secundas venerit nuptias: reddat [c], quod tantum est tale, quale percepit restituens & quos accepit in medio fructus.

Si verò mobilis fuerit res: si quidem idoneam habeat substantiam persona volens accipere: dari [d], quod relictum est, sub eadem cautione [e] & iisdem hypothecis [f]. Sed si quidem aliquid aliud [g] mobiliũ fuerit: tale restitui, quale recepit: aut diminutionis medeatur partẽ [h].

Si verò pecuniæ fuerint: etiam cum vsuris, quas inde percipere valuerit: iureiurando [i] restituentis hoc iudicando. Si verò nõ mutuauerit quidem, sed vsus est: tertiæ cẽtesimæ reddat vsuras.

Si verò non valde locuples [k] fuerit: etiam fideiussorem exigi. Si autem non valuerit fideiussorem dare: tunc sub iuratoria cautione & hypotheca (secundum quod dictum est) suarum rerũ accipiat quidẽ quod relictum est: mox autem, vt ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo, qui dedit, vendicetur, apud quamcunq; apparuerit personam, tanquã si ab initio neq; datũ fuisse videretur. quod in omni restitutionis casu, siue mobile, siue immobile sit, quod futurum est reddi, valere sancimus.

Si verò vsus [l] fuerit, quod relinquitur: minus idoneè verò se habeat [m] ad fideiussionem: & nec ipse dignus sit, cui hoc credatur [n]: manere quidem apud illum à quo relictum est: ex tertia verò centesimæ eius vsuram præstari: quam vsque tunc soluat [o], donec aut secundas ille [p] contrahat nuptias (quando & restitutio [q] præstitarum vsurarum suscipiet facultatem) aut si fiat manifestum, nullatenus posse istum ad nuptias peruenenire, siue secũdum modum sacerdotij (tunc em̃ ei [r] dabit, quòd relictum est) siue morte. Accipient em̃ hoc omnino eius hæredes [s], nihil neq; de datis vsuris reddẽtes. Hanc ipsam autem introducimus obseruantiã, & eundem intellectum etiam si non coniuges alterutris sub tali reliquerint conditione [t]: sed aliquis alius extraneus siue viro, siue mulieri sub tali conditione dari quid voluerit: scilicet fortuitorum casuum secundum suam naturam, lege super his tam in præstandis [v], quàm in restituendis [x] conseruata. Hæc igitur ex iam nuper factis à nobis [y] occasione Iuliæ Miscellæ constitutionibus retribuimus [z]: alia [a] verò sint firma secundum terminos & casus, & secundum quod hæc exposuimus [b]. Præfatæ autem à nobis obseruationes [c] dentur, nisi institutionis sit pars [d], aut lega

vt j. vt lib. ma. & auiæ. §. quia vero ex consensu.

a Cautionem. s. de restituendo legato cum eius fructibus, si ad secundum venerit matrimonium: vt hic subiicit: ibi, vt si ad secundas, &c.

b Damus. s. hypothecam rerum recipientis prædictum legatũ. & facit. C. de rei vxo. act. §. vt plenius. & C. cõ. de lega. l. j. & C. de admit. tuto. l. pro officio. & de episc. au. l. de creationibus.

c Reddat. s. hæredi, vel coniuncto, vel substituto, vel ab intestato veniẽti, secundum Ro. vt j. eo. §. præfatæ.

d Dari. scilicet volumus.

e Cautione. s. iuratoria.

f Hypothecis. s. tacitis.

g Aliud. s. à pecunia numerata, vt subiicit.

h Partem i. totã partem diminutã: & sic vt totũ damnum redundet in legatariũ. Nec mirum cum malęfidei esse præsumitur. alias enim fructus nõ redderet: vt inst. de re. diui. §. si quis à nõ domino. Vel dic partem dimidiam deteriorationis: vt ff de verbo. sig. l. nomen filiarũ. §. portionis. Accur.

i Iureiurãdo. hoc potest referri tam ad vsuram, quàm ad fructus. Et not. dari potius sacramentum reo quàm actori: quia fauorabiliores sunt rei: vt ff. de regu. iur. l. fauorabiliores. & l. non debet actori. nam aliud vbi ex cõtumacia reus dãnatur in talibus: vt C. de iudi. l. properandum. §. ij. & l. sancimus. Vel q; est verius, & ibi loquitur de expensis, quas fecerat actor: vnde sibi liquidæ sunt. ecõtra de fructibus, & quos reus perceperit: quare & sibi liquidi sunt: vnde vtrobiq; datur sacramentum scienti veritatem. si aũt vterq; veritatem æqualiter sciret: vel etiam vna persona plus est suspecta quam altera: honestiori sacramentum defertur: vt ff. de re mil. l. non omnes. §. à barbaris. & ff. de leg. tut. l. legitimos. §. j. in fi.

Reus actore quandoque fauorabilior est.

Sacramentum honestiori defertur.

k Locuples. hæc distinctio sit locuples vel non: in mobili seruatur, non immobili.

l Si vero vsus. hoc responsum dicunt quidam tantum de pecunia loqui, vt sic differat à præcedentibus: vt in nouel. eod. titu. Vel, vt puto. loquitur de vsufructu & vsuris. quo casu nõ fiet traditio rei, sed vsurarum tantum: vt s. de non eligen. secũ nubẽ. §. aliud. in fi. §.

m Sed habeat. s. legatarius.

n Credatur. alias datur, et dic scilicet legatario.

o Soluat. s. ille q fuit iussus p̃stare.

p Ille. scilicet legatarius. Accur.

q Restitutio. scilicet quæ fit ei, qui legati præstatione oneratus fuerit.

r Ei. i. legatario.

s Hæredes. eius. s. legatarij.

t Sub tali conditione. s. ne secũdas nuptias cõtrahat. & hoc si viduæ relinquitur vel à marito, vel ab extraneo: vt dictum est. aliud si virgini relinquatẽ: nunc enim non valet cõditio: & sic ius antiquissimum seruatur secundum Io. vt ff. de cõ. & de. l. cũ tale. §. rescriptum. & l. cũ ita legatur. §. fi.

v In præstandis. legatario.

x In restituẽdis. grauato.

y A nobis. C. de di. vidui.

z Retribuimus. i. adiicimus.

a Alia. s. relicta.

b Exposuimus. s. in aliis tractatibus: puta in tit. de leg. C. & instit. de hęre. instit. cum seq. titu. vbi de aliis relictis tractatur.

c Obseruationes. i. cautiones de restituendo relicto, si secundum matrimonium fuerit introductum. Azo.

d Pars. quæ relinquitur sub ea conditione ne, secun

dum ineat matrimonium.

a Hæredibus.datiui casus sunt. Accur.

b Relicta sunt.puta alicui fuit relictum,& ille grauatus de dando alicui,si ille cui grauatur dare,secundũ matrimonium non ineat.nam legatarius onerari potest:vt insti.de sing. re.per fideicõ.re.§. j. Vel dic q̃ erat cõiunctus illi legatario,cui sub hac cõditiõe relinquitur: puta sic: Titio sub conditione si non secundũ ineat matrimoniũ lego fundum Cornelianũ: eundẽ fundũ Mæuio lego.nam Mæuio cauebit. & est ratio:quia perinde erit acsi nec relictũ sit:vt s.eo.§.proxi. ibi,si vero nõ valde.& tunc ei adijcietur:vt insti.de le.§.si eadem. & ff. de lega.iij.l.re coniuncti.

Legatarius onerari potest.

c Donatio. s. sit.

d Hæredibus. s. erit præstanda cautio,subaudi.

e Conditionem. s.ne secundum matrimonium ineat.

f Substitutis.s. erit p̃standa cautio.

g Aut omnino.s. deficiente hærede: vel substituto , vel coniuncto.& facit s.de hæ.& Fal.§.si quis autẽ. & §.seq.

h Obseruationes. id est,cautiones.

i Lex s.hæc.

k Donationem. s.reliquit. Accur.

l Nullam cautelam.quo casu non cauetur:quia cum gratia defuncti interponatur. s. cautio ista : ergo ipse potest remittere:vt C.vt in poss. leg.l. ij.&l pen. & facit C.ad Trebel l. iubemus.§. & in supradictis. Accur.

m Addita. s. legibus antiquis.

n Ediximus.i.parum de quadã cautela diximus faciẽda ab ea persona, cui sit legatum sub ea cõditione,ne secundũ ineat matrimoniũ:vt s.proxi.§.vnde sancimus.& §.si vero nõ valde cuius cautelæ occasione & de ista ponet.& occasione legis huius,& occasione.l. Leonis.s.de nõ eli.§.aliud.vt subiicit. Vel dic,q̃ directo dicit de illa constitutione de non elig.§.aliud.q̃n dicit,ediximus.

o Constitutionem.loquentem de secun.nup.vt C.de secun.nup.l.hac edictali.§.his illud adiũgimus.

p Ad eas.s.secundas nuptias.

q Restituat res.s.finito vsufructu mulieris.

r Ab ea.i.constituimus melius,quam lex Leonis.

s Quod enim.hæ duæ partes ponuntur pro qui a:vel pro certe. Accur.

t Adiecimus. sic s.de non elig. secũ. nuben.§.aliud.

v Et sancimus. s. nunc.

x Cõstitutione. s.in illa de qua diximus.s.de nõ eligen.§.si quis vir.

y Offerat.vxori. Accur.

z Vsui dominis. hoc est, sicut vsufructuarius conseruet,qui est dominus vsusfructus.

a Si omnes. hoc sic intellige: si oẽs moriantur filij secundum illã nostrã legẽ.s.de non elig. casus filiorum non existẽtium,siue pactum in cũ casum seruatur matri morienti.i. quæ nunc vltimo morit: nisi filij dimiserint filios. Filiis enim filiorum permanẽtibus non seruat̃ matri.sed filiis filiorũ q̃ sunt hæredes filiorũ: vt subiicit, & s.de non elig §. aliud.circa fin.& s. eo.§.quoniã infirmas.ibi,vñ si pluribus,&c.in eo autẽ quod hic dicitur,si oẽs moriantur ita demum pactum in casu filiorum non existentium proficere matri:est contra s.e.§.quoniã infirmas. ibi vnde si pluribus existentibus, &c. vbi dicit etiam moriẽte vno vocari matrem ex illo pacto. Rñ. hic loquitur recitãdo. recitat enim constitutionem illam de non eligen.quæ in hoc capitulo. s. q̃n non oẽs moriũtur, supplet̃ per prædictũ.§ q̃m.infirmas.

---

tũ hæredibus [a] ,aut substitutis,aut illis à quibus hęc relicta sunt [b] .sed si quidẽ mortis causa donatio [c] omnino hæredibus [d].Si verò ex asse secundum talem conditionem [e] conscribatur quis hæres : substitutis [f] , si fuerint : aut omnino [g] iis, qui ab intestato vocantur ad hæreditatem huiusmodi obseruatiões [h] præstentur : vt vndique lex [i] habeat propriã perfectionem:nisi fortè testator & hoc præcipiat, dicens licentiam habere eũ, cui dereliquit,siue per institutionem particularem siue ex asse , aut per legatum vel fideicommissum, siue per mortis causa donationem [k] , & accipere quod relictum est : & nullam cautelam [l] dare. Tunc enim sequenda est defuncti voluntas. studij enim nostri est, defunctorum conseruare secũdum legem,voluntates †.

† Cõcor. C.nos quidem. ibi, & cuncta. extra, de testa.

Si donatio ante nuptias in rebus mobilibus consistat : mater eam accipere debet : & vti frui arbitrio boni viri. Si verò consistat in rebus immobilibus:eam filijs dimittere debet,& cautionem accipere de soluendis vsuris vsque ad tertiam centesimæ. Idem seruandum est in parte,quo ad partem,quod in toto quo ad totum. Bartol.

† Et quia parum addita [m] de cautela rerũ ediximus [n] , & Leonis nouimus diuæ memoriæ constitutionem [o] de secundis nuptiis si ad eas [p] veniẽs mulier non valeat dare fideiussionis cautelã: quia filiis restituat res [q] ,tertiã partẽ centesimæ accipiẽs: nos causam adhuc melius ab ea [r] constituimus.

† Haloã. Quoniam vero paulo antea de rerum conseruatione locuti sumus.

Quòd enim [s] super hoc statutis competentem adiecimus [t] subdiuisionem & sancimus [v] (hoc quod pridem à nobis in quadã dictum est cõstitutione [x]) vt si quis offerat [y] res propter antenuptialem donationẽ:si quidẽ oẽs immobiles constitutæ sunt maneat earum vsus apud matrem ad secũdas venientẽ nuptias:& eadẽ hęc eligat & nõ recuset : neq; exigat à filiis pro æstimatione earum vsuras:sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat vsui dominis [z] cõstitutiõis.Cõseruet autem hæc secundum leges filiis superstitibus: aut si omnes [a] moriãtur, secundum nostram legem tã sine filiis casu morieti matri , quàm remanentibus filiorum hæredibus conseruato. Si verò vniuersa constituta est fortè in pecuniis , aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio:tãtã partem [b] vsurarũ accipiente matre cum prius sancita cautela nõ exigi [c] à filiis aurũ [d]: nisi fortè sine inuidia [e] sit viri facultas,& habeat aurum,& argentum & ve-

b Tantam partem.alias tantum.alias tantã partem scilicet tertiam centesimæ:vt dicetur.

c Non exigi.s.concedimus.

d Aurum.vel aliud mobile. Accur.

e Sine inuidia.i.vere habeat aurum.vel argentũ:nõ autem hic dicitur cũ inuidia filiorum,vt cõ forte non habeãt,tũ vt arceant,dicant habere ab aduersa parte.

Conscri

[a] Conscriptũ est matri.i.ad vtilitatẽ matris. s. in ãnnu. dona.
[b] Anteriores leges Leonis: vt. d.l. hac edict.§.is illud.
[c] Nostras.vt.d.l. supra, de non eli.§. aliud.
[d] Imminuta.i. deteriorata. Accur.
[e] Restituat. hic totus.§. est superfluus cum in. d.l. de non elig. sit eius sententia: sed iõ hic fuit positus, quia hęc cõstitutio omnia cõprehendit, quæ de primis & secundis nuptiis sunt: vt.j.e. §. finali.
[f] Filiorum. s. primi mr̃imonij. Al. idem tantum & de filiis præsentis matrimonij cũ forte ad secũdum matrimonium nõ accesserit adhuc: vt.j.eo. §. si autem intestatus. &. §. quoniam. & legas hic passiue. i. qualiter filiis succedatur à mr̃e. Accursius.
[g] Quam. s. successionem. Accur.
[h] Nuptias. s. mulieres. volum⁹ subaudi. Accur.
[i] Lex. vt. s̃. de nõ eligen. §. cum igitur.
[k] Rescripta. s. lex præcedens consulatum Belisarij gloriosi. & hoc septimo &c.
[l] Cautione. i. distinctione.
[m] Eius. s. constitutionis.
[n] Leges. s. duas: vt. C. de secũ. nupt. l. fœminę. &. §. si. & C. ad Ter. l. mater.
[o] Sanctionem. s. illam de non elig. secun. nuben. §. cũ igitur.
[p] Sanciuimus. & tũc plana erit. alias sancimus, i. sancitũ sic itelligimus. Ac.
[q] Quandam. s. successiones.
[r] Seruantes. nos scilicet. Accur.
[s] Et. pro etiam.
[t] Post hæc. i. post hanc legem.

stes, & quicquid conscriptum est matri [a]. Damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere & dare fideiussoriam cautionem, siue prædictas accipere vsuras: dicimus autem ex tertia parte centesimæ, tam secundum anteriores leges [b], quàm etiã secundum nostras [c]. Si verò permistæ sint res, & donatio tam in pecuniis, quã in immobilibus rebus sit: immobiles quidem omnino manere apud matrem, propter quod alimenta habeat exinde, in rebus verò mobilibus illa tenere quæ pridem sanciuimus. Si verò contigerit in immobilibus rebus omnia antenuptialis donationis esse cõstituta: prouideat mulier, quòd non respuat immobilia, neque imminuta [d] hæc faciat, sed qualia accepit, restituat [e].

Mater ad secundas nuptias veniens, quandocunque liberis ex testamento succedit, sicut extraneorum quilibet: ab intestato autem cum fratribus defuncti succedit: & in bonis à patre prouenientibus in vsufructu tantum, in aliis verò bonis filio extrinsecus quæsitis succedit in totum: excepta antenuptiali donatione, in quam succedit in vsufructu tantum, ingratitudinis ratione seruata.

Hinc nos alia euocat ratio, quæ de filiorum [f] successione est: quam [g] accipient, quæ ad secundas veniunt nuptias [h]. Iam pridem eñ de his scripta est lex [i] à nobis, ad Hermogenẽ gloriosæ memoriæ magistrum sacrorum nostrorum factũ officiorũ rescripta [k] Belisarij gloriosi prę cedens consulatũ septimodecimo cal. April. per quã sancimus, matres ad filij nos relinquentis liberos, cum eius, qui mortuus est fratribus sine cautione [l] vocari successionem, & eius [m] cum vsu etiam proprietatem habere firmã: siue priusquã hæres relinquatur, siue postea ad secũdas venerit nuptias auferentes de hoc leges [n], quæ de his contrarium quid præcipiebant. Hanc autẽ nostram sanctionem [o] firmam etiã modò manere super solas personas parentum, quæ dudum ad secundum venerint matrimonium, sancimus [p]: & quasdã [q] propriorum accipientes filiorũ, firmè eis seruãtes [r], & [s] secundum deinceps tempus: siue ante nuptias, siue post nuptias hæreditatem in eis filiis descendisse contigerit. De his autem, quæ post hæc [t] ad secundum veniunt virum ita nobis præsens lex disponatur & sanciatur. Ergo necesse [v] est filio [x] moriente, siue masculo, siue fœmina, siue testatus moriatur, siue etiam sine hoc: interim [y] ea, quæ ex testamento sunt dicẽtes, ita ad ordinem, qui ab intestato est, veniamus. Si igitur legitimè filius testatus fuerit, & reliquit matri substantiam [z], siue partem eius aliquam: hãc [a] illa accipiat per scripturam [b] (quia vbiq; custodire morientiũ volumus voluntates) & habeat quod dimissum est, aut datum & secũdum proprietatẽ, & secundum vsum. Sicut enim licebat [c] relinquere alicui extraneorũ, & nihil hæredi secũdæ mulieris nocebant nuptiæ: ita & matri relinquẽs siue instõnẽ, siue legatũ, rectè relinquat & dñiũ & vsum: siue ex rebus, quę extrinsecus aduenerũt, fuerit facultas, siue ex paternis: nihil ex hoc fratribus condicere valẽtibus. Si autem intestatus [d]

[v] Ergo necesse. quia tradere debemus qualiter succedant matres filiis: ergo primo de testamentaria successione, postea de ea quę abintestato defertur dicemus: vt subiicit, digniora præferenda sint. sic inst. de bo. pos. §. alias autem. & s̃. de hæ. & Fal. §. si nullus eorum. & §. siue rò ablatam.
[x] Filio. s. dicere. Accursius.
[y] Interim. i. prius.
[z] Substantiam. s. totam.
[a] Hanc. s. hæreditatem.
[b] Per scripturã. maxime subaudi. nam sine scriptura potest facere testamentũ, cum extraneo eam assimilet statim. Accursius.
[c] Licebat. s. filio.
[d] Si autem intestatus. No. hic caute in quo hic. §. corrigitur. s̃. de non elig. §. cum igitur. & certe in omnibus concordat, præter quam in vno. nã si testamentum facit filius. & hæc & illa permittit matrem institui. Item si intestatus decedat: & hæc & illa non distinguunt, an ante mortem filij nubat secundo, vel post mortẽ: vt hic subiicit. sed in hoc differt: quia in bonis tantum, quæ filius acquisiuit, non autem in paternis hęc permittit succedere matrẽ in pprietate: licet illa in omnibus. & in hoc illa per hãc corrigitur: & ad legẽ quãdam antiquam redim⁹: vt. C. ad Tertyl. l. matri. in fine. Sed nũquid hæ corriguntur infra, de hæred. ab intest. §. primo & §. secundo columna nona vbi indistinctè vocantur

filius moriatur, iam ad secundas veniente matre nuptias, aut postea veniente: vocetur quidem & ipsa cum filiis aut filiæ fratribus secundum nostram constitutionem[a] ab intestato ad eius successionẽ. Sed quanta quidem quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt, eorum solummodo habeat vsum[b] ad secundas omnino, siue prius, siue postea veniens nuptias: in residuis verò omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter paternam successionem, veniat secundum vocationem nostram[c], quam statim dicemus[d], quadam correctione & ea indigente. Et hæc dicimus[e] in rebus, quæ extra[f] nuptialem donationẽ sunt. Quæ enim in illis sancita sunt à nobis[g], & à Leonis diuæ memoriæ cõstitutione[h], integra conseruamus: in quibus solùm mater habeat vsumfructum[i]. Sed & in aliis rebus hæc sancimus, & deinceps ipsi tradimus quæcunque post nuptialem[k] donationem sunt à patre venientia filio, aut ex aliis causis, tam ex testamento, quàm ab intestato successionibus ratione contra ingratos filios[l] vndique & super istis rebus seruata, quando manifestæ causæ ingratitudinis demõstrantur. aliis omnibus, quæ de successionibus dicta sunt parentum in filiis, aut filiorum in parentibus, intactis manentibus.

Frater ex causa ingratitudinis rebus ex causis à fratris successione excluditur, his obtinentibus in futuris causis. Barto.

Ingratitudinem[m] autem hic consideramus non solùm ad matrem, secundũ quòd pridem à nobis dictum est: sed etiam aduersus eundem ipsum fratrẽ defunctũ. Et quoniam scimus multas fratribus ad inuicem factas contentiones[n], illũ solùm tanquam ingratum circa fratrem effectum, participare lucrum[o] non concedimus, qui mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eũ inscriptionem, aut substantiæ ei[p] properauit inferre iacturam. Eius[q] enim portio tam ad reliquos fratres, quàm ad matrem veniat. Et hæc lex super filiorum successionibus, quibus cùm matre succedunt filii, maneat[r] †, illam, quæ à nobis facta est, subdiuisionem introducens iis, quæ futuro tempore matrimonio secundo sunt futuræ viris de matris successione. Quæ enim iã ad secundum matrimonium peruenerunt: successionẽ siue per testamentum, siue ab intestato habere firmè & secundum dominium & secũdum vsumfructũ, & alienare, & testari, & transmittere secundũ quẽ voluerint modum, nihil sit eis impedimento quolibet tempore ex præsenti constituta lege.

Mater filio in lucro, aut nuptiali donatione non succedit, nisi in vsufructu: his obtinentibus in casibus futuris, & in præteritis nondum sententia, vel transactio ne finitis. Bartol.

cãtur superiores ad successionem inferiorum? Resp. non secundum Ir. quod verum puto: quia ibi secũdarum nuptiarum nõ fit mẽtio. Item nec est nouũ, vt posteriores per priores determinentur: vt. ff. de leg. & senat. l. sed & posteriores. licet quidam contradicant. Item pro nobis. C. ad Tertyl. l. fi. in fi. & C. de appella. l. præcipimus. in fin.

a Constitutionẽ. scilicet illam de nõ eligen. §. cũ igitur.

b Vsum. i. vsumfructum siue partis scilicet virilis. Sed certe & secundum hanc constitutionẽ videtur quod in proprietate succedat: vt. s. eo. §. quoniam infirmas. ibi, si verò non habeat filios &c. quæ huic signatur cõtraria. Sed certe secundũ Io. hic loquitur de rebus paternis, de quibus lucrandis pactum nõ fecerat, ibi autẽ de iis quæ pacto poterãt lucrari.

c Vocationẽ nostram. quę est. C. ad Tertyl. l. fin.

d Dicemus. alias dicemus: & tũc plana est. alias dicimus, & tunc ponitur pro dicemus: vt j. eod. §. & quoniã. vbi fiet quædã correctio illius legis. C. ad Ter. l. fina.

e Et hæc dicimus. quæ sancita sunt. s. quia in paternis vsumfructũ: in acquisitis aliunde proprietatẽ habeat mater.

f Extra. i. præter. Accur.

g A nobis. vt. s. de non eligen. §. ante nuptiali. & s. eo. §. si verò expectet.

h Constitutione. vt. C. de secũ. nupt. l. hac edictali. §. his illud. in princip. §.

i Vsumfructum. i. vsum item & tãtum proprietatis, quantũ ex more filii huius, de cuius successione nũc quæritur, potest acquiri ex pacto nõ existentiũ liberorũ: vt s. e. §. quoniam infirmas. cõtra. Vel hoc intellige quãdo nil perpit, alias contra: vt in. d. §. continetur.

k Post nuptialẽ. i. propter nuptias. A.

l Ingratos filios. i. rõ qua alias repellũtur ingrati filii ab huiusmodi lucris: vt. s. e. §. soluto. ibi, si quis enim ex eis &c. vt. s. c. §. sup his. in fi. §. seruetur in hoc lucro: vt repellatur mater si sit filio ingrata: vt hic, & s. de nõ eli. §. cũ igitur. in fi. j. rñ. col. j. & hoc, quando manifestæ cãæ ingratitudinis mõstrãtur: vt subiicit. quæ vii. sunt: vt j. vt cũ de ap. co. §. & hoc quidẽ de parẽtũ. & ecõtra quibus exhæredantur filii. sũt xiiii. vt. j. vt cũ de ap. co. §. causas. coll. viii. Sed quibus repellũtur fratres sũt tres: vt. j. proxi. §. & quod subiicit, aliorũ &c. & sic cõstrue intactis manẽtibus, quæ de successiõibus dicta sunt aliorũ oim parẽtũ in filiis, aut filiorũ in parẽtibus. Sed quæ sunt alia cõstituta, quàm quæ hic sũt? Rñ. quæ conuolasset ad secũda matrimonia.

m Ingratitudinẽ. dictũ est. s. proxi. §. & s. de nõ eli. §. quoniam infirmas. in fin. j. rñ.

n Cõtentiões. sic C. de bo. quæ lib. cum oportet. §. j. in fi. Ac.

o Lucrũ. s. successionis ab intestato. Nec enim etiam ab intestato frater succedit fratri cũ ingratus extitit, vel alter mater lucrata fuerit virilẽ partẽ pro vsufructu in rebus paternis: & proprietatẽ filiis seruare tenetur: vt. s. prox. §. si autẽ intestatus. de hoc autẽ lucro non habebunt fratres defuncti, qui fuerũt ingrati. Vel potest tertio modo intelligi, vt loquatur in alio casu. s. quãdo facit testamentum. Nã potest exhæredare fratrem & turpẽ personam instituere his tribus casibus, quæ sequuntur.

p Ei. s. fratri.

q Eius. s. fratris ingrati.

r Maneat. s. in futuro tempore.

† Haloã. introducẽs iis quæ in posterũ secũdo se marito sociabunt, à nobis excogitatã subdiuisionem.

Filiis.

Et illud aut firmum, quod ex primo matrimonio est, filiis [a] maneat [b]: quod super his per prædictam à nobis cōstitutum est sanctionem [c]. Quia si antenuptialē donationē, quā mater moriente marito lucrabatur, cōtigerit ad moriētem filium peruenire [d], & propterea partem ei illius fieri hæreditatis: matrē, neque secundū quod succedit filio, dominium eorum, scilicet antenuptialis, donationis rerum perfrui [e]: solā autē [f] habere horum, quādiu superest, vsum & vsumfructū. Maneat igitur & hoc iis, qui ex prioribus nuptiis sunt filiis, condonatum: nisi fortè antè prædictam cōstitutionem iudicialis sententia & transactio inter partes facta, de his aliquid statuerit.

Mater & cum solis fratribus, & cum solis sororibus, & cum permistis in virilem portionem succedit filio. Bartol.

Et quoniā mater excludebat quidē à filio masculo, hoc faciente senatusconsulto [g], quod Tertyllianum vocant: filiabus aūt cōmiscebatur [h]: nos non quærentes filiorū ius, sed exinde ei legitima iura dātes, vocamus [i] quidem eā etiam cum masculis fratribus morientis in tantum, in quantum numerus filiorum fuerit: quatenus & ea partē habeat tantā, quātam vnusquisq; fratrum. Si verò permisti masculi & fœminæ fuerint: hoc ipsum disponētes. Si verò mater & filiæ solæ consistant: ibi senatuscōsultum mediam quidem partem dabat matri, residuam verò mediam sororibus, quā tæcunq; extitissent. Quod quoniam non primitus correximus, modò adducimus ad competentem correctionem: & in isto casu vocantes eam pro rata filiarum: quatenus quātum vnaquæq; filiarum habet, tantum solummodo ea accipiat: & in omni casu hic relato, in virilem portionem [k] (hoc quod legis est) etiam mater veniat: siue consistant soli masculi, siue solæ fœminæ siue etiam permista vtraq; soboles.

Parentes ex principis oratione debent inter filios æqualitatem seruare: licet inæqualitatem seruare poßint si volunt: dummodo filijs in legitima portione prouideant. Bar.

Illud quoq; super hoc adiicere legi iustum existimauimus. Si enim moriatur vir, aut mulier filios habentes, & ex prioribus & ex secundis nuptiis, quas post hanc nostram contraxerint legem: (in his enim præsentia [l] disponimus, q̄ quidem super lucris ex nuptiis seruari oportet) hoc sancimus [m] insuper & decernimus [n], Portiones, quas necesse est parentes legitimis & non ingratis relinquere filiis, ipsos genitores non erit iustum ad secundam omnino declinare prolem: & quod ex lege est [o] tantūmodo relinquētes prioribus, alia omnia ad secundos deducere, sed aliquid ex prioribus adiicere [p]. si quidem aliquem ex secūdis habeat nuptiis aut etiam ex primis forsan, ita festiuum [q], ita dilectum, vt velit præponere eum aliis in possessione, damus licentiam hoc agendi: non tamen omnino priores quidem filios minuere, secundos autem augere. sed neque vehementer magnificare augmentum, nec omnino obliuisci priorū matrimoniorū: neq; infirmare [r] ea, quæ à præcedentibus nos de talibus dicta sunt: sed prouidere quidem & secundis, prouidere autē & primis: cogitantes, quoniam filij ambo sunt: & ita facientes [s] successionum in testamentis diuisionē. Si enim in-

a Filiis. scilicet est concessum.

b Maneat. s. in futuro tempore.

c Sanctionē. s. in q̄ōne Gregoria. vt s̄. de nō elig. §. hoc quoq;. & §. j. Acc.

d Peruenire. q̄a mater sibi donauit vt s̄. de nō eligen. §. Gregoria.

e Perfrui. quasi filio de bonis paternis hæc donatio aduenerit. vnde sicut mulier in aliis rebus, quæ peruenerūt ad filiū à patre vsumfructū habet tantū: ita & in hac donatione: vt s̄. eo. §. si aūt intestatus. Sed nūquid in totum? R̄n. nisi mater retinuerit sibi vsumfructū in donando: sed pro virili portione: vt d. §. si aūt intestatus. & s̄. de nō elig. §. j. & §. hoc quoque. Accur.

f Solā autē. Item & proprietatē secundū pactum nō existentiū filiorū: vt s̄. de nō eligen. §. hoc quoq;. in fi. §.

g Senatusconsulto. vt insti. ad Tertyl. §. frater.

h Commiscebatur. vt cū eis æqualiter succederet. i. mater tm̄ sola haberet quantū o'es sorores defuncti: vt j. dicit. & instit. ad Terty. §. soror.

i Vocamus. vt C. ad Tertyl. l. fin.

k In virilem portionem. hoc fallit in ea muliere, quæ ante annū nupsit, quæ non succedit nisi omnibus filiis mortuis. & hoc [illegible] quādo infamia est ei remissa: vt s̄. e. §. si igit sine filiis. Itē fallit in bonis paternis: q̄ dic. vt s̄. eo. §. si autē intestatus. Itē fallit in tertio casu, quando. s. mulier secūdo nupsit: quo casu & in casu nō existentiū filiorum tātum vocatur mater in lucris prædictis propter secundū matrimoniū: vt s̄. §. quoniam infirmas.

l Præsentia naturaliter.

m Sancimus. s. vt lucra primi matrimonij sint perdita ratione proprietatis: vt s̄. eo. l. si vero sit soboles. at lucra secūdi matrimonij perduntur per tertiū matrimoniū: vt s̄. eod. §. nec illud.

n Decernimus. forte mentionē facit de illa constitutione. s̄. de trien. & semis. §. j. colla. iij. Vel dic, q̄ dicit de eo, q̄ habuimus. s̄. eo. §. optime.

o Ex lege est. scilicet debitum.

p Adiicere etiam vltra id, quādo necessario dimittitur: sed hęc est suasio & cohortatio, nō coactio: vt infra dicitur hoc. §.

q Festiuū. quia festū patri videtur, quādo eū videt. A.

r Neq; infirmare. vt etiā quartam filiis primi matrimonij non dimittat. quod etiā contra antiquas leges esset: vt C. de inof. test. l. cū quæritur. & l. parentibus. & hic subiicit. Accur.

s Facientes. vt statim dicit.

Imo q̄a iucundus ac lepidus poni videtur.

Hal. reliqua omnia transferant ad secundos, sed et prioribus aliquid ad legitimam adiiciant.

Supra

testatis eis mortuis lex omnes ex æquo vocat: competens est, eos imitantes legem, f non vehementer magnis eos abbreuiare munitionibus, erubescentes legem. sic enim erunt boni patres, & nostra digni legislatione, & iusti quidem erunt solā legē custodientes. Si quid autem etiā supra legē a reliquerint, erunt iusti simul & humani patres. & non hæc dicimus inter gratos & ingratos b filios (de ingratis enim iam sæpius dictū est c) sed de iis, qui magis aut minus diliguntur: cum vtiq; multa differentia sit ingratitudinis, & gratiarum actionis: & dissimilis honoris. Hanc itaq; partē d de æquitate filiorū ex priore & secundo matrimonio venientium, adhortantes potius, quàm sancientes dicimus: alioqui e semel augētes f ab intestato partem omnino filiis relinquendam, & vsq; ad quatuor quidem filios, quatuor vncias omnino definientes: si autem vltra quatuor sint: vsque ad mediā substantiæ partem idoneum iam dedimus filiis solatium, nō ex parua mensura antiquam earum angustiam resoluētes g. Sic igitur præsens lex futuro tempori sanciēs sicut sæpius dicentes præuenimus h, & nihil priorum tangens i, sed condēsa vndiq; & complexa sub vna continuatione, & omnia penè de secundis pronuncians nuptiis, & priora quidem prioribus in sua virtute seruās quæ verò ab ea disposita sunt, futuris secundis explanans nuptiis & nouam quandam vndique ac subtilissimam introducens quærentibus vtilitatem: omnibus quæ super talibus positæ sunt constitutionibus, in futuris post hāc nostram legē nuptiis, & quæ ex his euenerint, vacantibus k: hac videlicet vna constitutione futuro tempori secundum qđ à nobis definitum est in iis, qui continentur in ea casibus, pro cunctis l sufficiente. Hæc igitur tua celsitudo omnibus gētibus, quæ sub tuo sunt cingulo solenni modo manifesta fieri præcipiat: vt omnes: agnoscentes, quia maiorē loborem sustinētes, quàm oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil m prius pro nostra fecimus salute, nisi vndique congregare, quòd iustum est: & omnes vidētes in vnum collectam de hac legislatione partem, sciant, quia & priorem n iis, quæ iam posita sunt, seruabimus legē: & futuro tempori cōpetētem posuimus congruentiam. Datum xv. Calend. August. Constantinop. Belisario V.C.Cons.

TITVLVS II.

DE APPELLAtionibus a, & intra quæ tēpora debeat b appellari.

Intra decem dies à recitatione sententiæ computandos potest hodie appellari: & à cuiuscūque sentētia appellatur. Ang.

Imper. Iustinianus A. Triboniano gloriosissimo quæstori iterum, & exconsuli.

ANteriorum c legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc d circa appellationes facientes & in præsenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitati e etenim cautum erat, vt si quis per se litem exercuisset: & fuisset condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet.

f Hal. legis honorē habētes nō perinde magnis illos depauperationibus implicēt.

Futura lex aliqñ respicit.

a Hęc authenti. est canonizata. ij. q. vj. cap. anteriorum.

a Supra legē. i. supra id quod lex cōpellit dimittere. i. vltra trientē, vel vltra semissem: vt sequitur.

b Et ingratos. in parua portione: alias grauatos.

c Dictum est. in hac constitutione: vt s. e. §. soluto. circa fi. & §. si autē intestatus. in fin. & in aliis cōstitutionib9 vt s. de hær. & Fal. §. exhæredatos. & s. de non eli. §. cum igitur. col. j.

d Hāc itaq; partem. scilicet hūc §. qui est pars huius constitutionis.

e Alioqui. i. alias quando volumus sanciendo dicere.

f Augētes. s. nos.

g Resoluentes. & habemus hoc s. de trien. & semis. §. j. & ij. col. iij.

h Præuenimus. vt s. eo. §. duo. in fi. §. & s. §. hinc nos. & in aliis multis §§. vbi dicit casus huius constitutionis ad futura trahi & est in hoc generale, nisi contra legē expresse dicatur: vt C. de leg. & con. l. leges.

i Tangens. nam quæ facta inuenit ante se, nō mutat: vt s. eo. §. j. in fi.

k Vacantibus. i. cessantibus. Accur.

l Pro cunctis. alias percunctatis. i. dubitatis. alias pro cunctis s. dubitationibus, q̄ in ea cōtinentur, vt subiicit.

m Tamen nihil. s. nobis existentibus saluis, nihil præponimus huic rei, hoc quod iustū est congregare. Vel ita, nihil præponimus, nisi hoc, et nihil aliud præponimus.

n Priorē. legē tractantē de nuptiis.

a DE AP[illegible]

No in hoc volumine quatuor modis de appel. tractari: vt in hoc tit. & j. de iis, qui ingredi. ad ap. in princ. col. v. & j. vt cum de app. cog. §. j. & j. de appel. col. viij.

b Debeat. alias debeant. & tūc dic, s. condemnari.

[a] Alienari.irreuocabiliter. quod verbum alienationis ad eos actus refertur proprie, per quos dominium transfertur: vt C. de fun. do. l. j. sed large & ad pignoris obligationẽ trahitur: vt š. de non alie. §. anienationis. col. ij. sed certe hæc litera videtur sibiipsi contraria. Nam prohibet primo alienationẽ: ergo si fiat, non valet. cũ quicquid fit contra legẽ non valet: vt. C. de legi. & cõ. l. nõ dubiũ. sed statim subiicit, q ambulat cũ ppria fortuna alienatio ergo valet. Sed dic q valet. s. interim: non aũt valet. s. irreuocabiliter. nam existente cõdi. restitutionis, infirmat̃ alienatio, & hoc propter phibitionem: vt patet. ff. de lega. j. l. si fundũ. & ff. quẽad. ser. amit. l. is cui. §. fi. & ff. de fidei. lib. l. generaliter. §. quoties. In casu tamen etiã interim non valet. vt si velit alienare manumitttendo. & est ratio: quia nõ posset reuocari facile, vt alia relicta: vt ff. qui & a qui. l. generaliter. §. sub cõditione. nisi in testamento manumitteret iste rogatus: quo casu & testamenti fauore & libertatis valet: vt ff. ad Trebel l. quidã. §. si quis filium. Sed cũ quarta maneat apud grauatum, quare non valet alienatio quatenus durat quarta: vt & alias. š. de nu. §. quoniã infirmit? Rñd. imo valet: vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. res. quod ergo hic dicit posse reuocari, dic esse verũ, si vltra quartam suam alienet, vel obliget. Acc.

Alienationis verbum, ad quos actus referatur.

[b] Reuerti. sic. ff. de contrah. empt. l. alienatio. sic. ff. vt in pos. le. l. si fideicommis. j. & ij. rñ.

[c] Lex. scilicet. C. commu. de leg. l. fi.

[d] Longæua est. i. inueterata secundum Al. sed certe non poterat habere vltra x. annos: vel xj. cum illa & ista sit Iustiniani: nec ipse imperauerit tempore huius legis, nisi x. annis, vel parum plus: vt j. vt præpo. no. impe. §. pe. alias longæuũ, pro c. annis ponit̃: vt j. hæc cõsti. innouat. in prin. col. vj. & C. de sac. san. eccle. l. fi.

[e] Quod prædiximus. s. in prin. huius tit.

[f] Indigere. alias ostendere. & tunc repete ostenderet, dico. l. scilicet illã. C. cõ ia de lega. l. fi. Sed quare dicit indigere quadam exceptione? imo duabus exceptionibus. s. dotis, & antenup. do. vt declarant sequentia.

[g] Ex his læsi. s. quæ š. dicuntur in dicta nostra lege.

[h] Dotem. suam.

[i] Factæ. à viro.

[k] Dabat. s. pactũ in casu mortis viri factum: vt. j. eod. §. quamobrem.

[l] Et partis. testamento. i. cõis tam mortui fratris, quã huius, qui nunc petit bona. Cauerat enim forte cõis hic pater, vt quicunq; eorum præmoreretur sine filiis, superstiti partem suam restitueret.

[m] Et trahebat. ad se.

[n] Res. i. dotem.

[o] Eas expendisse. i. consumpsisse: cum forte dos erat inæstimata. alias eñ esset mariti periculo: nec valeret hæc allegatio fratris. sic. ff sol. mat. l. æstimatæ.

[p] Ei. i. superstiti.

[q] Omnibus. s. aliis rebus mulieris. Vel dic ex omnibus. i. ab oibus. s. eas possidentibus, nedũ à muliere. A.

[r] Legi nostræ. q. d. nõ cessabit, nisi adimpleant̃ ei oĩa, quæ in lege nostra dicũtur: vt C. cõia de le. l. fin. §. sed qa. nã omnia volebat. Vel dic non cessabat donec hæc lex superuenit: licet postea cessare eum oportuit: vt j. eo. §. quam ob rem.

[s] Forma. q. d. hæc quæstio fuit de facto & determinata est, sed illa determinatio nõ est in corpore iuris.

[t] Rursus. nũc cõqueritur vir. š. vero cõquesta est vxor.

[v] Alter. vir.

[x] Supplex. id est, supplicans.

[y] Substituisse. i. per restitutionem reliquisse.

[z] Valentibus. vt š. de nup. in prin. consti.

[a] Alia. i. omnes alij casus: qui sunt in d. l. C. cõia de leg. l. fi. valeant præter eum, qui est in d. §. sed. quia.

[b] Fecerit. id est, fieri iusserit. R.

mam partem, non quartam (hoc enim [a] emendauimus, inopiã eius [b] plurimã reprehendentes) sed tertiam [c] † modis omnibus, aut mediam secundũ filiorum numerum [d]. deinde ex reliqua substantiæ parte [e], si non suffecerit legitima pars ad dotis [g] aut antenuptialis donationis oblationẽ: honestè & secundũ personarũ qualitatem & merita [h] excipere etiam hoc ad restitutionẽ, secundũ quod adiectum [i] legitimè parti dotem, aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim secundum hũc modum excipi modis omnibus ad restitutionem nuptialia documenta, & super his factas alienationes, aut hypothecas: & vel si grauata sit persona aut viri, aut mulieris restitutione tali, liceat ei etiam nuncupatam antenuptialem, seu propter nuptias donationem offerre nihil quantum in illis rebus restitutione valente: & si mulier restitutione grauetur, non impedimentum ad dotis oblationẽ fieri. Ea enim quæ cõmuniter [k] † omnibus prosunt iis, quæ specialiter quibusdã vtilia sunt, præponimus, sitq; hoc nuptialibus donationibus & harum exactionibus priuilegiũ. Si enim & ante nos [l] ex generalibus hypothecis plurima per præsumptionẽ exceperũt (cùm vtique non ita nobis necessaria consistant) quomodo non nos ex maiore & meliore sententia nuptialium lucrorum exceptionẽ faciamus?

Mulier de restituendo grauata, non constituit de nouo ex rebus subiacentibus restitutioni dotem, vel vir donationem propter nuptias. Ang.

Hæc igitur omnia futuro conferimus tempori, etiam [m] postea [n] faciendis restitutionibus [o] secũdum hanc legem. Non enim [p] illarum concedimus fieri læsionem [q], vt si qua mulier paruam habens dotem, deinde legem cognoscens nostram, aut si quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circunuentionẽ legis velit augmentũ [r] aut dotis, aut antenuptialis donationis facere: & hoc trahere ad insidias restitutionum. Hanc enim perimimus circunuentionem, nullam vtilitatem habere concedentes facientibus augmentum: quantũ ad restitutionis læsionem, puram futuro tempori nostram seruantes legem.

Mulier intra tempora luctus pariens, ita, quòd sit certum ex primo matrimonio sobolem non existere, illis pœnis punitur, quas patitur statim nubens intra tem-

a Hoc enim. alias quid enim, &c. & tunc interrogatiue legas. q. d. nihil esset, quod correxisset. s. de trien. & se. §. j. col. iij. quod falsum est: imo correxit omnes leges quæ dicebant quartam sufficere ad filium excludendum: vt dicebat lex. C. de inof. test. l. cũ quæritur. & l. parentibus. alias est quidem ẽm. & tunc ponitur ẽm pro certe. Accur.

b Inopiam eius. id est, paruitatem quartæ.

c Tertiam. s. seruet filio pater iubens fieri restitutionem suarũ rerum.

d Numerum. quod plene dic, vt s. de trien. & semisse. §. hinc nos.

e Parte. s. cõplere volumus dotem aut antenup. don.

f Si non suffecerit. Sed nonne hãc legitimã debet habere sine omni grauamine: vt s. de triente & se. §. prohibemus? Rñ. sic, ita habuit. sed ipse filius postmodum semetipsum grauauit cõstituendo donationem, & pactũ super ea donatione faciendo. vnde non à patre. sed à semetipso hoc grauamen sensit. quare de sua legitima satisfacere debet, donec durat: vt hic dicitur. hæc eadem pœna econtra in muliere. Et no. hic mirabile: quia etiã vltra legitimam habet filius de bonis patris, etiam cõtra velle ipsius patris. sed hoc nõ est propter se, sed propter dotis vel donationis propter nupt. priuilegium vt subiicit: & hoc etiam nisi in fraudem nimiũ se grauauerit: vt j. eo. §. hæc igitur omnia. & hæc eadem locum habent, quando filius dotẽ iam accepit, & super dona. à se data pactum fecit vt lucretur mulier: vel econtra mulier donationem iam accepit, & super dote à marito lucranda pactum fecit. nam si hæc duo debita nõ possunt solui de bonis eius qui ad hoc tenetur, porrigitur manus etiam ad restitutionem: vt s. eo. §. adierunt. & §. rursus. & etiam ad hunc intellectum possunt hæc verba accõmodari: & vterq; intellectus verus est. Sed quid si fuerit extraneus hæres grauatus restituere? Rñ. retinet pro dote vel do. non tamen si soluit, vt in nouel. eo. tit. Accur.

g Dotis. alias ad dotis. & secundum hanc literam puncta ibi merita. & quod subiicit excipere etiam ad restitutionem, id est, de restitutione. Ad hoc, id est, ad huiusmodi oblationes dotis & antenup. do. Item alias aut dotis, &c. & tunc puncta ibi excipere. & quod subiicit etiam hoc ad restitutionẽ, scilicet denegandã subaudi. Accur.

h Merita. subaudi etiam. & facit. ff. ad Treb. l. mulier. §. cum proponeretur, & no. hic dotẽ constituendam & do. propter nupt. pro honestate personarũ: & merita. i. patrimonij facultatem, & facit. ff. de iu. do. l. quæro. & C. de nup. l. si furiosi. in fin.

i Adiectum. neutraliter ponitur: & sic expone: quia primo satisfiet de legitima donec durat. postea vero subducitur de restitutione vel ad constitutionem dotis vel etiam antenup. do. vel ad restitutionẽ vt modo diximus. Accursius.

k Ea enim quæ communiter. sic. ff. pro so. l. actione. §. Labeo. & s. de non alie. §. quia vero verisimile. in fi. col. ij. & C. de cadu. tol. l. j. §. fi. & C. de iu. ca. l. ij. §. sed quia veremur.

l Et ante nos. s. iurisconsulti & imperatores, qui dixerunt: vt licet omnia bona obliget, tamen quædam excipiantur: ita ergo hic: vt ff. de pignoribus. l. obligatione. & l. vel quæ. & l. denique. & l. seq. & C. quæ res pig. obli. pos. l. j.

m Etiam. ei. scilicet viro. Accur.

n Postea. id est, post hanc legem.

o Restitutionibus. i. in donatione.

p Non enim. vere meliorem sentẽtiã eligimus, &c. vt s. proxi. ibi, quomodo non nos, &c.

q Læsionem. i. in fraudem huius legis.

r Augmentum. etiam si non sit dos constituta, vel donatio secundum facultates. Accur.

† Cõcor. c. Raynutius. in gl. super ver. Trebellianum, post princ. ibi, hæc hodie. extra de test.

† Cõcor. glo. super verb. communem in cap. bonæ memoriæ. extra, de postul. præl. & c. licet. iuncta gl. super ver. vtilitas. extra, de reg.

Dos & donatio propter nuptias, secundum personarum merita cõstituitur.

Vnum.

pora luctus. Ange.

Vnum [a] siquidem hoc capitulum est præsentis legis: secundum verò illud de mulieribus, quæ post priores nuptias, ad secundum venerunt matrimonium, ante, quàm annus expleretur, quem lugubrẽ leges appellãt [b] quas [c] puniebant constitutiones tres [d] ante nos imperantiũ: & nos insuper de his scribentes legem [e], cũ quibusdã correctionibus, etiã sup his sancita in breui quadam parte nostrę [f] legislationis tetigimus. sed impudentissimũ quoddã nunc accessit, ꝙ in nostris prouenire tẽporibus nolebamus. Quam ob rẽ nobis rectè placuit emẽdatione dignũ existimare. Mulier enim ad virũ veniẽs, hunc [g] extulit [h], vt appareat [i] etiã superstite eo nõ castè viuere cogitãs, nondum enim completo anno, vndecimo mense perfecto [k] peperit: vt nõ esset possibile dicere, qa de defuncto fuisset ptus. Neq; enim in tantũ, tempus conceptionis extensum est. Et quoniã etiam hæc vna est pœnarũ earũ [l], quę acerbas nuptias faciunt, vt vxor mox [m] cadat antenuptiali donatione à viro data, & repente eam amittat [n], & neque vsum habeat: rectè filij sic mirabili matris partu iniuriati, ante nuptialem patris poscebant accipere donationẽ, & nõ lucrati valere mulierẽ per virũ, quẽ sic velociter dehonestauit illa. Sed quomodo dicamus verba illius [o], erubescimus [p]. Nõ dignã se dicebat esse, vt caderet: quia legem noscere [q] de legitimis loquentẽ nuptiis: sibi verò nõ fuisse nuptias nisi primas. porrò [r] partum hũc esse opus naturalis concupiscẽtiæ. Sed quia hęc [s] etiã decies millies [t] aliis subiaceret castigationibus [v] cõmittẽdo stuprũ [x], indubitatũ est: & pœnis illis [y] eam nõ priuabimus interim enim parcimus [z] defuncti filiis. Inferimus autẽ ei antenuptialis donationis amissionem & in hoc casu, quã [a] cõstituit lex super eis, quę ad legitimas accedunt nuptias intra lugubre tempus. Si enim illas lex inultas nõ relinquit, licet legitimas nuptias celebrantes, eo ꝙ fortè suspicio fuerit ne qua p̃extiterit suspiciõis malignę [b] causa ad secũdũ maritũ, eò ꝙ velociter ad nuptias festinauit: quomodo non hic, vbi causa nõ per suspicionem est solã, sed hoc ipso increpatio manifesta, & indubitata [c] prædita est delicto, omniũ impiissimus iste partus, noxiam eam

a Vnum. duo enim capitula hæc habet constitutio vt patet etiam in titu. & est similis processus hic, & supra, de nup. §. duo. & §. seq.

b Appellant. repete venerunt.

c Quas mulieres. Accurs.

d Tres. C. de sec. nu. l. j. et C. ex qui. cau. infa. irro. l. decreto. & C. ad Tertyl. l. si qua mulier.

e Legem. supra, de nup. §. primæ.

f Parte nostræ. i. dictæ cõstitutiõis. s̃. de nupt. §. si igitur. vsq; ad §. si verò expectet.

g Hunc. s. virum.

h Extulit. i. extra ciuitatẽ ad sepeliendum portauit: mortuus enim est. sic s̃. de non eligẽ. §. j. in pri. col. j.

i Vt appareat. s. nunc. nam ex eo ꝙ nunc male fit, præsumit [i] & tũc male factum: vt hic, & C. de adul. l. si quis adulterij ꝓpterea enim ꝙ aliquãdo fit bene vel male, & alia vice fieri p̃sumitur: vt ff. de re mil. l. nõ omnes. §. à barbaris. & ff. de act. l. si cui. §. iisdẽ. et C. de ĩof. te. l. iij.

k Perfecto. idem dico & si circa xj. mẽsem erat à quatuor vel quinq; tribus vel duobus diebus in antea post introitum. Nã per decem menses, & duos dies põt portare mulier filiũ in ventre, & nõ plus: vt hic, & ff. de suis & le. l. intestato. §. fi. Item plus quàm sex mensib⁹ oportet ꝙ portetur: vt d. l. intestato. dicit. & ff. de stat. hom. l. septimo. Sed quid si est natus in xiij. vel xv. mense post viri mortẽ? Respõ. idem: cum certum sit ex marito non esse, et ante annum conceptum esse: & ita inuenies si bene computes vsq; ad xix. menses natum à x. mensibus s̃. nec esse ex marito cõceptũ, & ante annũ conceptũ. & ita habebit locũ pœna huius cõstitutionis. Nã quare aliud esset in alio tali tẽpore, q̃ isto. s. xj. mensiũ: ratio reddi nõ potest. si ergo idẽ: vt ff. de ver. obl. l. à Titio. in fi. sed si post xix. menses sit natus, potest esse conceptus post annum luctus. & sic cessat pœna huius legis.

l Earum. s. mulierum.

m Mox. id est, statim.

n Eam amittat. vt s̃. de nup. §. si igitur.

o Illius. s. mulieris.

p Erubescimus. dicimus tamen, vt subiicit.

q Quia legẽ nosceret. s. de anno lugubri, quam habemus. C. de secund. nup. l. j. & s̃. de nu. §. si igitur.

r Porro. hæc potest dici secũda ratio. & facit ad hãc rationem. ff. ad le. Aquil. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. in fi. §.

s Quia hęc. s. mulier. & loquitur Iustinianus sanciẽs ĩ casu quæstionis de facto quã habebãt filij cũ matre: vt s̃. §. & quoniã vsque huc, sed j. §. vnde sancimus. sanciẽs generaliter: alias esset superfluum vnũ eorum.

t Decies millies. & hoc colore loquendi hyperbolice plerunq; vtitur hic liber: vt s̃. de hære. & Fal. §. exhæredatos. col. j.

v Castigationibus. i. delictis, in quibus castigãtur.

x Stuprum. ꝙ in viduam committitur: vt ff. ad le. Iul. de adul. l. inter liberas. §. stuprum. Ac.

y Et pœnis illis. quare sustinet mulier, quæ intra tp̃s luctus nubit, vt pbatur statim. Ac.

z Parcimus. i. subuenimus.

a Quã. s. pœnam.

b Malignæ. Prę sumit enĩ nõ caste vixisse penes prmũ & tractasse eius mortẽ: vt s̃. e. §. sed quid erit, vbi mulier cogit vltra annum expectare, puta vsq; ad qnquennium: & si nupserit, an perdit dotem & donationẽ: vt s̃. de nupt. §. sed & captiuitatis. & §. si verò vxorem? Rñ. nõ ita perdit si solũ fornicaretur mortuo marito: qa hic & alia rõ est. s. turbatio sanguinis: vt s̃. de nup. § & insuper. Ac.

c Et indubitata. Hic collige manifesta non indigere probatione. sic. ff. de dote præl. l. j. in fi. & ff. de verbor. obli. l. continuus. §. cum ita. & ff. qui satisd. co. l. si verò pro condemnato. §. qui pro rei qualitate.

[i] Vide de hoc in ca. cum in iuuẽtute extra de pręsump. vbi ad hoc bo. text.

Mulier per decem menses & duos dies potest filium portare.

Manifesta, probatione non egent.

a Relinquens. q. d. non debet relinqui multum.
b Circa terminum anni. Item postea intra xix. menses: ut eod. §. diximus.
c Castitate luxuria. i. nõ debet habere plus luxuria quàm castitas. & facit. C. de do. inter vi. & uxo. l. si ex voluntate. & ff. de dona. inter virũ & uxor. l. iiij. & ff. quod vi aut clam. l. Servius. & ff. ad Tur. l. j. §. accusationẽ.
d Spem scripturæ. i. scriptæ dona. propter nupt. ut s. diximus. ibi unde sancimus.
e Legitimas. i. primas ut dicunt, vel dic secundas: quia cum nõ possit impune facere nuptias, facit hoc, ut s. ibi non dignam se &c. & sic not. dici legitimas nup. ante annum: & tamẽ puniunt. & sic no. dici aliquid esse legitimũ, quod poenam meretur. arg. cõtra C. de adul. l. Gracchus. sed certe matrimonium hic nõ punitur, sed nimia festinantia. Item quod dicit de stupro posse eam accusari, est contra. C. de adul. l. si ea. Sed non est cõtra. nam licet dicat ibi adulterij, exponimus tamen i. stupri. ne contradicat. ff. de adult. l. si uxoris. §. plane. Sed dic ibi esse uxorem: hic viduã. Item ibi plane se subiiciebat: hic nõ ut C. e. l. quæ adulterium. Sed quid de muliere tutrice filiorum nunquid erit idem? Videtur quod sic: ut supra, de nu. §. si vero tutelam. Sed dic contra cum hoc nõ invenias expressum: ut s. de admi. of. in sacris. ap. §. si. in fi.

Legitimũ quandoque poenã meretur.

† Hęc authoritas contra ca. quia circa. extra, de biga. ubi plus habet luxuria quã castitas ut dicit glos. j. illius ca. & de his poenis quibus. j. hoc §. dicit de muliere nubente intra tẽpus luctus, vide in c. cũ secundum apostolũ. cum glos. suis, extra de secun. nupt.

relinquens [a]? Unde sancimus, si quid tale contigerit, & ante luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni [b], ut indubitatũ sit sobolẽ nõ ex priori cõsistere matrimonio: modis omnibus eam privari antenuptiali donatione & secũdum proprietatẽ & secũdum usum: subdendã quoque aliis omnibus poenis, ac si secũdas eã cõtigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias. Nõ enim aliqd amplius habebit castitate luxuria [c]: † sed subiiciatur qdẽ et ipsa poenis, periculũque sustineat etiã circa spem scripturæ [d], propter stuprum: ut neque nuptias acerbas desideret, neque legitimas [e] nuptias maiore malo circumveniat. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hãc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens solenniter per programmata propria manifesta faciat universis. Da. Cal. Ianu. Constantin. præfec. Belisario viro clarissimo.

TITVLVS VII.

DE TABELlionibus [f] & ut protocola [g] dimittant in chartis.

Tabellio à partibus rogatus debet per se audire negotium, & ipsemet scribere: nec alicui delegare potest. In urbe tamen Constantin. duo specialia circa tabellionis officium exercentur. Ang.

Imperator Iustinianus A. Ioan. præfe. præt. iterũ exconsuli & patricio.

Item paulò ante [h] audivimus præsenti legi prębẽtem occasionem. Ex persona quidem mulieris cuiusdã ferebatur documẽtum [i] literas quidem eius [k] non habens [l], (erat enim harum ignara [m]) cõpletum autem à tabellione [n] & tabulario [o], subscriptionẽ eius [p] habens, & testium ostendens [q] præsentiam. deinde, dũ quædã dubitatio super eo fieret, muliere dicẽte nõ esse à se † delegata [r], quæ charta loquebatur: qui [s] litem audiebat [t], quærebat à tabellione [v] cognoscere negotij veritatẽ [x]: denique tabellionẽ deduxit [y]: at ille [z] literas recognoscere dixit cõpletionis [a] tabellionis, nõ tamẽ nosse [b] aliquid horũ [c], quæ secuta sunt. Nec enĩ sibi ab initio penitus delegata, sed cõmisisse [d] cuidã suorũ [e] hoc facere [f]: neque postea venisse [g] ad completionem, sed rursus alij [h] hoc commisisse. & is [i] quidẽ, qui affuit completioni [k],

f DE TABELlionibus &c. Hoc expeditur. j. eo. usque ad §. illud.
g Et ut protocola. hoc expeditur. j. eod. §. illud. & expone, ut ibi.
h Item paulo ante. Nõ quod sit scripta aliqua lege: sed de facto fuerat illa lis. Acc.
i Documentum. i. charta quædam.
k Eius. s. mulieris.
l Non habens. dictum documentum.
m Ignara. s. dicta mulier.
n Tabellione. Tabellio erat minor, tabularius maior: & magister stationis maior utroque: magistrũ autem hic adiverunt contrahentes: & ipse commisit tabulario audientiam: tabularius autem tabellioni scribendum commisit: ut probant sequentia. sunt autem & alia multa nomina horum publicorum scriptorũ: ut C. de tabellion. in tit. & l. fi. & hoc si habes in litera à tabellione et tabellario. alias est & tabellarij subscriptionẽ &c. & tunc idẽ est sensus. Alij dicunt pro eodem poni utrunque: & dicũt & pro, id est, Sed primũ verius est. & sic fuerunt duæ delegationes, ut dictum est.
o Tabulario. à tabulario dicitur completum, eo quod dixit vel mandavit tabellioni scribendum.
p Eius. tabellionis: ut j. patet ibi, & ille &c.
q Ostendens. prædictum documentum tabellionis.
r A se delegata. id est, dicit, quod non mandavit ut scriberentur, quæ scripta sunt.
s Qui. subaudi ille.
t Audiebat. scilicet iudex &c. Accursius.
v A tabellione. scilicet cui ultimo fuit hoc mãdatum scribendum.
x Veritatem. optime sumitur hic argumen. quod iudex omnibus modis laboret ad veritatem quęrendã. sic. C. de eden. l. is apud quem.
y Deduxit. alias adduxit: & alias deduxit, id est, fecit deduci. i. venire coram se. Azo.
z Ille. s. tabellio.
a Completionis. id est, subscriptionis suæ. nam ipse tabellio scripsit & subscripsit.
b Nosse. i. nesciebant qualiter contraxerunt.
c Horum. s. discipulorum, qui erat tabularius.
d Commisisse. s. dictum magistrum.
e Suorum. s. discipulorum.
f Hoc facere. sub. i. audire tenorem contractus.
g Venisse. s. dictum tabularium.
h Alij. s. tabulario.
i Et is. s. magister stationis.
k Completioni. s. audientiæ contractus.

† Hal. de mandata.

Veritatem super omnia debet quęrere iudex.

a Dicens. tabellio.
b Dimissum sit. i. mandatum, vt scriberetur.
c Inuentus est. scilicet tabularius.
d Patiebatur. s. dicta mulier.
e Decretum. per nostram sententiā, quam de facto tulimus: quę & fuit ius: vt C. de leg. & con. l. fin. in princ.
f In omnibus. s. hominibus: & omnibus terris: vt in nouel. e. tit. & sic reprobat quorūdam opinionem qui dicunt hanc constitutionē localem. sed nos dicimus generalē: vt hic, & j. ib^i, hoc custodiri, &c. nisi in duobus casibus: vt j. eo. §. pen.
g Operi tabellionū. i. ipsis tabellionibus: vt in nouel. eo. titu.
h Ipsis p̄ se. & caue tibi: qa haec litera dicit: & ipsi tabelliōi iniūgi siue mādati instrumētū. Itē & per se mādat siue iniūgit, vt ipsemet scribat, & nō alij mandet. Itē & debet audire ipse idē verba cōtract⁹ vsque ad cōpletionem, vt subiicit, & dū dimittitur, &c. olim aūt non erat ita: sed dū ibamus ad tabellionē magistrū, ipse non audiebat nos: sed alij cōmittebat audientiā. si volebat, & ille auditor nō scribebat, sed alij scribēdū cōmittebat & ipse tantum audiebat: vt s. e. in prin. Hodie autē & cōtractū audit vsq; ad finē: & sibi iniūgitur documētū, vt per se ipse cōponat: vt hic dicitur. & pōt esse rō, quare nō possit sic cōmitti: qa facere instrumentū nō cōpetit iure magistratus: ergo delegari nō pōt: vt ff. de off. eius cui mā. est iuris. l. j. in prin. Sed nonne tota die videmus esse Florētiae magistrū stationis, & p eos fieri instrumēta, qui discipuli sunt? Rū. ibi audit cōtractū discipulus, & sibi iniūgit documentū & iō scribere pōt: licet & magister apponat ibi signū suū ratiōe maioris authoritatis: vt ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. j. nā quo signa sunt plura in chartis, tāto cautiora sunt instrumēta: vt j. de fi. instr. §. oportet. co. vj.
i Iniungatur. Hic no. ad hoc, vt tabellio faciat chartā oportet sibi mandari à partibus siue verbo rogo, siue delego, siue volo, siue similib. vt hic, & s. in princ. ibi, non esse à se delegata. Sed aliud in teste. nā fortuitus valet: vt ff. de test. lege, ad fidē. nisi in quatuor casibus: vt j. de testi. §. & licet. in fin. §. sed nunquid est est necesse vtrumque contrahentium hanc mandare? Rū. sic, licet forte posset distingui, an sit gratia vtriusq; praeiudicium, & tunc oportet vtrunque mandare: vt hic. Aut pro vno tantum: & tūc sufficit eū mandare, cuius sit gratia. forte enim alter nūquam mādaret in cuius sit praeiudicium: vt ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. j. & ita seruatur maxime in denuntiationibus quae fiūt ab vno alteri ex variis causis. Sed qd si nō inuenit in instrumēto, qd sit mādatū vel iniūctū à partibus? Rū. praesumi semper esse iniunctū: vt inst. de inu. stipu. §. si ita scriptū. & insti. de fideiuss. §. fin.
k Dimittitur. i. perficitur contractus.

> Principis sententia, est lex.
> † Haloā. se pręsente absolutum fuisse.
> Instrumēti factio delegari nō potest.
> † Facit c. inter dilectos. cū gl. super ver. proficeret extra, de fide instr. Cōc. etiā c. cū olim. extra, de priuileg.
> † Haloā. & cū absoluitur, intersint.
> Tabellio debet esse rogatus, vt instrumentum recipiat.

venit, nihil nec ipse dicēs[a] se nosse. etenim neq; scriptor fuit documenti: sed solū docuit, qa praesente se hoc dimissum sit[b]. † nec cui ab initio delegatū est, inuentum est[c]. vnde nisi per testes iudex valuisset agnoscere cām, purè periculum patiebatur[d], vndiq; cadēte negotij notitia. Et illud qdē competentē meruit examinationē atq; decretū[e]. Nos autē credimus oportere vniuersis auxiliari, & cōmunē in omnibus[f] facere legē: quaten⁹ praepositis opi tabellionū[g], ipsis p̄ se[h] omnibus modis iniungatur[i] † documētum †, vt dum dimittitur[k], intersit[l]: & nō aliter imponatur chartae cōpletio, nisi hęc[m] gerātur: vt habeāt, vnde sciāt negotiū: & interrogati à iudicibus, possint quae subsecuta sunt cognoscere, & respōdere[n]: maximè quando literas sunt ignorātes, qui hęc[o] iniungūt[p]: quibus facilis est[q] & incōuincibilis denegatio horū, quae pro veritate secuta sunt. Vt ergo omnia haec[r] p̄hibeamus, p̄pterea praesentem cōscripsimus legē: & haec custodiri mod⁹ omnibus volumus à tabelliōibus, siue in ipsa felicissima ciuitate[s], siue in p̄uinciis sint. sciētibus[t], qa si pręter haec[v] aliqd egerint, cadēt omnino iis, quae vocantur stationibus: † & qui[x] ab eis dirigitur ad iniungendū[y] documentum, & interest[z], ipse dominus super stationis authoritate erit, & mutabitur causa: & ille quidē de caeterò hoc obtinebit[a] officiū in statione, quale[b] qui in ea[c] primatū tenebat: ille[d] verò cadet[e] ea: aut vnus[f] erit[g] ministrātiū[h] illi[i]: qm̄ illi qdē dedignatus est hoc agere[k]

l Intersit. tabellio ipse, id est, sit praesens.
m Nisi haec. s. tria quae dicta sunt in litera: vt modo cautè notauimus.
n Et respondere. s. iudicibus.
o Qui haec. s. instrumenta facienda.
p Iniungunt. tabellioni.
q Quibus facilis est. i. facile[r] possunt decipi illiterati per mutationem scripturarū: & nō poterunt probare contrarium: quia quantum ad eos res est inconuincibilis: si non poterunt ipsi probare contrarium. quare illiterati à tutela excusantur: vt inst. de exc. tut. §. similiter. secundū quosdam. Item à postulando repelluntur: vt C. de postu. l. ij. secundum quosdā. Item à iudicando: vt infra, de iudi. §. j. Item à clericatu: vt infra, de sanct. epi. §. & s. quomodo oport. epis. §. neque ex idiota. Accur.

> r Falluntur de leui illiterati. Nec potest illiteratus beneficiū retinere, vt per Innoc. in ca. cum nostris. de cōcessio. praebend.
> † Haloā. & ab ipso missus vt instrumētum iniūgeret, adhibitusq; ipse dominus & cū authoritate in statione erit.
> s Et vide ibidē Angelum.

r Haec. quae dicuntur in hac lege.
s Ciuitate. siue in prouinciis. hic manifeste reprobatur eorum opinio qui dicunt totam constitutionē esse localem.
t Sciētibus. scilicet tabellionibus. vel dic magistris.
v Praeter haec. i. discipulis suis iniunxerunt documenta componere: vt in noue. eod. tit.
x Et qui. id est, discipulus.
y Ad iniungendum. i. audiendum id quod erat magistro iniunctum. Accur.
z Et interest. i. adest ad audientiam.
a Obtinebit. alias obtinebit, alias sustinebit. Accursius.
b Quale. s. sustinebat magister qui, &c.
c In ea. scilicet statione.
d Ille. scilicet magister.
e Cadet. vt C. de Iudae. l. Iudaeos.
f Vnus. scilicet alius. si ille qui delegauit, magister forte, non sit idoneus. & de his dicet infra, proximo. §.
g Erit. s. primus in statione.
h Ministrantium. discipulorum.
i Illi. scilicet magistro.
k Hoc agere. id est, conuenire cum eis qui instrumenta componi desiderant, vt in noue. lis, eodem titulo. & sic not. quod nemo debet verecundari facere artem suam.

quod erat concessum ei: ille verò [a] secundum illius [b] volūtatē hoc egerit [c]. propterea nos hāc intulimus eis [d] pœnā, † vt optimi fiāt circa documenta & iusti & cautiores, & non propter suam requiē & delitias corrūpāt alienas vitas. Si verò indignus sit fortè potestatem in stationibus [e] suscipere is, cui documentum extra ea, quæ à nobis disposita sunt per pręsentem legem, iniungitur [f]: tabellio [g] quidem cadat omnibus modis hac causa: alter verò pro eo constituatur: nihil omnino dānificando [h] ex hoc stationis domino (quicunque fuerit extraneorum, & non ipse tabellio [i]) neq; cadente lucris exinde venientibus: sed illo solo, q talia perpetrauit, & dedignatus est suum cōplere opus, primatu cadēte [k]: omnibus quidē aliis [l] super statiōis iure integris dominis eius ab ipsis tabellionibus, qui talia peccauerūt seruandis. Et nō fingāt tabelliones occasiones, per ægritudinē † fortè discedentes, aut occupationes huiusmodi. licebit enim eis, si quid tale fuerit, euocare eos, qui contrahunt, & per se causam [m] cōplere. proinde hæc quæ contingunt rarò [n], nō impedimentū facient vniuersis: eò quòd nihil inter homines sic est indubitatum, vt non possit (licet aliqd sit valde iustissimum) tamen suscipere quandā solicitam dubitationem [o]. sed nec quæstus [p] eorū minores fieri per hoc, ꝓpter cōtrahentiū frequētiā occasionem habentes: cū melius sit pauca agere cautè [q], quàm multis interesse periculosè. Vt tamen [r] non vehementer eis [s] dura [t] lex esse videatur: nos coniicientes [v] humanā naturā, mediocres etiam eis leges nostras ponimus. ꝓpter tales enim eorū fortè dubitationes [x] damus eis licentiam singulis [y] vnū [z] ad hoc constituere gestis apud clarissimum magistrū cēsus felicissimæ ciuitatis [a] solenniter celebratis: & licētiam [b] eis [c] dare, vt delegētur [d] ei ab iis, qui veniunt ad eius stationem & documenta: † & dimissis eis interesse: & nulli † omnino alteri in statiōe existēti licentiam esse, vt aut delegetur ei initium [e], aut cum dimittuntur [f],

a Ille vero. repete quoniam. & dic ille. s. discipulus.
b Illius. s. magistri.
c Hoc egerit. i. cōposuerit documentū qđ iniunctū erat magistro faciēdū, per quod videbatur eū puniri. sed non punitur, imo efficitur primas stationis: vt dictū est: & ideo non punitur, vt hic innuit: quia obsequitur imperio patris vel domini: vt ff. de re. iu. l. velle.
d Eis. s. magistris.
e In stationibus. alias super stationibus alias in stationibus.
f Iniungitur. s. discipulis. & facit. ff. de inst. l. quicunq;. §. sed & cum filio.
g Tabellio. sub rogatus. vel dic, i. magister.
h Damnificādo. Quia stationis habet redit⁹ integros vt subiicit, neque cadēte, &c. sed qs soluet hos reditus? Respon. magister qui conduxit. Sed nunquid repetit à discipulo qui nunc ibi est magister? Videtur quod nō: quia suo delicto perdidit. vnde ex eodem facto pœnā & præmium habere non debet: vt ff. so. ma. l. si ab hostibus. §. fi. sed verius est vt agat, & repetat condictione ex hac lege. satis enim punitus est de delicto: qa primatū amisit: vt C. de pœ. l. sancimus. Accur.
i Et non ipse tabellio. s. subrogatus si enim ipse idē esset dominus stationis, non peteret reditum à seipso vel à magistro, qui est delectus. nā mitius debet agere cū magistra suo quā cum aliis. Item exceptione doli ab eo repellitur, cum sibi restitutus est, vt modo diximus: vt ff. de excep. do. l. dolo.
k Cadente. scilicet domino.
l Omnibus aliis. forte quædam pepigerat magister cum domino stationis eius, quæ secunda sunt inter eos: vt dicit.
m Et per se causam complere. q. d. aut faciant tria, quæ facere debent, aut eos contrahentes admoneant: vt per seipsos suos compleant contractus.
n Raro. quia tabellio impediaꝛ per se cōponere: nō ideo semꝑ hac obiecta occasiōe dicat se velle aliis cōmittere: vñ legislatores de iis, quę raro accidunt, non curāt: vt j. vt sine proh. ma. debi. & cre. §. j. co. vij. Fiāt ergo instrumēta cū cautela: & ꝑ se oīa faciūt: qa etiā si facta incidūt ī dubiū, nedū alꝭs malefacta: vt subiicit.
o Dubitationē. vt C. qbus ad lib. procla. non li. l. fi.
p Sed nec quæstus. videbatur enim quod ex quo hęc omnia faciūt & per se, quod tota die habebūt quid faciāt: vnde min⁹ deberent accipere à quolibet, cū ī alio recōpēsantur: quia habēt exercitium maius: sed tñ non est ita vt subiicit.
q Caute. Vnde Salomon ait. Melior est bucella panis sicca cum gaudio, quā tota dom⁹ plena victimis cū iurgio. Itē meli⁹ est parū cū iustitia, quā multi fructus cum iniqtate. & facit. C. de vete. iu. enu. l. j. §. sed neq;. ar. contra. j. de alie. & em phy. § si vero contigerit. col. ix. Ac.
r Vt tamen. hic incipit constitutio localis, &c.
s Eis. s. tabellionibus Cōstantinopolitanæ ciuitatis.
t Dura. alias dira alias dura
v Coniicientes. i. considerantes.
x Dubitationes. i. an possent aliquē delegare: vel commode possent facere si qua necessitate ad talia cogerentur: vt j. e. §. & non fingant.
y Singulis. s. tabellionibus & omnibus & singulis, vt in nouellis eo. tit.
z Vnū. s. tabellionē: vt in nouellis. eo. ti. sed quidā habēt vnā: & tūc dic vnā licētiā i. semel vnū cōstituere & erit idē intellectus.
a Ciuitatis. Quidā habēt in textu huius, & dicit de Constantinopolitana, & bene. nam hic. §. localis est: vt j. §. fina. sed & si non sit in textu hæc dictio huius, tamen intelligitur.
b Licentiam. repete, & damus eis licentiam dare ei licentiam, quam habent pro se in curia magistri census, vt delegentur, &c.
c Eis. i. delegatis eis instrumentis: sed dic interesse. s. completioni instrumenti. s. illum, cui delegata sunt instrumenta.
d Vt delegentur. scilicet, instrumenta facienda: vt statim innuit.
e Initium. i. audientia contractus.
f Dimittuntur. id est, quando completur ipse idem contractus, vel quando scribitur.

† Haloā. vt huius metu iustiores & certiores circa instrumenta se præbeant: atque dissolutis delicatisque moribus suis aliorū substātias subuertant.

† Hinc apparet etiam ex causa valetudinis excusatione iusto aliquo īpedimento nō possit tabellionē alteri confectionē instrumētorū, siue (vt dicūt) rogationum suarū delegare vt nota. in l. generaliter. C. de trib. lib. xj. & extra, de fide instr. c. penul. et vide Bal in c. cū P. tabel eod. tit. de fide instrumē. At limita id verum esse, dū viuit secundum Ang. hic: sed in testamento id facere potest: vt in dicto c. cum P. tabellio.

Leges non determināt de raro accidentibus.

† Haloā. cumq; & absolu... tur inte... sit.

Cōcor. tex. cū ca. cū tabellio. in gl. fi. in fi. extra de fide instrumē.

Aut

a Aut. id est, saltem.
b Dudum. in hoc §.
c Documentis. Hic est argumentum, imo lex expressa quod tabellio nõ potest delegare discipulũ suum ad componẽda instrumenta: sed si fecerit instrumẽtum, non vitiatur, sed tabellio pœnã patitur. Sed certe hoc est in Constantinopolitana ciuitate tantum. Quid autẽ de aliis? potest dici idẽ ratiõe similitudinis: vt quod est hic in omni eo cui cõmittitur præter designatũ ad hoc, idẽ sit in quolibet. vel dicas * aliud ibi: quia ibi prohibetur & nullo casu cõceditur: quare est illud perpetuo prohibitũ: hic nõ. vñ si ibi fiat cõtra, nõ valet instrumẽtũ: vt C. de legi. & cõ. l. nõ dubiũ. Item no. hic aliud optimũ ar. quod vbicunque tabellio perdit officiũ suũ, quod est propter multas causas: vt quia ministrauerit scripturã alienatiõi rei sacræ vt s. de non alie. §. ad hæc. & in aliis similibus casibus, quod * nõ ideo debẽt vitiari sua instrũ. et facit ff. de of. præt. l. barbarius. & hoc est verũ ar. cõtra tñ C. de sen. pas. l. fi.
d Quæ. s. res. s. scriptura in initio chartæ facta.
e In initio quidem. s. habeat appellationẽ, vt sequitur. & facit j. vt p̃po. no. impera. §. j.
f Protocolũ. dicitur à protos, quod est primũ, & collũ, quod est collatio. s. literarũ. q. d. prima * collatio literarũ in charta. nõ aũt ideo dicitur quasi in primo collo literarũ hoc fiat: quia si fieret in primo collo chartę, secũdũ hoc chartá hẽret plura col. in hoc autẽ initio ĩ breuiatura totius cõtractus fiebat, & anni dñi, & similia vt subiicit. & debet statim in eadẽ charta siue membrana fieri instrumẽtum: vt si esset dubitatio in instrumẽto, recurreretur ad imbreuiaturam, quæ protocolum dicitur, vt dictum est, sic & dicitur Adam protoplasma quasi primo plasmatus à Deo. Item Stephanus protomartyr, quasi primus martyr post natiuitatẽ Christi. hodie autẽ hęc nõ sunt in vsu, sed vel in quaterno vel prorsus alia charta fiũt huiusmodi rogationes, quę consuetudo cõ sit generalis, vincit hãc legẽ generaliter: vt quod not. ff. de leg. et senatus. l. de quibus. in fin. sed olim in Constãtinopolitana tã tum ciuitate seruabatur: vt j. p̃xi. §.

g Habeat appellationẽ. q. d. habeat charta nomẽ comitis scriptum. Ac.
h In talibus scribuntur. s. in imbreuiaturis nã præter ea quæ dicuntur. j. vt præpo. no. imp. col. v. vt hic scribitur: ibi forma contractus breuiatur.
i Et vt. repete præsenti adiicimus legi, vt protocolum non incidat.
k Sancimus. s. nõ facienda.
l Suscipiant. sci. licet iudices.
m Adulteram. i. falsam.
n Diximus. vbi est breuiatura. in princip.
o Decreta sunt. in illo §. vt tamen nõ vehementer. & ex §. illud. vsque huc. nã alia cõmunia sunt quæ diximus supra, eodem §. nos.
p Valere. ex necessitate. Acc.
q Et licet. Repete, & vbi licet. i. licitum est negotiis interesse subaudi.
r Nõ dare. repete, & vbi non licet dare.
s Cui. s. falsitati.

Vide Bal. in l. j. §. ne autẽ. in iiij. col. C. de cad. tollen.

* Hæc vera est, approbatur quę p glo. in ca. cum P. tabellio. de fide instrumẽ.

** In hanc quæstionẽ vide Spe. in titul. de instr. edi. §. restat. vers. quid si tabellio cõfecit. & vers. quid si tabellio perdit. eo. ti. §. instrumentum. vers. item opponi.

*** Protocolũ, prima est cõcinnatio, raptimque confecta scriptura quę breuiter ac succincte cõficitur à tabellione, vt deinceps extẽdi absolui que possit. de qua re vide Bart. in l. Gallus §. idem credendum. ff. de libe. & post. Cæterum significabat olim certam in chartę capite notã signumque

Vide Gl. quo videlicet artificio quo tẽpore ea cõsecta fuerit, cũ comitis sacrarũ largitionum nomine: quod verò nũc tractũ est ad iudicẽ memoriatum lemque tabellionis scripturã, secundum Vigilum in titul. de testa. ord. institu. Atque ab de riuatione gl. quæ ridicula est, vt constat Græcè sci entibus.

† Hinc notat Bartol. omissionem solennitatis in confectione instrumenti falsi suspicionẽ inducere, & ad idẽ. C. de num. et ar. l. nulli. lib. xj. aduersusquã præsumptionem nõ videri posse probationem admitti, ait vt tantã sit iuris ac de iure pro ut habet glos. ad fi. in l. iubemus. C. de testi. & vide eũdem B. ad multas quoque alias quęstio. quas hic pertractat post Iac. Bel.

interfit: nisi tabellioni, qui authoritatem habet, aut[a] qui ab eo ad hoc statutus est. Si verò præter hoc fiat, & alter delegetur tunc subiacet pœnæ tabellio, qui authoritatẽ habet à nobis dudum[b] definitam: ipsis tamẽ documentis[c] propter vtilitatem cõtrahentium non infirmandis. Nouimus enim, quia legis metu de cæterò & ipsi custodient, quę à nobis decreta sunt, & documenta sub cautela facient.

Tabellio debet primò instrumentum in protocolo redigere, ponendo diem instrumenti celebrati, & omnia opportuna, & in ea charta contractum scribere per extensum, aliter non tenet instrumentum confectum, quod habet locum in ciuitate Constantinopolitana. Angelus.

Illud quoque præsenti adiicimus legi, vt tabelliones non in alia charta pura scribant documenta, nisi in illa, quę[d] in initio[e] (quod vocatur protocolum[f]) per tempora gloriosissimi comitis sacrarum nostrarum largitionum habeat appellationem[g] & tempus quo charta facta est, & quæcunque in talibus scribuntur[h], & vt[i] protocolum non incidant, sed insertũ relinquant. Nouimus enim multas falsitates ex talibus chartis ostẽsas et prius, & nunc. ideoque licet aliqua sit charta (nã & hoc sancimus[k]) habens protocolum nõ ita conscriptum, sed aliam quãdam scripturam gerens, neque illam suscipiant[l], tanquam † adulteram[m], & ad talia nõ opportunam: sed in sola tali charta qualẽ dudum diximus[n], documẽta scribant. Hæc itaque quæ de qualitate taliũ chartarũ à nobis decreta sunt[o], & de incisione eorum, quæ vocant protocola, valere[p] in hac felicissima solũ ciuitate volumus, vbi plurima quidẽ cõtrahentiũ multitudo, multa quoque chartarũ abundãtia est. & licet[q] legali modo interesse negotiis, & non dare[r] occasionẽ quibusdam falsitatem cõmittere: cui[s] se obnoxios existere demõstrabunt, qui præter hęc aliquid agere prę sumpserint. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sanctam declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Datum xix. Calendas Septembris.

TITVLVS I.

DE ECCLEsiasticarũ rerum[a] immobiliũ alienatione & solutione[b].

Rei immobilis alienatio, & in solutum pro debito fiscali concessio permittitur de rebus ecclesiæ, si ex mobilibus satisfieri non possit: si tamen episcopi & clerici consensus accedat, pro debito verò priuati solùm in solutum datio conceditur exceptis rebus immobilibus ecclesiæ Constantinopolitanæ, & aliarum sibi subditarum vel recommendatarum, quæ nullatenus alienãtur. Ange.

a De Ecclesiasticarum rerum &c.
Hic subiicit v. collatio. & quod dicit alienatione: scilicet facta pro fiscali tantum debito.
b Solutione. id est, dationem in solutum ipsi creditori etiam priuato, non solum fisco: vt infra, eodem. §. si verò priuatus.

 Et

Imper. Iustinianus A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfe. iterum ex consule & patricio.

COLLATIO QVINTA. †

ET circa leges studiū & alia oĩa à nobis ideo quotidie cū labore aguntur, vt vtilitatē nostris subiectis inueniamus: quod effusum quidem & immensum [a] † est, remouentes: quod autē & optimū & meritum [b], subrogātes. Sæpe quoque ex studio propter priorē immensitatem etiam vltra mēsuram [c], legē cōstruximus: vt quod primitus affluebat retinētes [d], ita æqualitatē de cæterò introduceremus. Nuper igitur scripsimus [e] legē de sanctissimis ecclesiis omnibus, & monasteriis, et reliquis venerabilibus domibus, nullā eis rerū immobilium alienatiõis licentiam premittentem. Videbamus [f] enim causam effusā, et paulatim [g] ad alias ecclesiasticas migrantes possessiões: neque [h] pretiis solutis dignis [i], neq; opere ineuitabili [k] imminēte alienatis [l] : sed etiā [m] cōtra positas † iā leges decies millies circumuentiones factas. Quocirca primam perimentes [n] viā, omnibus similiter inaccessibiles contra eas [o] facimus circūuentiões, sed hinc [p] plerique [q] quidē sanctissimarum ecclesiarū, aliarumq; venerabilium domuū vtilitatem habuerunt, possessiones nullo has minuere præsumente. occurrit tamē [r] etiam aliquid difficile. debita enim aut longo tempore constituta, aut etiam postea ex quadam necessitate, & maximè per fiscales occasiones eis accidentia ad alienationis necessitatem sacras perduxerunt domos. mobili enim nō extante [s] substantia sufficienti, periclitabantur in nouissimam venire necessitatem harum præsules, neque vendere potentes, neque vnde debita soluerent [t], habentes. Sed pro talibus quidem debitis posse pro solutiõe creditoribus dari possessiones ecclesiasticas, tamen cum competenti subtilitate & obseruatione facienda solutione, iam sæpe permisimus [v] : sicut neque [x] palā hoc nostra prius permisimus lege. Si verò non priuatus aliquis est creditor, sed præeminet fiscus, & exigit debita, est autem inopia pecuniarum, accipere verò immobilē possessionem impossibile est: fiscū hic relaxare aliquid, subtilitati legis competere iudicauimus. Et si qua necessitas huiusmodi fiat: etiam alienationē sinere perspeximus [y]. Sācimus igitur, si sanctarū aliqua ecclesiarum aut reliquarum colēdarū domuū fiscales debeat functiões, & vnde faciat harū redditionē, nō habeat: conuenire omnes in vnū & qui ex clero sunt, & Deo amabilē episcopū eius ciuitatis, insuper & metropoleos: & sacris propositis eloquiis [z] causam examinari: & si non apparuit vllus quæstus citra alienationem immobilis rei, valens soluere fiscale

† Inter hanc & superiorem apud Haloand. intercidit cōstitutio, ne Iudæi Samaritani, & hæretici per causam religiõis &c.

† Imperator tollit qđ est immēsum & effusum: sic papa tollit multitudinem litium. c. finem litibus. extra de dolo & contuma. cum similibus.

† Cōcor. in proœ. libro vj. post. prin.

[a] ET circa. Immensum. sic supra, vt dete. sit nu. cleri. in prin. sic s. de nu. §. deinceps. in fi. col. iiij. Acc.

[b] Meritum. s. est.

[c] Mensuram. q. d. non constrinximus, quantū necesse videbatur: sed diuisimus: etiā vltra mensuram, vt non nimiū recedere videamur ab eo qđ fuerat primo cōstitutum: vt patet in sti. qui ma. nō pos. §. cum ergo. Ac.

[d] Retinentes. i. refrenantes.

[e] Scripsimus legem. vt s. de non alie. col. ij.

[f] Videbamus. ratio quare fecimus legem illam.

[g] Paulatim. repete videbamus.

[h] Neq;. migrantes dico, neq; &c.

[i] Dignis. scilicet ecclesiis.

[k] Ineuitabili. imo bene poterat euitare illam alienationem.

[l] Alienatis. s. possessionibus suis.

[m] Sed etiam. s. videbamus: vt not. s. de non alien. §. lex itaque. & §. seq.

[n] Perimentes. q. d. generaliter etiā prohibēdo fieri alienationem ecclesiasticæ rei, nequaquam plus timere oportet huiusmodi fraudes, cū omne genus alienationis sit prohibitū: vt s. de non alie. §. finimus. in fi.

[o] Cōtra eas. s. venerabiles domos: vel dic melius contra eas. s. leges. Ac.

[p] Sed hinc. i. ex prædicta lege.

[q] Plerique. s. clerici: alias plerūq;, id est, frequenter.

[r] Occurrit tamē. s. de nouo post prędictā legē: & ideo cōsilio nouo indigebat: vt ff. de ven. tre inspic. l. j. §. j. in prin. §. quod consiliū hic subiicitur. ibi, sancimus igitur &c. Acc.

[s] Non extante. alias nō existente. alias nō extante. illa enim possunt alienari, cū non inueniatur prohibita alienatio in talibus: vt diximus. s. de non alie. §. nos igitur. Acc.

[t] Soluerent. volentes, scilicet vendere, repete.

[v] Permisimus. s. in rescriptis, quæ nō habemus in corpore iuris: & ideo ignorauimus, quæ fuit illa subtilitas: hodie scimus post hanc legem: vt j. de alien. & emphy. §. hinc super. collat. ix. Accur.

[x] Sicut neq;. s. tali modo quo palā. i. specialiter priore non permittebatur lege: sed generalis permittebatur hypotheca: vt supra, de non alie. §. si autem creditor. Azo. Vel dic permisimus in scriptis fieri donationem in solutū, sed nō permisimus palam, id est, indistincte, sed quibusdam tantum per illa nostra rescripta, quæ legē appellāt. s. specialem: vt instit. de iure natu. §. sed q; princ. & nota quia dicit se permisisse donationem in solutum propter debitum priuatum: sed propter fiscale & donationem in solutū & etiā alienationem, vt subiicit, & etiam statuendo dixit postea proxime.

[y] Perspeximus. scilicet in illis nostris concessionibus. & idē etiā statim dicam generaliter statuendo.

[z] Eloquiis. sic infra, constit. quæ ex adscrip. §. fi. sic infra, de alie. & emphyt. §. sed etiam. colla. ix.

Senten.

tunc † licentiam eis esse, sententia [a] tali procedente, & decreto celebrato apud prouinciæ iudicē [b], etiam possessiones immobiles cōtingere, & eas alienare ad solutionem debiti. ementibus quidē in fiscum [c] soluentibus, & desuscepta inde percipiētibus, & subeuntibus [d] fiscale debitum, & cautelam inde habentibus, & nihil metuentibus primitus positam legem [e], constitutis etiam fiscalibus desusceptis insinuatis inter monumēta gestorum deponentibus [f] iis, qui fecerunt ea, vt & apud sanctissimas ecclesias saluentur † data desuscepta [g], eò q fiscalia soluta sint tributa, & omnia secundū nostrā legē gesta sint non potentibus [h] aliquibus [i] fingere fiscale debitū, & ita ad alienationes immobilium rerum accedere. Ideo enim & decreti factionē pmisimus: vt & fiscale debitum testimonio pandatur, & ex quantis descendit temporibus. & quoniā nō pecuniis solutum est, sed in necessitatem alienationis venit, vt veritas vndique protestata sit: omnibus coram sacris euangeliis agendis, scientibus & episcopis & clericis & aliis omnibus, quia Deus respiciet, quæ geruntur ab eis: & si quid egerint per dolum, aut lucrū, aut machinationem: hoc in suis recipient animabus viuentes ac morientes. Si verò priuatus aliquis creditor fuerit, possit secundum pro soluto schema [k] accipere immobiles possessiōes: hic quoque decreto faciendo: pro mensura verò eorum debitorum assignandis eis possessionibus. Si verò fiscale debitum fuerit, potentibus eis ad alienationem [l] immobiliū accedere secundum priorē obseruationem: vt nihil desit neque subtilitatis, neque communis vtilitatis. His autem [m] vniuersis sanctissimā maiorem ecclesiam felicissimæ huius vrbis, & eius confinia, & orationum domos, quarū ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis: quæ iam de hoc [n] sancita sunt à nobis, in sua virtute durantibus. Si aūt & aliqua monasteria sub eadē sanctissima maiore ecclesia sint: nec ea sub presentem facimus legem, forēsecis prouinciis eam [o] constituentes solùm, in quibus multa quidem est inopia pecuniarū, per quam sanctissimę ecclesię soluere per pecunias debita non valuerunt. Tua igitur celsitudo quæ placuerunt nobis cognoscens, secundū hæc procedere super sacris rebus alienationes custodiat. Datum xiiij. Calen. Septem. Constantinop. post consulatum Belisarij V.C. anno secundo.

TITVLVS II.

DE † IVREIVRANDO A moriente præstito propter mensuram suæ substantiæ.

Iusiurandum à moriente præstitum, in quo substantiæ suæ mensuram facit manifestam, inter suos hæredes diuidendo ab hærede seruandum est, creditoribus tamen nullum præiudicium generatur. Bar.

Imper. Iust. A. Ioanni præfec. præto. iterum excōsuli & patricio.

SEmper hāc vnam habemus intētionē, dispositiōes moriētiū esse firmas [p], nisi resultēt legi, & apertè cōtrariæ sint iis, quę illi [q] placēt. Scimus igiē notū & annūtiatū nobis: qa cū testaretur qdā, cū iureiurādo [r] suā substātiā omnē dixit [s], quia hanc solā reliquit suis hęredibus: aliq verò eorū hæredū ad hoc resultant, non iustè facientes [t] quia substātiæ quidē illius hæredes fiunt, & in hoc acquiescūt [v] iis, quæ ab eo disposita sunt:

† Hinc notat Barto. alienationem rei ecclesiasticæ requiri de ea re inter personas ecclesiasticas per tractationem atque deliberationē de qua re vide quod no. per gl. in c. j. extra de reb. eccle. non alie. li. vj. & per Inno. ibidē. & xij. qō. ij. cap. fine exceptione. & extra, de his quæ fiunt à præla. c. j. & quod habeē x. q. ij. c. hoc ius. & eadem causa & q. § si œconomus. secūdum eundem Bar.

† Apud Haloand. quàm hic alia est lectio. Sic enim legitur, vt & apud sanctissimas ecclesias soluerentur clara desuscepta, eo qđ fiscalia soluta sint tributa, &c.

a Sententia. interlocutoria.
b Apud prouinciæ iudicē. hoc dicit propter impensam scripturæ, quæ ibi remittitur: vt j. de ali. & emphy. § hoc etiam. Accur.
c In fiscum. i. fisco. Accur.
d Subeuntibus. i. soluentibus.
e Legē. s. de non alie. § nos igitur.
f Deponentibus. sic ff. de in rem verso. l. iij. § in rem. sic ff. de re. cor. l. magis. § ne tamen.
g Desuscepta. desusceptum dicitur professio cēsualis qua pfitebaē possessor ipsi fisco se tale prædiū à fisco suscipere, & tantū census eo nomine se debere: vt C. sine censu vel re. l. si. & ff. de censi. l. formam. & plene dixi s. de mā. prin. § cōges autem, &c. col. iij. fa. j. vt ij, q ob. § j. coll. vj. & C. de col fū. pa. l. placuit. & j. de iis, q ingre. ad ap. § illud. in fi.
h Potentibus. i. non valentibus.
i Aliquibus. s. clericis.
k Schema. i. titulo pro soluto. Al.
l Ad alienationē. Et ita no. quod pro debito fiscali permittitur alienatio, & in solutū datio: sed pro priuato sola datio in solutū per hāc cōstitutionem: sed hodie generaliter permittiē alienatio propter debitum vel fiscale vel priuatum, cum solennitate tamen: vt j. de alie. & emphy. § hoc etiam.
m His autem. ablatiui casus & subaudi ab.
n De hoc. i. de rebus ecclesiarū Cōstantinopo. ciuitatis: statuimus enim recitādo legē Leonis, & cōfirmando eam: vt s. de nō ali. § vult enim illa. nā d. l. Leonis tantum in rebus ecclesiarum Cōstantin. ciuitatis loquitur: vt C. de sacr. sanct. eccle. l. iubemus.
o Eam. i. hāc cōstitutionem.

DE IVREIVrādo à morientis præstito.

p SEmp. Esse firmas vt supra, de hær. & Fal. § j. & § exhæredatus. Accursius.
q Illi. s. legi & facit ff. de lega. j. l. nemo potest.
r Cum iureiurādo. i. verbo tenus: vt j. in nouellis. eo. tit.
s Omnem dixit. puta sciatis quia centum habeo in bonis.
t Facientes non iuste dico, qa substantiæ, &c.
v Acquiescant. scilicet

† Hæc cōstitutio præposte re apud Haloan. legitur: siquidem hāc præcedit.

scilicet, vt sint hęredes sicut testator disposuit, nō autē stēt diuisioni vel assignationi ipsius: quod facere nō debent: vt j. e. §. sed hæc quidā. in fin. §.

h Suos cohæredes. quid in extraneis aliquid de bonis defuncti habentibus? Rñ. contra videtur per literam istam. & hoc dicunt quidā. sed dicas idem vt hæredes ab illis extraneis nō possint repetere: qđ hic in cohæredibus dicitur, gratia exēpli dictum intellige.

quæ verò dixit cū iureiurādo nequaquam hæc rata manere, neque custodire ea secūdum competentem modum volunt: cùm vtique nostris videtur legibus vnā quodam modo [a] esse personā hæredis, & eius, qui in eum trāsmittit hæreditatē: † ideoq; nullus [b] eidem sibimet [c] edicit reluctari, & quod dixit [d] atque iurauit ratū esse, hoc nolle valere, sed contra ꝓprios reluctari sermones [e]. Sācimus igitur, si quis descriptionem faciens, siue propria manu, siue per alterius quidē scripturam, à se autem subscriptam: aut in suis testamentis [f] substantiæ suæ mensurā faciat manifestam, hæredibus fortè aliis quidem præsentibus, aliis verò absentibus, aut etiam omnibus præsentibus: non licere hæredibus contra hoc resultare, neque dicere, quia aliquis hæredum celauerit res extra ea, quę dicta sunt à defuncto. Sed si quidē † iusiurandum moriens præbuerit, & iurauerit [g] secundum sua testamēta, quia nihil est aliud ei præter hæc: hoc amplecti hæredes, siue filij, siue etiā extranei sint, & neq; tergiuersari, neque calumniari suos cohæredes [h]: neque ob hoc seruos quærere ad tormēta deducere, & alia similia discutere & perscrutari, quę solius sunt [i] contētionis, alterius autē penitus nullius [k]: vtpote dum substātia videat esse tanta, quātam testator iurās, hāc solā apud hęredes [l] inueniri voluit. Sed hæc [m] quidē inter hæredes, qui curiosi [n] videntur in defuncti esse substantia, valere volumus: nō tamen hoc ratum esse & inter creditores [o]: eò, quòd nostris declaratum est legibus [p], quæcūq; qlibet ꝓ se dixerit: aut scripserit, hęc nihil ei prodesse, neq; creditoribus præiudicare, sed illis [q] licētia sit omnia [r] perscrutari, quo volunt modo: hæredes autē contentos [s] esse iis, quæ à testatore dicta sunt. Sitque pœna negotij [t] inter hæredes, vt qui aduersatur iis, quę relicta sunt eis non possit omnino frui [v]: necessitate imminēte aut obedire omnibus [x], aut vniuersa contēnere, & nō hæc quidem eligere, his verò resultare: sed defuncti voluntatem ab eius successoribus ita ser

a Vnā quodāmodo. Not. vnā fingi personā testatoris & hæredis: vt hic: & C. de vsu. & hab. l. antiquitas. & l. fi. de hær. instit. & l. hæres. ff. de v. suc. Et no. modū ꝑ quē probat supradicta nō debere fieri ab hærede. nam probādo quod sit vna persona hæredis & test. ergo hæres hoc dixisse, & iurasse videtur. iā ergo nō contra alterius dictū venit, sed cōtra suum, & ita est sibi contrarius: ergo repellendus: vt ff. quando app. sit. l. pe. §. sed si alius. Item facit. C. de non nu. pe. l. generaliter. & C. de fur. l. j. & j. de iis, q ingre. ad ap. §. illud quoque. col. v. Ac.

b Nullus. s. hæres.

c Sibimet. nam si dicam reluctari testatori, per consequens dicerē reluctari sibi: quia per verba, quę dixit testator, ipse videtur dixisse, cum sit cū eo eadem persona.

d Dixit. s. testator.

e Sermones. nullus hæres edicit cōtra sermones suos reluctari: & nullus hæres dicit nolle valere quod dixit atq; iurauit ratum esse. Accur.

f Aut in suis testamētis i. scriptis vel non scriptis, vel etiā in nō testamēto vt in nouel. eo. tit.

g Et iurauerit. s. corporaliter, planum est. si vero verbotenus, & tūc idē dico vt nouel. e. ti. & hoc probatur in eo quod dicit per sua testamenta. nam adiuratio quædam est, sed non tectum iuramentum: quia illud est enim per Deum, secundū Io. & facit ad hoc. C. si mi. se ma. dix. l. pe. Si autem nullo modo iurauit, & tunc aut dicit præcipiendo eos esse contentos partibus designatis: & tunc standum est: vt ff. de leg. ij. l. peto in prin. aut affirmando: & tunc non fecit inter eos præiudicium: quia magis errādo, quàm volendo dixisse videtur: vt ff. de leg. ij. l. Titia. §. Caius. in fi. & l. cum pater. § pater qui filio & l. fi. § j. & ff de le. iij. l. cū quis decedens. §. nuptura. & §. codicillis. & communia vtriusq; iudic. l. scriptura. quæ omnes. li. huic possunt signari contra. Sed sic solue: quia ibi non iurauit: vt dictum est.

i Solius sunt. i. q solā contentionem continent, non autem quæstionē seruorum.

k Nullius. s. contentionis.

l Apud hæredes. s. iuramento.

m Sed hęc. s. vt fiat præiudiciū ex verbis defuncti.

n Curiosi. i. studiosi in adipiscendis omnibus bonis testatoris, non curātes de iuramēto eiusdem.

o Inter creditores. i. in præiudiciū creditorum. Acc.

p Declaratū est legibus. vt ff. de lega. j. l. filiusfa. §. diui. & ff. de lib. le. l. Aurelius. §. cum q. & C. de probatio. l. rationes. & l. exēplo. & C. de testi. l. omnibus. & ff de interrogatoria actio. l. de ętate. licet aūt pręiudicare nō posset creditoribus pōt tamē prodesse si iuraret tantū se debere: quia licet non habeat creditor aliam probationē, hoc tamē sufficit: vt ff. de leg. iij. l. cū qs. §. antep. & ecōtra si est creditor, & iuret sibi deberi tantū x. cū xx debeātur: quare non prodest extraneo debitori? Certe prodest: imo & sine iuramento simpliciter dicēdo videt velle remittere per pactū: vt ff. de pac. l. tale pactū. licet quidam dixerint hanc constitutionē habere locum inter cohæredes tantum.

q Illis. scilicet creditoribus.

r Omnia. scilicet bona defuncti, ei quæ dixit se habere.

s Contentos. s. volumus.

t Negotij. vt cadat à causa. Accur.

v Non possit frui. sic C. de fideicomm. lege fina. in fine. supra, de hæredibus & falcidia. §. si quis autem.

x Aut obedire omnibus. hic reprobatus particularis approbatio, sic ff. de admi. tuto. l. cùm quæritur. & C. de omni. agr. deser. l. qui vtilia. lib. xj. & ff. de acquir. hære. l. j. & ij.

Hæres & testator finguntur eadē persona.

Adde tu huic glos. egregias quæstiones duas quas hic pertractat Iaco. Beluisi, quasque rursus facile prosequit Bartol. Prior est de hęrede defuncti iusiurandum non seruante, nū hæreditate vel ipsa priuetur? Posterior autē est, Quid si testator confessus sit se cuipiam debere, ac deīde moriturus ꝓximè velit confessionem reuocare an possit? de quibus vide eosdē. † Haloā. atqui nemo facile dixerit ipsum cum seipso pugnare. Istæ. §. si si tuatus est C. in titu. de proba. super l. ratione. & incipit, Quod obtinet. & cōcor. cū hoc tex. c. cum dilectus. iūcta glo super ver. consētem, extra, de succes. ab intesta.

uari [a],vt in nullo ei contradici præsumatur. His valẽtibus in reliquo tempore vniuerso,& in omni negotio nondum moto in iudicio, neque iudiciali sententia aut interuẽtione amicabili trãsacto [b]. Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis,& per hanc sacrã declarata sunt legem,cognoscẽs,solenniter per programmata propria manifesta faciat vniuersis. Datum x. Calen.Septemb.Cõstantinop. post consulatum Belisarij V.C. anno secundo.

TITVLVS III.

VT PRAEPONATVR [c] nomen imperatoris documentis, & vt latinis [d] literis apertius tempora inscribantur.

In omnibus instrumentis iudicialibus,quæ ad temporis memoriam conseruandam aguntur, vel etiam in extraiudicialibus nomen principis & consulis, indictio,mensis & dies sunt apponenda:& etiam apponi debet aliud, si est de consuetudine. Ang.

Imper.Iust.in.A.Ioanni præfect.præto.iterum exconsule & patricio.

Illud [†] omnium honestius esse putandũ documentũ [e],& gesta [f]:& quidẽ omnino pro tẽporis memoria hominibus adinuẽtum est, qđ ipsa quoq; cõmemoratiõe ornatur imperij [g], consulis [h] etenim, & indictionis [i] & quod indicium [l] temporũ omnino est. & apud nos sunt quidẽ forsan & hæc significatiua horũ, quæ [†] volunt:nõ tamẽ nos aliquod [k] horũ perimimus,sed maiorem adiectionẽ eis imponimus: vt ex maioribus & perfectioribus eis temporũ designetur cursus.Si quis enim respexerit ad vetustissima [m] hominũ & antiqua reipublicę:Aeneas nobis Troianus rex reipublicę princeps [n]:& nos quidẽ Aeneadæ ab illo vocamur. siue quis etiam ad secunda principia respexerit, ex quo [o] purè Romanorum nomẽ apud homines coruscauit, reges eam [p] cõstituerunt Romulus [q] & Numa: ille [r] quidem ciuitatem ædificans, hic autem eam legibus ordinãs & exornãs.siue etiam tertia principia sumat [s] quilibet [t] imperij: Cæsarem maximum,& Augustum pium [v],& ita rẽpublicã nobis inueniet hãc, quæ nunc est valentẽ [x]: sitq; [y] immortalis [z] ab illis [a] procedens. erit [b] ergo absurdum in documẽtis & iis, quæ in iudiciis agũtur,& absolutè [c] omnibus, in quibus memoria quædã fit temporum,nõ imperiũ his præponi. Vnde [†] sancimus eos,quicunq; gestis ministrãt, siue in iudiciis, siue vbicunque conficiuntur acta: & tabelliones,qui omnino qualibet forma documenta conscribunt in hac magna ciuitate,siue in aliis gentibus omnibus,quibus nos præsidere dedit Deus, hoc modo incipere in documentis:Imperij [d] illius sacratissimi Augusti imperatoris anno tertio. & post illa inferre consulis ap-

a Seruari.s.volumus.

b Transacto. & ista locum habet etiam in præteritis factis: vt hic dr & in no.e.tit.nec mirum:quia hoc expresse hic dicitur. alias ad futura tantum trahitur:vt C. de legib. & con. l. leg.& consti.

c VT PRAEponatur 1 &c. *Hoc expeditur infra,eo. vsque ad §. illud.*

d Et vt latinis hæc dicunt j.e.§.si.

e Illud. Putãdũ documẽtum. alias deest documẽtũ:& tñ subaudit.

f Et gesta.s. sunt honesta putanda. alias autẽ sunt gesta, q̃ in iudiciis gerũtur,& in scriptis rediguntur & eadẽ dicuntur acta.

g Imperij. No. dari plurimã authoritatẽ instrumẽto ex memoria principis & facit. C.de test.l.omnium.

h Consulis.cõmemoratione.

i Indictionis. Est autẽ indictio cursus xv.ann. vt dicitur indictiõe prima & secunda prout est in hoc cursu xv.annorũ. vltra aũt nõ extẽditur,sed à prima incipit. Et inde habetur, quod antiquitas Romani singulis xv. an. recipiebãt tributũ de toto mundo.& in primo quinquẽnio ferrũ vt inde fierẽt arma militibus Romanis.secũdo quinquẽnio argẽtũ,vt inde haberẽt stipẽdia milites.tertio quinquẽnio aurũ: quod in ęrario ponebatur: vt tempore necessario pro republica Romanorũ expenderetur. vñ adhuc hodie seruamus cursum illorum triũ lustrorũ.s.horũ xv.an.& indictionem appellamus:qa sic tributa indicebãtur antiqtus. Si autẽ velis eã indictionẽ colligere accipe annos domini qui sunt M.ccxx. & eis addas iij.ann qa tãtus annus erat tẽpore natiuitatis Christi.s. tertius indictiõis. & diuide per xxv. & semper adiicias illa xv.& cum habeas numerũ completũ.s.xv. iuenies te habere indictionem.viij.& de hoc not.C.de Iust.cod.confir.in fi.

k Et quotquot. hic incipit oratio ista. & tãtum dicit quod si qua alia indicia sunt ratione memoriæ tẽporũ vel apud nos, vel apud alios,vt si forte fiat mentio ciuitatis:vt j.e.§.si qua vero. vel quæstoris:vt s.de ta.§.fin. hoc non tollamus. sed eis ista adiicimus:vt j.e.§. si qua vero. ibi, nos enim,&c.

l Indiciũ.alias iudiciũ,& hæc est mala litera. alias ĩdicia: & hæc est bona.

m Ad vetustissima principia.

n Princeps.subaudi iussit nomẽ apponi in documentis & gestis.

o Ex quo.s.tpe.

p Eam. Romam.

q Romulus sub.s.

r Ille.s.Romulus.

s Sumat.respuẽda.

t Quilibet.s.aliqs.

v Augustũ pium. s.inuenies vt subiicit.Acc.

x Valentem.q.d. eadẽ quæ tũc erat. sic.ff.de iudi.l.proponebatur.

y Sit in futuro.

z Immortalis.respublica.Acc.

a Ab illis.imperatoribus.

b Erit. cum sic post imperatorum nomina talia facta antiqua inueniebãtus:vt dr ab illo.§. si qs eñ vsq; huc: ergo erit absurdũ.

c Absolute.id est,indistincte.Accursius.

d Imperij.sub.tempore.

Concor. cum auth. inter dilectos. cum glo. super ver. indictionis. extra de fide instru. vbi recitatur tenor istius constitutionis.

† Haloã. Illud merito omniũ locupletissimi testimonij esse existimandum est,siue instrumentum, siue publicorũ actorum monumentũ, siue aliud denique ad propagandam tẽporũ memoriã ab hominibus inuentum quod ipsa &c.

ᶻ De indictione vide bonam glo. in ca inter dilectus.super ver. indictionis.extra, de fide instru. vbi late de indictione tractatur.

† Quid autem de loco ¶ta tuendum sit, hic nil definit:p inde tu vide hic Ia. Bel.& fusius p Bartol. apud quem habes optimam additionem quẽ tu ibidem vide.

† Haloã. quæ quis vult.

† Ex hoc not. Bart. notarium actuariũ debere solennitates obseruare in actorum libris quas & in ĩstrumẽtis obseruare debet. ex quo videntur requiri in actis testes siue testiũ subscriptiones vt in aliis instrumentis. At de his dic vt in ca. post cessionẽ. extra, de probatio. per glo.& Innocẽ.& vide quod not. in gl. c. qm̃ contra fal. extra, de pbatio. & per eundẽ Inn. in ca. ad audientiam. extra de præscript. & in c.fi. extra, de fide instru.

Hæc

pellationẽ, qui in illo anno est: & tertio loco indictionẽ, mensem, & diem. sic enim per omnia tempus seruabitur, & pro imperij memoria atque consulatus ordine & reliqua obseruatione interposita documentis inadulterata hæc [a] valde cõstituuntur. Si qua verò apud Orietis habitatores aut alios homines obseruatio custodiatur in ciuitatum temporibus [b]: neque huic inuidemus, sed præscribatur quidem imperiũ, sequatur verò (sicut dictum est) consul & indictio atque mensis & dies secũdum quam [c] geruntur & conscribuntur, quæ aguntur: & tũc inferatur etiã ciuitatis omnibus modis annus [d]. Nos enim auferimus quidem priorum nihil [e], imperiali [f] verò adimento causam augemus. Et inchoetur [g] mox [h] authore [i] Deo à præcedente prima indictiõe [k]; ita quodammodo eis scribẽtibus: Imperij Iustiniani sacratissimi Augusti imperatoris anno xj. & post cõsulatũ Flauij Belisarij clarissimi viri an. ij. ix. cal. Iunij. sicque in omnibus nominetur imperij anni, & nostri [l], inquantum eos Deus elongauerit, & decæterò imperatorũ. palãnamque est, quia nunc [m] quidẽ ann. xj. [n] nostri scribũt imperij: inchoante verò Aprili mẽse. & prima die in qua nos Deus Romanorũ superposuit rebus, xij. annum scribent: & ita de cæterò [o] donec nostrum Deus imperium extẽderit: vt nobis etiam hæc causa super leges & harum [p] celebrationem continuè maneat immortalis, dum memoria imperij omnibus simul interfuerit causis atque temporibus. Illud quoque adiicimus, quoniam ij, qui tẽpus in iudiciis [q] designãt, cum incertis illis [r] & antiquis literis hæc declarãt, obseruet in omni iudicio, vt post illas literas antiquitatis alias subdant: id est, has communes & omnibus notas, & quæ legi ab omnibus [s] facilè possint, & significare gestorum tempus, vt non fatigentur requirẽtes id tempus: deinde [t] errantes expectent, donec hominem quemcũque comperiãt literas [v] illas pro veritate lecturum. sed si quidem [x] reliqua [y] etiã post præscriptionẽ incertarũ literarũ, si Grǽcæ sint vocis, Græcis literis subdi tẽpus. Si verò Latinus quidem totius chartæ constat ordo, Latinis quidem præscribatur tẽpus, interpositis illis certis elementis, clariorẽ tamẽ ordinẽ habentibus literis, quas liceat omnibus legere omnino syllabarũ Latinarũ ignaris. Tua igitur eminẽtia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacrã declarata sunt legẽ, & in hac maxima ciuitate, & in prouinciis vniuersis, qbus præes, manifesta constituat: vt nullus præsumat aliter numerare tẽpus aut aliud agere sed ita sicut dudũ [z] decreuimus. Datũ calẽd. Septemb. Iu. A. C. Belisario viro cla. anno xj.

TITVLVS IIII.

† SCENICAS NON SOLVM si fideiussores præstent [a], sed etiam si iusiurandum dent, sine periculo discedere.

a Hęc. s. documẽta. b Ciuitatum temporibus. puta in x. anno à cõpositione ciuitatis: vt de imperio modo dixit. & facit C. de seri. l. omnes. ibi, his adiicimus, &c. c Quam. s. diem. in qua die gerũtur. d Annus. s. quot anni sunt, quod illa ciuitas facta fuit. e Nihil. s. eod. in princ. ibi, & quotquot iudicia, &c. f Imperiali. s. noĩe. g Inchoetur. s. documentum. h Mox. priusquã alia ponatur. Acc. i Authore. puta in nomine domini & facit j. de q̃store. in prin. & de armis. in prin. col. vj. Sed nũquid anni dominicę incarnationis apponendi sunt? Rñ. hac l. vel alia nõ cauet: sed tñ dico, q̃ apponendi sunt [*], & alios non valet instrumentũ: quia est extra, de cõsuetudine q̃ apponantur: ergo apponendi sunt. & alias non valet qđ agitur: vt s. proxi. §. si qua vero. & s. eo. in princi. ibi, & quotquot, &c. & est etiã cõsuetudo generalis vñ etiã si lex diceret contra. tamẽ deuinceret cã consuetudo: vt ff. de le. & senatu. l. de quibus. in fi. lex autẽ nõ ĩprobat imo probat. l. ista quicquid de talibus fuerit, vt dictum est. k Prima indictione. forte currebat initia, in prima indictio tẽpore quo fuit facta lex: & ita Iustiniania regnabat tempore [x] natiuitatis Christi cũ illo tempore fuit indictio inuẽta: vt s. in prin ci. huius tit. not. & ideo non dicit vt te de annis dñi ponẽdis, cum pauci erãt eo tẽpore. Ac. l Nostri. s. ĩperij. m Nunc. s. quãdo hæc constitutio facta fuit. Accur. n Annum xj. No. quod tpe huius cõstitutionis Iustinianus regnauerat xj. an. Itẽ quia in cal. April. pximis fuerunt xij. vnde in cal. April. sortitus fuit imperium. o Decæterò. scilicet scribant. p Harum. s. legũ. q In iudiciis. i. in sentẽtiis, vt dicunt. Vel dic. i. I scriptis quæ fiunt in iudicio, siue sententiæ, siue acta vel gesta sunt, vt hic subiicit nã & his talia sunt apponenda: vt s. e. §. vnde sancimus. r Incertis illis. q̃dã literæ erãt quæ nõ poterãt ab omnib[us] intelligi, quæ apponebantur in qualibet sententia. vnde hic eas nõ remouet: sed pręcipit vt iuxta eas interpretatio apponatur, vt subiicit. s Ab omnibus. sic. ff. de inst. l. sed si pupillus. §. proscribere. sic s. de nõ alie. §. alienatibis. sic j. in med. li. §. vt autem. co. viij. t Deinde. in hac constitutione. Ac. v Literas. scilicet Latinas. x Si quidem. pro certe. & ita constr. sed certe si reliqua Græcæ vocis sunt. Græcis literis subdi tempus: & post præscriptionẽ incertarum literarũ, puta Latinarum. i. iuxta Latinas, quę sun incertæ Græcis, apud quos fuit factum instrumentum, ponatur interpretatio I Græco. y Reliqua. vt tenor instrumenti. z Dudum. in hac constitutione. SCENICAS a Præstẽt. subaudi non

[*] Cõcor. glos. inter dilectos. extra, de fide instr.

[x] Hinc constat, quam historiæ sit ignarus Accursi. Principatus enim Iustiniani initia, in eum annũ inciderũt qui quintus & vicesimus fuit à prima salutis instauratę annũ quingentesimũ facile apparet ex historiarum scriptoribus.

† Hodie ne à meretricibus quæ se prostituisse deinde non exigentur rus quod hoc genus tere deteriturae non fint.

di non. nec enim hanc vel aliam securitatem præstare habent: vt in principio huius constitutionis. vel legas sic. Fideiussores etiam subaudi solum non præstent: vt ita hæc dictio, non, ponatur iuxta verbum, præstent.

col. x. Item & alias. s. vt libertus post manumissionẽ iurat se operas præstare: vt ff. de li. cau. l. fi. & de op. li. l. vt iurisiu. vbicunq; tamẽ dico nõ teneri quem de sacramẽto licito solo, põt dici esse verũ iure ordinario & ciuiliter: sed extra ordinẽ potest accusari in crimine stellionatus, vt extraordinẽ puniatur: vt ff. de cri. stel. §. fi. licet nõ posset dici, q dicta lex loquat qñ iurauit in talẽ causam, vbi & alias sine iuramẽto eodẽ crimine põt plecti: vt ff. de pig. ac. l. j. Primũ puto verius: qa vbicũq; titulus criminis deficit, locum habet hęc accusatio: vt ff. de crimi. stel. l. iij.

Iusiurandum à scenica præstitum non tenet, nec fideiussoris datio, quæ expetens, pœnis multatur, & iudex in illarum extersione negligens punitur.

Imperator Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio iterum exconsule & patricio.

NOuimus pridem facientes legem [a] interdicẽtem [b] † nulli licentiam esse in scena [c] detentas mulieres fideiussores exigere [d], quia obseruabunt [e] & impiam complebunt operationẽ, pœnitentiæ tempus non habentes: & pœnas interminãtem [f] nouissimas [g] his, qui tales fideiussores exigunt: insuper & ipsos fideiussores sine obligatione recedere, & nullam inferre necessitatẽ personarũ harum [h] præsentationis. Sed in præsenti comperimus [i] crudelem quandã & importabilẽ calũniã † cõtra studendũ à nobis fieri castitatem. Quia enim eos [k] fideiussores accipere prohibuimus [l], inuenisse [m] illos aliam viã ad ĩpietatẽ deducẽtẽ maiorẽ: iusiurãdũ enim eas exigere [n], quia numquã ab impia illa & turpi opatione cessabũt. mulieres [o] autẽ existentes miseras, & sic malè se ductas, piè agere se putare, si impiè egerint: & vt custodiãt iusiurãdũ, propterea suam prostituere castitatem: cũ oporteret agnoscere [p], qa huiusmodi transgressiones magis placent Deo [q], q̃ iurisiurãdi obseruationes. Non enim si qs ab aliquo iusiurandũ acceperit, qa occidet forsitã, aut adulterabitur, aut aliqd agetta le illicitũ: oportet seruari iusiurãdum: vtpote cũ sit ita turpe & illicitũ, & ad perditionẽ ducẽs. Ideoq; liceat mulieri, licet huiusmodi iusiurandum iurauerit, recedere à iusiurãdi huius amaritudine, & castè viuere sine periculo periurij [r]: magis autem Deo amabiliter pœna periurij (si qua omnino est [s] pœna) contra eũ, qui iusiurãdũ exigit conuertẽda. Vñ etiã nos repẽte inferimus decẽ librarũ auri pœnam, exigẽtes eũ, qui præsumpserit oĩno tale iusiurãdũ accipere: & hãc scilicet quãtitatem ipsi infelici dari mulieri sancimus ad reliquã bonæ figuræ vitã [t], exigendã [v] per administrationẽ prouincialẽ, & dãdã ei. sciente iudice, quia si neglexerit, † tenebit [x] ab ea deponens admini-

[a] NOuimus. Legem. vt s. de lenonibus. Ac.

[b] Interdicẽtem. subaudi legem.

Scena quid sit. [c] Scena id est, loco turpi, vt prostibulo. Alias dicitur scena, locus, vbi cõsueuerunt homines conuenire: & erat locus inumbratus cortinis: vt ff. de inf. l. ij. & inde scenæ dicuntur, vel scenicæ mulieres.

† Haloã. der ne cui à mulieribus, quæ in tabernis se prostituunt, fideiussores exigẽdi facultas sit &c.

[d] Exigere. Nota verbum quod regit duos diuersos accusatiuos: vt s. de leno. §. quasdã verò earum. exigere dico: quia obseruabunt &c.

[e] Obseruabunt. prędictę mulieres.

[f] Interminãtem. s. dictam legem.

Nouissima pœna est vltimũ suppliciũ. [g] Nouissimas. nouissimæ pœnæ dicũtur vltra quas nulla est ita magna. nã debet occidi talis leno: vt ff. pœn. l. vltimum. & s. de leno. §. præconizamus. similis expositio. s. de ec. rerum immo. ali. §. occurrit.

† Haloã. Contra castitatem, cui tantopere studemus.

[h] Personarũ harum. s. mulierum.

[i] Comperimus. vnde & præsenti cõsilio indigemus: vt ff. de vent. inspi. l. j. §. j. in prin.

[k] Eos. s. lenones.

[l] Prohibuimus. vt s. px. diximus.

[m] Inuenisse. scilicet comperimus.

[n] Exigere. s. inuenimus. & statim subiicit formã sacramenti.

[o] Mulieres. subaudi comperimus.

[p] Agnoscere. mulieres istas.

Iusiurandum an et quãdo seruandũ sit. [q] Deo. certe & legi humanæ: vt subiicit. & facit ff. de le. j. l. si quis inquilinos. §. fin. & C. de le. & cõ. l. non dubium. in fi. & ff. de pa. l. iurisgẽriũ. §. si paciscar. & ff. ad muni. l. fi. j. rñ. & j. de iu. §. quia verò. vbi verò est licitũ sacramentum, est seruandũ: nõ tamẽ punitur non seruans, nisi quantũ ad Deũ: vt ff. de do. l. nã sufficit. et superiori l. et C. de re. cre. l. ij. in casu tamẽ etiã quoad mundum valet, & firmat qd' agitur: vt si fiat à minore xxv. ann. super aliquo contractu: vt j. de pa. ten. §. fin.

[r] Periurij subaudi est.

[s] Si qua omnino est. Sed quare dicit si qua omnino est: cũ nulla sit. vt modo diximus per l. ff. de dolo. l. nã sufficit? Rñ. interdum est non per se so ũ, vt dictũ est, sed ex adiũcto: vt qa est ĩfamis, si veniat cõtra sacrm̃ & cõtra pactũ, q cõfirmauerat sacro: vt C. de trãsa. l. si ex falsis. aľs nõ est infamis: vt ff de infa. l. Lucius. iñ repellit à testimonio: quia præsumit male dicere, qui aliquãdo male dixit. ff. de accus. l. si cui. §. iisdẽ.

Periurus à testimonio repellitur.

[t] Vitã quam vitã pinde habebit et quo ad mr̃imonia, & quo ad alia, ac si nunq; in tali praua cõuersatiõe fuisset: vt C. de nupt. l. imperialis. §. j. Sed nũquid hodie habẽt necesse petere rescriptũ: vt dicit d. lex imperialis? Videtur qd' sic: cum illa nõ inueniatur correcta: vt supra, de admi. off. §. j. & C. de ap. l. præcipimus. in fi. Sed contra puto propter generalia verba huius constitutionis, q̃ dicũt ipso iure eã non teneri. vnde quantum est in petitione rescripti, dico illam legem correctam per istam. Acc.

† Haloã. deposito magistratu tã ipse illi obnoxius erit, quàm hæredes eius &c.

[v] Exigendam. pœnam prædictam subaudi.

[x] Tenebitur ab ea. i. ipsa habebis eum iudicem obligatum ad tantam pœnam. & facit ad hoc supra, de mo. § fi. & s. de man. princ. §. neq; in fi. col. iij. & C. de iu. l. sancimus. in fi. & j. de col. §. si verò secundum prædictum modum. col. ix. & j. de eccle. tit. §. si autem, qui hoc. & j. vt in priua. domi. in fin. ti. ea. col. Ac.

Hæred.

[a] Hæredes. s. lite contestata, vt quidam dicunt. Al. vt C. ex deli. de. l. j. & facit ff. ad l. Iul. pe. l. fi. & ff. de ac. l. ex iudiciorum. Acc.

[b] Eius. scilicet tenebuntur.

[c] Actionē piam. i. actum pium. s. de nō ali. §. & hoc valere. in ij. col.

[d] Exegerit. ab aliqua puella, vt ipsa nō debeat à turpi & impia cōuersatione cessare: vt s. e. sed in præsenti.

[e] Memoratam. s. eo. §. vnde.

[f] Militaris. s. aliquis maior pside.

[g] Per illum. s. militarē iudicē: nam ipse exiget à præside, & dabit mulieri.

[h] Militarem. illius prouinciæ.

[i] Maioribus. i. habentibus maiores honores. Al.

[k] Cingulis. alias cingulo: & dic & insuper. i. si non sit in illa prouincia iudex militaris: nec etiā metropoleos episcopus, exigat ille præses dictam pœnam ex vicinis maioribus cingulis. i. à magistratibus, qui sunt in vicina prouincia. maioribus cingulis. i. qui sunt maiores per cingulos quam sit dictus præses.

[l] Hoc agentem. s. facientem mulieres sic iurare.

[m] Castigari. scilicet volumus.

[n] VT NON fiant &c.

Expeditur hæc pars. j. eod. vsq; ad §. illud. Ac.

[o] Et vt sicut. hoc dicitur infra, eod. §. illud.

[p] INhonestas. Et aliæ leges. vt ff quod metus causa. l. extat. & ff. ad legem Iuliā de vi pri. l. pe. & ff. de offi. præ. l. illicitas. & C. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. si quando.

strationem, hæredesq́[a] eius[b] & successores & eius substantia, eo, quòd actionem piā[c] agere neglexerit. Si aūt ipse prouinciæ præses iusiurandū exegerit[d], ipse etiā memoratam[e] decē librarū auri pœnam exigatur: si quidē militaris[f] iudex sit in illa prouincia, per illum[g] dāda, sicut dictū est, mulieri. Si verò non habeat militarē[h] iudicē, metropoleos illius prouinciæ eps hoc prouideat, cām etiā ad nos, si probauerit, referēs: & insup. ex vicinis maioribus[i] cingulis[k]: & vndiq; hoc agentem[l], siue iudex, siue priuatus sit, memorata castigari[m] pœna, & dari hanc ei, quæ quātum ad illū neque castè viuere valeat vlterius: vt non videatur quasi peierasse. Quæ igitur placuerunt nobis & per præsentem sacram declarata sunt legem, tua celsitudo præceptionibus ppriis omnibus faciat manifesta, vt cognoscāt nostri imperij circa castitatē studium.

TITVLVS V.

VT NON FIANT[n] PIGNORATIONES pro aliis personis, & vt sicut[o] principum donationes non egent gestis monumentorū, sic nec à priuatis imperatoribus factæ donationes indigeant.

Nulli licitum est secundum formā pignorationis exigere alium pro alio. Itē sicut donatio facta à principe priuato insinuatione non eget: ita nec contra. Bartol.

Imper. Iustinianus A. Ioanni gloriosissi. sacrorum per Orientem prætoriorum præfec. iterum exconsule & patricio.

INhonestas pignorationes, & odibiles super his exactiones, plurimę quidem & aliæ leges[p] odio habent: præcipuè autem à nobis positæ[q]. sed nescimus, quemadmodū causa[r] licet tantis castigata legislationibus[s], adhuc præsumitur[t], & in repu. est, & maiorē sui præbet virtutē, quàm legū[v] necessitas. Propterea sancimus, nullam omnino pignorationē in nostra repu. præualere[x], neq; in mercatis (hoc qđ maximè ibi præsumptū inuenitur) neq; in agris, neque in ciuitatibus, neque in vicis, neq; ī ciuibus[y], neque ī vicaneis[z], neque in agricolis, neque alio omnino quocūque modo vel tempore: sed præsumentem aliū pro alio secundū pignorationis formam[a] aurū, aut aliquid aliud exigere, quod reddere in quadruplum violentiam passo, & cadere etiam ab actione, quam habuit aduersus eū, pro quo exactionē fecit. Non enim habet rationē, aliū quidē esse debitorē, aliū verò exigi. sed nec alteri molestum esse pro altero quodā, tanquā inuasionē aut iniuriā cōmittētem, & alium quasi vicaneum existentem cædi, aut iniuriam sustinere, & aliquid pati, quod omnino nō cōpetit[b], pro alio: & absque legitima occasione quālibet perferre calūniam, & supplicia[c] sustinere in corpore. Præsidibus gentium scientibus[d], quia si non hæc egerint, sed in prouin-

[q] A nobis positæ. vt C. vnde vi. l. fi. & C. loca. l. fi. & aliæ extrauagātes.

[r] Causa. id est, turpis pignoratio & exactio.

[s] Legislationibus. vt supra, proxi. diximus.

[t] Præsumitur. i. obseruatur.

[v] Quam legum. i. maiorem efficaciā iniquitas, quā æquitas habet, quæ est ex necessitate iuris: vt C. de iudi. l. placuit. quod tamen esse non debet.

[x] Præualere. sic C. de omni agro deser. l. hac definitione. sic infra, vt nulli iudic. §. quia verò col. ix.

[y] Ciuibus. i. hominibus.

[z] Neque in vicaneis. id est, qui morantur in vicis.

[a] Formam. puta contraxi tecum in alia regione, hoc acto inter nos, vt si die statuta nō solueretur, liceat tibi homines meæ prouinciæ pignorare tua authoritate, siue res eorum intromittere. & probatur hæc electio ex eo, quod dicit firmā. i. pactū firmatū verbis, vt liceat sic capere, & probatur. ff. de arbi. l. arbiter intra incertū. Sed quid si hoc in pacto actum non fuerit? Resp. idē multo magis. Itē quid si accepi non in pignus, sed in solutum? Resp. idem secundum Io. quare subaudi etiam, vt cessent istæ duæ oppositiones.

[b] Cōpetit. id est non est cōueniens. sic s. de eccle. re. immo. §. si verò non priuatus.

[c] Et supplicia. nam & ipsos homines capiebant, & supplicia eis imponebant: quod fieri non debet.

[d] Scientibus. & alias scientium. & fac

& facit ʃ.ti.proxi. §.fin.

a Gestis monumentorũ.i.vt fiant coram iudice ordinario præbente authoritatẽ huic donationi: quia sufficit ipsius Imperatoris præsentia: vt & alias C.de testa. l.omnium.

b Nisi tantũmodo.q.d.fiant huiusmodi donationes in rei veritate, & scribantur per tabellionem & alia fient, quæ hic dicũtur.non aũt in præsentia iudicis ordinarij est necessaria, quantacunque sit quantitas, quæ authoritas alias esset necessaria: vt ʃ.de defen.ciui.§.nulla. coll.iij. & facit ad hoc.C.de don.l.donatio.§.in conscribendis.& l. sancimus. Quid si est quãtitas intra ccccc. so? Rñ. nec scriptura est necessaria ga nec in priuata donatiõe est necesse, sed simplex & nudum pactum sufficit: vt C. de do.l. si quis argentum.§. si autem hoc mini me scriptum. Acc.

c Non enim cõsequẽs est. Not.eãdem debere esse rationẽ cõtrariorũ: vt hic,& ff.si vsusf. pe.l. pe.§. fin.& C. de cadu. tol.§.sed vt manifestetur. & j.vt lic.ma.& auię. §.illud.& ff.de rer. diui.l.pen.& C.de sac.sanc.eccl.l. antep.& j.de fide instru.§.si quis.

d Nec his priuilegiis.s. vt non sit necessaria insinuatio.

e Imperium.s. qñ priuatis ei donat.

f Præbẽtur.cum Imperator donat.

g Inæqualitas. quæ erat ante legẽ istam.

h Constitutio.vt C.de quadriẽ præscri.l.fin.§.sed quia igitur. Accur.

i Ex vtroque.scilicet latere.

k Et.pro.i.Accur.

ciis, quibus præsunt, pignorationes præsumi patiantur: nihil erit tale, qđ à nostris eos eripiat manibus. Illud quoque perspeximus huic adiicere legi: vt sicut ab imperio in alios factæ donatiões nõ egent gestis monumentorum [a], sed ex hoc ipso habent virtutem, ita neque à priuatis imperatoribus factæ (nisi tantummodo [b] pro veritate fiãt in publico à tabellionibus cõpletæ, subscriptionem habentes & eius qui fecit, & testium, & aliam donationum obseruationem) non egebunt gestis monumentorũ, cuiuscunque quantitatis sint. Non enim consequens est [c], vt nec his [d] fruatur imperium [e] à priuatis, quę ab eo prębentur [f] illis. Hæc autẽ inæqualitas [g]: facta est ex nouitate, quam Zenonis pię memoriæ introduxit constitutio [h], vt imperiales donationes non egeãt monumentis. Quia igitur imperfectius causa prius apparuit: propterea nos perfectionẽ imponentes ei, ex vtroq; [i] tenere hoc volumus, & [k] in his donationibus, quę ab imperatoribus in priuatos fiunt: & quæ à priuatis in imperatorẽ: vt ex æqualitate iustitia causę adiiciatur. Tua igitur excellẽtia, quæ per hanc diuinam nostram constitutionẽ sancita sunt, præceptis propriis solenniter manifesta facere studeat vniuersis.

TITVLVS VI.

DE EXHIBENDIS, & introducendis reis [l]: & vt ij, qui conueniuntur [m], post vicesimũ diẽ præsententur iudicibus: & de iis qui iuratoriã [n] cautionem exponunt, & ante litis contestationem absentes fiunt: & de hypothecis [o], quæ appellãtur ex casu: & quæ personæ, & quando hoc ius habent: & de indotatis vxoribus [p], vt habeant quartam partem in substantia viri, & ipse vir in substãtia vxoris quando inops est, qui relinquitur.

Reus non est exhibendus in iudicio de vna prouincia ad aliã nisi prius actor fideiussoriã præstiterit cautionem certam quantitatem promittens, si litem non exequatur, aut exequens non vincat. & reo comparente si actor intra x. dies non comparuerit, reus absoluendus est à iudicio eo exacto, quod ab actore promissum est: & si quid amplius reus expendisset. Barto.

Imperat. Iustin. Aug. Ioanni glorio. prætor. per Orientem præfecto, iterum exconsul. & patricio.

PLurimi adeuntes [q] nostram docẽt potestatem, † quia [r] exhibẽtur [s] ab aliquibus, aut etiam in alias pertrahuntur [t] prouincias ex sacra nostra iussione aut decretis iudicialibus, & ad miseriã quidẽ per hoc agũtur [v]: coacti verò iussionibus [x], aut decretis [y] exhibẽtur. Proinde q [z], eos [a] exhibẽt [b], etiã cautiones exigentes [c], quia intra certũ tẽpus venient ad determinatũ iudiciũ ij, qui ab eis cõuenti sunt, ipsi [d] remaneãt [e] in pro-

l DE EXHIBENDIS & introducendis reis.

A re: quia rem debet: non à reatu: vt ff. de duobus reis.l.j.& hæc pars expeditur infra, eo. vsque ad §. illud quoque.

m Et vt ij, qui cõueniuntur. hoc expeditur.j.e.§.illud. vsque ad §. si vero.

n Et de iis qui iuratoriã.& hoc dicitur infra.e.§. si vero etiã quidã. vsq; ad illum.§.optimũ quoque.

o Et de hypothecis.s.militiarum.& hoc dicitur infra, eod.§.optimum & expone hęc verba, vt ibi.

p Et de indotatis vxoribus. quod dic, vt j. eo.§.quoniam vero. & §. si vero quasdã. vsque in finem cõstitutionis. Accur.

q PLurimi adeũtes.s. nos.

r Qui. alias quia. Accur.

s Exhibentur. i. exhiberi postulantur de vna prouincia ad Constantinopolitanam ciuitatem: vt j.eod.§. quia vero.

t Pertrahuntur. dico aut, &c.

v Aguntur.i.deducuntur. quæ miseria ex inopia cõtingit & inopia ex peregrinatione: vt hic, & ʃ. vt iud. sine quoquo suffra.§.illud. circa pinc. collat. ij.

x Iussionibus. s. nostris.

y Decretis.id est, iudicialibus.& sic redde singula singulis.

z Qui. s. actores.

a Eos s. reos.

b Exhibẽt. i. postulant exiberi.

† Hã loã: quod dicendi ab aliquibus in ius.

c Exigentes.. corã eo à quo petitur rescriptum.

d Ipsi.scilicet actores.

e Remaneant.s.qui conuenerunt.

Affligi

uincia affligi[a] in peregrinatiõe sumptibus exhibitũ aut p̃sentatũ relinquẽtes. Hoc igitur miserãtes sancimꝰ si qd fiat tale[b], & tp̃s impleať, qđ in cautiõe exhibitiõis aut præsentatiõis ipse actor[c] cõstituit: deinde ille[d] quidẽ obseruet[e] in iudicio, actor autẽ desit, & non intra decẽ dies[f], postquam reus venerit in ꝓuinciã, actor occurrerit: reũ quidẽ ingredientẽ apud iudicẽ & hoc docentẽ repente dimitti[g]. iureiurãdo aũt eius[h] iudicetur de omnibus expensis, quas pertulit circa viã & circa peregrinam habitationẽ: & his[i] iudices addicant[k] actorẽ cõueniẽtẽ frustra. Et quoniã mos est nõ aliter fieri exhibitiones aut præsentatiões[l], nisi actores fideiussores ad certã quãtitatẽ dederint[m], qa exequẽtur cãm, & suscipiẽt sententiã[n]: hãc quidem quãtitatem omnino eos[o] exigi[p], & dari frustra calũniã passo. Si verò † per iusiurandũ etiã plus[q] aliqd declarauerit[r] (certa tamẽ quãtitate definita à iudice, quam leges taxationem vocãt) etiã hoc superexigi[s], vt cognoscãt non illudere[t] vitas alienas[v] sed in ꝓuincia[x] eligere iudices, & ibi cõtra suos aduersarios litigare. Quia verò ab actoribus fideiussiões plerũq; nouimus hic datas[y] tanquã[z] in exhibẽdis personis, si verò in aliã deducãtur[a] ꝓuinciã, fortè declinare[b] hãc obseruationem[c]: sancimus hic[d] iudicẽ aut gloriosissimum quæstorẽ[e] nostrũ sacris nostris ministrantẽ literis si qd tale[f] agere iubeať, nõ aliter ad aliã exhibere prouinciã reũ[g], antequã fideiussorẽ præbeat actor in iudicio, in quod futurus est reũ deducere, quia dabit secundũ locorũ spatiũ aurũ[h], quantũcunq; decretum[i] fuerit fugiẽti[k], si nõ exequatur, aut exequẽs non vincat causam[l]: & ibi[m] omnia agi quæcunq; in exhibitione[n] decreuimus[o]. definitũ[p] verò aurũ, à fideiussoribus exigendum, & dandũ ei, qui deductus est: præbendo quoq; ab illo[q] etiam iureiurãdo vsq; ad taxatio-

a Affligi.i.vt affligantur conuenti.

b Tale.quod rescriptũ ad extraneũ iudicẽ sit petitũ & cautio sit facta de exhibendo reo: vt s̃.dixi.

c Ipse.s.actor.nã huiusmodi tẽpora iudicialia actoris maxime & iudicis arbitrio statuũtur: vt hic, & ff. qui satisd.cog.l.de die.j.respon.

d Ille.s.reus.

e Obseruet.i.stet in iudicio & sic exponitur.j.e.§.si vero etiam quidam.

f Decẽ dies. Sed nũquid à tempore petiti rescripti currũt hi x. dies, vel à tẽpore ex quo ad eũ extraneũ iudicẽ venire potuerit? Rñ. ex neutro horũ tẽporum cõputari: sed à tp̃e finito, quod fuerat per iudicẽ cõstitutũ & actorẽ. aliter enim siue iniuria actoris siue stipulatoris dicere nõ possumus: cui iniuriari in talibus nõ debemus: vt ff.de verb.obli. l.stipulationũ.§.si. Accur.

g Repente dimitti.i. elapsis x. diebus.nec obst.C.de iud.l.properandũ. in prin.vbi dicitur cãm ciuilẽ triẽnio, criminalẽ biennio durare.at hic x.diebus: quia hoc iudiciũ nõ erat inchoatũ: quare à iudicij obseruatiõe absoluitur & dimittitur non aũt definitiue: tum quia lis nõ est contestata, tũ quia nõ est liquidum: vt C.de temp. ap. l.si. §.j.& C. de iudi. l. properandum.§.& si quidẽ. nec enim dico esse ibi contestatam, vbi fuit rescriptum petitum: licet vterque ibi fuerit: quia iam ibi deberet iudicium finiri: vt ff.de iudi.lege, vbi.& l.de qua re.in prin.licet decretistæ aliter seruent.

h Eius.s.rei.

i Et his.i.eo actore cõdẽnato in expẽsis proferant iudices actorẽ calũniose litẽ instituisse, secundũ quosdam.& facit pro eis.ff. ad Tur.l.j §.j.& ff de sus.tut. l. hoc enim j.respon. Vel dic & his.s. expensis.

k Addicant.i.supponant.s.actorem dico frustra.

l Præsentationes.s.reorum ad hanc ciuitatem.

m Dederint.s.coram iudice extraordinario, corã quo vocati sunt ex sacra iussione, aut decretis iudicialibus.

n Et suscipient sententiam.i.vincunt, vt statim dicitur proxi.§.

o Eos.s.actores: vt promittant eã ipsi reo. Sed corã quo iudice fiet promissio? Item quanta erit quãtitas. Respon.corã iudice extraordinario: & eius arbitrio definietur: vt j.proxi.§.sequitur.

p Exigi.s.sancimus.

q Plus.s.quàm fuerit promissa quantitas ab actore.

r Declarauerit.s.reus.

s Superexigi.s.ab actoribus.

t Illudere.i. deridere.

v Vitas alienas. sic.s̃. de ta.§. j.ibi. & nõ ꝓpter suam.

x In prouincia. vbi reus habet domicilium.

y Datas.i.in hac regia vrbe, qñ de prouincia aliena trahitur ad hãc ciuitatem.sed ecõtra non sic seruabitur, vt hic subiicit.

z Tãq̃.exp̃siuũ veritatis.s.qñ volũt exhiberi reos: vt ff.e.§.& quoniã.

a Deducãtur.s.rei.

b Declinare.scilicet actores.

c Obseruationẽ.s.nouimus.

d Hic.i.in hac ciuitate Cõstantino.

e Quæstorem.i. cancellarium.

f Si quid tale.s.q̃ faciat præceptũ actori de vocando reo ad extraordinarium iudicem.

g .Reũ.valet aũt rescriptũ.licet añ satisdationem vti eo nõ possit: vñ hæc auth.male cõtinuatur cũ lege.C.de dila.l.si quãdo. Acc.

h Aurũ vel quantitatẽ aliquam arbitrio iudicis illi⁹, vt subiicit.

i Decretũ. Sed à quo? Rñ.à delegato: quia ei cã est cõmissa: vnde & hoc per consequens: vt ff.de iuris.om.iudi.l.ij.

k Fugienti.s.reo: sic dicto, quia fugere consueuit: vt C.de iu.ca.l.ij in princ.

l Cãm. si eñ vincit, nõ vr̃ calũniose fecisse. vbi autẽ ꝑdit: tũc etiã iure cõmuni deberet reddere impensas. C.de iud.l.ꝓperandũ.§.sin autẽ alterutra. Quid ergo facit plus hæc cõstitutio? Rñ. qa alias nõ dãnatur in expẽsis, nisi iudici videať: sed hic semꝑ vr̃ sibi: vnde semꝑ debet cõdẽnari: vt j.de iud.§.oportet.co.vj. Itẽ grauať in alio hic actor, qa nõ petit actor dilationẽ: sed aduersari⁹ sic: vt C.de dil.l.si qñ.si tñ aduersarius petat.& ipse vtiť, vt sic habeat ꝑ aliũ, q̃ per se habere nõ põt: vt C.de tempo.in integ.rest.l.petendæ. in fin.

m Et ibi.quando de vna prouincia vocatur ad aliã.

n In exhibitione.i.in hac ciuitate.

o Decreuimus.s̃.e.quoniam.

p Definitum.s.à delegato, vt dictum est.

q Ab illo.scilicet reo.

† Facit ad hunc tex.c.vlti. cum glos. super verbo, taxatione. extra, de iis quę vi, metusve causa fiunt. vbi dicitur, q̃ vltra taxationem non licet iurare. & vide in illa gl.concor. iuris cano.& ciuilis.

Videlicet cap. solite in glo. su per verbo tanquam, extra, de maiori.& obedien.

Taxat

nem [a]: vt iurauerit se etiam amplius expendisse †: & hoc recipiat: vt vndiq; videantur perfectæ nostrę legislationes.

Reo ad iudicium vocato debet libellus offerri, & xx. dierum spatium indulgeri: & ab eo debet fideiussor dari, & spertulæ solenniter: & medio tempore poterit iudex recusari, vel alius associari, nisi ille quem petit, ab alio sic recusatus, & xx. diebus elapsis litis contestatio fieri debet: & aliter facta non valet. Bartolus.

Illud quoq; antiquitas quidem benefaciens disposuit: † nūc autē studio machinant [b] nostrarum legū clemētiā occasionem facientes suarum calumniarū [c]. vetustate nanq; volente conuentionis factæ libellū [d] suscipientē [e] diebus æquè decem [f] deliberationem habere, quo [g] possit discutere causam, & fortè etiā recognoscere [h], & liberari [i]: post decem autē dierum inducias tūc & subscribere misso libello, & iudiciales implere cautiones [k]. Quidam verò respiciētes ad nostras leges [l], quæ post litis contestationem neq; † refutare iudicem, neq; alium petere iudicem permittunt: causam arte [m] machinant, & maximè executoribus talia dolosè adinueniētib⁹ [n]: & mox vt oblata fuerit quælibet † admonitio, fortè neq; libello dato, neque iudiciali vlla cautiōe deducunt hominē inuitum ad iudicem datū [o]: & nihil scientem [p] cōpellunt facere litis cōtestationē, vt semel sub litis cōtestatione cōstitutus obligetur: & nullam habeat licentiam, neq; refutare iudicem [q], neq; aliū iudicē petere, cū fortè suspectus iudex sit: et sic agūt [r] quę volunt: & sub suis artibus hominem statuētes, quo volunt modo, de eo agunt. Sancimus igitur, dū admonitio [s] oblata [t] fuerit alicui, modis omnibus offerri [v] libellū [x], & nō secundū antiquitatem, x. solummodo dierum habere eum, qui admonetur, inducias: sed

a Taxationem. Nota tria: taxatio, iuramentum, & sententia. Taxatio ante sacramētū pręstatur, nō post: vt j. de iu. §. oportet. Iuramentū verò ante sentētiā: vt C. de re. cre. l. gñaliter. §. omne igitur. sed hæc omnia, quæ dicta sunt de vocatione ad extraneū iudicem, vidētur non habere locum: cum quilibet in sua debeat conueniri prouincia: vt j. vt omnes obe. iu. §. si igitur. col. v. sed dic vt ibi diximus. ab arbitro. nam & in arbitris dico debere dari libellum: vt ff. de arbi. l. j. & C. de arbit. l. pe. nec ob. j. de lit. §. ad excludendas. ibi, causa verò &c. quia nō excipit ibi de arbitrio, vt ibi dicemus.

b Machinātur. s. homines quidam.

c Calumniarum. volebāt enim, qđ clemētia legum sit calumniæ occasio. vnde illud, Omnia mala exempla sunt orta à bonis reb⁹.

d Libellum. quia ex volūtate dabatur, non ex necessitate: vt ff. de eden. l. j. §. edere autem.

e Suscipientem. scilicet reum.

f Atque decem. q. d. vt hodie xx. dantur, ita olim x. dabantur: vt infra proxi. §.

g Quo. s. tēpore.

h Recognoscere s. debitum.

i Et liberari. scilicet soluendo: vt j. proxi. §. ibi, aut forte &c.

k Cautiōes. sunt autem iudiciales, quę iudiciū firmāt: vt iudicio sisti, & iudicatū solui, & similes: vt ff. de prę. to. stipul. l. j. §. iudiciales. ex quo ergo sic cauebat, ab hoc iudice recedere nō poterat: vt hic dicitur.

l Nostras leges. vt C. de iud. l. apertissimi. & l. fina.

m Arte. i. deceptione vel fraude. vnde Cato: Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus: Tu quoque fac simile: sic ars deluditur arte.

n Adinuenientibus. nam vbi intenderis, ingenium valet. ipsi autem executores vel viatores maxime in huiusmodi conuersantur: vnde nihil erit quod adinuenire non possint: vt j. vt ij qui ob. §. j. & s̄. de nupt. §. si igitur. ibi, multo nanque.

o Datum. i. delegatum.

p Scientem. s. reum.

q Iudicem. Sed hodie potest etiam lite cœpta alius associari: vt j. in me. li. non sie. sa. for. §. super hoc. in fi. §. col. viij. vnde quod hic dicitur, per illam corrigitur in hoc capitulo.

r Agunt. s. exactores.

s Dum admonitio. quæ fit hodie per executorem destinatum ad domum conuenit: vt infra, de lit. §. omnem verò. col. viij.

t Oblata. s. à iudice ordinario, vel delegato: vel etiā

v Offerri. Sed à quo? Resp. à iudice secundum consuetudinem: lege tamen non distinguitur ista, vtrum à iudice vel actore pręcepto iudicis, vnde nec nos distinguere debemus: vt ff. de of. pfe. l. iij. Ac.

x Libellū. i. scriptā petitionem in quadā charta, quæ libellus dicitur: ideo qa in breui charta fieri consueuit: & tamen valet: vt C. de fideic. l. et epistola. In hoc autem libello tria debēt esse scripta. res quæ petitur, & causa petendi, & nomē actionis. Res autem petitur singulariter vbi est singularis: puta peto Codicem. Itē vniuersaliter si est vniuersitas: vt hęreditas. Item generaliter si gñalitas petatur: vt peto rationem negotiorū gestorum, quę administrasti: vt ff. pro socio. l. pro socio arbiter. Causa autem est inferenda: vt si dicam quia emi, vel similē causam dicam: vt ff. de exceptio. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. & C. de edict. diui Hadria. tollen. l. finali. §. finali. Item actio: vt actio exempto, vel similis actio: vt ff. de eden. l. j. j. respon. Forma ergo petitionem in hunc modum: peto Codicē, quia emi: & hoc per actionem ex empto. & omnia quæ plura ponuntur, superflua sunt, nisi sint ad specificationem rei, vt ita glossatum, & in talibus chartis positum: vt ff. de rei vendicatio. l. si in rem aliquis agat. Sed quod dixi de actione, de consuetudine seruatur vt non apponatur: quod etiā lege potest probari. nam cum possit esse reus certus per rem & causam, satis est: vt ff. de eden. lege prima. ij. respon. & hic subiicit. Hic autem libellus quare datur in scriptis: cum & sine eo possit reus certificari? Respondetur, quia si mutaretur in aliquo, citius per scripturam appareret, quàm alias: vt ff. de pignorib. lege, contrahitur. & ff. de fide instrumentorum. l. iure. & cœpit sic dari in scriptis à tempore Iustiniani: vt hic, & C. de ann. exceptio. l. vt perfectius. & infra, de temporibus non solu. pecu. §. j. olim autem non dabatur ex necessitate in scriptis: vt ff. de edendo. l. j. §. edere. & de priuatis delictis. l. si nisi in conuentione illustrium personarum; vt C. de dig. l. quoties. Quidam

tamen

† Facit ad hunc textū cap. quoniam frequenter. in glo. super ver. expensarum. extra vt lit. non contesta.

Exempla mala à bonis rebus orta sunt.

† Facit ad hunc §. in gl. iij. ca. coram dilecto. in medio. in ver. si verores. extra, de officio delegat.

Cautiones iudiciales.

† Haloā. tamē hoc tempore de industria dolis & artibus circunueniunt hi, qui legum nostrarū benignitatē ad expediēdas suas calūnias prætexunt.

† Recusare.

Concor. in ca. ij. in gl. vnica. extra, de libel. obl.

Citatio.

Libellus tria continere debet.

Res tribus modis peti potest.

duplices, hoc est xx [a]. vt siue † repudiare voluerit, siue etiam cum eo alium iudicem [b] petere: licentiam habeat hoc facere, aut fortè cognoscere debitum, & liberare se ab aduersarij sui contentione amicabiliter: & non per calumniā & circumuentionē sub iudice constitui forsan suspecto, & forsan ingrato, † plerūq; autem [c] aliquid etiā proprium contra eū dispensante: & eo qui litem sustinet, nullum habente [d] tempus † ad agnoscendum ea, quibus conuentus occurrit. Suscepto verò libello, sola personali fideiussione [e] ab eo data, & sportulis [f] secundum sacrā nostram praebitis constitutionē, subscribere libello, qui appellatur responsionis: & declarare etiam tempus, quo ei libellus datus est: ne etiā ob hoc ars [g] quaedam fiat: cumq; † futura est celebrari contestatio litis: apud iudicem interrogari fugientem, si xx. dies transierint deliberationis: † & illū [h] quidem

tamen dicunt etiam iure veteri dandum libellum ex necessitate. & ꝙ dictis legibus dicitur, verum dicunt quantum ad hoc, vt inferatur nomē actionis in libello. nam hoc erat voluntatis: sed libellum dare, necessitatis. sed prima verior est: & hoc in causis ciuilibus. In criminalibus autē & olim & hodie datur libellus in scriptis etiā in priuatis delictis, si criminaliter agit: vt ff. de priua. deli. l. fi. et ff. de fur. l. fi. & ff. de accu. l. libellorum. in prin. & C. qui accu. nō pos. l. qui crimen. Quod autē dixi dādū hodie libellū [1] vbiq; & in scriptis (nam inde dicitur libellus) fallit in omnibus casibus, vbi dicimus sentētiā dari posse sine scriptis, qui sunt quatuor, vt diximus. s. vt iu. sine quoquo suf. §. necessitatē. coll. ij. Item fallit quando partes adinuicē sibi remittunt: vt C. de temp. ap. l. fi. in fi. & C. de priui. scho. l. iij in fi. ti. & j. de lit. & deci. parte litis. §. ad excludendas. Nec obst. ꝙ hic dicitur, quia verū est: nisi partes cōsentiant: vt ff. de le. l. j. & ff. de pac. l. pactum. Alij dicunt nec expresse, nec tacite posse remitti. arg. pro eis. ff. de posthu. l. quos. & C. de iureiu. propter calum. l. ij. §. sed quia veremur. nam secundū eos libellus est de substantia iudicij. Itē fallit in tribus casibus positis. C. de apost. l. apostatarū. & C. de Iudae. l. ne quis. & ff. de sepul. vio. l. iij. Itē fallit in teste falso & instrumento falso. C. de test. l. nullū. & C. de prob. l. pe. Item in leuibus criminibus: vt ff. de acc. l. leuia. Vel dic ibi de plano. i. nō sedēte iudice pro tribunali. Itē fallit in crimine notorio: vt C. de ac. l. ea quidē Item in omni crimine vbi sine accusatore proceditur: vt ff. de adul. l. j. §. si publico. & ff. de sus. tu. tutor quoq;. §. praeterea. & in dictis legibus. de proba. l. pe. & de test. l. nullū. & de accu. l. ea quidē. Item fallit in crimine falsi secundū Bul. vt C. de fal. l. vbi. sed Io. contra. dicit enim in dicta l. vbi. non incidenter sed principaliter. fuit ibi mota quaestio falsi. Sed licet dixerim in supradictis casibus procedi sine libello secūdum quosdam: tamen secundum praeceptorem meum dici potest, ꝙ si quis super his velit accusationem solennem instituere, necesse habet dare, libellum, vt hic dicitur.

[a] Hoc est xx. Nūquid diminui potest hoc tempus? Resp. quidā non: quia hae induciae inducūtur à lege. & est pro eis. j. cōstitutio, quae de di. §. illud. & ff. de re iu. l. iiij. §. si quis cōdemnatus. secus si à iudice dilatio detur: vt C. de dila. l. j. & l. siue pars. sed puto semp posse abbreuiari: q: inuenio à lege datā dilationē posse abbreuiari [2]: vt ff. de iudi. l. nōnunquā. & ff. de reiu. l. ij. Item cōsuetudo sic vult & interpretatur: ergo seruandum est: vt ff. de legi. & senatusc. l. si de interpretatiōe. quare dicas, ꝙ semper danda est tanta dilatio, nisi iudici contra videatur. videtur enim plerunq; aliter, vt trium dierum, vel sex, vel aliud tempus detur. & facit ad hoc verbum. j. de iud. §. oportet. in fi col. vj.

[b] Alium iudicem. sic infra, in me. lit. non si. sa. fo. §. super haec in fin. §. col. viij. sic. j. vt differ. iudi. §. si verò contingat. col. ix.

[c] Plerunque autem. sic s. de trien. & semis. §. & quia cognouimus. Acc.

[d] Nullum. habente. q. d. paruum habet tempus: habet enim x. dies: ꝙ nullum appellatur. Sed cōtra. s. de ap. §. j. in fi. sed hoc est nullū ad obuiandū malitiis eorum, qui in breui tempore facerent lit. conte. vt s. eo. §. illud quoque. at ibi non est huiusmodi timor.

[e] Personali fideiussione. i. cautiōe iudicio sisti. ideo personalis dicta, quia est de repraesentatiōe psonę in iudicio: vt inst. de satisdat. §. sed hodie. Itē ideo dicta fideiussione: qa fideiussor dādus est, cū sit pretoria cautio: vt ff. de preto. stip. l. j. & l. praetoriae stipulatiōes. Sed cōtra. ff. de iudi. l. ij. §. sed si dubitetur. in fin. Sol. ibi est spāle in legatis. Itē contra. ff. qui satisd. cog. l. sciēdū. in prin. sed haec intelligitur secundum illam: vt si habeat possessionem immobilium rerum, nō satisdet vt ar. ff. de leg. & senatusc. l. sed & posteriores. sed Pla. dicebat istā simpliciter loqui. Itē nūquid poterit dare fideiussorē aliū q similiter immobilia non possideat, vt scholarē alium? Resp. nō: vt inst. de fideius. in prin. & insti. de repli in fi. & ff. qui satisd. co. l. j. Sed contra in e. ti. l. fideiussor. in fi. j. resp. sed dic eū esse possessorē immobilium: licet aīs habeat priuilegiū vel militiae, vel sacerdotij, cui renūciare pōt secundū iura nostra: vt C. de pac. l. pe. Sed qui si huiusmodi fideiussorem dare nō pōt? Rñ. iuret duo. s. fideiussorē dare nō posse, & se sistere: vt j. de li. §. ad excludēdas. pter clericos qui iurare phibētur, vt C. de epi. & cle. l. cū clericis. qa eorum pmissioni tantū cōmittitur: vt insti. de satis. §. sed hodie. Itē quid si volo esse cōtētus sola pmissiōe, etiā qn̄ fideiussorē dare tenet? Rñd. satis est: vt inst. de re. diui. §. venditae. & ff. de fidcic. li. l. iiij. §. adiici. Item quid erit, si nolit dare fideiussorē, sed pignus ad qd nō tenetur: vt ff. de pto. stip. l. praetoriae? Rñ. satis est: quia facit etiā plus: vt ff. de col. bo. l. j. §. iubet aūt. & inst. de obl. q ex deli. §. furti aūt. Itē qd si dedit pignus, nunc vult fideiussorē dare, & pignus repetere? Rñ. non pōt Item in qtū tenetur fideiussor? Rñ. si fideiussit in scriptis, vel in cā publica, tenetur vsq; ad triēniū, intra ꝙ durat causa: vt C. de iud. l. properandū. Item & plus p duos menses, intra quos debet fieri cōtestatio: vt j. de excus. & iis qui con. & recon. §. si autem sine scriptis, tunc vsq; ad duos menses tātum vt C. de fideius. l. pe. Item in quanta quantitate tenetur? Respō. ad interesse actoris: & hoc nisi intra certū tempus fideiusserit: vel in certam quantitatem: vt ff. qui satisd. cog. l. ij. in fi.

[f] Sportulis. i. salariis quibusdā quae iudicibus dabātur: vt in cōst. Graeca cōtinetur: cuius sentētiam habemus j. de iud. §. ne aūt & facit ad hoc s. de mā. princ. §. si tibi. & j. vt litigan. iur. §. pen. col. ix. & s. vt iudi. sine quo. suff. §. volumus. & praestabātur huiusmodi sportulae tā à reo, quàm ab actore: vt in d. l. cōtinetur. j. de iud. & C. de prin. agen. in re. l. fi. & C. de fru. & li. exp. l. fin. sed Pla. solum reū dicebat teneri in praestatione sportularum: sed contra eum sunt praedictae leges.

[g] Ars. id est, exceptio.

[h] Et illum. scilicet reum.

† Iudicem recusare.

[1] Vide capit. j. iūcta gl. sua extra, de lib. obl.

† Haloā. nonnunquam erga reū peculiariter etiam male affectū.

† Haloā. ad cognoscendum, quo ipse noīe conuentus cō parere debeat.

Dilatio à l. data. breuiari potest.

[2] Cōcor. ca. cum sit Romana. iuncta gl. super ver. tēpus. extra, de appellation.

† cum pu ro.

† Haloā. & quanq; ille veritatem dicat, demōstretur tamen hoc etiam ex die libelli editi & subscriptione in libellum collata.

Renunciare possunt milites & clericus eorū priuilegiis.

dicere veritatem: ostendit quoque illud etiã ex die & subscriptione libelli, & si dixerit trãsisse xx. dierum numerum, tunc fieri litis cõtestationem [a]. In medio [b] autem ei licentiam esse repudiare iudicem, & aliũ petere: aut etiam cum eo iudicem percipere [c] aut certè absolui amicabiliter [d]: nihil in medio neque damnificando [e], neque ab executoribus conturbando: sed & iudiciariã cautionem exponentem, sicut qui de his iudicat [f] perspexerit: & xx. dierum habẽtem deliberationem.

Si verò hæc non seruentur [g]: licet videatur quædam fieri cõtestatio litis, pro nihilo eam esse [h]: sed licentiã esse & post huiusmodi cõtestationem litis intra definitos xx. dies sic omnia agere, tanquam si neque ab initio facta sit quædam contestatio litis.

Iurans sistere in iudicio si postea à ciuitate absuerit, per iudicem ordinarium causa summatim agetur: & etiam per delegatum, qui examinabit in quam terram iurans aufugerit. & si datis indicijs aufugerit, & non comparuerit, mittitur actor in possessionem pro mensura debiti declarati: quã non recuperabit nisi omnia dãna resarciat, & fideiussorẽ præstet de sistendo in iudicio. Angel.

Si verò semel repudiãs iudicem, alium acceperit: non sinimus ei [i] eum, qui petitus est [k], rursus repudiare [l]. Sicut enim eius curam [m] habemus: sic etiã per dilationem [n] agi aliquid aduersus actorem modis omnibus aduersamur. Si verò [o] † etiam quidã [p] iurent [q] quia obseruabunt [r], & ante, quã contestatio [s] litis fiat, ab hac [t] maxima disparent ciuitate: licentiam esse etiã

[a] Litis contestationem. s. narratione præposita, & responsione secuta: vt C. de li. contest. l. j. & hoc dico animo procedendi in causa: secus si iudici vt amico dicam saluo iure meo: vt ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. si in venditione. Sed ar. cõtra. ff. de condi. inde. l. quod quis. sed certe ibi nõ expressit, licet in corde habuit de repetendo, sed cũ responsio possit esse per sic, & per non, & per dubium, puta opposita exceptione, nũquid semper fiet cõtestatio? Rñ. primo casu fit: sed tamen sunt nullæ partes iudicis ĩ cognoscendo, sed in iudicando tantum: vt ff. ad le. Aquil. l. proinde. & ff. de confes. l. j. & C. de confess. l. j. vnde euenit mirabile, vt hæc responsio obtineat vicem contestationis, quasi sententiæ, vt dictũ est: alias enim non valeret sentẽtia: vt C. de sen. l. prolatam. & hoc quãdo libellus fuit datus vt fieret causa. si autem extra ordinem fecit eum interrogari, & fuit confessus: tunc fit ei vnũ præceptũ de soluẽdo secundum consuetudinẽ generalem. & sic etiam potest intelligi. ff. ad le. Aquil. l. proinde. Item in secundo constat fieri contestationem. Item & etiã in tertio dico fieri contestationem: vt C. de exce. l. si quidem. in fi. & colligitur insti. de excep. §. j. vsque ad §. hęc exempli. nam eoipso, quod obiicit excep. innuit se debitorem. vnde æquiparatur illi respõsioni ac si diceret sic, nisi probet excep. vt C. de proba. l. exceptionem. & ff. de proba. l. in exceptionibus.

Qualiter fiat litis contes. habes vltra legis stas in capit. vnico circa finẽ. extra, de lit. contes.

[b] In medio. sic. C. de iudi. l. apertissimi. sic j. de iud. l. oportet. in fi. sic. s. eo. §. sancimus.

[c] Percipere quod etiã postea hodie licet: vt j. in me. li. §. super hoc. in fine.

[d] Admicabiliter. sic. j. vt diff. iu. §. si vero.

[e] Damnificando. s. reo. Nunquid ergo nihilominus currit præscriptio? Quidã dicunt quod sic. & est pro eis ff. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. fi. & l. fi. & ff. de eo per quẽ fac. erit. l. fi. j. rñ. & hic, & j. proxi. §. ibi, pro nihilo, &c. Sed nos contra. dicimus enim præscri. interruptam. & est pro nobis. C. de præscrip. xxx. an. l. sicut. §. nec sufficit. Nec obstant. d. ll. quia postea correctæ sunt per d. l. sicut. vel non fuerat missus executor in d. legibus. Item nec obstat quod hic dicitur. & j. proxi. quia non damnificatur in his quæ hic dicuntur: puta quominus iudicem recuset: vel aliũ associari petat, vel in similibus in præscriptione bene nocet (vt dictum est) si admonitio fuit facta. Si quis tamen primã velit tenere sententiã: põt dicere quod illa. l. sicut. quæ eos cõfundit loquatur secundũ sua tẽpora. nam suo tẽpore non dabatur libellus ex necessitate. vñ dicas quod sit immutata & correcta per istã quã cõstituit iudiciũ per ordinem.

[f] Iudicat q. d. prout iudici videbitur cum fideiussore vel sine eo: vt diximus. s. eo. §. suscepto.

[g] Non seruentur. i. non detur libellus, & tẽpus deliberationis, & subscriptionis & similia quæ dicuntur s. eod. §. sancimus. & §. suscepto. licet de subscriptione non sit in vsu: sed certe scribitur in libro cõi: & ideo nõ est necesse poni in libello. Itẽ & quia breue tẽpus datur iudicis arbitrio, vnde bene potest memoria retineri.

[h] Pro nihilo eã esse. quantũ ad hoc vt non sit necesse alium dari libellũ. nã de nouo oportebit omnia incipi. interruptio tamen facta est præscriptionis: licet quidã contra dixerũt, vt modo proxime diximus.

[i] Ei. scilicet reo.

[k] Petitus est. hic collige ad petitionem alterius partis iudicẽ dari. Sed contra. ff. de iud. l. obseruandũ. Solu. hic petit generaliter: ibi hominẽ certum. vel hic respexit ad verecundiã petiti iudicis: vt ibi dicitur, vel hic ambæ partes simul petierunt.

† Facit ad hunc §. c. super quæstionum. §. intentionis. cum gl. super verbo in princi. extra, de offi. dele. & ibi põdera glos. quia bona est.

[l] Repudiare. hic no. regulã quod non possum reprobare semel probatum. sic. ff. de neg. ges. l. Põponius. & C. de re. cre. l. si quis. & j. de liti. §. ad excludendas. & j. vt cum de ap. co. §. siue igitur. & ff. qui satisd. cog. l. si ab arbitrio. §. fi. & C. de nõ. nu. pe. l. generaliter causam. ar. contra. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. pe. & C. de profes. & me. l. grammaticos.

Approbatum reprobare non possum.

[m] Eius curam. scilicet rei.

[n] Per dilationẽ. i. per huiusmodi procrastinationẽ.

[o] Si vero. hic ponitur de tertia parte tituli.

[p] Quidam. s. rei conuenti in iudicio.

[q] Iurent. s. iudicio sisti: quia non potuerunt dare fideiussorẽ: vt diximus. s. e. §. suscepto. Sed quid si fideiussorẽ dederant? rñ. tunc duplici iure cõsulitur actori & contra fideiussorem ad interesse: vt ff. qui satis. cog. l. ij. §. fi. & per missionem in pos. vt hic dicitur. Itẽ quid si neque iurauit, neque fideiussorem dedit? Rñ. adhuc habet locũ hic. §. Itẽ quid si nũquã venit corã iudice? Rñ. adhuc habet locũ generalis cõsuetudo, vt dicit, quæ est interpres legũ: vt ff. de le. & sena. l. si de interpretatione. Quod ergo hic dicit iurent, subaudi maxime.

[r] Obseruabunt. s. iudicium, id est, in iudicio sistent.

[s] Contestatio litis. Sed qualiter, cum incontinenti elapsis xx. diebus fiat contestatio: vt s. eo. §. suscepto. in fi. Respon. imo nõ statim quandoque forte eo retardante: quod potest esse vsque ad duos mẽses: vt j. de excu. & his qui con. & recon. §. j.

[t] Ab hac. scilicet Constantinopolitana, maxime ideo dixit: quia & alias generaliter hæc constitutio

non facta litis contestatione adire actorem statutum iudicem,& hoc denũciare. Illum a verò (si quidem administrator b sit. iubere omnimodo c exhiberi reum tanquam periurum, & penè d sui accusatorem per fugam factum e. Si verò non administrat f sed datus g sit à quodã iudice h siue ex sacra forma aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore i: ad illum k renunciare à quo datus est, vt deducatur ab illo: ne causa maneat actori vndiq; desolata, iudice l agere aliquid nõ valente m, eò, quòd nondum apud eũ facta sit litis cõtestatio n: illo o contẽnente legem p & iuramentum suũ manifestatione sua q: & actorem extra omne r legitimũ adiutoriũ relinquente. Igitur ne latente eo, & tardata exhibitione s, causa maneat suspensa: examinet, vt potuerit t iudex v, in quam terram abiisse dicitur: & det inducias certas x, vt nisi intra eas occurrerit + liberã tamẽ y huius rei fiduciã habẽs, si non fortè studio actoris impediat, aut venire prohibeat) tũc secundũ vnam partẽ z examinet a negotium: & in possessionem b mittat actorẽ rerũ eius c secundũ mensurã d declarati e debiti: ipsum q;

seruatur: vt j. eo. §. fi.

a Illum. scilicet iudicem.

b Administrator. id est, iudex ord. vt j. vt defun. seu fu. eo. §. penult.

c Omnimodo. i. re & verbo. quod non facit nisi ordinarius: vt hic. vocatio autem verbo tantum fit à delegato & etiã ab arbitro: vt ff. de arbi. l. sed interpellatur. §. j. Item ab ordinario fit quandoq; tãtũ verbo: vt de domo vocari: vt ff. de in ius vo. l. plerisq;. & tribus sequentibus legibus.

d Pene. aduerbialiter ponitur.

e Factum. No. optimũ ar. cõtra seruientes fugientes, vt eo ipso res amissas videantur subtraxisse. de fac. C. de iu. cal l. ij. §. quod si actor. & §. sin autem reus.

f Administrat. s. iudex.

g Datus. id est, delegatus.

h A quodã iudice. sed ordinario. nam delegatus nõ delegat: vt C. de iud. l. iud. l. à iudice.

i Administratore. minimo, puta à defẽsore ciuitatis.

k Ad illum. delegantem.

l Iudice. scilicet delegato.

m Non valente. hic est contra. j. de liti. §. aliis. Solu. hoc corrigitur in delegato à principe, vel dic vt ibi.

n Contestatio. ex tunc enim dominus litis est factus vt ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum.

o Illo. scilicet reo.

p Legem. istam.

q Manifestatione sua. quæ manifestatio est propter fugam: sicut s. dixi.

r Omne. nam definitiua sententia dari non potest in eum lite non contestata: vt C. de tem. ap. l. fi. §. j. nec missio potest fieri: quia erat delegatus: nec alio modo poterat actor ad suum peruenire.

s Exhibitione. scilicet sui.

t Vt potuerit. s. summatim. sicut. j. statim dicitur.

v Iudex. Nunquid ordinarius tantum faciet istam examinationem, & hæc quæ sequuntur, non autẽ delegatus? Respõ. secundum quosdam sic: quia mittere in poss. est de misto imperio: vt ff. de. iu. om. iud. l. iubere. vnde ordinario tantum competit, cuius officium est latissimum: vt ff. de iur. om. iud. l. j. nec delegari potest. ff. de of. eius cui mã. est iur. l. j. in prin. & ff. de dã. infe. l. dies. §. duas. sed tamẽ puto, q; etiam delegatus possit hæc quæ sequuntur facere. nam non mittit in poss. sed de mittendo pronuntiat: quod etiam delegatus facere potest: vt ff. de offic. eius cui man. est iur. l. cognitio. §. fi. Quare dicas, quod licet non possit vocare & verbo & mittere in poss. delegatus, vt modo dixerat: potest tamen hæc quæ sequuntur facere. & quod hic dicit iudex, s. ordinarius vel delegatus intellige. & sic ex consuetudine seruatur.

x Inducias certas. scilicet secundum arbitriũ suum: vt C. de dila. l. j. quod potest esse xx. millium diurnorum: vt ff. si quis cau. l. j.

y Liberam tamen. interpositio est, & loquitur de iudice, qui libere potest hoc facere, nisi reus impediatur studio actoris. & facit. ff. de eo per quẽ fac. est l. fi. §. fi.

z Secundum vnam partem. i. secundum actorem audita propositione eius & ratione, & sacramento de calumnia præstito. nam si vtraq; parte præsente hinc inde sacramentum calũniæ præstaretur: ergo & nunc ab vna, cum vna tantũ pars præsens sit: vt C. de iureiur. propter cal. l. ij. in prin. Quod enim iuris est in toto, quo ad totum, hoc est in parte quo ad partẽ vt ff. de pa. l. iurisgẽtium. §. adeo.

a Examinet. sed qualiter? R ñ. remittet ad domum, & quæret ibi: & hoc sufficit: vt ff. de dã no infecto. l. iiij. §. toties.

+ Haloa. liberam tamen eius agendi copiam habens.

b In possessionẽ. i. in detentationem nec enim possidebit: sed erit in possessione: vt ff. de acquir. poss. l. iij. §. fi. & ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. cũ legati. Et longe aliud est possidere, aliud in possessione esse: vt ff. de acqui. poss. l. si quis ante.

c Rerum eius. s. debitoris, & hoc dico primo mobilium, secũdo immobiliũ, tertio nominũ: vt ff. de re iu. l. à diuo. §. j. licet dici posset q; illa loquatur in executore definitiue, hæc autẽ de executore interlocutorie.

d Secundum mensurã. Sed olim in omnia bona fiebat missio etiam propter v. solidos: nisi in causa damni infecti & legatorum: vt ff. quib. ex cau. in posses. eatur. l. j. & ff. si ser. ven. l. is cuius. Sed nunquid si peto iure hypothecæ omnia bona, habet locum quod hic dicitur? Respõ. non: imo in omnia sum mittẽdus. alias fieret iniuria mihi. Item quid si petã omnia mihi debita? & tunc dico idem, scilicet quod in omnia sum mittendus. Sed certe hæc authen. tunc locum habet, cum tunc fit mensura debiti tota de substantia debitoris. Item nunquid fit hæc missio in tantum, ita quod non in plus? Quidam dicunt quod sic. nos autem quod in plus, vel in duplum, vel in tantum & dimidium. Nec obstat quod hic dicitur: quia non dicit quod non in plus, sed secundum mensurã: vt si peto c. mittar in posses. de rebus valentibus cl. vel cc. si autem petam cc. & tunc in rebus valentibus ccc. vel cccc. ac si diceret nõ fiet missio hæc in omnia bona, vt olim. & probatur hoc ex consuetudine pignorum. nam semper plus debet valere pignus quam sit debitum. vnde dicitur quod residuum debet creditor reddere debitori quando vẽdet plus pignora: vt C. de iure do. impetran. l. fin. §. sin autem minus. Pignus plus debito valere debet.

e Declarati. i. petiti, & probati semiplene, nõ per iuramentum calũniæ actoris: vt C. quorũ ap. l. j. & C. de bo. autho. iud. pos. l. cum proponas. nec enim plene potest cognosci cũ causæ merita partiũ assertione pandũtur: vt C. si per vim, vel alio modo. l. fi. erit ergo hic speciale vt summatim cognoscatur, sicut alias in casibus qui his legibus denotantur. ff. de lib. agno. l. si quis. §. si vel parens. & ff. de Carbo. edict. l. iij. §. causæ. & ff. de præt.

in possessionem missum habere etiam rem debiti seruandi causa[a]: & tunc si ille occurrerit[b]: omne ei prius soluet damnum: & tunc recipiens res[c] & fideiussorem[d] præstans prosequatur causam. Optimum quoque est etiam hoc[e] propter dubitationem quæstionũ lege cõmuni determinare. Primũ nanque fuerunt dubitationes plurimæ, vtrum oporteat militias sub hypothecæ deduci vinculis[f], an etiam his liberas esse. sed hoc quidem iam definitum est lege[g], & certæ[h] consistunt militiæ, quæcunque[i] vendi, aut obligari possunt[k]. Nos autem ex maioribus[l] causam considerantes, scimus quia ex antiquis[m] temporibus non erat in militiis hypotheca, sed quædam nomina[n] oĩno antiqua et deficientia in talibus efferebantur. Paulatim verò Imperatores interpellantium creditorum miserati, hæc præbebant[o]: cùm vtique omnis militia publica existeret, nullum quæstum omnino alium, quã ex imperiali munificentia habens. Propterea igitur sancimus, ea, quæ appellantur[†] ex casu[p], nõ omnibus promptè subiacere: nisi tñ creditor fuerit, qui ad hoc ipsum mutuauit, vt militia illi emeretur, alioqui aliis creditoribus nõ promptè damus hoc: sed si quidem filij[q] fuerint, aut vxor defũcti: istos omnibus præponimus modis: vt adeant nos: & secundũ iussionẽ nostram hoc habeant nõ tanquam paternam hæreditatem, si in aliis[r] inops sit, sed tanquam imperialem munificentiam: vt & substantiam relinquẽtibus, & non habentibus, meritò solatium præbeamus. Si verò nullus eis neque filius, neque vxor fuerit, neque creditor, qui ad ipsam militiam mutuauit, tunc & aliis creditoribus[s] præbemus hoc, ne videamur inhumanũ aliquid facere, & nõ propter piam & Deo placentem actionem[t] ponere legem. de militia quippe spectabilium silentiariorũ propriè datis & largitis eis priuilegiis in sua virtute[v] manentibus. Quoniã verò ad clementiã omnis à nobis aperta est[x] lex, videmus quosdã cohærentes mulieribus indotatis, deinde moriẽtes, & filios quidem ex lege vocatos ad paternam hæreditatẽ: mulieres autem licet decies millies in statu legitimæ coniugis manserint, attamen eò, quod non sit facta neque dos, neqꝫ ante nuptialis donatio, nihil habere valentes[y], sed in

de præto. sti. l. j. §. si. & ff. de peti. hære. l. si quis libertatem. §. plane. & ff. de ven. in pos. mit. l. j. §. si ea. & ff. de re iudi l. à diuo pio §. si super rebus: & C. vbi in rem act. l. ij. & ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & ff. ad exhib. l. iij. §. sciendum & hic. sed regulariter plene est cognoscendum: vt C. de iudi. l. iudices. q̃ est contra ad supradictas leges & ad istã. Quidam tamẽ hic dixerũt peti tantũ. & facit ꝓ eis. ff. de iuris. om. iu. l. pe. §. fin. sed prima opi. verior est, & cõsuetudine probatur.

a Seruandi causa. qđ leges appellãt rei seruãdæ causa. Sed nũquid fructus medij tẽporis lucratur missus? rñ. secundũ cõsuetudines terrarũ sic: sed vt iure debet reddere debitori: vt. ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. j. rñ. & ff. de bo. autho. iu. pos. l. prætor ait. j. rñ. nisi ĩ casu speciali: vt ff. q. ex cau. in pos. eat. l. Fulcinius. §. fina.

Concor. cap. j. ij. & iij. extra, de eo qui mittitur ĩ pos. causa rei seruã.

b Occurrerit. sed vsque ad quod tp̃s reuersus audit? Rñ. Pla. vsque ad xxx. an. & est ar pro eo insti. de perpe. & tẽ. ac. in prin. Sed nos dicimus vsque ad annum tm̃: vt C. de præsc. xxx. ann. l. si quis emp. §. pe. & j. de liti. §. omnem. in fi. sed Pla. dicebat prædictam legẽ loqui in reali actione hanc in personali. Item ad aliam. j̃. de liti. dici põt, quod loquatur in actore absente: hęc in reo. sed secundum nos qui dicimus tantũ vsque ad annũ admittẽdum: nũquid posidet miss⁹ post annũ? Rñ. sic: quasi secũdum decretum interueniat: vt ff. de dam. infec. l. à quo. sed tamen M. dicebat statim in actione in rem missum posidere. ar. dictæ. l. sicut. §. pe. sed prima placet.

Dominus vsque ad quod tempus audiatur cõtra missum in possessionem causa rei seruandæ.

† De militiis ex casu pulchre Lælius Taurell⁹ in libello quodã ad Anto. Augustinum super ea re scripto.

c Recipiens res. Sed nunquid primo res restituitur quã satisdetur? Rñ. non puto, imo quasi loco pignoris donec satisdet, tenebuntur: vt hic, & ff. de emp. l. Iulianus. §. offerri.

d Fideiussorẽ. s. iudicio sisti. Sed qđ si posideat immobilia? Rñd. adhuc puto eũ satisdare, vt sit speciale hoc casu: quia ex quo semel male fecit fugiẽdo postea male facere præsumitur: vt ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. ff de acc. l. si c ui. §. iisdem.

e Hoc. s. quod sequitur.

f Vinculis. i. vtrum possent obligari.

g Lege. quæ dicit eas posse obligari, si sunt tales, q̃ ad hæredes trãseãt. vel etiam quatenus transeant: vt C. de pig. l. fina.

h Certe. aduerbiũ.

i Quæcunque. id est, quæ.

k Possunt. s. quæ transeunt ad hæredes.

l Maioribus. scilicet antecessoribus nostris.

m Ex antiquis. i. ante dictam. l. C. de pig. l. fina.

n Nomina. i q̃dã debita, q̃ contracta fuerũt sup militiis: & tñ deficiebãt debita debitore non habente aliũde, vnde satisfaceret.

o Præbebant. s. in priuilegium.

p Ex casu. s. militias, sic dictas: quia cadũt mortuo militante q̃ñqꝫ: vt in. d. l. C. de pig. l. fin. & C. de inof. test. l. oĩ modo. §. imputari.

q Filij. qui repetunt dotem maternam ea mortua: vel ipsa vxor quando viuit adhuc.

r Si in aliis. quia hæreditas est omni ęre alieno deducto vt. ff. de verb. sig. l. subsignatum. §. j & l. venisse.

s Creditoribus. qui nõ ad hoc mutuauerũt: empta tñ fuit ex ea pecunia, vel præsumitur.

t Actionẽ. i. actũ. sic ponitur. s̃. de nõ ali. §. sinimus.

v In sua virtute. quia si non ad hoc specialiter accepit mutuũ causa talis militiæ emendæ. nihilominus creditores eorum præferũtur mulieribus. & facit. C. de inoffic. testa. l. omnimodo. §. fina. & C. de silentiariis per totum. li. xij. Itẽ fa. ad hunc. §. ff. de ac. emp. l. creditor. §. inter. & C. de inoffi. test. l. omnimodo. §. imputari. & j̃. de æquali. do. §. quia verò. col. vij. & ff. de minoribus. l. iij §. si quid. Item & C. qui po. in pig. l. licet. & ff. qui po. in pigno. l. interdum.

x Aperta est. Not. legem apertam ad clementiã, nec mirum: cum sit sancta: vt C. de legi. & con. l. leges.

y Valentes. s. videmus.

nouissima[a] viuentes inopia: ꝓpterea† sancimus prouidentiam fieri etiam harum[b] & in successiõe morientis: & huiusmodi vxorem cũ filijs vocari, & sicut scripsimus legẽ[c] volentem, vt si sine dote existentem vxorẽ vir dimiserit, quartã partem eius substãtiæ ea accipere: sic etiã hic, quoniã contingit fortè paucos aut plures esse filios, quartam partem eius substãtiæ habere mulierẽ: siue plures, siue minus† filij fuerit[d]: si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir minus quarta parte: compleri[e] hoc: vt sicut læsas eas iuuamus, si fortè dimissæ fuerint à viris indotatæ consistentes[f], ita vel si ꝑdurauerint[g] semper cum eis, eadem fruantur prouidentia, scilicet omnibus[h] secundum instar illius nostræ cõstitutionis, q̃ quartã decernit eis, etiã hic seruãdis similiter quidem in viris. similiter aũt in mulieribus[i]: cõmunẽ nãque etiã hanc sup eis ponimus legem, sicut & præcedentem. Si verò quasdam res ꝓprias[k] mulier in domo viri aut alibi repositas habuit: harũ actionem & retentionem habeat omnib⁹ modis imminuta: subiacere[l] huiusmodi reb⁹ viri creditoribus nullo modo valentibus: nisi fortè secundum quod in illius[m] iure ex hac lege hæres extiterit. Hæc itaque dicimus, si cõiunctorum aliter dotem aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inueniatur: & moriens quidem aut vir, aut mulier locuples sit, ille verò vel illa superstes pauper[n] existat. Nam si aliũde forsan habeat[o]: nõ offerentem[p] dotem, aut nõ dãtem[q] propter nuptias donationem, non erit iustum grauare filios ꝑ successionem[r]. quoniam lex alia est nostra, dicens non posse res offerentem, non posse res viri acquirere per antenuptialẽ donationẽ[s]. quod etiam volumus hic obtinere, nisi tamen ipse vir aut legatũ ei, aut aliquam partem institutionis reliquerit, fieri namque hoc[t] nullo inuidemus modo: vt omnibus modis concordantiæ[v] legum seruẽtur: & inopia coniugis ꝑ diuitias[x] saluetur alteri⁹. Quæ igitur placuerunt nobis, tua celsitudo in omnibus valere, effectuique contradere festinet per præcepta à se conficienda vniuersa faciens manifesta, quatenus ipsi secundum hanc viuant etiam & conuersentur.

TITVLVS VII.

CONSTITVTIO ne[z] quæ ex adscriptitio et libera natos liberos esse vult[a] non iis qui ante cõstitutionem nati sunt, sed qui post constitutionem, prodesse: & vt ne venerabiles[b] domus commutationes faciant adinuicem immobilium rerum ecclesiasticarum, decreto prius interposito excepta hac maiori ecclesia.

Natus ex adscriptitio & libera post hanc legem liber est. Item vna ecclesia potest cũ alia permutare immobilia metropolitani decreto & iureiurando præstito, quòd talis permutatio vtrique vtilis est, excepta Constantinopolitana. Ang.

Imperator Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio, iterũ exconsule & patricio.

IN quadam nostrarũ[b] constitutionũ nihil obscuritatis habente, motæ sunt quæstiones ab aliquibus ex studio & ad suam intẽtionem obscuritatẽ ei introducentibus. Cùm enim libertatis amatores simus: nuper posui-

---

† Ex hoc §. extracta est authẽt. quę est C. vnde vir & vxor. sup. l. vnica. & incipit pręter ea. & concord. cum hoc. §. gl. in capitu. Raynuti⁹. super verbo, clare. in medio. ibi, quandoque tamẽ. extra, de test.

† Alias, siue pauciores.

Concor. cap. semel Deo. extra, de re. iur. lib. vj. vbi etiam per Ioan. And.

a Nouissima. hoc colore loquẽdi plerũque vtitur hic liber: vt not. j. q. mo. na. effi. leg. §. illud. circa fi. col. vj. Acc.

b Etiam harum. s. mulierum.

c Scripsimus legem: vt. C. de rep. i. fi. & s̃. de nup. §. sic itaque.

d Filij fuerint. hic aliter distinguitur: vt. j. vt lic. ma. & auiæ. §. quia verò legem. col. viij.

e Compleri. sic. C. de inoffi. test. l. omnimodo. Accur.

f Consistentes. vt dicitur in dicto. §. sic itaque.

g Si perdurauerint. vt in hoc. §. Accursius.

h Omnibus. repete fruantur. Accur.

i Smiliter autem in mulierib⁹. & hoc corrigitur. j. vt lic. ma. & auiæ. §. quia verò legem.

k Proprias. quæ paraphernalia dicuntur. vt C. de pa. cõ. tam super do. l. hac lege generali.

l Subiacere. ita ordina: huiusmodi rebus nullo modo valentibus subiacere creditoribus viri nisi forte &c. Al.

m In illius. decedentis quando mulier diues decessit, & vir inops est superstes: vnde succesit in quartam bonorum suorum cũ liberis mortuę mulieris.

n Pauper. Quis hic dicit̃ pauper? Rñ. qui habet minus l. aureis: vt. ff. de accu. l. nonnulli. Vel dic qui non habet c. aureos: vt insti. de suc. lib. §. postea. & §. sed nr̃a.

o Forsan habeat. s. sufficientem substantiam.

p Non offerentẽ. s. mulierem.

q Dantem. scilicet virum.

r Per successionem. i. vt ipsa succedat cum filiis, si locuples est.

s Donationẽ. vt s̃. de non eligen. §. fi. nisi in casibus vt ibi diximus.

t Nanque hoc. i. relinqui legatum.

v Concordantię. sic. C. de inof. do. l. j. sic. j. vt cle. apud propri. epis. §. fina.

x Per diuitias. sic C. de nup. l. fi. Acc.

CONSTITVtionem quæ ex &c.

y Constitutionẽ. quæ est in. C. de senatusc. Claudiano. l. j. in fi. nã ꝑ Claudianũ erat libera, et ei⁹ filius erat seruus: vt ibidem dicitur, non autem dicit de illa, q̃ est. C. de agri. & cen. l. ne diutius. lib. xj. quia ibi nõ est casus iste licet alij similes sint ibi. vel dic quod dicit de ea quæ est. C. de agri. & cẽ. l. fi. Et not. quod hæc pars expedit̃. j. eo. vsque ad. §. quia igit̃. secũda aũt vsq; in finẽ constitutionis.

z Esse vult. illa cõstitutio, dico nõ ꝓdest iis q̃ añ &c.

a Et vt ne venerabiles. hoc expeditur j. eo. §. quia igitur, vsque in fin.

b IN quadã nostratũ. vt. C. de senatusconsult. Claudi. l. j. Vel dic vt. C.

C. de agricolis & cenſi.l.fi.vel dic vt tertij:vt C.de agrico.& cẽſi.l. ne diutius. Sed ſecunda verior videtur,vel prima.

a Secundum ſeruilis. ſubaudi hic. ſ.ſecundũ,&c.ſi nõ habes in litera.

b Fortunam. vt ſi venter eſt ſeruus, & partus ſit ſeruus vt ſ. dixi. & C.de rei vend.l.partum. & inſti.de inge.§.j. ſi autem libera: & tunc eſt filius liber vt ſubiicit:ex libera namq;,&c.

c Cõiuncti ſunt. ſcilicet nunc.

d Fuerunt.in futuro.

e Legi. Vbi ſit hæc lex antiqua, ignoramus.nã per l.codicis erat conſiderandus venter ſemper:vt C.de ſenatuſcõ.Claud.l.j. & C.de agri.& cenſi.l.ne diutius. & l. finali.

f Legem.vt ſ. de eccleſi.re. immobi. alie.

g Poſitã legem. vt ſ.de non alie.§. nos igitur.

h Etiã illud. igitur quia ſic fecim⁹, etiam illud, &c.

i Adiicimus.ſ.qđ ſequitur:& per quędam,&c.

k Ineuitabilem.i. ſi occurrat ineuitabilis,id eſt,nõ ſpernẽda occaſio & vtilis,&c.Accur.

† Alias, & mali- gnari poſſeſsionem & nocere dominis &c.

l Domui. accipe licentiam damus, quod eſt infra.

m Licentiam. idẽ eſt in contractu emphyteuſis:vt j.tit.j. §.illud.quod tamẽ eſt hodie ius generale, vt ibi dicemus.

n Dabat lex. vt ſ.de non alie.§. ſimilibus.

o Metropolitã.i. archiepiſcopum.

p Pragmatico.i. imperiali reſcripto.Alexander.

q Terribilia. ſic j.vt ij,qui ob.§.q; ſi quis. ſic. j.de ali. & emphy.§. quia vero.ſic j.vt immo. ante nup. do. circa fi.col.v.

r Tam quæ.ſ.maledicta inferant ea, quæ nunc diſpo.

s Etiam priori. vt ſ.de eccl.re. immo.ali.§.fi.col.iiij.

mus legem, vt non ſecundum antiquitatem, ſi ex adſcriptitia & libera perſona proceſſerit ſoboles, omnino eam ſequatur adſcriptitia fortuna: & ſecũdum ſeruilis [a] ſcilicet fortunæ obſeruationem, ſic etiam ſuper adſcriptitiis putetur,& ſecundum ventris ſtatum eius etiam qui naſcitur, conſiderari, fortunam [b]. Ex libera namq; matre procedere ſeruilem partum,meritò lex noſtra noluit. Et quoniam diximus in lege, ſi quidam cõiuncti ſunt [c] mulieribus, ſiue etiam coniuncti fuerũt [d],& filij procreentur: ita legẽ in iis,qui procreãtur valere: quidam ſic fatuè,aut callidè interpretari auſi ſunt legẽ, vt etiam ſi ante conſtitutionem nati ſint aliqui, vel ſi valde ſint ſenes, putent eos liberari tanquam modò natos,& non longè præcedentes legem: cum vtiq; nos hunc habuerimus intellectum,vt ſi cohærerent iam quidem vxoribus & poſt legem filij procreati eſſent, aut non cohærerent quidem,poſtea verò nuptiæ fierent, poſt legem nati haberent ex lege datam libertatem.

Ne igitur liceat artibus vti, † & malignari,& poſſeſsionum nocere dominis talibus interpretationibus: propterea ſancimus, omnes qui nati ſunt à tempore legis,hos ſolutos eſſe adſcriptitia fortuna, ſi ex liberis naſcantur matribus,omne præteritum antiquæ ſeruando legi [e].

Quia igitur nuper ſcripſimus legem [f] medentes iis, quæ de eccleſiaſticis alienationibus fiunt: & volentes (ſi quidem publicum debitum ſit) poſſe eas alienare cũ omni ſubtilitate ſecundũ legis obſeruationem:ſi verò priuatum debitum eſt: pro ſoluto dare rem immobilem, & in nullo videri offendere poſitam legem [g], quę omnem alienationem prohibet:etiam illud [h] adiicimus [i] & per quandam ineuitabilem [k] occaſionem & & vtilẽ danti & accipienti venerandæ domui [l]:hoc eſt,aut eccleſiæ ad eccleſiam,aut † ptochotrophio ad ptochotrophium,aut xenodochio ad xenodochium aut ſimpliciter venerabili domui ad aliam reuerendam domum:hoc eſt,aut eccleſiæ † ad ptochotrophium,aut monaſterio ad venerandam domum, aut xenodochio, aut noſocomio,aut aliis ad eccleſiam, aut alterutrum:aut vnum horum quæ prius à nobis ſunt dinumerata, aut alteri cuilibet venerabili domui licentiam [m] damus præſulibus horum monaſteriorum per hanc legem commutationem facere,& hoc valere:& non ſolùm imperium (ſicuti prior dabat lex [n])licentiam habere commutare,ſed etiam venerabiles domos, quæ regi omnium Deo dedicatæ ſunt: ſic tamen, vt etiam decretum interponatur cum omni ſubtilitate & iureiurando:& apud locorũ metropolitam [o] hoc conſideretur.& ſi re vera probatum fuerit cum iureiurando,quia vtile eſt vtrique parti hoc agi:ratum eſſe,& valere:& non egere neque ſpeciali iuſsione,neque pragmatico [p] diuino typo:reuerentibus quippe iis,qui ad talia conueniunt,magni dei iudicium, ſi quid pręuaricati fuerint horum,quæ competũt, aut quoddam colludium fiat, aut aliquid propter vtilitatem vtriuſque geratur partis.Nam etiam maledicta his omnium terribilia [q] imminebunt,tam quæ [r],inferunt eloquia diuina peccantibus, quàm quæ nunc eis diſpoſita ſunt. Si quid autem prætermittatur,& poſtea demõſtretur malignè factum:pro non facto erit. Excipimus etiam hac lege ſanctiſsimam maiorẽ eccleſiã:ſicut etiã priori [s].Illam nanq; in priori prohibitione alienationem ſtare volumus quoniã & hoc ipſis gubernatorib⁹ eius ſanctiſsimis viris videt̃. Tua igitur eminentia, q̃ nobis bene & ſanctè viſa ſunt, & per hãc ſanctã declarata ſunt legẽ,in omnibus gentibus,quibus præes, per præcepta propria ſolenniter faciat manifeſta.

† Alias, aut ptochio ad ptochiũ.

† alias ad ptochium.

VT

TITVLVS VIII.

VT DE CAETERO [a] commutationes ecclesiasticarum rerum non fictæ fiant ad piissimum Imperatorem, & hoc modo ad alias personas transeant res: sed hæc tantummodo fiant ad imperialẽ domũ: & vt liceat [b] perpetuas emphyteuses agi ab oratoriis in oratoria, decreto videlicet interposito, excepta hac maiore ecclesia: nec tamen in priuatam [c] personam transeat emphyteusis.

Ecclesia cum principe permutare potest, vt res apud principem perpetuò permaneant nec veniãt ad priuatos: his in futuris casibus obtinentibus. Item ecclesia adinuicem in perpetuam emphyteusim dare possunt, excepta maiore ecclesia Constantinopolitana. Bart.

Imper. Iusti. A. Mennæ archiepiscopo Constanti.

LEgem scripsimus [d] dudũ ecclesiasticas quidem alienationes, prohibentem: solam autem commutationem permittentem sanctissimis ecclesiis, necnon sanctissimæ maiori ecclesiæ huius felicissimæ ciuitatis: dum imperiũ accipere aliquid ab aliqua venerabilium domuũ voluerit. postea si quidẽ aliã scripsimus [e] legem qua [f] excepimus sanctissimã maiorẽ ecclesiã, permittentes [g] quasdam alienationes quas illa lex dicit. Quia verò cognouimus, quod aliqui prioris constitutionis capitulum, quod de permutatione competentium rerum sanctissimis domibus ad imperium scripsimus, ad artem legi contrariam cõuerterunt, postulaueruntque nos quidem à sanctissima ecclesia accipere, his autem hæc dare. Hinc agressi sunt multi quidã similibus petitionibus nitentes sacram circunuenire constitutionem.

Quæcunque ergo gesta sunt à nobis vsque ad præsentem diem, hæc sub schemate [h] quod nunc est, † valere volumus [i] nullo permutando [k] horum quæ iam à nobis cum sanctissima ecclesia in talibus contractibus gesta sunt: aut cum iis, qui hæc à nobis perceperunt. De cæterò autem sancimus, nulli penitus vllam esse licentiam, aliquid tale agere: sed illas solas valere permutationes, quæ ad imperialem domum in hoc factæ sunt, vt perpetuò apud imperium maneant [l], & non transferantur ad priuatum, neque illarum ius per medium imperium [m] ad eos [n] proficiscatur. Sed si quid tale fiat [o]: licentiam damus [p] reuerendissimis œconomis res apprehendere huiusmodi, & trahere eas rursus ad sanctissimam ecclesiam: tãquam si nec ab initio contigisset permutationes harum ad imperiũ sanctas: sed seruari hoc schema [q] in perpetuum ex præsenti die inchoatum omnibus, quæ dudum (sicut prædiximus) post priorem [r] legem secundum modum prædictum gesta sunt, ratis manentibus: eò, quod illa quidem, quæ sic facta sunt, à viris [s] gesta sunt [t]. Nunc autem quidam volunt illorum [v] exemplo vtentes, & nobis esse molesti, sanctissimam maiorem ecclesiam huius felicissimæ ciuitatis circunuenire: quod per omne tempus nullo modo fieri volumus. Sed & si fiat quolibet schemate, hoc etiam infirmum esse: &

† Alias, manere.

a VT DE caetero cõ. &c. *Hæc prima pars expeditur. j. eodem. vsque ad. §. illud.*

b Et vt liceat. hæc secunda expeditur. j. eo. §. illud.

c In priuatam. q. d. in priuatum tantum remaneat prohibitio.

d LEgẽ scripsimus. vt s. de nõ ali. §. nos igitur. & §. vt autem. & §. finimus.

e Aliam scripsimus. vt s. de eccl. re. immo. alie. Accur.

f Qua. i. lege modo proxime dicta: vt s. de ecc. re. immo. alie. §. fina.

g Permittentes. vt in prima parte dictę consti. continetur.

h Sub schemate. id est, ordine. Acc.

i Volumus. Sic C. de legi. & consti. l. leges & constitutiones.

k Permutando. i. irritando. Accur.

l Maneant. vt s. de non alie. §. finimus.

m Per medium imperium. Not. ꝙ nõ possum habere ex mea persona, nec ex alterius persona habere possum. sic. C. de vsur. l. eos §. finali. & C. quod metus cau. l. si per impressionẽ. & ff. de leg. j. l. si mihi. §. regulam. & ff. de vsucap. l. Labeo. & ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. secũda. §. j. econtra quandoque quod non possum habere per me, habeo per aliũ vt ff. ad le. Falci. l. pœnales. §. fi. & ff. de transa. l. & post. §. j. & ff. quæ res pig. ob. pos. l. Aristo. in fi.

Alius nõ potest mihi dare qđ ex me nõ possum.

n Ad eos. priuatos.

o Fiat. i. permutetur res ecclesiæ cũ Imperatore, & Imperator eam det priuato.

p Licentiam damus. sed j. vt spon. lar. §. pe. coll. viij. contra. sed hæc per illam corrigitur in hac prima parte cõstitutionis. Item not. secũdum illam constitutionem, ꝙ aliquis sibi ius dicebat: vt hic. sic C. vt vnicuique lice. sine iu. se vind. l. ij. argu. contra. C. vt nemo in sua cau. iu. l. j. & de Iudæ. l. nullus. Item hic est ar. ꝙ si rem meam vẽdo eo pacto, ne alienes: quod si alienata sit, possim apprehendere. vel dic hanc literam intelligi, quod apprehendent in iure per rei ven. vel alias actiões: vt C. de do. quæ sub modo. l. j. sed primum verius puto.

q Hoc schema. id est, ordinem.

r Priorem. vt s. de non alie. §. finimus.

s A viris. loquitur secundum vulgare. nam quando inuenimus magnũ factum, nos dicim⁹, hoc bene fuit factum à viro scilicet probo. similis loquendi modus s. de trien. & semi. §. prohibemus autem.

t Gesta sunt. id est, perfecta. vnde nũc remouere magnæ esset tergiuersationis: vt s. de nõ alie. §. alienationis.

v Illorum. scilicet virorum.

Præ

à sanctissima maiore ecclesia in perpetuum vendicari: nulla ei temporis præscriptione [a] in hoc obiicienda. Illud quoque sancimus, vt aliis omnibus de iure emphyteuseos sancitis [b] & in sanctissima maiore ecclesia, & in aliis omnibus venerabilibus domibus proprium robur habentibus, licentia sit sanctissimis ecclesiis & venerabilibus domibus adinuicem [c] & emphyteusim perpetuam agere: decreto quippe [d] hic faciendo: excepta quidem hac sanctissima maiore ecclesia, in hac autem celebrata emphyteusi: vt non ad priuatam personam extendi omnino possit. Tua igitur beatitudo quæ iussa sunt à nobis, custodiat: & iis, qui sub ea metropolitanas sedes habent, faciat manifesta: vt ipsi, quæ nobis placuerunt cognoscentes, nihil horum præuaricari præsumant. Erit enim vniuersis à Deo iudiciũ & exinde pœna, si quid præter hæc aut ipsi egerint, aut agi permiserint.

TITVLVS IX.

VT EA QVAE VOcantur insinuatiua [e] super clericis, in maiore ecclesia quidem dentur: in aliis autem ecclesiis penitus non dentur.

Insinuatiua non possunt exigi à clericis ordinatis, exceptis iis qui sunt ordinati in maiori ecclesia, à quibus secundum consuetudinem accipere licet. Bartolus.

Imperat. Iustinianus A. Mennæ archiepiscopo regiæ ciuitatis Constanti.

PLurimas aditiones suscipientes, hanc legem dirigere ad tuã beatitudinem [f] iustum existimauimus. Qui enim ordinantur à tua reuerentia clerici in sanctissimis ecclesiis, absque tamen sanctissima maiori ecclesia, omnium patiuntur crudelissima, non suscipientibus eos illic ecclesiis [g] ante, quàm quantum voluerint, accipiant aurum: & nouimus hoc ex frequentibus aditionibus de hoc factis nobis. Sancimus igitur, beatitudinem tuam hoc validissimè custodire, vt si quidem consuetudo est dare eos, qui ordinantur in sanctissima maiore ecclesia: hoc eos præbere. nihil enim de iis, quæ dantur in sanctissima maiore ecclesia, nouamus. Præterea verò in aliis omnibus [h] nullis in eis clericorum licentiam esse penitus pro iis, quæ vocantur insinuatiua [i], aliquid ferre. Sed & si qs tale aliquid egerit: illũ [k] quidem priuari sacerdotio, in illius autem officiũ introire [l], qui missus est [m]: & hanc eum auaritiæ [n] ferre mercedem. custodire verò hanc etiam Deo amantissimos defensores sanctissimæ maioris [o] ecclesiæ, pœnam formidantes decem librarum auri, si quid horum neglexerint: sed gratis omnia procedere. Deinde † etenim defunctiones [p] & ministeria [q] non per venditionem, nec per mercationem fieri aliquam volumus, sed purè & citra redemptionem. sic enim rei digni fient nulla venditione ac mercatione facienda. Tua igitur beatitudo, & qui postea in pontificales accesserint sedes: quæ à nobis ordinata sunt, & per hanc declarata sunt legem, operi effectuiq; tradere festinet.

† Alias, domini enim functiones &c.

TITVLVS X.

VT CLERICI [r] QVI RECEdunt, aliis pro eis subrogatis præbeant [s] emolumenta: recedentes autem remeare volentes non suscipi: & vt si quis [t] ædificans ecclesiam, aut aliter in eadem seruientibus ministrans emolumenta, voluerit aliquos clericos instituere: non fortuito eos, sed probatione sanctissimi patriarchæ suscipiat.

a Præscriptione. s. nisi centum annorum, secundum Al. vt. s. vt ecc. Ro. col. ij. vel hodie. xl. annis: vt. j. de ecc. ti. §. pro temporalibus. col. ix. & j. hæc constitu. innouat con. col. vj.

b Sancitis. vt. s. de nõ alie. aut per mu. §. alienationis. & §. emphyteusim. vsque ad. §. si autẽ. & §. si vero etiam. perpetuam.

c Adinuicem. alias nisi inter venerabilia loca nõ potest fieri perpetua: vt hic. & s. de non alie. §. si vero etiã. sed hoc cõmuniter fieri potest in perpetuum: vt. j. de ali. & emph. §. licentiã. Accursius.

d Decreto quippe. sic. s. tit. j. §. fi. in princi. sic. s. de eccl. re. immo. alie. §. sancimus. Accursi.

VT EA QVAE vocan. &c.

e Insinuatiua. alias insinuata: et qd sit hoc, dicitur in tex. j. eod. §. sancimus.

f PLurimas. Ad tuam btitudinẽ. loqtur archiepõ regiæ ciuitatis, cui dirigit hæc constitutio.

g Illic ecc̃iis. i. ecc̃iasticis personis. aliás est infra clericis: & tũc plana est.

h In oĩbus. s. ecclesiis Cõstantino. ciuitatis. nam localis videtur hæc cõsti. vel dic ĩ aliis ecclesiis per totum orbem.

i Insinuatiua. huius autem oblatio sic vocabatur.

k Illum accipientem aurum.

l Introire. sic. s. de tabel. §. j. in fin. Accursius.

m Missus est. i. electus vt mittatur. Accursius.

n Auaritiæ. sic. s. vt iud. sine quo. suf. §. cogitatio. Accur.

o Maioris. repete sancimus.

p Defunctiones. i. substitutiones. q. d. vt vnus fungatur loco alterius defuncti. Accur.

q Et ministeria. i. ministros. & facit C. de episco. & cleri. l. si quẽquam. & s. quomodo opor. episc. §. sed neque. col. j. sed contra. j. de sanc. episc. §. pro consuetudinibus. col. ix. sed illa forte loquitur in episcopis tantum: hæc autem in aliis clericis. Vel illa præstãtur ex consuetudine: hæc autem præter consuetudinem exigebatur.

r VT CLE. &c.

Hæc pars expeditur infra, vsque ad §. illud. Accur.

s Præbeant. s. qui præbere soliti erãt: vt patet. j. eo.

t Et vt si quis. hoc dicitur. j. eo. §. fina.

Pluri

a Plurimi Diuiniso omnino. quasi non reuersuri, aliud autẽ dico, si ad scholas vadant: quæ est probabilis absentia: vt ff. ex quib. cau. ma. l. necnon. sed cum aliqua forte meretricula recesit: vt subiicit, ꝑpter quas &c.

b Nouerũt. ideo obscure loquitur: vt etiam malã causam det intelligere. sic. j. quib. mod. na. effic. le. §. & quidã. col. vj. & ff. ad Macedonia. l. j. ibi, ne quid amplius &c.

c Eos. subrogatos.

d Lucra. quæ dabãtur iis, qui recesserunt.

e Eis. s. clericis recedentibus.

f Per ipsos. s. instituẽtes eos: & ita hæc lex est argum. imo expressum cõtra ecclesias Italię, quæ semper habẽt canonicos pauciores, quam sit statutum in eis: & alij canonici vsurpant, quod deficientibus dari deberet. & facit. s. de men. or. cle. §. j. in fine. & s. quo modo opor. episc. §. sed neque.

g Propter ipsos. s. recedentes.

h Remanere velle. alias remeantes. & tunc dic velle, s. suscipere: alias remeare. & facit. ff. loca. l. si in lege. §. colonus.

i Ministrãtibus. ministrantes possunt appellari deseruientes ecclesiæ: vt. j. §. ꝓxi. vel illi, qui ministrant prębẽdas: quod est verius, vt ex tenore literæ sequentis apparet, præsenti &c.

k Lucrari. vt dicat si nolle dare primis vel subrogatis.

l Aedificans ecclesiam. sic infra, vt nul. fa. orato. do. §. j. colla. v. sic. j. de eccle. titu. §. si quis. sic. j. de sanct. episc. §. oratorij. coll. ix. Accursius.

m Potestatẽ. quasi dicat, vt hoc sit in potestate sua.

n Tractari. scilicet conuenit subaudi.

o Ipsius animæ. not. sic. s. vt deter. sit numer. clerico. §. si. Accursius.

p DE IIS, qui ingredi. &c.

Hæc prima pars expeditur infra eo. vsque ad. §. illud etiã videamus &c.

q Et quando per scripturam. Hæc secunda pars expeditur, infra eodem. §. illud &c.

pro negotio, fiet forsan cautior. Verũtamẽ neꝗ hoc simpliciter damus: sed tunc mulierem ex secundo consensu damno submittimus, dũ sunt aliæ res [a], ex quibus possibile est ei satisfieri pro re, vel rebus immobilibus, quæ in antenuptiali donatione continentur, & quæ ab alio detinentur propter alienationis aut suppositiõis modũ. alioqui si nihil aliud supersit neꝗ sic læsionẽ sustinere mulierem permittimus: sed licet secundò vel frequenter cõsentiat, causa ad intercessionis feratur rationem [b], & sit omnino ei lucrũ sub cautela [c] positum: nisi apparuerit relictum aliud sufficiens ad antenuptialis largitatis quãtitatẽ. Et hæc dicimus nõ solũ parcentes mulieribus, sed multò potius viris talia facientibus. si quidẽ & multis & penè pluribus casibus cõmunibus filiis antenuptias donationis seruantes: & rursus hæ remanent apud substantiã viri, eiusꝗ successionem ex hac obseruatione: ideoꝗ vtilis est lex vxori & marito secundũ has satisdationes [d]. Et multò potius hæc in dote [e] valebunt [f]: si quid dotis, aut alienetur, aut supponatur. iã enim hęc sufficienter delimata atꝗ sancita sunt [g]. Sed neque ipsos contrahentes omnino neglex imus. nam etiam super his obligationẽ quãtum ad mulieres neꝗ dictam, neꝗ scriptam esse volumus [h]: & ipsos viros in aliis earum rebus obligari volumus occasione alienatiõis aut hypothecæ: mulieribus qui dem seruãtes in ipsis immobilibus rebus sponsalitiæ largitatis ius innouatũ: viris [i] autem competens ius ex documentis, quantũ in aliis rebus suis [k]: omnibus priuilegiis iam doti datis [l] à nobis, in sua firmitate manentibus, quando mulier mouerit [m]. aliis enim omnibus præter mulierẽ, huiusmodi priuilegia nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus. Tua igitur eminentia quæ placuerunt nobis, & per hãc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modũ edictis præceptis per prouincias vtens: vt nullam gentium lateat, quæ à nobis sancita sunt. in hac enim felicissima ciuitate gloriosissimus præfectus vrbis hæc proponet.

de nõ alienan. §. si quis igitur emere. & §. seq.

i Viris. i. contrahentibus cũ viris.

k Suis. s. viris. & vt omnis absurditas repellatur, non vt modo primum sint obligati, viri conueniuntur, sed vt à principio obligati nunc modo incipiũt posse conueniri. nã & actio pign. so. debito intẽtatur: licet & primo nata fuerit, secundũ Pla. vt ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nũmos. Ac.

l Doti datis. vt C. qui po. in pign. ha. l. assiduis. & insti. de act. §. fuerat. & C. de rei vxor. act. & facit ad hũc §. ff. de pri. cre. l. dabimus. & ĩ. vt fratrum fil. §. j. & ĩ. neque virũ ꝙ ex dote. §. fi. & ĩ. vt exac. instan. do. §. j.

m Mouerit. scilicet actionem.

VT

TITVLVS XV.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE MARITIMI ASPECTVS.

Nulli licet ædificare in hac regia ciuitate vltra terminos à iure permissos, si principaliter noceat. Barto.

Imperator Iustinianus A. Longino huius almæ vrbis præfecto.

CAusam, quæ dolosè fit in hac regia ciuitate circa domuum ædificia, cohibere & emendare iustum credimus. Quia enim certis mensuris distare domos abinuicem, Zęnonis pię memorię constitutio dicit: nos etiam aliquid tale sancimus. Sequitur autem, in hac regia vrbe non posse aliquid vltra centum pedes prohibere maris aspectum, rem gratissimam. oportebat quidem forsan & exampliari mensura aspectus eius partem, & non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadam machinãtur arte. Quidam enim centum pedum relinquentes mensuram, aut etiam parum aliquid addentes, deinde ædificant: nihil aliud habentes, sed tanquã aliquod velum tetenderint: & cũ abstulerint maris aspectum per omnem potestatem, & non re-

m

pugnantes legi propter centum pedum ſpatium, interim ædificant ſine prohibitione: & dum quod quærunt, potiuntur: deponunt illud quod propter vtilitatem ab eis iniunctum † eſt. ſed ita ſchema circumuenientes omni volũtate, extraneas poſſeſſorum cõſtituũt domos: quod decæterò fieri nullo modo volumus. Sed ſi quis voluerit tale aliquid excogitare & malignari, nõ taliter ludat: ſed ſi hoc egerit, pro veritate domum totã ædificet, & vſq; ad ſpatium totum (centum dicimus pedum) tendat, ędificia faciens tanquam neceſſaria ſibi, & ineuitabilia futura, non autem propter vicini læſionem cõſtruat parietes, & velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, priuationem aſpectus arripiat. Sicut enim eis, qui aliena diripiunt, directè aduerſamur, & pœnis dignos putamus: ita & hæc moliẽtes, nihilominus & malitiã eorum, qui alienas res abripiũt æſtimauimus. † Vnde ſi paruã aliquam rem per modum abreptionis auferre pręſumenti beneficio vi bonorum raptorũ conquadruplatur pœna: quomodo nõ hunc neceſſe eſt, qui tale aliquid agit, & cogit quod ab eo factum eſt, alia maiori pœna mulctari? hoc eſt decem librarũ auri inferendarũ theatralibus tuę celſitudinis, vt nõ malus vicinus (hoc quod in ſermone) cõſtitutus, vadat deridens legem, tanquam inualentẽ eum propriis inhibere diſpoſitionibus. Quæ igitur placuerũt nobis, & per hãc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo in hac feliciſsima ciuitate operi terminoq; contradere, & in perpetuum vnà cum obedienti officio ſeruari feſtinet: eadẽ decem librarum imminente pœna contra hæc præuaricantes, aut præuaricari ſinentes.

† inuentum.

† Hal. vnde ſi ipſa vi bonorũ raptorum actio merito & rectè pro officio vltra rei ęſtimationẽ pœna tripli perſequitur eũ, q vel paruam aliquam rem per modũ rapinæ capere præſumpſit.

TITVLVS XVI.

VT FACTAE NOVAE CONSTITVTIONES POST INſinuationes earum, poſt duos menſes valeant, parcit autem non cuſtodientibus ſubtilitatem conſtitutionũ ſuper teſtamentis in relinquendo quadrante, aut non ſubſcribendo nomen hæredis, aut nõ dicendo.

Lex poſt inſinuationem ligat in ciuitate Conſtantinopolitana: in prouincijs verò poſt duos menſes à die publicationis. Angelus.

Imperator Iuſtinianus A. Io. glorioſiſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto exconſuli & patricio.

SEmper legũ nobis occaſiones motorum negotiorum præbuerunt cauſæ. Pluribus enim nobis aditionibus factis [a] occaſione noſtrarum conſtitutionũ, quas ſuper ſucceſsiõibus ſcripſimus (quale eſt [b], vt oporteat teſtatorẽ ꝓpria manu hæredis ſcribere nomẽ, et ex quãtis [c] vnciis reputari oporteat Falcidiam quã filiis parentes relinquũt, ſiue ex tribus, ſiue ex quatuor, ſiue etiã ex pluribus: & multis ꝓpter hoc periclitãtibus teſtamẽtis cadere, ne cõplerent, quę in eis ſcripta ſunt: qa licet factę ſint leges [d]: tñ ſunt cognitę aut prouincialibus, aut etiã hic nondũ fortè propoſitę, nulliq; manifeſtatę †) neceſſariũ exiſtimauimus talia lege breui corrigere. Sancimus igitur, ex illo noſtras cõſtitutiones quę pro teſtamẽtis ſunt, valere [e], ex quo in cõmune factę ſunt manifeſtę. In ꝓuinciis autẽ ex quo directę † ꝑ metropolitas palã factæ ſunt, vel poſtea factæ fuerint: ne legũ ignorantia (ſecundũ qđ dudũ tenuit) teſtamẽta homines faciẽtes, videantur præuaricari legẽ. Vt autẽ apertius ad huc cauſa declaretur: ſancimus, ſi ſcripta fuerit huiuſmodi lex [f]: hãc poſt duos menſes dati ei tẽporis valere, & in republica tractari, ſiue in hac feliciſsima ciuitate, ſiue in ꝓuinciis poſt inſinuationẽ, ſufficienti hoc tpe oĩbus manifeſtã eã cõſtituere & tabelliõibus eius cognoſcẽtibꝰ virtutẽ, & ſubiectis agnoſcẽtibus, legẽq; ſeruãtibus. Sic nullo oĩno erit declinatio, vt noſtrã cuſtodiat legẽ. Nõ eñ volumus deficientiũ infringi volũtates: oĩbus ſiquidẽ ſtudemus modis ratas eas cõſtituere. Cur eñ culpabimus eos, q poſitas nr̃as ignorauerint cõſtitutiones: vel ſi poſt paululũ fortè, quã ſcripta lex eſt, te adhuc ignora-

VT FACTAE novae constitutiones &c.

a SEmper. Factis. pendes vſque illuc, neceſſarium exiſtimauimus.

b Quale eſt. vt C. de teſt. l. iubemus.

c Ex quãtis. vt s. de trient. & ſe. §. j.

d Leges. ſ. prædictæ duæ. Acc.

e Valere. ſcilicet in regia hac ciuitate. Accur.

f Huiuſmodi. lex ſ. pro teſtamentis: vt s. titu. proxi. dictum eſt. Sed nunquid idem in aliis? Dico ꝙ ſic: vt patet ex tit. in princ. cuius ṽba ſunt generalia: & ita hoc intellige generaliter [1]: vt ff. de aur. & argen. leg. l. ſpecies. & ff. de iur. & fa. igno. l. pen. & fi. Sed contra: vt s. vt in priuatis do. i fi. vbi dicitur ꝙ intra tres menſes: ſed illud ſpeciale: vt ibi dixi

1 Cõcor. c. ſi Romanorũ xix. di. & cap. ſi dormierit. xxxj. q. j. capit. quia circa. extra, de priuig.

† Cõcor. c. j. cũ glo. ſuper verbo ſolenniter. extra, de poſtu. præla. quę gl ri... citat tenorem hu... ius §.

† Aliàs directæ.

dixi. Item contra ȷ̃. vt neq̃ miles neque fœ. §. sint igitur. sed illud speciale similiter: hoc autem generale.
a Hæredis nomē disposuit. vt in d. l. C. de testamen. leg. iubemus. & facit instit. de testa. §. j.
b Formas. dãdo rescripta extra corpus iuris.
c Importunitatē. sic supra, de hære. & Fal. §. j.
d Seniorē. s. l. iubemus.
e Alternũ. vt s̃. de trien. & semis. col. tertia.
f Eo quod factis à nobis. i. eo q̃ fecimus vniformes cõstitutiões. & ita ablatiui casus in accusatiuos resoluantur: & quod dicit factis, dic, id est, fecimus: sic ȷ̃. vt ij, qui ob. j. respõ. ibi, non existente, &c.
g Frequentiã. sic s̃. de non alie. §. alienatione.
h Voce. i. lingua. Alber.
i Destinata. alias est insinuata. Acc.
k Valeantque. sic ȷ̃. hęc cõstitutio interpret. no. cõ. col. vj. & ȷ̃. de iis qui ingred. ad mona. col. vj. sic s̃. constitutio quę ex adscriptitiis. §. j. Acc.
l Mortes. tam in terra quã in aqua: vt. ff. de donat. cau. mort. l. senatuscon sulto §. ij.

Innotes

ta decesserint testatores, & propterea in testamentis. aut nõ scripserint propria manu hæredum nomina, aut etiam tres vncias solùm reliquerint filio, & nõ quatuor, in quo legem, aut nõ positam esse contigit: aut positam, & eò quòd nondũ ꝓposita fuerit, iustè ignoratã. Igitur etiã hactenus, licet antiqua cõstitutio sit in cognominis nostri posita cõstitutionũ codice, quæ scribi ꝓpria manu heredis nomē disposuit[a]: tamen plurimi præter eius testati sunt virtutem ignorãtes eius legislationem. & hactenus talia pretermissa denunciãtur nostrę potestati: & omnibus semper talia poscentibus, veniam dedimus: quoniam nondum fieri has manifestas euenerat: & sacras sup̃ his fecimus formas[b] iustã eis largiētes veniam. Ne igitur importunitatē[c] patiamur de his per singulos dies & formas scribere cogamur: ꝓpterea sancimus (sicuti dictũ est) seniorē[d] quidē in Iustinianeo positam codice legem valere, hic quidem ex quo insinuata est: in prouinciis aũt ex quo directa & palã facta est in vnaquaq̃ metropoli aut alia ciuitate. Tēpore namq̃ plurimo transeunte & nostro codice vbiq̃ directo nõ rectè ignorabitur. Alterã[e] verò nouellã, quæ inter cõstitutiões post codicē latas posita est, decernentem quòd filiis relinquatur, valere & in hac felicissima ciuitate, & in ꝓuinciis post duos mēses † insinuationis, sicuti prędiximus: eò q̃ factis à nobis[f] vniformibus constitutionibus de mēsura institutionis filiorũ alia qdē Grecorũ lingua conscripta, propter multitudinis frequētiã[g]: alia verò Latina, q̃ etiã firmissima ꝓpter reipublicę figurã est: illa qdē quę calēdarũ Martiarũ habet cõscriptionis tũc diē: nõ tũc insinuata est. alia verò est Latina voce[h] cõscripta ad Solonium gloriosissimũ apud Aphros sacrorũ p̃fectũ tũc p̃toriorũ. calē. Aprilis. Quia verò neq̃ Gręca lingua cõscripta, mox palã facta est & directa, deniq̃ et. q̃ hic ad gloriosissimos p̃fectos sacrorũ nostrorũ p̃toriorũ cõscripta est. i. Græca lingua, Maio mēse insinuata est in eadē sede atq̃ directa. ideo sancim⁹ oportere eius legislationē, quę de mēsura institutiõis filiorũ eloquit̃, valere, hic qdē ex calēdis Maiis, vt duos menses ei seruemus: in ꝓuinciis aũt ex quo hęc palã facta est etiã ibi duobus mēsibus post insinuationē seruãdis. Si verò nõdũ hactenus in oĩbus ꝓuinciis destinata[i] est velociter & eã & alias, quę fortè nõ missę sunt adhuc, aut etiã postea comitãte Deo à nobis faciēdas, mitti nũc vel mittēdas esse, quaten⁹ nostrę cõstitutiõis in metropolitanis ciuitatib⁹ fiãt vel faciēdę sint manifestę. Prouinciarũ verò p̃sides ipsos mittere eas, & missuros esse p̃ oẽs ciuitates sub vnaquaq̃ ꝓuincia cõstitutas: vt null⁹ decęterò occasionē sumat cuiuslibet ignoratiõis. vñ p̃teritũ omne iustã habeat veniã, valeãtq̃[k] defunctorũ dispositiões, vel si nup̃ factæ sunt, sicut eas illi fecerũt: vel si secũdũ prius tenētē legislationē literis ꝓpriis nõ scripserunt hæredũ appellatiões, aut testib⁹ eas nõ fecerũt manifestas, aut tres vncias & nõ amplius reliquerũt filiis. Nõ eñ infringi (sicut p̃dixim⁹) defunctorũ volum⁹ dispositiões, sed ratas eas esse p̃ oĩa declaram⁹: vt si vel ꝓximè scripta sint testamēta post positionē legis, nõdũ verò cõtigerat constitutiones factas innotuisse. & à superuiuētibus fortè testatorib⁹ nõ sunt mutata: maneãt etiã sic institutiones, q̃ ab initio secũdum tũc certas extãtes factæ sunt leges, ꝓpriã virtutē habētes. & nõ accusandas eò, q̃ tēpore, quo superuixerũt, illi eas nõ mutauerunt. Non enim omnia sunt in nobis, nec semper quibusq̃ tēpus fit testandi, & repēte plerunq̃ incidũt hominibus mortes[l], testandi eis potestatem auferentes. Quam ob rem ab initio factũ rectè, eò q̃ non fuerit mutatũ, non arbitramur postea mutari, aut aliquo modo infringi: sed immutilatã manere, quę tunc placuit testatoribus sententiam, valideq̃ seruari. Erit nanque absurdum, vt quod factum est rectè, ex eo, quod tunc non erat factũ, postea mutetur. Collectiuè igitur dicendum: percipiant filij

† Cõcor. ca. ij. cum gloss. ij in verbo, vltra. & in proœmio decret. in fine.

relictas sibi (si ita contigerit) à patribus tres vncias ex testamentis ita factis, aut ante legis positionem, aut post positionem legis, ante, quã hæc tamen apud iudices innotescerent [a]. Si verò adiectum sit testamentis, oportere quod reliquum est, eis impleri, secundum quod tunc legibus debebatur: hoc percipiendum secũdũ antiquas leges, vt si quid deest tribus vnciis, secundũ illas supplementum [b] fiat [c], non in quadriuncio, quod postea quidẽ sancitũ est [d]: nõdũ tamen tunc agnitũ. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacrã declarata sunt legẽ, perceptis ꝓpriis tua eminẽtia omnibus faciat manifesta, & qui in hac maxima ciuitate, & qui foris inhabitant: quatenus omnibus fiãt palã, quæ à nobis pro omnium cautela sancita sunt. Datũ cal. Mart. Cõstan. Do. Iustinia. præfec. Aug. Anno xj. & ho. Io. vicecon. A. lxviij.

TITVLVS XVII.

VT NVLLVS [e] Fabricet oratorij domos, præter voluntatem episcopi, & vt deputet prius, quæ circa diligentiam & statum in fabricando oratorio sufficiant: & vt episcopi [f] non desint suis ecclesiis, & de alienatione [g] ecclesiasticarum rerum immobilium.

Nulli licitum est ecclesiam vel monasterium, vel oratorium ædificare sine episcopi voluntate, episcopo ædificium inchoante, qui statuit clericorum mẽsuram, & expensas necessarias, & opportunas: sed si ædificare volens non est ad hoc sufficiens, episcopi consensu vnam ecclesiam vetustate corruptam vel neglectam ædificare poterit. Bar.

Imperator Iustinianus A. Mẽnæ sanctis. & beatis. archiepis. Constant. & vniuersi eius tractus patriarchæ.

EA quæ de sanctissimis ecclesiis sunt, multis cõprehendentes legibus [h], adhuc etiã alia lege egemus, ad exorta negotia [i] & rursus [k] emergẽtia sufficiẽte. Plurimi nãq; nõis cã, nõ ad op⁹ sanctarũ ecclesiarũ accedũt [l]: deinde eas ædificãtes, nequaquã curã ponũt, vt expẽsas quoq; eis deponãt decẽtes & ad luminaria, & ad obseruãtiũ alimẽta, & ad sacra ministeria: sed deferũt eas [m], etiã in nudis ædificiis cõstitutas, & aut destruẽdas aut omnino sacro ministerio defraudãdas. Sãcimus † igit̃ præ omnibus quidẽ illud fieri, & nulli licentiã esse neq; monasteriũ, neq; ecclesiã, neq; orationis domũ incipere ædificare ante, quã ciuitatis Deo amabilis ep̃s orationẽ [n] in loco faciat, & crucẽ figat, publicum processum ibi faciens, & cãm manifestam omnibus statuens. Multi enim simulãtes fabricare quasi orationis domos, suis medẽtur [o] languoribus, nõ orthodoxarũ ecclesiarũ ædificatores facti, sed spelũcarũ illicitarum. Deinde nõ aliter quẽpiam ecclesiã ex nouo ædificare [p] priusquam [q] loquatur ad Deo amabilẽ episcopũ, & definiat mẽsurã, quã deputat, & ad luminaria [r], & ad sacrũ ministeriũ, & ad incorrumpẽdæ domus custodiã, & obseruantiũ alimẽta: & si sufficienter habere videtur, faciat prius donationẽ eorũ, q̃ futura sunt deputari: & ita domus ædificet̃. Si aũt nõ sufficiat q̃dẽ aliq̃s ad hoc, nomẽ fortè desiderãs quo & ipse fabricator ecclesiæ vocet̃ & vult aliq̃d tale facere (multę [s] enĩ & in hac regia ciuitate & in prouĩciis ecclesię sunt, in q̃bus cõpetẽti q̃dẽ administrat̃ mõ [t]: ꝑiculũ verò ruinæ patiũtur ꝑ vetustatẽ, aut ẽt paruę cõstitutę & inordinatæ secũdũ desideriũ eorũ [v], q̃ ĩ eis deputati sunt) licebit ei vnã taliũ ecclesiarum accipiẽti hãc ędificare: & hic volũtate Deo amabilis orthodoxorũ ep̃i res agẽda [x] est. sic enĩ poterit & sacrę domus fabricator vocari: & nihil de suo supexpẽdere, deputatis iã circa hoc expẽsis oblatis ab eis, q̃ ẽt prius has expẽdebãt. Illud quoq; sancim⁹ quatenus secundũ iã à nobis prolatã legẽ [y]

† De hac materia vide in c. ad audiẽtiã. j. & ij. cum suis gl. extra, de eccle. ædificand.

a Innotescerent. sic j. vt cũ de appel. cog. § j. co. viij. sic infra, vt in me. li. § j. co. viij.
b Supplementũ. sic ff. de contrahẽ. emp. l. Rutilia.
c Fiat. nã sic erat iure veteri: vt C. inof. test. l. cũ quæritur. & l. parentibus.
d Sancitum est. vt s. de trien. & semis. § j. co. iij.
e VT NVLLus, &c.
Hæc prima pars expeditur infra eo. vsque ad § illud quoque.
f Et vt episcopi. hoc dicitur, vt infra eo. § illud.
g Et de alienatione. hoc dicitur j. eod. § quoniam vero.
h EA q̃. Legibus. quæ sunt in C. & j. & s. in hoc volumine.
i Negotia. infra, de sanctissi. epis. § si quid.
k Et rursus. &, ꝑ id est.
l Accedũt. ad eas faciendas.
m Eas. s. ecclesias.
n Orationem. sic s. de mona. § hinc. & j. de eccle. titu. § si quis autẽ. col. ix.
o Suis medẽtur. id est, se dicunt mederi velle.
p Aedificare. s. cõcedimus.
q Priusquam. sic in decr. xviij. quomodo. ij. quam sit j. de sanct. episc. § si quis. Accur.
r Luminaria. s. in ecclesia.
s Multæ interpositio est vsque illuc licebit ei, &c.
t Administratur modo. scilicet forte ab iis, qui eas antiquitus ædificauerant.
v Eorum. s. clericorum.
x Agenda. sic s. vt cleri. qui rece. § finali.
y Legem. vt s. quomodo oport. epis. § j. & § illud. & facit infra, de sanct. episc. § interdicimus autem.

Deo

Deo amabiles [a] episcopi in suis ecclesiis maneant, & non relinquant quidẽ eas, tẽpus verò multũ [b] hic morentur, & cogant per Prouincias œconomos expensas sibi transmittere, & sanctissima ecclesia expendat: qđ et ipse [c] inde ei obseruare non patiatur. Sancimus igitur iam à nobis positam legẽ [d] in sua manere virtute. si verò defuerit [e] Deo amabilis episcopus ecclesiæ suæ amplius tempus [f], nullam ei mitti expẽsam de ꝓuincia: sed illam quidẽ circa actus pios & sanctissimã ecclesiã expẽdi: ipsum verò hic errantẽ non expensis sanctissimã ecclesiam prægrauare: cũ certũ sit, ꝙ si plurimo tẽpore [g] defuerit: quæ iã à nobis super eisdẽ sancita sunt, valebunt [h]. Quoniam verò contigit, [i] † iam nos sanxisse, vt si qua in prouinciis alienatio rei immobilis ecclesiasticæ facienda est, scđm decretũ hãc ꝓcedere, sicuti dudũ ꝓlata à nobis constitutio dicit: agi verò decretũ [k] nõ solum præsente Deo amabili Episcopo ciuitatis, eiusq́ clero, sed etiã Metropoleos ẽpo [l]: necnon & illud insuper est sancitũ [m], si metropoleos sanctissimus ẽps futurus est venundare, siue eius ecclesiæ sanctissimi œconomi [n], quid oporteat fieri: hoc etiã adiicimus [o], vt duo ex synodo quæ sub eo est, Deo amabiliũ episcoporũ, quoscũq; elegerit, ipsi intersint [p], & alia omni obseruatiõe custodita, quę iam sancita est, præsentia duorũ Deo amabilium episcoporum adiiciatur: vt secundum se [q] videatur cum sua synodo rem agere. & sicut ipse [r] rẽ facit credibilem et sufficientẽ ei [s], qui sub eo cõstitutus est, dũ præsens [t] est: ita & ipsi, quæ sub eo est synodus præsens, per duos Deo amabiliũ episcoporũ videbitur rẽ præbere † cautissimã, sumentẽ ex hmõi synodo testimoniũ. Hanc itaq; nostrã legẽ, & ad se dẽ tuę beatitudinis & ad cæteros sanctissimos patriarchas missam, ipsi ꝑ literas proprias sub vos metropolitis facietis manifestã, vt illi palã faciãt sub se constitutis episcopis: vt nullũ lateãt, quæ à nobis constituta sunt.

TITVLVS XVIII.

VT AB ILLVSTRIBVS, ET QVI super eã dignitatẽ sunt, omnimodo super pecuniariis causis, sed & iniuriarum criminaliter, per procuratorem dicantur: clarissimis autẽ in pecuniariis licere eis et per procuratorem & per se litigare.

Illustres & superillustres in causis pecuniarijs & in crimine iniuriarum non per se, sed per procuratorem litigare debent: cæteris verò dignitatibus inferioribus licitè conceditur vt per se, vel per procuratorem litem exerceant. Bartol.

Imper. Iustin. A. Io. glo riosiss. præsoriorum per Orientẽ præfe. iterũ excõsuli & patricio.

QVæcunq; procedunt quidem quasi honoris causa, schematis melioris sunt: quod autem hinc [v] euenit, non honorem, sed forsan etiam quãdam læsionem inferens, hoc bene habere iudicamus breui mederi lege. Fertur enim quibusdam constitutionibus [x], vt nulli clarissimorum [y] liceat per se litem exercere, sed per procuratorem omnino. sed hanc quidem antiquitas pro dignitatũ hono-

a Deo amabiles. vt s̃. vt cler. qui reced. §. j. col. v.

b Multum. s. vltra annũ: vt supra, quomodo oporte. epis. §. illud. Sed alias dicitur multũ quinquennium: vt instĩtu. de lit. ob. §. multũ. & ff. de sepa. l. j. §. qđ autem dictum est.

c Et ipse. s. episcopus. & qđ subiicit inde. i. ex eis. & ꝙ subiicit ei. s. ecclesiæ. Item ꝙ subiicit obseruare: duo significat, prout enim refertur ad illud verbũ, inde dic obseruare. i. habere. Item propter refertur ei, dic obseruare. i. resarcire. s. de suo ipsi ecclesię. ad vtrũq; enim refertur. Nec mirũ, ꝙ verbũ semel positũ ad duo diuersa refertur: vt & alias. ff. de offi. ꝓcõ. l. ij. Item ꝙ subiicit nõ patiatur, dic i. nõ valeat, vel nõ possit. & ita est plana litera.

Verbum semel positum ad diuersa referri potest.

† Cõcor. per totum tit. de reb. eccle. alie. vel nõ. in anti. & li. vj. decr. & Cle. & xj. quę. ij. per totam illam quæstionem.

d Legem. vt s̃. quomodo oporte. epi. §. & illud. Acc.

e Defuerit. scilicet per annum.

f Amplius tempus, scilicet anni.

g Plurimo tempore. scilicet vltra annum. Al.

h Valebũt. s. expellatur à clero episcoporum, & choro clericorũ: vt s̃. quomodo oporte. epis. §. illud.

i Quoniam verò cõtigit. vt s̃. de ec. re. immo. alie.

k Decretũ. s. præsidis volumus ĩ dicta cõsuetudine. & facit ĩ. de ali. & emphy. §. hoc autem.

l Metropoleos episcopo. id est archiepiscopo.

m Sãcitum. i. sanciendũ. & ita tẽpus pro tẽpore ponatur. sic ff. de leg. iij. l. etiã. Vel dic sancitũ. s. in cõstitutiõe Græca vel extrauaganti. nec enim in illa s̃. de nõ alie. vel in alia. s̃. de ec. re immo. alien. vel aliis iste casus hr̃.

n Oeconomi. quibus res ecclesiasticæ gubernãdę mãdãtur: vt C. de sac. san. ec. l. iubemus. in prin. s. episcopi volũtate: vt C. de epi. et cle. l. omnes. qui vbique. §. hoc nihilominus. Acc.

Oeconomus quis sit.

† Alias, sanctissimam.

o Adiicimus. s. ꝑ hãc cõstitutionẽ.

p Intersint. quid adiicit hæc cõstitutio. Potest dici, vt duo episcopi intersint. Alij dicunt, ꝙ hoc erat etiã dictũ in cõstitutione, cuius hic facit mẽtionem: & dicunt hic adiici, ꝙ isti duo episcopi debeãt esse de sua synodo [r]: hoc est de suo archiepiscopatu.

r Synodus quid sit, habes in c. sicut. extra, de accu. & c. super his. de maior. & obed.

q Secundum se. i. in suo contractu.

r Ipse. archiepiscopus præbẽs authoritatem episcopo sub se posito.

s Ei. s. episcopo.

t Præsens. archiepiscopus.

VT AB IL- lustribus &c.

v QVæcunque. Hinc. ex legibus inde nominatis.

x Constitutionibus. vt C. de procura. l. quicunq;. & C. vbi senator. vel cla. l. fi. in princi. & de accu. & inscrip. l. conueniri. Acc.

y Clarissimorũ. & per consequens nec spectabilis nec illustris.

re scripsit: multos autem conspicimus dignitates quidem adeptos, & inter clarissimos inscriptos, aut comites [a] aut tribunos, vel si qui alij consistunt huiusmodi, substātiæ verò minoris dominus, vt penitus non sufficiāt ad procuratores ordinādos: & propter hoc agendas expensas. Sancimus igitur vsq; [b] ad magnificētissimos illustres hæc valere, & modis omnibus eos per ꝓcuratores pecuniarias exercere causas: necnon etiā iniuriarū per procuratorem criminali modo mouere [c] secundū quod datum est eis super hoc priuilegium: ne cogātur aut sedere [d] † cū iudicibus, cū iudicant, aut stare rursus tanquam litigātes. ex vtroq; [e] enim causa videtur incauta, aut dignitatibus iniuriā [f] sustinentibus, aut iudiciali schemate indignè procedente [g]. Post magnificentissimos [h] igitur illustres, omnibus licētia si volentibus [i] procuratores ordinare [k], & per se lites exercere, nulla ex hoc neque prohibitione [l], neque damno, neq; pœna inferenda eis. Tua igit̃ eminentia, quę visa sunt nobis, & per hanc sacrā declarata sunt legem omnibus faciat manifesta, quę moris sunt super his agēs. D. pridie nonas Iul. Constantin. Imperij. D. N. Iustin. A. P. P. an. xij. Ioanne V. C. Con.

TITVLVS XIX.

VT ORDINARIAE PRAEFECTVRAE vrbanæ & prętorianæ dignitatis [m], & proconsulares, quæ in cingulo, & quæ in actu sunt, solæ non etiam honorariæ liberent à curiali fortuna.

Sola collatione dignitatis & administrationis etiam ante administrationem susceptam curiales liberantur à curiali fortuna: sed sola collatione honoris seu dignitatis absque administratione non liberantur: sed remanent curiales solum honorem ex tali creatione consecuti. Bartolus.

Impera. Iustinianus A. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorū præfecto iterum exconsule & patricio.

Plurima horū, quæ olim sancita sunt neglecta, & non facilè in republica tractata, omnino visa sunt absq; lege & sine legislatione cōsistere [n]. Nouimus enim, qđ antiquitus erat quædam præfecturæ figura, quam honorariā [o] vocabāt, codicillis [p] ab imperio super ea collatis. hāc autem ita nominabant, vt nihil aliud nisi purum honorē iis, quibus præbebatur, conferret: quæ curiales non liberabat à fortuna curiali, nisi quis eam ipso opere [q] ministrasset. & sicut de gloriosissimis magistris militum videbimus, quia nullus ex magisterio armorum eripitur fortuna curiali, nisi cū opere gesserit [r] (nam & magisterium [s] militiæ præfecturam esse nostræ dicūt leges: puri verò magistrorum militiæ codicilli solam præbēt dignitatem, fortuna nō liberātes) sic etiam in ipsa præfectura si futurus sit aliqs [t] liber huiusmodi fieri fortuna:

---

a Comites. vt sunt comites, sine comitatu.
b Sancimus igit̃ vsq; inclusiue ponitur .s. vt illustres et supillustres cōtineātur. & illustriū multa genera sunt: vt C. de ordin. ser. l. ij. in prin. lib. xij.
c Mouere. vel suscipere: vt C. de iniur. l. fi. & facit ff. de iniu. §. pe.
d Sedere. no. hic expresse iudicē debere sedere cū iudicat: & aduocatū sine litigantes stare dū dicit, & facit C. de postul. l. quisqs. in fi. et C. vbi se. vľ cla. l. fin. §. sedēti. & C. de of. ciui. iud. l. j. & C. de of. di. iu. l. fin. Itē facit C. de dilat. l. j. & l. à ꝓcedēte. Sed cōtra in ff. de lib. §. multis. sed ibi est speciale fauore libertatis.
e Ex vtroque. scilicet latere.
f Iniuriam. alias incuriam. & ponitur pro rusticitate. & ita nota nos debere esse curiales ĩ inuitādo aliquo ꝓbo & nobili homine ad sedēdum: sic C. de off. iud. l. j.
g Indigne procedēte. q; erit si aduocati siue litigantes iuxta decē debeant sedere, ne ergo hoc cōtingat, litigēt per ꝓcuratorē ex parte illustris.
h Post magnificētissimos. Hic nota qnq; gn̄a magistratuū habentiū ordinariā iurisdictionē vt supillustres. Itē illustres, & isti litigāt per procuratorē tantū: vt hic. & sunt illustres, vt p̃fectus ꝑtorio Ori. et Illyrici. Item vrbis Romæ. Itē alij sunt spectabiles, q post illustres sunt, vt ꝓcōsules. & p̃fectus Aegypti: q dr̃ augustal. alij sunt minores vt clarissimi & p̄sides ꝓuinciarū: vt s. de ap §. illud. & §. similiq;
modo. & §. oriēta. & C. de rap. vir. §. sinaūt post. & ff. de pri. car. l. j. §. j. ibi, & viris clarissimis &c. Itē & alij sunt minimi, q nec nomē hn̄t vt pedanei, ordinarij tñ sūt: vt defēsores ciuitatū & municipiorū: & de minimis iudicāt causis: vt C. de pe. iu. l. fin. & s. de def. ciui. §. & iudicare. & §. audient. col. ij.
i Volentibus. nō autē necessitas imponitur ꝓcuratorem ordinare. Ac.
k Ordinare. qđ cōmune ius est in omnibus: vt instit. de his per quos age. pos. l. fi.
l Prohibitione. nā lex aliaquęcūq; prohibet: & dānū s. amisionis causæ imponit ei: & pœnā etiā ĩponit iudici xxx. librarū auri. amodo ergo hęc cessant, nisi in illustrib᷒: vt hic dicit.
VT ORDINA. [illegible]
m Dux. imo non dux tantū. vt j. constit. quæ de di. §. generaliter. & §. palam verò. col. vj. nā episcopatus liberat. vt j. de sanctiss. epis. §. curialem.
n Plurima. Consistere. Hic potest no. ar. ad excusatio nē papæ Inno. q in suo cōcil. multa de antiqs repetiit: q quasi neglectæ erāt. & facit s. de fide iuss. in princi. & C. de anno. l. fi. lib. x.
o Honorariam. i. sine actu & administratione.
p Codicillis. i. literis imperialibus.
q Opere. sic C. de dec. l. fi. sic j. cōsti. q de dig. §. gn̄aliter.
r Operegesserit. i. cum effectu sine administratiōe. A.
s Nam & magisterium. interpositionē facit notādo bonum simile esse.
t Aliquis. s. præfectus.

Margin notes:
Iudex iudicando sedere debet.
† Rigor istius tex. obseruatur in parlamentis Franciæ.
Magistratuum habentiū ordinariā iurisdictionē quinq; genera.
Procuratorem constituere quis nō cogitur.

necesse est in ipso cingulo designatum [a], ab ea curiæ vinculis liberari. Renouamus [b] igitur huiusmodi legem: sancientes, si quãdo visum fuerit Imperio honorale curialem vt etiam liberet fortuna, dari ei codicillos [c] administrationis, & præparare eum in talibus constitui sedibus, aut cingulis vrbanę præfecturę senioris Romæ, & nouæ videlicet huius nostræ, aut in prætorianis tribunalibus & Orientis & Hesperiæ & Libiæ necnon & Illyrici [d]: quos omnes sub nobis fecit Deus: & ita libertate frui [e]: quatenus magno ꝑ meriti honore & in carpẽtis [f] vecti, & clamores præconũ audiẽtes, insuper iudiciales conscendentes sedes, huiusmodi fortuna liberi constituantur. Si verò solo eos participare voluerit honore: fieri quidem codicillos, & his dari: tantum verò valere huiusmodi imperialem largitatem, vt ille honoratus quidem sit, & maximæ curiæ pars esse videatur [g]: non tamẽ neq; prouinciali curia, neq; eius albo [h] liberetur: sed maneat sub antiqua fortuna, solum lucratus honorem: & ita gratias agens Deo & imperio: qa migrauit eum ad meliora prioris trãquilitatis educens [i]. sitq; etiam hoc additamẽtum imperialium præmiorum, quòd neque publicum minuit, neque fortuna, neque consuetis ei functionibus priuans curialem, & ei, qui hæc promeruerit, etiam præsentem addẽs fortunam: ostendens honoratiorem, & aliis curialibus dignitate solũmodo præcedentẽ. Quæ igitur placuerũt nobis, tua celsitudo seruare festinet: sciens, quia neque curiales minuimus, & honoratiores eos omnibus demonstrauimus: vt sciant hæ ciuitates perpetua præcepta, quatenus imperio datur.

TITVLVS XX.

VT OMNES OBEdiant iudicibus [k] prouinciarũ & in criminalibus, & in pecuniariis caussis: & ibi negotia [l] examinẽtur, nullo excepto per priuilegiũ [m], nec huc [n] conuenti [o] deducantur nisi sacra pragmatica forma exhiberi quempiam iusserit.

In prouincia: in qua quis forũ sortitur, illic est conueniendus vtraque parte præsente vel altera tantum: & vbique iustitia seruata sententia condemnatoria vel absolutoria feratur, omni priuilegio cessante, nisi pragmatica forma aliud statuatur: vel aliud propter appellationẽ acciderit: his obtinentibus in omni loco & tẽpore, pœna contra faciẽtibus imminente. Bar.

Imper. Iustin. A. Ioanni glorios. præt. per Orientem præfecto, iterum exconsule & patricio.

VNam quidẽ esse omniũ [p] perfectissimã virtutẽ arbitrandũ est hominibus, quæ iura omnibus distribuit: † hęc est ex cã [q] cognominata iustitia. Et em̃ vnãquanq; [r] aliarũ virtutũ, nisi subsequãtur huius [s] bona fiet nihil horũ, quæ cõpetunt, itaq; nec fortitudinẽ, quę nõ est cum iustitia [t], laudabimus: cũ scilicet patria lingua [v] fortitudinẽ in armis virtutẽ appellet solũ: & si quis ab ea [x] iustistitiã subtrahat, delictorũ solũmodo, nõ quorundã bonorũ fiet occasio: quã [y] in nostris ꝓuinciis intuẽtes, cõtemni, lege placẽti Deo eã corroborare, & ad fortitudinẽ decentẽ reducere iudicauimus oportere. Plurimorum nãq; alij qdẽ literas sacras [z], alij priuilegia [a], alij pragmaticas formas [b], alij ꝓcepta iudicũ: qdã alias ex aliis adinueniẽtes occasiões [c] sibi ꝑagũt peccãdi [d]: qdã

a Designatũ. per administrationem sibi collatam.

b Renouamus. sic ꝭ. vt eccl. Ro. §. reuocamus. coll. ij.

c Codicillos. i. imperiales literas.

d Et Illyrici. s. Sclauonia. Accur.

e Frui. à curia.

f In carpentis. i. curribus & plaustris: est em̃ carpentum genus currus, secũdũ M. & facit C. de questo. & magi. off. l. j. lib. xij.

g Videatur. No. pro capellanis domini papæ.

h Albo. vt ff. de albo scri. l. j. & ij.

i Educens. s. imperium.

k VT OMNES obediãt iudicibus, &c.

Hoc dicitur infra. e. §. hoc considerantes.

l Et ibi negotia. hoc dicitur. j. e. §. si igitur fuerit. vsque ad illũ. §. arripiat.

m Priuilegium. s. specialiter indultũ vel de nouo cõcessum alias: qđ plene dicemus. j. eo. §. si igitur ambo. Ac.

n Huc. i. in ciuitate Constantinopolitana, vt subiicit. & vt j. eos. §. arripiat.

o Conuenti. s. in prouinciis.

p VNã. Omniũ, scilicet, virtutum. Acc.

q Ex cã. quia tribuit vnicuiq; ius suum.

r Vnãquãq;. i. per vnamquãq;. alias vnaquaque.

s Huius. iustitiæ, s. q̃ sunt quatuor. s. iustitia fortitudo, prudentia, & tẽperantia.

t Iustitia. sic insti. de iustitia & iure. j. respon.

v Patria lingua. alias patriã linguã & tũc subau. secundũ. & dic appellet, s. cõsuetudo loquẽdi. & alias patria ligua. s. Rom. vt si dicãt: iste fecit fortitudinẽ. nã in armis vł alia vt illicita intelligimus secũdum vulgare, vt subiicit.

x Ab ea. s. virtute i. fortitudine; vt subiicit. Al.

y Quã. s. iustitiã.

z Sacras. s. principis.

a Priuilegia. s. de nouo concessa, & ad postulationem indulta. Al.

b Pragmaticas. formas s. prętendẽtes.

c Occasiones. cũ homini ad malitiã dedito facile sit qđlibet malũ adinuenire: vt j. vt ij, qui ob. §. j in fin. Ac.

d Peccandi. ne sit impropria locutio repete occasionẽ. s. delinquẽdo. q. d. delinquũt in prouinciis: sed simulãt se velle respõdere extra prouinciam.

† Haloã. & ex re ipsa nomẽ trahit, appellatur, que iustitia.

Extra

a Extra eas.s.prouincias, in quibus delinquunt.
b Simulant.id est, nituntur & cogitant : quod esse non debet.vnde dicitur.Quod non est, simulo, dissimuloque quod est.
c Qui.scilicet, actor.
d Quocunq. vt de vsufru.vel serui tute.s.reali.
e Pertulit.i.susti nuit i mala parte.
f Exhibere.inter rogatiue lege,& re spōde. q.d. nō bñ.
g Suam.alias so lam:& alias suam.
h Et fortitudinē. in malā partē acci pe hoc vocabulū.
i Credentes.s.se fa cere.
k Et hæc.s.mala supradicta.
l Perpetrant.i.fa ciunt.
m Decies.i.faciāt decies millies.simi lis modus loquēdi est.s.de hęc.& Fal. §.si hoc quidē.col. j.& s. de nup.§.sed hoc.coll.iiij.
n Exempla.con tra.C.de sentent.l. nemo iudex . sed hic quo ad Deū:& quo ad peccatū vi tandum loquitur: ibi quo ad ciuilem quærendam actio nem.
o Innumerabili bus. s. generibus personarum.
p Pene.i.fere.
q Ex potētibus. s.personis. Acc.

in prouinciis & extra eas[a] litigare simulāt[b]. Qui enim[c] quolibet loco malè patit̄, aut aliqd suorū amittit, aut de terminis terrę litigat, aut de proprietate, aut de possessione, aut de hypotheca, aut de alio quocunq[d]: quomodo valebit in alio loco probatiōes horū quę pertulit[e], exhibere[f]? hęc enim agētes, ostēdentesq potentiā suā[g] & fortitudinem[h] ita iustè credentes[i] talia machinātur: & hęc[k] homines ꝑpetrāt[l] tanquā perpetuā virtutē habituros se confidentes, & nō respiciūt ad millia & decies[m] millia exempla[n], qa serò tandē & in ꝑsonis innumerabilib[o] ex impotētibus videmus potētes procedere, ex non diuitibus diuites: in omne aūt æuū penè[p] ex potētibus[q] ꝓcesserūt inanes[r], ex diuitibus autē pauperes, dū patrū iniustitiā soboles est secuta[s]: & nō cogitāt, neq reputant, quoniā qđ ipsi quasi per se machinantur potestatibus[t] vtētes, hoc forsan cōtra eos, q ex eis ꝓcreantur, agūt: nō eadem potētia sequēte sobolē, q̄ illos seqtur. Hæc cōsiderātes, præsentē ponere legē existimauimus oportere. & præcipimus omnibus in ꝓuinciis iudicibus quicūq nostris obediūt sceptris[v] in vniuersa ditione, & q̄ ascēdentē[x] videt, & q̄ descēdentem[y] solē, & q̄ ex vtroq est latere[z]: vt vnusquisq in qua prouincia deliqt[a], aut in qua pecuniarū[b] † aut criminū[c] reus sit, siue de terra[d] & de terminis[e], siue de ꝓprietate[f], siue de possessione[g] aut hypotheca[h], vel de quali bet alia occasione[i]: illic etiam iuri subiaceat[k] (hoc enim apud legislatores præcedentes va-

Filius an ex delicto patris puniatur.

r Inanes.id est, non potentes.
s Secuta. Et hic no. filiū ex delicto patris puniri. Sed contra. C.de pœ.l.sancimus. Item cōtra. ff.de pœ.l.crimen. Item contra. ff. de accu.l. ex iudiciorū.sed certe hic de pœna loquitur diuina.in dictis autem legibus de humana.vt arg.illius diuinæ scripturæ, patres comederōt vnam acerbā,& dētes filiorū obstupuerunt.
t Potestatibus vtentes.i.potentiis suis.
v Sceptris.i.literis vel imperio. Alb.
x Ascendentem.i.Orientem.
y Descendentem.i.Occidentem.
z Vtroque est latere.i.Meridie & Septentriōe. Al. & facit.s.vt eccle.Ro.§.fin.
a Deliquit. apparet. quod hæc constitutio tota loquitur in reo volente trahere actorem ad extraordinarium iudicem.
b Pecuniarum.potest stricte intelligi verbum, pecuniarū quia inferius subiicit de aliis rebus: vt & alias stricte accipitur: vt C.de proba.l.j. & ff. ad Macedo. l.si filius. §.j. Vel large pone.& quod subiicit, siue de terra,&c.est quasi huius expositio.nā pecunię verbū, large potest sumi: vt ff.de verb.sig.l.pecuniæ. & C.de consti.pe.l.ij.§.fin.
c Criminum.vt de eo crimine conueniatur ciuiliter vel criminaliter: & hoc ipsum erat etiā ante legē istā. vt subiicit. hodie etiam plus est: quia si ibi non inueniatur vbi deliquit, poterit & alibi comprehendi, & remitti etiam violenter: vt j.vt nul.iudi.§.si vero quis cōprehensorū.non erit ergo amodo quæstio, an hæc constit.loquatur de criminibus, vel nō. nam vere loquitur, secundū Ioan. vt hic, & s.in tit.licet quiddam vt M.dixerint contra scilicet quod non loquatur in criminib', vbi criminaliter ageret, quasi satis sufficiant vetera iura. Sed certe generali' loquit: nec vult tantū noua dicere: imo etiā vetera iura recitat hæc constitutio: vt j.statim subiicit: hæc enim apud præcedentes & cætera.
d De terra. quod hic dicitur indistincte, statim diuidit & distinguit, siue de ꝓprietate,&c.
e De terminis. de quibus agitur ciuiliter finium regun. vt imponantur & distinguātur, vt ff. fi.reg.l.ij.in fi. & l. iij.& l si irruptiōe. §.fi.Item agitur pecunialiter ad pœnā l.aureorū.per l. agrariam imponē dam si dicantur ab alio termini deiecti: vt ff.de ter. mo. l.agraria. nec tollitur vnū iudicium per aliud, cum debet propter remia miliarē: vt C.quando ci. ac.cri. præ.l. j.donec tamen vna intentatur, alia cessat: vt ff.de pub.iudi.l.interdum.& ff.vi.bo.rap.l.j.§.j. dixi.instit. de offi.iudi §.pen.

† Cōcor. c.vlt. cum gl. in me. extra, de foro competenti.

f De proprietate.id est, dominio, per rei vēdicationem directam vel vtilem, vel Publicianam, vel hæredi.petit. quod etiam ante hanc.l. erat: vt ratione huius possessionis, quæ hic esset, debeat hic conueniri: vt ff.vbi in rem act.l.fin.& C.vbi de hære. agi opor. lege prima.
g De possessione.s.recuperanda vel adipiscēda vel retinēda: cum his tribus modis de ea agatur: vt insti. de interdict.§.sequens diuisio.
h Hypotheca.vt si rem immobilē in hac prouincia positam mihi obligasti: quo casu etiā ratione possessiōis hic positæ agam, siue etiam alibi positæ agā. nec ratione contractus: vt s.proxi.dicit.nā reus hic fit. id debitor obligando sic se & rem suam.
i Occasione.vt de seruitutibus personalibus: vt vsu & vsufr.& de realibus, vt rusticorum prædiorum: vt ff.de seruit.l.j, sed etiam de statu seruili vel ascriptitiæ conditionis vel alterius similis: vt de filiatione vel patria potestate.similis est modus loquēdi: vt C.de iud. l.properandum.in fin.j.respon.
k Subiaceat.ergo idē in clericis.sed contra.j.vt cle. apud propri.epi.§.j.col.vj.Respon.& clericus in eo loco conuenitur: sed non apud præsidem, sed apud episcopum huius loci: qui suus est, & ratione huius causæ secundum Io.

Varie.

rie [a] quidē dictū est, licet non purè [b] & sicut nos illud cōsiderauimus [c])& vltra terminos litigare nō quærat. Siue enim magna delicta sint, siue contractus cōsistant, oportet omnibus modis super eis & cōuentiōes esse & scripturā [d], si opus fuerit, & examinationē [e] ꝓuincialē propter facilē probationē: siue quidē in paruo qs piā similiter delinquat, siue maius adhuc peccatū fiat: quale est, si nec in paruis iure patiat̃ [f], sed expectet venire in extraneæ terræ ꝓuinciā: ibiq; eū cōuenire, & de talibus litigare, quem [g], neque præsentē [h], neq; in prouincia forsan propter virtutē illius [i], aut infirmitatē suā conuenire poterat competenter. Quid enim erit durius, quā læsum [k] forsan circa sublationem bouis, aut equi aut iumētorū alicuius, aut pecudū aut (vt exiguū dicamus) domesticæ gallinæ: hunc cogi non in qua aufertur prouincia litigare, sed alibi currere, & ibi probationes horū quæ pertulit exigi: & aut plures expensas pati, quā rei æstimatio est, aut inopiā ingemiscentem [l] ferre [m]? Hinc nobis multitudo [n] plurima est interpellantium quotidie & crebrò [o] in talibus causis inquietamur paruarum gratia occasionū, & ipsi [p] multas sustinentes importunitates, & videntes plurimā quidē multitudinem virorum, plurimamq; mulierum ex propriis locis agitatas, & ad hāc veniētes felicissimā ciuitatem quorū plurimi etiā mendicantes & afflicti hic agunt: interdum quoque hic moriūtur. Si igitur † fuerint ambo in prouincia [q] & actor & reus, nequaquam ad aliam prouinciā causam trahat̃ [r], neque ad hāc felicissimā ciuitatem, neque ex priuilegio [s] cuiuspiā, neque ex iussione: sed illic decidatur [t]. Si verò [v] alter quidem adest, alter autem abest: qui verò præ-

a Varie.i.in variis locis: vt ff. de accu.l.cui.§.pen.& §.fin.& l.fin.& ff.de re mili.l.iij.§.j.rñ.& vbi de cri.agi.oport.l.j.& C.de castren.& ministe.l.fi.in fi.li.xij.& ·s.vt iu.sine quoquo suffra.§.qđ aũt dictum est.coll.ij.& ff.de iudi.l.hæres.§.j.vsque in fin.

b Non pure.hoc est, nõ inuenit̃ lex aliqua de antiquis quæ ita dicat pure & simpliciter de omnibus, vt ista dicit.& statim subiicit.nam hæc in delictis & quasi.item in contractibus & quasi loquitur. Itẽ & in actionibus in rem, in q̃bus quis ratione possessionis sortitur forum: vt C.vbi in rem actio.l.fi.Item in interdictis possessoriis, vt hic continetur.

c Considerauimus.s.q̃a reus respondeat: ita econtra dicimus, quod actor alibi non agat vel alibi q̃rat, vt subiicit. vel dic ad reum tãtum referendum hoc.

d Scripturam .i. libellum conuentionalem.Alb.

e Examinationẽ. prouincialem,i.faciendam in prouincia ea, vbi contractum est dictum (vt s.dictum est)& est ratio, vt subiicit, facultas probationum. nam facilius ꝓbabit actor hic quã extra prouinciã. & facit. C. de hæreti. & ma.l. quoniam.in fin.& C de reb.cre.l.generaliter.in princ.ibi, probationibus pinguis,&c.

f Iure potiatur.simile dr̃ in diuina pagina, qđ nullum adeo est veniale paruum peccatũ si deducatur in contemptum, mortale non efficiatur.

g Quem.scilicet reum.

h Præsentem.etiam subaudi.

i Illius.scilicet rei.

k Læsum.scilicet, actorem.

l Ingemiscentem.sic.C.quando imp.inter pupil.& vidu.lege prima.

m Ferre.s.pœnam quam patitur.Alb.

n Multitudo.sic C.qui potio.in pign.habe.l.fin.in princip.

o Crebro.id est, sæpe.

p Ipsi.scilicet nos. Accur.

Italia prouinciarum domina dicitur.

q In prouincia.in qua obligatio contracta est: vt s.eo.§.hæc considerantes.Sed quid si in Italia? Respon. idem: licet non sit prouincia sed prouinciarũ domina: vt j.eo.§.& §.fin.

r Trahatur.scilicet, per reum.

s Priuilegio.hoc est nõ prodest reo priuilegium, vt possit alibi reuocare iudiciũ quã vbi contraxit. Sed contra.ff.de iud.l.ij.§.omnes aũt.Sol.dicunt quidam illam corrigi per istã: & eodem modo respõdent ad l.fi.de arbi.l.non distinguemus.§.item si quis Romæ. nã & ibi dicitur nõ debere legatũ Romæ cõueniri ẽt de eo qđ ibi facit dũmodo ante hãc legationẽ, in qua nunc est. Sed hoc nõ placet: quia per aliam authẽt. quæ est post istam, salua sunt legatis & aliis priuilegia: vt j.de sanc.episc.§.si vero episcopi.col.ix.dic ergo hic loqui de priuilegiis quæ extra corpus iuris posita sunt: vt colligit̃.s.eod.§.plurimorũ. nec videtur aliquid corrigere: vt s.e.§.hæc cõsiderãtes. ibi, hi enim,&c. quæ autẽ in iuris corpore sunt nõ tolluntur per hãc auth. vt dictũ est, sed q̃dã alia auth.& fori & iudicis videt̃ tollere priuilegiũ, secũdũ Bart. vt s.vt iud.sine quoquo suffra.§.quod aũt primitus. quod nõ puto, nisi (vt dictum est) si non sunt in corpore iuris. nam & in seq.§.post illum s.in §.interdicimus. quibusdam seruat̃ priuilegiũ. Item contra s.de exhib.§.j in eo qđ actori permittitur ex priuilegio ad aliud iudiciũ trahere reũ. Itẽ ad idẽ cõtra. C. de dilat.l.si quando.& C.de iuri.om.iu.l.in criminali.Sol.quidã dicũt illas duas esse correctas per istam: quod non placet: quia inquantũ possumus euitare legũ correctiões, hoc facere debemus, Iustinianum imitantes: vt j.quib.mod.nat.effic.sui.§.tribus aũt.dic ergo, quod hæc loquitur in reo, illa in actore trahente reo ad extraneũ iudicẽ: sed hæc mala videtur.sol.nã nõ debet licere actori quod non licet reo: vt ff.de reg.iur.l.non debet.sed dic hoc speciale, illud generale, cui generi per hãc speciẽ derogatur: vt ff de leg.iij.l.vxorem.§.felicissimo.& de reg.iur.l.semper.sic & alias licet actori.s.agere q̃n vult: quod reo non licet conueniri q̃n vult: vt ff.de excep.do.l.pure.§.fin.de peti.hære.l.si quis libertatem.§.ita demum.ibi,& erant in ipsius &c. vt C.ne.inui.age.vel accu.l.j.sed hoc non licet reo.

† Cũ hoc §.concor. c. ex parte.in glos. j.circa fi. extra, de appellat.

Legum correctiones vitandæ sunt.

t Sed illic decidatur.s.in prouincia illa, vbi cõtractũ est. sed quid si ibi non inueniuntur, non remittitur in contractu, vt in delicto: vt j.vt nul.iud.§.si vero quis? Respon.dic vt ibi dicemus.

v Si verò.Casum istum pono tribus modis. Primo in domino domus, qui cũ inquilinis vel mercenariis habita

sens est, ex domo absentis iniustitiam [a] patiatur cōueniat omnib⁹ modis, ipse, qui iniustitiã egit [b], siue curator, siue conductor, siue quicũque sit eius [c]: & liceat ei secundũ prouinciæ spatium ei secundum legem communem [d] antiquitus positem inducias accipientam, nuntiare, quæ de his gesta sunt, illi, ad quem causa refertur. Sed si quidem vicina prouincia est, in qua hoc agitur [e], vna aut duabus mãsionibus [f] in medio prouinciarũ constitutis, quatuor ei mensium dare inducias. Si verò maius sit spatium sex. Si verò ex Palestina forsan, aut ex Aegypto, aut ex spatio gentium longinquarum [g] menses octo ad hoc sufficient. Si verò ex Hesperiis gentibus, aut Septemtrionalibus, aut è Lybia: tunc quod etiam præcedentibus legislatoribus sufficiens visum est esse tempus determinatũ [h], hoc est nouem mensium, vtile †. Et si quidem ipsi nuntianti credat [i], litem [k] illi eam committat: si verò aliquid aliud de illo sapit [l], alium dirigat susceptu-rum modis omnibus actionem, & completurum [m] omnino, quæ decernẽda sunt, nisi appellatio [n] fuerit subsecuta, siue in maiori [o], siue in minori [p] causa. Si autem ille [q] quidem nunciet: ille verò [r] non ordinet, & statutum [s] transeat tempus: tãquam [t] firmè agẽtem [v] eũ, qui conuentus est [x], & pro absente persona etiã inuitum repræsentet negotij iudex [y] apud suum tribunal, & causam exa-

v His legibus. vt ab intestato primo loco succedant: vt insti. de hæredi. ab intesta. §. j. Item in testamento debeāt institui, vel exhæredari: vt instit. de exhær. lib. in princ. & C. de lib. præte. vel exhæ. l. si 9. pe.

x Hæc fiat. i. si cōtrahatur matrimonium sine scriptis vt subiicit.

y Ab intestato. alia eñ olim sunt istis largita: vt s. de triē. & seq §. consideremus. & aliter hodie: vt j. qb. mo. natu. ef. sui. §. discretis. & §. ne igitur. & sequenti.

a Potientur. hoc videtur locum habere in mediis q non contrahunt in ecclesia solenniter: vt s̃. nam si essent de minimis, possunt contrahere quocũq; modo, etiam in futuris temporibus.

b Prohibitis. s. iure cognationis vel affinitatis: nõ quia defuerit scriptura: & tunc naturales dicẽtur: vt hic & j. quib. mod. na. eff. c. sui. §. fin. coll. vij. Alij intelligũt hic de illis, qui debent cõtraxisse cõ scriptura, & non fecerunt: vt filij indẽ nati, nec naturales dicẽdi sint. Sed nõ ne. s̃. appellauit legitimos, nec interuenerat scriptura? Rñ. illud referri ad nuptias ante hanc legem contractas: hoc ad futuras. Vel hoc quando breui tempore tenuit eã: vt. s̃. posuit. Accur.

c Hoc. s. vt spurij habeantur.

d VT II, QVI obligatas &c. Hæc pars exponitur. j. vsq; ad. §. qđ si quis.

e Vt curatores. hoc exponitur. j. §. quod si quis. vsque ad. §. & hæc diximus.

f Hæc autem. hoc dicitur. j. eo. §. quoniam.

g Et de gubernatiõe. hoc dicitur. j. eo. §. quoniam.

h Omnia legislatori. dic q primo loquitur generaliter de quolibet faciente legem, siue senatore, siue prætore: & de cautela minorum fecit legẽ: vt ff. de minor. l. j. Vel dic, quod primo & postea loquitur de imperatore: & sic facit transitũ de singulari ad plurale.

i Nihil. i. nulla occasio.

k Instrumenta. Quibus cõtinetur deberi minoribus: vel contra minores soluisse. instrumenta. s. custodiantur.

l Eos. s. minores.

m Studiosa est repete quemadmodum bene se habeant. Azo.

n A Deo. vt. j. de fid. instru. §. quia igitur.

o Multas hic tangit. de secunda parte titu.

p Aetate. adulta.

tur [a]. Eos enim, qui semel ex odibilibus nobis & ꝓpterea prohibitis [b] nuptiis procedunt, neque naturales vocari: neque participanda eis vlla clementia est: sed sit supplicium etiam hoc [c] patrum: vt agnoscant, quia neq; quicquam peccatricis concupiscentiæ eorũ habebunt filij. Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominũ medelam & naturæ plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat vniuersis programmatibus propositis, per quæ omnibus lex erit aperta, cognoscẽtibus secundum quem circa talia conuersentur modum: & nostram considerantes prouidentiam, quia omni occupationi alteri eorum vtilitatem præponimus.

TITVLVS II.

VT II, QVI OBLIgatas [d] se habere perhibent res minorum, aut obligati sunt eis, ad eorum gubernationem penitus non accedant: & vt curatores [e] nullo modo suscipiant cessiones aduersus eos, quorum curationem agunt, vel egerunt, hæc autem [f] generaliter valebunt in omni curatione, in quibus personis leges curatores præbent & de gubernatione [g] pecuniarum competentium eis, quorũ negotia administrãtur: & quando eas recõdi, aut mutari oportet, aut ex eis reditus comparari.

Minoris creditor eius tutelam accipiens, vel curam, actione quã in eum habet, cædit: debitor autẽ solutione non liberatur: nec cessionem actionis contra minorem suscipere potest. Angelus.

Impera. Iustinianus Augu. Ioanni gloriosissi. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsule ordinario & patricio.

Omnia quidem legislatori [h] reipublicæ in magna cura sunt, quemadmodum optimè se habeãt, & peccandi nihil [i] relinquatur: præcipuè autem instrumenta [k] minorum, & quæ circa eos [l] curatio est, studiosa [m] cura est eis, qui proferendi leges à Deo [n] licentiam perceperunt. dicimus autem de eo qui imperat. Multas [o] itaque causas audiuimus, vbi administrantibus curatoribus cessiones factæ sunt aduersus minores, siue impuberes, siue puberes quidem, in secunda tamen ætate [p] constitutos: & mox [q] efficiuntur [r] eorum [s] domini facultatũ [t], & non existentia forsitan debita subeuntes [v] †, aut aut paruo pretio cessiones accipientes eorũ [x], quæ [y] sunt vndique [z] fragiles, aut etiam celantes [a] desusscepta [b] existentia in minorum rebus: & ita cessiones accipientes secundum multas pluresve occasiones [c]. Quid enim † homo ad malitiam, semel deditus, non adinueniat [d], vt minorum res proprias faciat?

q Et mox. i. post quã cessiones sunt factæ eis.

r Efficiuntur. s. curatores.

s Eorum. s. pupillorum.

t Facultatum. per acceptilationẽ in solidum.

v Subeuntes. resolue hæc & sequẽtia participia ĩ verba: vt subeuntes. i. subeant: accipientes. i. accipiant.

x Earum. s. minorum, hoc est dicere contra eos.

y Quæ. s. cessiones. alias quæ minores: & est plana.

z Vndique. vel q̃a nullo modo debetur: vel quia inutile per exceptionis opem: quod idẽ est: vt ff. de ver. l. creditores.

a Celantes. i. celant. & iterum accipientes, quod est. j. expone. i. accipiãt. Vel dic celãtes: q̃a celabant testes, qui interfuerunt solutioni factæ à patre pupilli.

b De uscepta. i. apochas: vt. s̃. de eccle rer. immobiliũ aliena. §. j. apochæ autem sunt scripturæ, in quibus continetur debitũ solutũ esse: vt. s̃. de mã. prin. §. coges. coll. iij. scd̃m Alc. & facit. s̃. de iis q ĩgredi ad app §. pen. co. v.

c Occasiones. s. alias quas malitiosi hoies adinueniũt vt subiicit. Accur.

d Adinueniat. no. malitiosum omne malum posse cogitare: & maximè officialem aliquem: vt C. de iure fisci. l. facultas. in fin. lib. x. & C. de mandat. princip. l. finali. in princi. & supra, de nup. circa princi. & §. si igitur. & s̃. de vers maexhi. § illud. ibi, & maxime &c. col. v.

Apocha qui sit.

† Haloã. siue vndecũq; marcida paruoredempta pretio delegenẽ.

Malum omne facile malitiosus excogitat.

† Verba huius textus recitãtur per glo. in ꝓœ. Clemẽ. super machinationis.

Hæc omnia lege corrigere volumus [a] : & præcipuè illud, vt si quis obligatũ [b] habuerit minorẽ, aut eius res: hunc non omnino ad curationem [c] eius (vel si à legibus vocetur) accedere. Quid enĩ non agat pro se dominus eiusdem [d] existens, & aduersarij rerum detentator nuper effectus? Propter hoc enim & illud sancimus, vt si apertissimè manifestum est, quia is qui sit administrator, ipse est iuri minoris obnoxius: neque ipse curator erit: necubi [e] aut cautionem furetur, aut alias probationes, quæ erant minoris, corrumpat: & curatio fiat ei [f] rerum interitus propriarum [g]. Hac itaq; lege acutissima colligitur, vt nullus eorum, qui obligatas perhibent habere res defuncti, ipsumque minorem & eius [h] res aut etiam qui apertè obligatus existit, ad curationem eius accedat: neque habeat licentiam tale aliquid agere. Sed & si quis † iam curam gerens, obligatum [i] sibi effectum habeat minorem, in se forsan hæreditate perlata cuiuspiam, qui minorem habuit obligatum aut alia huiusmodi occasione, nõ iã solùm [k] eum esse fidelem ad impuberum, aut adolescentium curam, sed coniungi tutorem alterum [l], aut curatorem [m]: hoc quod in plurimis legum casibus [n] inuenimus: vt custodiat ille, ne fiat aduersus adolescentem, aut eius substantiam ab eo, qui eum habet obligatum, in medio illa malignitas: sed hoc ipsum obseruet [o], eiusque iusiurandum, iurãs in ordinatiõe [p], quia hæc custodiet, etiam, quæ ex proditione ad curatorẽ [q] pœna est, reformidans. Vt autem non demus recusationem omnibus hominibus tutelæ, vel curæ: si dicant quia obligatas habent res adolescentium [r], aut apertè obligati sunt: sancimus, si quis dixerit, obligatum se habere minorem, aut eius res, aut etiam minoris parentes [s]: mox ostendere [t] hoc ipsum recusationis tẽpore apud eum, qui dedit curatorem, & absolui. aut si incertũ [y] est hoc: prębeat ad sancta eloquia iusiurandum, quia ex veritate obligatum eum se habere credens [x] recusat: & si hoc factum fuerit, tutelam non contingere, neque curam: sed eum ab ea re procul expelli: ne ex

† Ex hoc §. est extracta authẽ. quę est super l. creditorib⁹. in tit. qui da. tu. vel cura. pos. C. & incipit, minoris.

Tutor obligatur ad ratiocinia.

[a] Corrigere volumus. quod facit. j. §. quod si quis.

[b] Obligatum. personali actione, & ideo illud est si rei ven. habet tutor vel curator contra minorem, vel econtra: nã illa nõ est obligatio: vt insti. de act. in prĩ.

[c] Ad curationem. nũquid idem in tutela? Rñ. sic: quia eadem est ratio ꝓhibitiõis: ergo idẽ ius: vt. ff. de verbo. obli. l. à Titio. in fi. j. rñ. & dicitur. j. §. proxi. sed & si qs. ibi, sed cõiũgi &c. & colligit̃. j. vt sine ꝓhibitione ma. de. &c. in prin. col. vij. & in nouellis hoc eo. titu. dic ergo curationem in hoc titu. large accipi etiam ꝓ tutela. Item secũdum hoc nunquid in quolibet tutore? Quidã dicunt quod sic: quia hic generaliter loquitur. Alij quod non: & excipiunt testamentarium; quia fides eius approbata videtur à testatore: vt instit. de satisda. tut. §. j. &. C. de episco. audien. l. de creationibus. & ff. de curato. furio. l. si furioso. in fine. certe & eadem ratione datum ex inquisitione, & ex certa scientia debent approbare: cum eius fides sit approbata vt institu. de satisd. tuto. & cura. §. ij. & sic in solis legitimis & datiuis sine inquisitione haberet locum hæc auth. Defendas ergo primã. nec ob. d. iura: quia approbatus videt̃ quo ad satisdationem euitandam, nõ ad ea, q̃ in hac constitutione dicũtur: cum nec tunc hæc cõstitutio fuerit cogitata. Itẽ facile est sibi dicere, quod sit creditor vel debitor: vt. j. eo. §. vt autem. Excipio autem matrem & auiam: vt. j. vt sine prohi. ma cre. & de. in prin. col. vij. quod est pro nobis: quia sic fuisset etiam de testamentaria exceptum, si hoc Imperator voluisset.

[d] Eiusdem. s. pupilli.

[e] Necubi. i. ne alicubi.

[f] Ei. s. pupillo.

[g] Propriarum. quod facile fieret: vt arg. ff. de Carbo. edict. l. sed & si. in fin.

[h] Et eius. s. pupilli.

[i] Gerens obligatum. loquitur ergo hic. §. in re magni debiti. secus in modico debito credo. ar. ff. de trãs. l. cum hi. §. modus. & erit modicum velut dicitur. ff. de dolo. l. si oleum. vel arbitrio iudicis ꝓut dicitur. s̃. de appel. s. decem librarum auri, & in alio debito, quam tutelæ: nam impossibile est, quin tutor gerens obligetur saltem ad rationem reddendam. Accur.

[k] Iam solum. remanet ergo tutor, licet deueniat in eum casum, à quo incipere nõ potest: vt ar. inst. de le. §. e contrario. ar. contra. ff. ad. l. Aquil. l. qui in eum.

[l] Alterum. si impubes est.

[m] Curatorem. si pubes est.

[n] Casibus. quod habẽti tutorem curator datur: vt si legitimus tutor, vel testamentarius, vel datiuus non sit idoneus: vt inst. de cu. §. interdum. & C. in quib. cau. tu. vel cu. per totum. Acc.

[o] Obseruet. scilicet curator. adiunctus, quod non sit malignitas: & hoc etiam iurabit curator iste: vt subiicit j. eo. §. fin.

[p] In ordinatione. i. cũ ordinatur curator.

[q] Ad curatorem. vel tutorem subaudi: & est pœna amissionis debiti: si creditor est: vel quod solutione interim facta non iuuet: sicut & quãdo in initio hoc tacet: vt. j. eod. §. si vero tacuerit. Vel dic, quod dicit de pœna dupli, quæ exigitur ꝑ actionem de rationibus distrahẽdis: vt. ff. de tu. & ra. di. l. ij. §. fin.

[r] Adolescentium. alias minorũ. alias adolescentium.

[s] Parentes. & per cõsequens ipsos minores; quia si filij: ergo hęredes: vt inst. de hæred. quali. & dif. §. sui. & si hæredes sunt: ergo obligati in onere hæreditario: vt C. si cer. pet. l. j. Accur.

[t] Ostendere. i. probare per testes.

[y] Incertum. i. si hoc nequit testibus comprobare.

[x] Credens. secus in sacramento testis: vt. C. de testi. l. testium, &. s̃. de hæred. & Fal. §. si vero absunt. Item secus quando est in sacramento de re: vt ff. rer. amo. l. Marcellus. sed in sacramẽto calumniæ idem. vt C. de iura. ca. l. j. in prin. Et sic no. quod hoc sacramentum est quasi calumniæ: sicut & quando quis iurat, quod credit se probare falsum: vt C. de fid. inst. l. si. in prin. & quando vult inuenire pecuniam suam in alieno solo absconditam: vt ff. ad exhib. l. thesaurus.

Hostem

hoc ipso hostem a & nõ curatorem adolescentulo præbeamus. Si verò tacuerit in initio hoc, & factus fuerit curator : sciat omni actione aduersus minorem,si vera fuerit,se casurũ b propter hoc,quòd ex studio aduersus hanc nostram legẽ firmetur c. Sed si quis apertè obligatus existens tacuerit : sciat etiam iste, quia sustinebit pœnam,† quòd nõ possit redhibitionibus d aut aliis solutionibus e debiti se miscere, tempore curationis forsan arte compositis f,Quòd si quis(sicuti dictum est)factus curator g,deinde minoris res fuerit perscrutatus h, & cessiones in semetipso aut per donationem, aut per venditionẽ,aut alio quolibet egerit modo: sciat omnino infirmũ esse, qđ ab eo fuerit factũ: & neq; per se,neque per interpositam personam tale aliquid i agi: sed vndiq; inualida hæc talia fieri:tanquam si neq; ab initio facta fuerint k, Manifestũ est nãq;, quia si in talem cogitationem inciderit l; omnia agi & disponi ad interitum suæ animæ, & ad rerum,quæ eius quasi videntur, vtilitatẽ m, Et nõ solùm donec fuerit curator,prohibemus eũ ab huiusmodi cessione : sed neq; postea gerere n concedimus:ne forsan hoc cõsiderans o, abscondat rem p,& præordinans illud malè,postmodum dũ à cura cessauerit,et latere q fecerit, qđ malignè egerit fortè iam nũc non curator existens cessionem accipiat, & rem malignè disponat. tũc enim infirmum esse volumus, quod agitur,& nõ posse vllam actionẽ valere cessam r aduersus eũ,cuius prius curam administrauerat : sed pro non facto id esse,& lucrum fieri adolescentis: licet hæc cessio pro veris causis facta sit,non vt remeat rursus ad eum, qui cessit, tãquã si nihil quasi in mediũ contra legem visum fuerit actum:sed cadat ab eis s, quæ ex hoc sunt quæsita t, ꝓpter transgressionẽ nostræ legis, & hæc minorẽ lucrari.Nam si non hãc imposuerimus pœnam,facilia v erũt ea, quæ sunt malignitatis, & eũ qui cessit,faciet x iterũ mouere,& per medium y ea,quæ sunt cessionis recipiet z;legem per suã malignitatem circumueniens.

Et hæc a dicimus in omni curatione b;in quibus omnino curas aliquorũ introducũt leges,& prodigorum fortè aut furiosorum,aut amentum, aut si quid aliud iã lex dixerit,aut si quid inopinabile natura adinuenerit c.

Curator pupilli pecuniam mutuare non cogitur;& si eam mutuauerit, intra duos menses post annũ fœnerari cogitur,& periculum pertinebit ad eum. Auge.

Quoniam autem vide-

a Hostem.qui cum sit tutor vel curator,quasi dominus pupilli est:vt s.eo.§.j.& graue esset ei resistere,vel sub eo litigare:vt hic & ff.de offi.præsi.l. senatusconsulto.& C.de iu.l.apertissimi.Accur.

b Se casurum.hoc hodie.olim autem & creditor & debitor tutor esse poterat:vt C. qui da.tu.vel cu.l. creditorẽ. sed per hãc illa & omnes similes corriguntur. si tamen etiam olim erat de magno controuersia, poterat se excusare:vt inst. de excu.tut.§.item propter litem.

c Firmetur.i. firmatus est in curia.

d Redhibitionibus.scilicet specierum,cum in specie sit obligatus.

e Solutionibus. non ergo tollitur omnis obligatio solutione, licet hoc dicaẽ vt instit. qui.mo.to.ob.in prin. sed hic speciale, & alias:vt s. de trien. & se.§.studium vero.colla.iij.

f Compositis. s. solutionibus.

g Factus curator. vel tutor:vt s.probaui.§.j.

h Perscrutatus. i.perquisierit.

i Tale aliquid. puta recipere cessionem.

k Facta fuerint. quia ea quæ contra hãc vel aliam legẽ facta sunt,pro infectis habenda sunt: vt habetur. C. de legi. & senatusc.l. non dubium.& C. de sacrosan. eccle. l.iubemus.§.sane. & s.consti. quæ ex adscript.& libera. in §.fi. & hoc iure isto. olim aũt hæc cessio valebat; vt ff.de re. co.q sub.l. non fit.quæ est contra. sed corrigitur hic.Accursius.

l Inciderit. vt accipiat cessiones cõtra pupillum.

m Vtilitatem. sibi parãdam.& ironice loquitur hic secundũ Al. sicut & alias:vt C.de inoffic.testa.l.fratres.& ff.de dam.infec. l.ex damni.§.j.ibi,quod beneficio eius,&c.

n Gerere.i.recipere cessionem factam.

o Considerans.scilicet prius.sic & alias præordinatur fraus:vt ff.de mi.l.iij.§.scio.& C.de agri.& cens. l.quemadmodum.lib.xj.

p Abscondat rem.id est,instrumentum cessionis.

q Latere.scilicet apochas.

r Valere cessam.ergo amittitur actio,licet fuerit cessa non potentiori & vere & indubitate secundum Azo. Sed certe imo ratione officij maior est ad ipsum pupillum.vt s.eo.§.j.& officialis dicit: vt C.de ser.l.ij.ibi,vt offic.&c. & C.qñ mulier tu. offic. in ipso titulo.& ideo non debet ei aliqd licere ex ipso officio,ꝙ administrat assumere: vt C. de contrahen. empt.l. non licet. & C. de cõtractibus iu.l.j. in fin.Et sic not.ꝙ cessio nõ tenet; qa in potentiorem est facta: & etiã cedẽs non agit: vt C. ne li.po.l.j.& C.man. l.fin. & facit.C.de iis,qui po. no.l.j. in prin. & instit.de vsufru.§.item finitur.Sed an repeteret,si solueret,quòd alterius curatoris delicto sit liberatus? fortè non: vt ar.ff.de condi.inde l.si pœnæ. & l. qui exceptionem.

s Ab eis. scilicet debitis.

t Quæsita.s. debitori minoris.

v Facilia.Facilitas enim veniæ incẽtiuũ tribuit delinquendi:vt dicit canon:& econtra pœna imposita minuit maleficia:cum vni' pœna sit multorũ metus:vt ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.in medio. l.& C.ad leg. Iul. repe.l.j.Accur.

x Faciet. scilicet curator.

y Et per mediũ. s.hunc cedentem.

z Recipiet. antiquus vt tutor.

a Et hęc. scilicet quæ dicta sunt à prin.vsque huc.

b Curatione. & in omni tutela:vt s.eo.§.j.notaui.Accur.

c Adinuenerit.quod præcogitare non possumus:vt s.tit.proxi.§.si quis verò non habens.& in prin. constitutionis illius.Accur.

Solutione quandoq; non tollit obligatio.

† Hal.ne curationis tempore possit arte cõpositis forte solutionibus aut aliis liberationibus debito se exuere.

Cessio in potentiorem facta, non tenet.

Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.

mus curatores quicunq; Dei memoriam habent, ad curã difficulter [a] accedere (nã plurimis volentibus ea, quæ minorum sunt, Impiè in se vertere, amabilis est res & appetibilis [b]) videmus autẽ præcipuè difficilem [c] esse curatorum causam propter fœneratorũ [d] necessitatem [e] :sancimus nullã necessitatem ex legibus esse curatoribus minorum pecunias fœnerare [f] : sed cautè [g] reponere & reseruare: quoniam melius est eis [h] in antiquis tutamẽ [i] manere, quàm vsurarum appetitione etiam antiqua [k] pecunia cadere: & periclitari quidem curatorẽ si non mutuauerit [l]: rursus autem si mutuauerit, periculum sustinere facto forsan in debitis detrimento. Si verò ipse sponte mutuare voluerit sub obligatione fortè pignorum, aut sub aliis, quæ putantur indubitatæ, cautelis: tunc habeat quidem duorũ mensium per singulos annos inducias [m] hoc, quod leges laxamentum vocãt: sciat autẽ mutui periculum [n] omnino ad se venturum. Si verò habeat reditus sufficientes is, cuius cura administratur, eos expendat. Si verò plus sint, quàm sufficiat: quòd plus est, reponat [o], Quòd si mobilis fortè eius, cuius cura administratur, substantia est: tunc illud solùm mutuare curator cogatur, quantum ad dispensationẽ [p] sufficiet [q] adolescenti, eiusq; rebus: quod verò plus est, cautè recondatur. Licebit autẽ ei cum omni subtilitate perscrutari: si aliquos forsan inuenire cautè potuerit reditus [r], & comparare minori ex abũdãtibus pecuniis, modicis functionibus publicis obligatos: venditorem verò habentes idoneum, & opulẽtos reditus existentes. Damus enim ei licentiam [s] & hoc agere: scienti, quia si quid horum neglexerit: huiusmodi emptionis ipsum respiciet [t] periculũ.

Si pupilli quantitas sit modica adeò, quòd ex reditibus pecuniæ ipsius pupilli pasci non poßit: debet tutor vel curator illud facere, quod in suis faceret. nam de hoc faciendo præstat iuramentum. Angel.

Si verò tantũ solummodo sit minoris aurum, cuius vsuræ vix eum, & qui eius [v] sunt, pascere, & aliquã aliã ei pbere vitæ dispensationẽ sufficiãt: tũc necessitatis [x] rõ nos etiã ad hoc vocat, vt curatores [y] respicientes ad eum, ita faciant gubernationem tanquam in suis rebus [z]. Etenim volumus [a], dũ celebratur decretum [b], qđ tradit [c] curã ei, qui ad eã accedit [d], etiam iusiurandũ [e] eũ dicere sacrosancta Dei euangelia tãgentem, quia per omnem pergẽs viam, vtilitatem adolescentis aget [f], quod tñ [g] nõ exci-

a Difficulter. nam qui se ingerunt, suspecti videntur: vt ff. ad legem Corne. de fal. l. vxori. §. j. & ff. de proc. l. quæ omnia. & hic subicit.
b Appetibilis. s. tutela vel cura.
c Difficilẽ. i. laboriosam: & repete quoniam.
d Fœneratorũ. neutri generis.
e Necessitatem. Quid ergo si fecit: nunquid lucrũ erit suum? ar. quod non ff. de nego. gest. l. si negotia. ar. contra ff. de regu. iur. l. secundum naturam. alias l. actus.
f Fœnerare. hoc locum habet, vbi immobilia habet, ex quibus sufficientem reditũ habet: alioqui contra: vt j. e. §. quod si quod est contra.
g Sed caute. quid enim sit caute deponere, inferior ti. innuit. §. si quis igitur vult &c.
h Eius. s. pecuniæ alias est eis in litera: & tunc dicas eis. s. pupillis. & sic planum est.
i Tutamẽ. id est, securitatem.
k Antiqua. non minor est virtus, quã quærere parta tueri. Accur.
l Mutuauerit. quid ergo si alias negotietur, & ob hoc periculum accidat? Rñ. spectare ad eum periculum: hoc tamen credo, si pater pupilli consueuit negotiari: non alias. ar. ff. de vsu. l. qui semisses. §. ij. & ff. de pigno. actio. l. vel vniuersorum. alias nõ: vt ff. de nego. gest. l. si negotia.
m Inducias. ad collocandũ, vt non teneatur reddere rationem de illis duobus mẽsibus: vt ff. de admi. tuto. l. tutor, q repertoriũ. §. vsuræ. & sic not. quod imputatur ei qui se posuit in necessitate: vt ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. penult. & de feriis. l. j. §. sed si præter.

Imputatur ei qui se angustiat.

n Periculũ. i. casum etiã fortuitũ: quia culpa precessit: vt. ff. cõmo. l. in rebus. circa prin. alias nõ teneẽ, nisi de culpa: vt C. arbi. tu. l. ij. & C. de ad. tu. l. debitorib⁹.
o Reponat. vt. C. de admi. tuto. l. tutores. vel curatores. & hoc si est magna quantitas deponẽda, vbi sint tutores suspecti: vt ff. de admi. tu. l. ita aũt. in prin.
p Ad dispensationem. alias ad dispositionem. Acc.
q Sufficiet. i. tantum dabit mutuo, cuius vsura sufficiet adulto ad expensas suæ familiæ.
r Reditus. i. fundos reditus afferentes: vt ff. de admi. tu l. ita aũt. vel pone proprie. nam & reditus, vt prædia censenẽ immobilia: vt. C. de non alie. §. à Leone.

Reditus inter immobilia numerãtur.

s Licẽtiam. hoc forte importat necessitatem.
t Respiciet. quia omne damnum, qđ ex tali cõparatiõe continget ipsis minoribus, resarciet.
v Et qui eius. scilicet familiæ. Acc.
x Necessitatis. & sic necessitas nõ habet legem, sic. ff. de offi. con. l. j. dic & vt ibi. Accur.
y Curatores. idẽ etiam in tutoribus secundum Io. nam sic poniẽ in nouel.
z Rebus. scilicet vt totã pecuniam minoris teneantur fœnerare. Accur.
a Volum⁹. meli⁹ dixisset nolumus.
b Decretum. s. iudicis: vt. C. arbit. tute. l. si §. penult.
c Tradit. scilicet decretum.
d Accedit. scilicet tutori.
e Iusiurandum. hoc generale est in omni curatore: vt hic, & s. e. §. & hæc. olim aũt solus curator furiosi iurabat: vt. C. de cura. fu. l. fi. §. sin autem.
f Ager. & tũc satisdabit rẽ pupilli saluam fore: nisi sit testamentarius: vel cũ inquisitione datus: & à prǽside vel ptore: aliud si à defẽsore ciuitatis: vt insti. de satis. tu. circa prin. & de Att. tu. §. pe. añ aũt administrare nõ põt quicquam: vt. C. de tu. vel cu. qui nõ satisde. l. j. & iij. & vlt. sed si cõtra debitorẽ minoris ageret, nec caueret de rato, nec iudicatũ solui, nisi dubiũ est, an sit tutor, vel an desierit: vt. C. de ad. tut. l. vlti. §. defensionẽ. & l. tutores debita. & ff. de ad. tu. l. vulgo.
g Quod tamen scilicet iusiurandum.

Fem.

a Eum.s.curatorem.
b Ordie.nã faciũt iuctariũ:vt C.de ad.tu.l.tutores.
c Sed cautiorẽ.s.rẽ pupilli saluã fore.nisi testamentarius,vl' cũ inqsitiõe datus:vt insti.de satisd.tu.in prin.
d Eas.scilcet res.

ptionẽ triũ testiũ.secũda dicit etiã ex priuata fieri,si vis ea vti.nec mirũ si imperator nouit,vt dicit:quia omnia sunt in pectore suo:vt C.de testa.l.omniũ.Itẽ est pater legũ:vt s.de incestuo.nupt.§.dubitatũ. Item ipse est anima legum;vt s.de consu.in fin.colla.iiij.

pieteum [a] à ratiociniis, neqꝫ à legis ordine [b]: sed cautiorem [c] faciet ad rerũ gubernationem, timentem semper circa eas [d] propter iurisiurãdi memoriã factam. Hæc lex à nobis pro cautela sit posita horum,qui curatoribus indigent. Si quid verò & aliud adinuenerimus;neque hac lege complecti pigebit, vt per omnia † patres eorum, qui sibi auxiliari nequeunt, existamus. Tua igitur eminentia, quæ visa sunt nobis, edictis per prouincias,quibus præes, vtens, omnibus faciat manifesta:vt nullum lateant,quę à nobis piè & pro subiectorum prouidentia sancita sunt.

TITVLVS III.

DE INSTRVMENTORVM [e] cautela [f] & fide: & primũ de deposito [g] & mutuo & aliis documentis priuatis quidem scriptis, habentibus autem testes: & de non habentibus testes: & de instrumentis publicè cõfectis [h]: et de collationibus [i] manus propriæ scripturæ: & de expositis instrumentis [k] ab illiteratis, aut paucas literas scientibus: & de † non scriptis [l] contractibus [m] vsque ad vnam librã auri: & de contractibus [n] qui in agris fiunt: & vt in documentis & contractibus sui iuris locũ habeat lex.

Idem imp. Ioanni gloriosissimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.

NOuimus nostras leges [o], quæ volunt ex collatione [p] literarũ fidem dari documẽtis, & quia [q] quidam imperatorum superexcrescẽte iam malitia eorum, qui adulterantur [r] documenta,hęc talia prohibuerunt [s] illud studium falsatoribus esse credentes [t], vt ad imitationem literarum [v] semetipsos maximè exercerent, eò quòd † nihil est aliud falsitas,nisi veritatis imitatio [x]. Quoniam igitur [y] in his temporibus innumeras [z] inuenimus falsitates [a] in iudiciis multis, quorum [b] fuimus auditores, & quoddam inopinabile ex Armenia nobis exortum est. Oblato nanque [c]

e DE INSTRVmentorum &c.

Strictè accipitur hoc tit. instrumentum,pro chartis: alias large: vt ff.e.l.prima.alias pro instrumento fundi: vt ff.de fun.instruc.l.quæsitum.primo responso.

f Cautela. cautela in faciẽdo habetur,fides postquam est factũ: & dupliciter dicit de fide. Primo qbus instrumẽtis debeat fides priuatis & publicis:& hoc.j.e.vsque ad.§.si verò moriãtur.Secundo qualiter flat vt habeatur fides, quando erat in dubiũ reuocatũ:qđ fit per cõparationẽ:vt j.eo.§.si verò moriãtur.& §.seq.vsqꝫ ad.§.oportet. Acc.

† Cõcor. clemen.ij. de re iud. vbi p do cto.Card.

g Deposito.i.qualiter fiãt caute instrumentũ priuatũ sup cõtractu depositi & mutui et aliis cõtractibus:& hæc expediũtur.j.e.§.si quis.& §.sed & si qs.& §.si tñ.& hæc de prima parte tit. scilicet de cautela. & ꝙ subiicit priuate qdẽ scriptis:caute transit ad primũ dictũ secũdũ capituli.s.de fide hoc est quibus instrumentis habeatur fides:& vt de hoc vsque ad illum.§.si verò moriantur.

Vide qđ no. in ca.j.& ij.extra eo.

† Alias, de ex non scripto cõtractibus.

h Confectis hoc expedítur.j.eodẽ.§.sed & si instrumenta.

i Et de collatiõib?.s.qualiter pbeť fides instrumẽti: hoc expeditur.j.e.§.si vero moriãtur.& sic respicit secũdũ capitulũ,sequentia autẽ oĩa vtrũque respiciũt.

k Et de expositis instrumentis ab illiteratis.id est, de contractibus celebratis in scriptis ab illiteratis: quod expeditur.j.eo.§.oportet.

l Et de nõ scriptis.hoc expediť.j.e.§.& hęc dicim?.

m Et de contractibus.hoc expeditur.j.eo.vt autẽ.

n De cõtractibus.hoc expediť.j.e.§.hęc aũt omnia.

o NOuimus nostras leges.q̃ sunt:vt.C.e.l.cõparationes.&.s.de iis qui ingre.ad appel.§.illud.Prima cauetur tñ ex publico vel forẽsi fieri cõparatione nõ ex priuata, nisi habeat subscri-

p Ex collatione. i.cõparatione:ideo qa duę scripturę cõferũť vt sciať an sint sifes,vl nõ:vt j.e.§.si verò nullus horũ.

Imperator in pectore omnia habet & pater, & anima legum est.

q Et qa.repete.& nouimus quia &c.

r Adulterãtur.nota quem adulterari documẽtũ:sic & legẽ qs adulteratur: vt.j.qb.mo.na.eff.sui.§.si vero ab initio.col.vij.

Comparationi literarum, an & quãtenus est credendũ.

s Prohibuerũt.s.fieri adulteratiões: vl' dic cõparatiões. sed has cõstitutiões non habemus:imo habemus eã q̃ pmittit vt i crimine falsi etiã ante tẽpora Iustiniani:vt C.de fa.vbi.& no.qđ tẽpore istorum imperatorũ omni collationi credebať, hodie vero semiplena colligiť fides:vt.j.e.§.si vero moriã.quãdoque etiã nõ creditur:vt si ex vna pte est instrumẽtũ priuatũ & testes:ex alia sola collatio dissimilis:vt.j.eo.§.si vero tale aliquid.

t Credẽtes.i.pręsumentes ex eo ꝙ prius falsũ fecerũt: vt arg.ff.de re mil.l.non omnes.§.à barbaris.& de acc.l.si cui §.iisdem.

† Cõcor. capit.& si Christus.cũ gl sup ver.cõfirmatio.extra, de iureiuã.vbi hęc verba recitãtur.

v Literarum scilicet verarum.Al.

x Imitatio. alias imitatio, & alias mutatio: & sic habes quid sit falsum vt hic, & de fal.l.qd sit falsum. Sed veritas qd est? Rñ:ipse Deus.vnde dicit:ego sum via veritas & vita. veritas vero hũanita.põt dici notitia certæ rei,maxime p visum:vt colligitur inst.de gra.cog.§ hactenus.

Falsitas est veritatis imitatio.

Veritas quid.

y Q̃m igiť.hoc igiť determinať.j.e.§.j.ibi,ppterea.

z Innumeras. id est, siue numero.nam tot erant, quòd difficile erat enumerare.

a Falsitates.quas non enumerat.

b Quorum scilicet iudiciorum.

c Obligato.nãqꝫ dic ꝙ vtebať qdã charta priuata scripta à te & cõtra te q̃ꝫ tu abnegas:& adducis aliã q̃ꝫ cõstat te fecisse,q̃ est prsus dissimilis prię, vñ apparuit ex cõpatiõe te nõ scripsisse primã.sed testes q subscripserũt prime,iurauerũt te scripsisse primã cũ alia vice in dubiũ reuocareť:ꝙ sic apparuit te scripsisse vtrãqꝫ:

n iiij & hæc.

& hæc secũda, quæ erat dissimilis primæ erat de quadam commutatione.i.permutatione. vel dic commutatione ideo dicit, quia licet idem scripserit, tamen cõmutatio est ibi in literis 1. Dic ergo oblato documẽto.s.ad comparationem: 2 vbi alteri instrumento derogatur. ideo autẽ in priuato pono: qa vsque ad. §. sed & si instrumenta. tractatur de priuatis tantum: vt patet ex tenore tituli. licet quidam 3 nõ intelligentes faciant loqui in publico istum casum.

& caue, quia non soluit hic hanc quæstionem: sed.j. eo.§.si verò tale.

s De cælo. imo populus Romanus de terra: vt inst. de iure nat. §. sed quod principi. quæ est contra. sed Deus constituit permittendo: & populus Dei dispositiõe. Vel dic deus constituit authoritate, populus ministerio.

1 In vno & eodem instrumẽto potest reperiri diuersitas literarum Bartol. & Angel.

2 Et bene. Bartol. & Angel.

3 Et male secundum Angel.

Imperium de cælo processit.

commutationis [a] documento, & literis dissimilibus iudicatis, quoniam postea [b] inuenti sunt ĩj, q de documẽto testati sunt subscriptionem subdentes [c], & eam recognoscẽtes: fidem suscepit documentum: & quoddam hinc inopinabile [d] occurrit: eò quòd literæ quidẽ sine fide visæ sunt [e], licet examinata responsa verorum testium [f] cum veritate [g] concordauerunt: & hoc [h] per fidem testiũ, quæ videtur quodãmodo esse cauta. videmus tamen [i] naturam eius [k] crebrò [l] egentem rei examinatione, quando [m] literarum [n] dissimilitudinẽ sæpe quidem tempus [o] facit. Nõ enim ita quis scribit iuuenis & robustus, ac senex & forte tremẽs: sæpe autem & languor hoc facit. & quidem hoc dicimus, quando [p] calami [q] & atramenti immutatio, similitudinis per omnia aufert puritatem: & nec inuenimus [r] de reliquo dicere, quanta natura generans innouat, & legislatoribus nobis præbet causas. Quia igitur imperium propterea Deus de cęlo [s] constituit, vt difficilibus imponat [t] quæ apud eum sunt bona [v], & leges aptet [x] secũdum naturę varietatem: propterea [y] existimauimus oportere & hãc scribere sanctionem, & dare in commune [z] subiectis, quos nobis Deus & prius tradidit, & paulatim semper adiiciet. Etenim quiddam de deposito inscripto dubitatum & ad contentionem deductum inuenimus. & oportet etiã omnino horum [a] prospicere. itaque illico nobis est à deposito inchoãdum. Si quis igitur vult cautè deponere, non soli credat accipientis scripturæ [b]. hoc quod etiã in iudicio quæsitum est (quia enim non professus est [c] is, q scripsisse dicebatur, suam esse scripturam magnum res habuit tumultum: & scribere alia coactus est †, quæ visa sunt veluti similia quidẽ, non tamẽ per omnia similia: & quantum ad illam scripturã sine termino [d] causa permansit) sed is, q depositum dat [e], aducocet etiam testes, vt possibile est, honestos, & fide dignos, & non minus tribus [f]: vt non in sola scri-

a Commutationis. i. permutationis.

b Postea. secus si prius fuissent inuẽti: quia non fuisset facta cõparatio: vt j e.§. si vero moriãtur. sed certe illud loquitur in publica, hoc autẽ loquitur in priuata.

c Subdẽtes. alias habentes.

d Inopinabile. repetit inopinabile, vt assignet causam inopinabilitatis.

e Visæ sunt. scilicet prius.

f Verum testium. s. qui scripserunt: vt dixi. & alias verorum: & alias eorũ.

g Cum veritate. sed quomodo scitur, quod hæc est veritas? Rñd. quia fides testiũ est cauta & subiicit. j. eod. §. si vero tale.

h Et hoc. id est, ideo pono pro constanti, quod vere cõcordauerũt &c. sed alij dicũt & hoc scilicet factum est, qđ documentum primum suscepit fidẽ: quod satis in idem recidit.

i Videmus tamẽ. licet derogetur per dissimilitudinem, tamen quãdoque non debent derogare.

k Naturam eius. s. comparationis huius.

l Crebro. i. multoties.

m Quando. pro quia.

n Literarum. s. verarum.

o Tempus. i. ætas, quæ per tempora designatur. sic ponitur. s. de mo. §. ordinationem. ibi, neque em̃ exonerandũ est &c. & hoc subiicit hic, non enim &c. vel dic ꝓprie poni: qa nõ ita in hyeme et ęstate qs scribit.

p Quando. pro quia.

q Calami. i. pennæ.

r Nec inuenimus. q. d. non poterimus dicere causas oẽs, ex quibus ꝓuenit dissimilitudo: cũ quotidie nouæ nascantur: vt hic. & C. de ve. iure enu. l. ij. §. sed qa.

t Imponat. s. Deus per nos: vt hic subiicit. nam cor regis in manu Dei est: vt C. de sum. tri. l. inter claras.

v Bona. s. duris quæstionibus bonas Deus det solutiones, per eos. scilicet pricipes, vt hic, & C. de præscript. long. temp. l. fin.

x Aptet. quæstionibus & negotiis.

y Propterea. istud propterea refertur ad proximũ: quia igitur &c. & ad id quod est. s. eo. circa prin. quoniam agitur &c.

z Dare in cõmune. s. hãc sanctionẽ: vt. j. eo. §. fina.

a Horum. s. depositorum. & quod dicit ꝓspicere. i. prospectum & prouidẽtiam habere.

b Accipiẽtis scripturæ. hic iũge qđ est. j. sedis &c. & hoc qđ est mediũ, est quædam interpositio.

c Professus est. i. confessus.

d Sine termino. i. sine decisione. Al. sed hoc quomodo, cum debeat iudex pronuntiare de re, de qua cognouit: vt ff. de iud. l. de qua re? Rñ. quidam qđ terminũ accepit p̃ alias probationes. s. testes per instrumenta: & sic actor obtinuit: non tamen per scripturã. & hoc innuere videtur hęc litera: sed hoc nõ est verũ: quia donec sunt aliæ probationes, non recurritur ad comparationem: vt j. eo. §. si vero nullus. tu dic, quod accepit terminũ: quia reus fuit absolutus actore non probante: vt C. de eden. l. qui accusare. non autem recipit terminum secũdum actoris intẽtionem: hoc est, per scripturam: vt hic dicitur.

† Iste tex. est singul. secundum Bald. in l. Imperatores. C. e. & secundum Alexã. in authẽ. & si cõtractus. in add. ad Bartol. & secundum Ang. hic.

e Depositum dat. improprie ponitur dare: cum rei depositæ possessionem & proprietatem retinemus: vt ff. depositi. l. licet. §. j. proprie tunc, quãdo dominium transit: vt inst. de ac §. itaque. Item no. quod hic consulit lex. sic ff. de ĩof. test. l j. & l. si. de p̃to. stip. l. si. nec em̃ qs cogitur sic deponere: vt j. eo. §. si tamen qsquã.

f Non minus tribus. caue tibi: quia loquitur in priuata

nata scriptura depositarij, qua confitetur apud se depositum esse: vt patet ex ordine tituli. s̄.e. Item exigũtur tres quãtum ad hoc, vt possit fieri comparatio ad probandam vel improbandam scripturam depositarij: duo tamen soli probant scripturam ipsam: vt no C.e.l.cõparatiões. Itẽ nõ exigũtur ad substãtiã cõtractus i. quod interfuerint depositioni sed ad cõparationẽ, vt dixi. sed in publicis scripturis exiguntur testes ad substãtiam contractus: vt s̄.eo.§.sed si instrumẽta. & hoc ideo: quia ibi fit cõparatio etiã mortuis testibus, vt ibidẽ dicitur: hic non sic: vt hoc.§. & seq. §. Itẽ habet hoc locũ cũ agitur vt sic in scriptis, nõ alias: vt.j.e. §. & hæc dicimus. Itẽ hoc locũ habet: cũ cõtractus excedit librã auri. s. vt tres exigãtur testes in probatione, etiã si sine scriptis contrahatur à peritis literarũ. Nam & vbi imperitus cõtrahit in scriptis, quinque adhibẽtur: & tabellio est necessarius: & subscriptio: vt.j. eo.§.oportet.

ri, quia tũc tres: vt C.si cer.pet.l.fi. Si autem nullũ testem habeo de cõtractu, vt quia in secreto cõtraxi, & tũc aut cõfitetur: & statim tenetur: vt C. de nõ nu. pe. l.gñaliter. Aut negat se scripsisse: & tunc oportet probari p cõparationem scripturæ cõtinẽtis subscriptionẽ triũ testium: sed ipsa scriptura ad quã cõparatio fit, debet habere testes subscriptos. soli autem testes non probant: quia possent errare. Item sola cõparatio non pbat: quia literę possunt variari: vt s̄.eod.in princip.

† Cõcor. c.ij. cũ gl. super verbo, appareant. extra de fide instrumẽ.

ptura & eius examinatione [a] pendeamus [b], sed sit iudicantibus etiam testium [c] solatium. Etenim tales testificationes suscipimus [d], quas præsentes [e] testes dicant, quia [f] his pręsentibus subscripsit †, qui documentum fecit, & hũc nouerunt [g]: Nam si inuenerimus & tales quosdã testes non minus quã tres dignos fide existentes: neque talem interdicimus fidem [h], neq; enim [i] vt abbreuiemus probationes, ponimus legem, sed vt esse eas & cautè faciamus [k]. Sed & si quis aut mutui instrumentum [l], aut alterius [m] cuiuspiam [n] faciat, & noluerit hoc in publico confiteri (quod & in deposito definiuimus, non ex ipso videatur credibile [o], quòd scribitur super mutuo documentum, nisi etiam testium habeat præsentiam fide dignorũ non minus trium: vt siue veniant, & propriis † subscriptionibus attestẽtur [p]: siue alij quidam testificentur [q], quia præsentibus eis confectum est documentum: fidem causa [r] ex vtroque percipiat, etiam literarum examinatione penitus non repulsa, sed sola sufficiente, augmento autem testium confirmanda. Si verò tale aliquid contigerit, quale in Armenia factum est [s], vt aliud quidem † faciat collatio literarum [t], aliud verò testimonia: tunc nos quidem existimauimus ea, quæ viua † dicuntur voce & cum iureiurãdo [v], hæc digniora fide, quàm scripturam ipsam secundum se subsistere. Veruntamen sit hoc

† Hęc verba recitãtur in gl. j. post me. ibi nec scripturæ tabellionis. in ca. post cessionẽ. extra, de probat.

† Præferat.

† Cõcor. cap. tertio loco. cum glo super verbo, testium. vbi præferuntur testes instrumẽto. extra, de proba. & vide gl. ij. in capi. in nostra post med. extra, de testib. ibi, si vero testes &c.

a Examinatiõe. i. comparatione.

b Pendeamus. i. demus fidem. Accur.

c Testium. quia securius iudicamus.

d Suscipimus. s. testificationes.

e Præsentes. quando scripsit.

f Quia. repete vel exprimant, quia his præsentibus confessus fuit se recepisse: vt in nouellis. e. tit. & j. proxi.§. & §. si tamen.

Testes debent contrahentes noscerę.

g Et hunc nouerunt. No. quod testes debẽt cognoscere contrahentes: vt j.eo.§. oportet. & s̄.de hær. & Fal.§.si vero absunt. & C.de testi.l.testium.

h Fidem. s. probamus.

i Neque enim. hic rñdet tacitæ obiectioni. Et dicunt quidã qđ per hũc.§. corrigitur qđ est. C. po. in pig.l.pe. vbi dicitur duos sufficere ad probationẽ priuatæ scripturæ, si personalis actio moueatur: si vero hypothecaria, tres necessarij sunt. & quod dicit, nec enim &c exponũt. i. nõ fuit hæc causa, vt hanc. l. faceremus, licet hic abbreuientur: sed fuit causa vt caute fierent: sed melius est pauca agere caute, quã multis interesse periculose: vt s̄. de tab.§. si vero indignus. col. iiij & C. de vete. iure. enuc. l. ij. §. deinde. Sed tu dic, quod nõ corrigit dicta lex scripturas, & loquitur hæc lex, quãdo deficiẽtibus aliis probationibus recurritur ad cõparationem priuatæ scripturæ: ad quã nõ potest fieri cõparatio: nisi tres testes subscripserint, & præsentes fuerint: vt hic, & C. eo. l. cõparationes. & pro hoc facit hæc litera, neque &c. & facit. C. de hær. l. quoniam. in in fi. & de re. credi. l. generaliter. Accur.

Melius pauca agere caute, quã multis interesse periculosæ.

k Faciamus. si ago depositi, & produco scripturam depositarij si quidem probo per duos testes ipsum cõtractum, satis est: nisi excedat quinquaginta libras au-

l Instrumentum. de scriptura priuata dicit, qua quis confiteatur se mutuum accepisse: vel ex alia causa, puta emptiõis, vel cõ d. se debere, vt subiicit, vt patet ex ti. & in nouel. eo. ti. & hoc idẽ dixit in deposito: vt s̄. pxi. §. & hæc omnia, & q̄ dixi ibi forte necessaria, et hic dicas

m Alterius. s. vt p̄mutationis.

n Cuiuspiã. s. contractus.

o Credibile. vt fiat comparatio ex ea: vt in fi. huius.§.

p Attestẽtur. si literati fuerint.

q Testificẽtur (quãdo fuerũt illiterati: vt j.eo.§.oportet. & sic no. ꝙ sufficit alterũ istorũ: vel qđ subscripserint, vel ꝙ nõ. dũmõ iurẽt, ꝙ eis præsentibus est factũ. & sic est contra. C.e. l. cõparationes. vbi dicitur esse necessarium semper testes subscripsisse. Sed qdã dicũt eã per hãc corrigi. Vel dici potest ꝙ hic loquitur, quando improbatur priuata scriptura, ibi quãdo improbatio fit ex priuata scriptura. vnde maior exigitur solẽnitas ibi, q̃ hic.

r Causa. causam vocat rationem. quare debetur, vt ex causa mutui vel emptionis vel simili quæ accipiet fidem. i. apparebit vera. vt sic possit debitor cõueniri duobus interuenientibus. s. testibus tribus: & examinatione. i. comparatione subsequente, vt subiicit: quo facto in mutuo post bienniũ præiudicat: vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. in prin. in soluto post xxx. dies: vt C. eo. l. in contractibus §. super. In dote secundum statuta tempora: vt j. de temp. non sol. pe. super do.§. j. col. vij. In aliis statim sibi præiudicat: vt C. de nõ nu. pe. l. generaliter. & ff. de prob. l. cũ de indebito. §. fi. Item no. ex hoc.§. ꝙ nõ fit cõparatio ex priuata scriptura, nisi testes superfint: secus in publica: vt j.e. §. si vero moriantur. Item no. ꝙ augmentum testium ideo fit, vt comparatio fieri possit, non vt ipsi pbent: cõtractũ: qa tũc duo sufficerẽt: vt diximꝰ. s̄. eo §. sed is.

s Factum est. vt narrauit. s̄. eo. § j.

t Collatio literarum. inducta, vt derogetur priuatis literis: testes verò inducebantur ad probandum priuatã scripturam. Nam si esset publica, quid opus esset testibus? & ita à prin. tit. vsq; ad §. sed & si instrumẽta loqr̃ de priuatis scripturis tm̃: vt patet ex tenore titu.

v Cũ iureiurando. quod prius debent facere testes: vt C.

iudicantis prudentię [a] ſimul atque religionis, vt veracibus [b] potius pro talibus credat. Et nos quidem ſecundum hunc modũ exiſtimauimus oportere probari fidelia documenta. Si tamen quiſquã aut deponẽs, aut mutuans aut aliter contrahens contentus ſit ſcriptura [c] ſola eius, cum quo contrahit: in ipſo erit vt ſciat, quia in illius fide totum ipſe ſuſpendit †. & quidẽ quãtum ex ſcriptura non ſufficiens [d] videbitur fides: niſi ſecundum noſtram legem adiiciatur documento credulitas [e], aut præſentia teſtium [f] coram quibus contractus eſt factus aut forſan nouiſsimum eius rei refugium inuenerit [g] †: dicimus aũt quod ex iureiurando eſt. nam non infirmamus, quod factus eſt: nam falſitates & [h] imitationes mutuentes, & nudis eis exiſtentibus non credentes [i]; huiuſmodi ſubtilitatem cauſæ addimus: non vt credentes priuemus fide ſua circa amicos ſed vt quantum poſsibile eſt, & perfidiam & negationem [k] multis reconuincamus modis.

Notarius antequam in instrumento ſui nominis faciat mentionem, in ſubſcriptione ſcribat nomina teſtium: & iudex aduertere debet ſimilitudinem & diſsimilitudinem literarum, & etiam ſignum tabellionis. Ange.

Sed & ſi † inſtrumenta [l] publicè confecta ſint, licet tabellionum habeant ſupplementum: adiiciatur [m] & eis antequam cõpleantur (ſicut dictum

vt. C. de teſt. l. iuriſiurãdi. Itẽ caue tibi, quia tam ſcriptura, quæ reprobatur, quam quæ ad probandum inducitur, ambæ ſunt priuatæ. Itẽ no. quod ex hoc colligunt quidam vt hodie ſemper plus credatur voci viuæ, quã mortuæ & ſic corrigitur ſecundum eos. C. e. l. in exercendis. ſed certe hic loquitur, quando ex vna parte eſt inſtrumentũ, cui volebat derogari: & teſtes qui pro inſtrumento teſtificabãtur: ex alia verò parte ſola collationis diſsimilitudo. vnde non ſola vox viua, ſed cum inſtrumento iuncta vincit vocem mortuam. & etiam plus eſt: quia ſcriptura, quæ vincit, eſt priuata. Item caue tibi quia hæc inſtrumẽta non contradicũt ſibi in ſentẽtia, ſed diuerſa ſunt. Nam primum dicit te aliqd mihi debere: & dico à te ſcriptũ. & tu profers aliud in quo continetur de permutatione, vel aliquo alio. qđ cũ alio feciſti: qđ ego confiteor te feciſſe: & ſi hoc ſecundum ſit diſsimile primo in lr̃is pinde videtur ac ſi non ſit verum, quod cõtra te induco, ſed falſum. vnde meli⁹ diceret hęc litera plus voci viuæ credi, quam diſsimilitudini, quę inducitur per mortuam vocem. i. per ſcripturam. Ex prædictis patet quod non plus voci viuæ, quam mortuæ ſit credendum: ſed æqualiter duobus teſtibus & inſtrumento: vt C. eo. l. in exercendis. ſed quatuor teſtes vincerent inſtrumentũ, qui dicerent aliter rem proceſsiſſe, quam ſcriptum ſit: vt. C. de proba. l. cum precibus. nõ autem tres: quia tabellio vicem teſtis vnius obtinere videtur, ſecundũ quoſdam, vt. ff. de teſta. l. domitius. & hoc directo: per obliquum autem etiã duo vincũt: vt. C. de cõtrahẽ. ſtip. l. pe. in fi. vel ibi loquitur in priuata ſcriptura quę vincitur, in caſu tamen non recipitur probatio contra ſcripturam: quia iuris & de iure eſt præſumptio: vt. C. arb. tut. l. fin. econtra ſcriptura vincit vocẽ viuã: quia in multis caſibus res acta per ſcripturam valet: & probatur nõ per teſtes: & per has leges probatur: vt. C. ſi mi. ſe ma. di. l. ſi alterius. & de non nu. pec. l. generaliter. & de teſtibus. l. teſtium. & qui teſta. face. poſſ. l. hac conſultiſsima. &. ff. de prob. l. cenſus. &. C. de iure emphy. l. j. &. C. de ſacroſanct. eccle. authen. hoc ius porrectum. & .j. de æqua. do. §. quia vero. colla. vij.

[a] Prudentiæ. quia poſſet apparere magna diſsimilitudo: & ratione eius, ipſi etiam teſtes eſſent ſuſpecti. vnde iudex hoc conſiderat: vt hic, &. ff. de teſti. l. iij. ibi, tu magis &c.

[b] Veracib⁹. i. quę ſibi vidẽtur inter ſcripturã & teſtes.

[c] Scriptura ſola ſine teſtibus facta.

[d] Nõ ſufficiẽs hoc intellige, qñ ſuã abnegat eſſe depõſitarius: alĩs ſufficit: vt. ff. de pba. l. cũ de ĩdebit. §. ſi.

[e] Credulitas ſcilicet teſtium ſubſcribentium.

[f] Teſtium. non ſubſcribentium: vt. s̃. §. ſed & ſi quis & contrarium ibi poſitum ex. l. C. e. l. comparationes. ſolue vt ibi modo diximus.

[g] Inuenerit. alias eſt, inueniatur, & alias inuerit. ſ. ſcripturam ipſam. & alias inuenitur. & quod de iureiurãdo dicit, dic ſecũdũ Al. quod pars parti defert: quia tenetur vel recipere vel referre: vt ff. de iur. iurã. l. manifeſte. & l. iij. §. ait p̃tor. vel iuſte recuſare: vt C. de reb. cred. l. gñaliter. §. ſinautẽ. vel dic verius ꝙ loquitur de iureiurãdo à iudice delato. Hæc enim ſcriptura licet priuata, inducit aliquam coniecturam: vt hic, & C. de proba. l. inſtrumenta. quæ eſt ſemiplena probatio. & ſic deferre põt ſacramentũ & debet: vt C. de reb. cred. l. in bo. ſi. & ff. de iurein. l. admonẽdi. nec videatẽ hoc durum, quaſi qlibet poſſet aliquã ſcripturã cõfingere: vt ſic ei deferatẽ ſacramentum ꝓpter timorẽ falſi. quẽ incurreret. Itẽ propter alias multas literas aduerſarij q̃ poſſent cõparari. Itẽ & quia qlibet non ſcit ſcribere: imo pauci reſpectu eorum, qui ignorant: cum pro pluribus lex facta ſit: vt. ff. de leg. & ſe. l. nã ad ea. Item & qui magis deferretur reo, quã actori: cum ipſe ſuæ ſcripturæ vel ſui facti melius nouerit veritatem: vt. ff. de iureiurando. l. iuſiurandum & ad pecunias. & quia reus eſt fauorabilior: vt. ff. de reg. iur. l. fauorabiliores.

[h] Et. pro id eſt.

[i] Credentes. id eſt, mutuantes.

[k] Et negationem. ſ. veritatis. ex hoc no. quod prædicta locum habent, quando priuatam ſcripturã. quã induco, abnegat aduerſarius: alias ſufficeret cum cauſa: vt. C. de non nu. pecu. l. generaliter.

[l] Inſtrumenta. nunc facit tranſitum ad publica inſtrumenta: vt patet ex tit.

[m] Adiiciatur. i. tabelliones ſcribant nomina teſtiũ in fine inſtrumẽti antequam compleant. i. ſubſcribãt ipſi, & nomen ſuum apponãt, ſecundũ Io. licet in antiquis inſtrumẽtis in prima apponãt: quod hic reprobatur. & hęc nomina teſtium ſecundũ diuerſas terras diuerſimode ponuntur. Nã alicubi dicitur, teſtes interfuerũt Titius &c. alibi ſigna, manu talis &c. vt Florẽtię, & ꝓut cuilibet placet coaptare. hoc tñ ſeruet tabellio, ꝙ ſemꝑ ſeruet eãdẽ formã in ſcriptione in vno inſtrumẽto, vt in aliis: vt cõparatio fieri poſsit cũ opus erit: vt. j. e. §. ſi null⁹. Itẽ nũqd triũ teſtiũ exigitẽ numerus? Rñ nõ: vt. ff. de teſt. l. vbi. & eſt ratio: qa tabellio eſt de nũero teſtiũ: vt. ff. de teſ. l. Domitius. Itẽ nũqd ſufficit eos debere eſſe p̃ſentes, an rogati? Rñ nõ: vt. ff. de teſt. l. ad fidẽ. niſi in caſibus quatuor: vt in ſolutiõe & ĩ ſolutiõis cõfeſsiõe: & in teſtõ, & in repudio: vt. C. de teſtibus. l. teſtiũ. &. j. de teſt. §. & licet. in prin. & in fi. &. ff.

Voci viuę an plus quã mortuę credẽdum ſit.

† Haloã. Et quanquã ferme ex ſcriptura ſecũdũ legem noſtram ſufficiens inſtrumẽto fides apponi non videatur: non tamẽ qđ ita geſtũ eſt, irritum reddimus: vt maximè teſtiũ pręſentia, corã quibus cõtractus celebrat⁹ eſt aut extremũ forte eius rei refugium quod ſcilicet ex iuramentis peti ſolẽt, opem illis non ferat.

† interuenerit.

† Facit ad hũc. §. c. j. in glo. j. in princ. extra, de fide inſtr. vbi deſinit, quid ſit ſcriptura authentica.

Teſtes an debeant eſſe rogati.

&.ff.de repu.l.nullum. Alij dicunt ꝙ in obligationibus cõtractis in scriptis exiguntur rogati, non alias: vt ex praedicto.§.& licet. Alij dicunt ꝙ semper hodie debent rogari per dictum.§.

est a) testium ex scripto praesentia. Oportet b autem iudicantes, & si qua signa inuenerint adscripta chartis, etiam haec requirere, & legere niti. Plurima nanque nouimus & ex illis apparuisse, & non facilè fidem ex literarum aliarum c collatione recipere, propter dudum dictas d à nobis causas.

Si testes publici instrumenti sunt mortui vel absentes, vel aliàs de facili haberi non possunt, nec etiam tabellio, tunc ad comparationem ipsius venitur, praestito primo sacramento per petentem comparationem fieri, quod non malignitatis causa, nec aliqua arte ductus comparationem petit. Angel.

Si verò moriantur omnes testes, aut forsan absint e, aut aliter non facilè sit fidem ex testium subscriptionibus inuenire f, neque tabellio superest, qui compleuit (si quidem publicè sit confectũ) quatenus testimoniũ perhibeat pro se g: aut non est in ciuitate h, sed necesse est omnino collationem literarum suppletiones eorum i, qui subscripserint, assumere k; tunc competens est properare quidem ad comparationes (neque enim eas modis omnibus interdicimus) per omnem autẽ l subtilitatem procedere m. & omnino si putauerit eis n iudex oportere credi: etiam iusiurandum iniicere proferenti o, quia nihil maligni conscius in eo, quod à se profertur, nec quandam artem circa collationem fieri praeparans, sic vtitur eo: quatenus neque perimatur quicquam omnino p, † & per omnia munitio in rebus q fiat.

Ex hoc. §. habes quomodo & qualiter & quo ordine procedatur ad comparationem instrumenti publici scripti per discipulum tabellionis, vel ipsum tabellionem. Angel.

In his verò, quae conficiuntur publicè documentis, si tabellio venerit, & testimonium perhibuerit cum iureiurando: si quidem non per se scripserit r, sed per per alium s ministrantẽ sibi: & ille, si viuit t, si quidem possibile omnino est eum venire, & nulla causa prohibet eius aduentũ, aegritudo fortè valida, aut quaelibet aliarum necessita-

† Haloãder, & per omnia rebus addatur certitudo.

Iureiurando qs obligatur.

a Sicut dictum est.s.de praesentia circa priuatã scripturam tantum: vt s.§.proxi.&.§.sed & si quis.&.§.sed si.Accur.

b Oportet. posset hic.§.intelligi in priuata scriptura: sed verius est vt in publica loquatur: vt sit coniuncta materia: & quod dicit signa. id est, dicere manu tabellionis: vt in nouellis. vel aliud simile signũ: vt crucis: vt.j. de testib.§.j. Vel dic quasdã notas, quas faciunt quidam tabelliones, quae tamẽ nihil significãt. sed ad comparationes faciunt: vt hic. & qd dicit legere huiusmodi signa, dic. i. colligere & notare. Vnde versus, Fur aurũ, virgo flores, mare nauita, libros clericus, aequiuoce singula quisque legit. Et not. ꝙ inepte transit ad comparationem.

c Aliarum. alias alienarũ. s. per huiusmodi figuras,

d Dictas.vt.s.eod.§.j.ibi, non em̃ ita.

e Absint. ita, ꝙ nõ possit inueniri.

f Inuenire. quia infirmi sunt testes.

g Pro se. alias p se.i. sine instrumento. alias pro se sine testibus viuẽtibus. ꝙ exponunt quidã in publico instrumento, dicentes, ꝙ priuato non habetur fides, nisi fuerit approbatum etiam si appareat nõ vitiatum in suam figuram: vt hic colligunt à cõtrario sensu. sed secus in publico: quia illud per se patet, & probat. Alij dicunt, ꝙ etiam priuato creditur habenti subscriptionẽ trium testium sicut publico. & quod hic dicit, ordinant ita: si quidem publice sit confectũ, neque tabellio superest quatenus testimoniũ perhibeat pro se.i.pro instrumento: vel per tabellionẽ: vel testes. nec obst. C. de testa.l. omnibus. quia hic subauditur quasi testimonium: vt. C. de fideicõ.l. fi. Tu dic retẽta secunda opinione non subaudiri quasi.& dic pro se.i. pro facto suo. Nam quilibet testis fert testimoniũ pro facto suo.i.pro viso vel auditu suo. sic tabellio: vt. C. de falsis.l.si quis decurio.& j. eo.§.in his. non autem in causa cuius proficuum & damnũ ad eum pertinet: vt.ff.quando appel.sit.l ij §.in propria.

h In ciuitate.s. tabellio: vt quia est deportatus: vt insti.de cap.dimi.§.j.quia dicitur sine ciuitate: vt. ff. de leg.iij.l.ij, qui. Vel dic abest causa testimonij ferendi, vel simili causa: vt ff.de iudi.l.ij.§.legatis.

i Eorum.i.notariorum, vel contrahentium, si subscripserint. vel dic testium: vt. s. dicit.

k Assumere.i. dare fidẽ subscriptionibus ad sumendũ alia instrumenta, vbi fidẽ testes subscripserint: & sic habet locum, quãdo testes sunt literati, & propria subscripserunt manu in charta cõfessionis.

l Autẽ.pro sed.

m Procedere.s. iudices volumus. & sic summa subtilitas approbatur. sic. ff. de iure do.l. si mulier.§. ex asse. &.j.eo.§. oportet. in fi.§. alias reprobatur.ff. de iniusto testa.l. posthumus. & insti. de fideicõ. haere.§.sed quia. & ff. quib. mod. pig. vel hypo.solu.l. sicut.§.si debitori.

n Eis. scilicet comparationibus.

o Proferẽti.i. deferenti ei, qui profert instrumentum ad probandum, ad ꝙ fit comparatio: & etiã aduersarius iurabit: vt.j.eod.§. si vero nihil. Item not. hic ex forma iurisiuran. quem de conscientia debere satisfacere. sic. C. eo.l.fi. & de iis qui ad eccle. cõfu.l.presenti.§.sicubi.& de iure delib.l.fi.§. licentiã. Sed nonne suff.cit semel iurasse: vt. s. de iis, qui ingre. ad appel. §. fin. Quidam sic: & dicunt illam post istam compositam: licet sit in ordine prior. nam ante illam pluries iurabant: vt.ff.de dã. infe.l.qui bona.§.si quis stipu. vel dic hoc speciale vt de nouo iuretur: quia plus solet timeri, qđ specialiter dicitur, quam qđ generaliter.ff de iureiurã.l. itẽ apud. §.hoc edictũ. alias incipit ait praetor. & hoc ideo, quia maior solennitas in comparatione exigitur, quã alibi: vt hoc tit.& maxime.j eo.§.si vero nullus.

p Quicquam omnino.s.veritatis.

q In rebus.i.in veritatibus nam res.i.veritas: vt ff. de fu.l.j.§.qui in rationibus. & ff. de iureiur.l. quoties.

r Scripserit. scilicet totum documentum: sed solummodo comprobauit. Accur.

s Sed per alium. id est, discipulum: ipse tamen interfuit comparationi: vt.s.de tabel.§.penult.

t Si viuit.scilicet veniat.

a Accidunt. quæ nec dici nec enumerari possunt: vt C. de temp. ap. l. fi. §. & eum. Accur.

b Adnumeratorem. adnumeratorem dicunt quidã mediatorem siue proxenetã qui fert testimonium. volente tamẽ vtraque parte, nõ alias: vt j. de testi. §. quia vero legẽ. Alij dicunt eum esse, qui pecuniam pro publico instrumento dedit. Alij dicunt esse procuratorem actoris per quẽ numerauit: & hãc approbãt. Sed prima vera mihi videt. A.

Adnumerator quis sit.

c Tres sint. s. tabellio, & ille per quem scripsit documentum & adnumerator. Al.

d Cõscripsit. s. vt minister tabularij.

e Suppleuit. id est, subscripsit.

f Non valet. scilicet discipulus.

g Attestetur. solus tabellio.

h Nõ fiat locus. s. ex necessitate: vt in nouellis eod. & est ratio: quia veritas p ipsum declaratur auctorem: vt C. ad l. Cor. de falsis. l. si qs decurio.

i Factum. quia dicit se fecisse.

k Monimẽtum. i. probationẽ. Sed qd si testes nõ fuerint appositi in instrumento: nũquid habet locum quod hic dicitur? Rñ. nõ nam in prin. exigo testes: vt s. eo. §. sed si instrumenta. sed in testificatione nõ vt hic.

l Defunctus est. naturaliter, vel ciuiliter: vt quia deportatus est. quo casu pro mortuo habetur. ff. de contra tab. l. j. in fin. & maxime quo ad ferendum testimoniũ vt si ponas eum publico iudicio dãnatum, & per hoc infamem: vt ff. de publi. iudi. l. infamem. ideo non potest esse testis. vt ff. de testi. l. iij. §. lege Iul.

† Haloã. vtique causæ nonnihil afferat momenti.

† Alias, momẽtũ: alias documentum.

† Haloã. & absoluti instrumenti testimoniũ habet ex alteri⁹ cõparatione, si quidem ita quoque superstitẽ habeat eũ qui illius manu instrumẽtum composuit.

Publico iudicio dãnatus infamis est.

tum, quæ hominibus accidunt a. Quòd si etiam adnumeratorem b habuerit instrumentum: & ipse adueniat: vt tres sint c testificantes, & nõ vnus. Si verò neque adnumerator assumptus est, & instrumentum ipse tabellio totum per se conscripsit d, atque suppleuit e: aut si etiã qui hoc conscripsit, non est, aut aliter ipse venire non valet f: tamen cum iureiurando propriè completioni attestetur g: vt comparationi non fiat locus h: sint etiã sic credibilia documenta. Testimonium enim & ex voce complentis factum i, & iusiurandum habens adiectum, † præbuit quoddam causæ monimentũ k, † Quòd si tabellio defunctus est l, † & testimonium perhibeatur suppletioni m: ex alia collatione: si quidem etiam sic habeat eum, qui conscripsit instrumẽtum, viuentem n, & adnumeratorem: adueniant & illi, si quidem præsentes sunt: & habeat ex collatione adimpletionum o & ex testibus causa fidem.

Si verò nullus p horum sit: tũc fiat quidẽ completionum q collatio: non autem sola hæc ad hoc sufficiat, sed & aliorum subscribentium fortè aut contrahentium scripturæ examinentur: vt ex plurimis cõparationibus tam completionis r quàm subscribentium fortè, aut etiam cõtrahentium vna quædam s colligatur vndique, & efficiatur fides. Si verò nihil t aliud inueniatur præter collationem instrumentorum: quod hactenus valuit, fiat v: vt qui profert ad collationis documentum, iuret & solenniter x. Vt autem aliquod omnino causa sumat augmentum, ad maiorem negotij fidem & ipse, qui hoc petit fieri, iuret y, quia non aliam idoneam habens fidem, ad collationem instrumentorum venit: nec quicquam circa eam egit, aut machinatus est, quod possit fortè veritatem abscondere z. de quibus a licebit sese liberare contrahentes, si consenserint b vtrique ad hoc venire, vt insinuent c instrumenta, & profiteantur ea sub ge-

m Suppletioni. id est, completioni: non à testibus: qa mortui sunt. sed ex alia, &c.

n Viuentem. i. ministrantem tabellioni.

o Adimpletionum. i. signorum & notarũ, quæ implent. i. complent instrumentum: non autẽ subscribentium, sed quando nullus superest, etiam subscriptionũ fit comparatio: vt j. proxi. §.

p Si vero nullus. s. neque tabellio neque numerator neque minister. Accur.

q Completionum. s. tabellionis. Accur.

r Tam completionis. i. inducantur instrumenta alia eiusdem tabellionis, qui hoc compleuit: & alia instrumenta, quibus iidem testes subscripserũt: & alia quibus iidem contrahentes.

s Vna quædã. id est, vna qualisqualis. nec enim pro veritate omnino habetur, licet ei stetur. non enim ita scribit, &c. vt s. eo. §. j.

t Si vero nihil. repetit eundem casum, vt addat.

v Fiat. quid erit hoc? Rñ. quod sequitur, vt quilibet iuret: vt C. eo. l. cõparationes. §. omnes autem.

x Solenniter. i. tactis euangeliis: vt s. iusiuran. q præ. in prin. Sed qualiter iterum iurabitur: cum semel iam de calum. iuratum est? Rñ. vt s. eo. §. si vero moriatur.

y Iuret. s. q sequitur. & aliquid additur in forma huius sacramenti ei, quod dicitur. C. e. l. cõparationes. §. omnes aũt. & propterea hic dicit. vt autẽ aliquod, &c.

z Abscondere. qualiter iudex cõparationẽ faciet? Rñ. quidã q committetur cuidã scriptori perito: & eius renunciationi stabitur siue denũciationi: vt C. de re mili. l. semel. lib. xij. & ff. de ven. insp. l. j. in princi. & s. de non alie. §. q autẽ dictum est. Sed tu dic contra. scilicet qd ipse iudex debeat hoc inspicere vt patenter dicitur. s. eo. §. oportet. cum & ipse de eis literis cognoscat. nec enim est iudex qui literas non cognoscit: vt j. de iudi. §. j. col. vj. Item facit. ff. finium regund. l. si irruptione. §. fina. sed poterit secum adhibere scriptorem peritum. Accursius.

Iudex non est, qui literas nescit.

a De quibus. scilicet litibus, vel difficultatibus comparationum. Accur.

b Consenserint. tempore contractus.

c Insinuent. q. d. si dubiũ est de fide chartæ, fiat prædicta comparatio: si autem consentiant ambæ partes in principio contractus vt instrumẽtum insinuaretur ad æternam rei memoriam, & abinde chartæ fides est indubitata, & in tali publicatione non est opus testibus: vt C. de dona. l. in donationibus. Sed an etiam post litem contesta. possit fieri talis insinuatio? Rñd. sic tribus rationibus. Prima quia sic est in testamenti publicatione, vt etiam postea fiat, id est, post testamentum factum: vt C. de testamen. l. publicati. & in dona. propter nuptias: vt j. vt fratrum filij. §. j. col. ix. Item quia iudicia sunt omnia absolutoria: vt insti. de perp

stis monumentorum ipsi contrahētes, quatenus priuentur nequitia & corruptione & falsitatibus, & quæcūque [a] alia mala corrigentes, præsentē promulgamus legem: iis, quæ dudum [b] à nobis in collationibus literarum factarū per scripturā propriæ manus sancita sunt, in sua virtute manentibus: proculdubio & in iis, qui literas nesciunt, quæ olim valent in iudiciis, suam habentibus firmitatem: quoniam quidem ex iudiciali forma acceperunt examinationem hæc talia competentem.

Contractus supra libram auri celebratus in scriptis ab imperito literarum, quinque testium eget solennitate, inter quos connumeratur tabellio. si autē sine scriptis sit contractum, testibus autem interuenientibus, causa deciditur. Barto.

Oportet [c] verò in iis, qui literas nesciunt, & testes & omnino tabularios [d] adhiberi, in quibus locis sunt tabularij, maximè [e] autē testes non ignotos contrahētibus: vt quidam scribant pro illiterato, aut paucas literas sciente: alij verò attestentur [f], quia etiam præsentibus eis hęc gesta sunt, † & scierunt eum [g]: & ita talium instrumentorum suscipiatur fides: manifestum existens, quia non minus, quàm quinque [h] testes in his talibus adhibēdi sunt: inter quos [i] erit, & qui scribit pro contrahente, aut totum, aut post ea, quæ post paucas literas illius posita sunt: quatenus nihil omittatur de summa subtilitate. Et hæc dicimus [k] super instrumentis ex scripto confectis. Nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit: hoc manifestum est, quia aut per testes, [l] aut per iusiurādum fidem percipiet [m]: actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicuti iudex negotium disposuerit. Vt annum nihil [n] sit, neque horum inemen-

de perpe.& tempo.act.§.si.Sed ad quid fieret tūc insinuatio: cum nil fieri debeat nisi quod reus soluat? Rñ. potest esse quod annua præstatio facienda est ex illo instrumento: & licet ratione pręsentis anni assentiret, non ita faceret in futuris. Itē quia tractaretur de indebito soluto: nisi insinuaretur hæc scriptura.

[a] Et quęcunque. supple & quibuscū que aliis malis quęcūque &c. Sed quæ sunt hæc alia mala? Respō. perfidia & negatio: vt.s̃.e.§. si tamen quisquam.

[b] Iis quæ dudū. duo dicit hic.§. primum, quod ea quæ dicta sunt de collatione priuatæ scripturæ contrahentium, sunt firma. scilicet vt fiat collatio si illa scriptura habeat pręsentiam & subscriptionem testium: vt C. eodem l. cōparationes. & s̃.eo.§. sed is. &.§. sed & si quis. Item quod fiat si quis ea vtatur: vt.s̃.de iis q ingre.ad appel.§.illud & secundum ꝙ ea quæ olim valēt in iudiciis, suam habent firmitatem. & in his.s.qui literas nesciunt, quādo acceperant formā talia competentem.i. talibus conuenientē: & hæc antiqua forma narratur statim proximo.§. oportet vero &c. & hæc dictio proculdubio pōt cū præcedētibus vel cum seq.legi. & sic in nullo est defectiua hęc litera. Alij supplent hic & in his &c.q.d. & his in sua virtute manētibus quæ sancita sunt in his &c. Accur.

[c] Oportet. Si vis, quod fides habeatur instrumēto. non tamen imponi necessitatem. sic. ff. de iust. & iur.l.j. nam hæc constitutio consulit tantum: vt.s̃.eo.§. si tamen quisquam. alias imponit necessitatem: vt C.de legi.& con.l.j.

[d] Tabularios. plurale pro singulari. sic.s̃.de hær. & Fal.§. si vero. & C.de iure deli.l.fi.§. sin autem dubius est. Vel dic quod respicit multos contractus, vbi singulariter, multi debent esse tabularij.

[e] Maxime. hoc maxime abundat: vt & alias.C.de testa.ma.l.fi.§.j. nam omnino debent esse noti: vt dixi.s̃.eo.§. sed is. Vel potest cum præcedentibus coniungi hæc dictio maxime.q.d. maxime, vbi sunt tabularij, & tunc similiter abundat.

[f] Attestentur.i. propriam scripturam profiteantur: quia etiam &c. vt subiicit. nam omnes testes debent subscribere vt dicitur in nouellis eo. Accur.

[g] Scierunt eum.i. cognouerunt eum esse imperitū.

[h] Quinq;. Sed quare plures exiguntur testes ab imperito quàm perito. vt hic innuitur? Quidam dicunt in fauorem imperiti, ne decipiatur, cum pręsentia tot bonorum virorum adhibeatur. Tu dic quod in eorū odium: quia alias inconuincibiles essent, nisi tanta solennitas adhiberetur: vt.s̃.de tabellio.§.j.co.iiij. Item quia se grauauit, vt in scriptis cōtraheret: cum erat imperitus. vnde quasi se arctauerit, non succurritur ei: vt. ff. q satisd.coag.l. si fideiussor.§. si necessaria. Itē nota hic qn que testium numerum adhiberi: vt & alias in testamento rustici. vt. C.de tēstamen.l.fin. quandoq; exigūtur plures: vt. C.de proxi. sacro scrini.l. vnicuique.libr.xij.

† Halosi. quodque eum in re præsenti aspexerit.

[i] Inter quos. id est de numero eorū erit, qui scribit pro cōtrahente, hoc est tabellio. & sic tabellio est de numero testiū: vt hic, &. ff. de testil. Domiti[a]. &. C. qui testa. fac. pos.l. hac consultissima. Alij dicūt, ꝙ tabellio non est de numero testium. & qđ hic dicit, qđ est de nūero, q scribit pro contrahente tā tum ille: & nullus alius videretur scribere totum instrumentum, nisi tabellio: quod est cōtra istorum opinionē, qui exponūt quod quidam ex testibus scribit totū pro cōtrahēte.i. caput & finem: non autē totum instrumētum. iam enim nihil seruaretur tabellioni, vel dic totū, qđ erit scripturus contrahens, hoc est confirmationem contractus. Item tunc scribit totum quod erat scripturus, quādo est omnino illiteratus. alias parum scribere debet postea testis pro eo, vt subiicit: ibi, aut postea vnde pōt hic notari, quod nihil scientis & parū scientis æqualis est conditio quod ad numerum testiū: nā in vtroque casu adhibentur quinque: vt in hoc.§. sed nō quo ad scripturā: qa vnus nihil scribit, alius parū, forte signū crucis qđ debet p̄poni: vt dr̄ de nouellis.

Tabellio an sit de numero testium.

Quando notarius gerat vicē vnius duorum vt testium, vide in cap. quoniam contra. in glo. fi. vbi etiam per doc. extra de proba.

[k] Et hæc dicimus. quæ proxi. dicta sunt.

[l] Per testes. s. duos imo tres, vt statim patebit in distinctione. sed dicas quod hic tātum defuit scriptura, sed fuit vltra libram auri: sed & si esset infra librā auri, duo sufficerent: vt eadem distinctione patebit.

[m] Percipiet. s. intentio actoris: & quod dicit de iureiurando. s. delato à iudice vel à parte, quod debet suscipi vel referri, vel iuste recusari. in quibus omnibus erit iudicialis dispositio, vt subiicit. & ff. de iureiur.l. iusiurandum.§. si de qualitate. & C. de reb. credit.l. penul.§. pe. & §. sin autem.

[n] Vt añt nihil. abundat vna negatio. vel dic vnam

referri

referri ad superiora, aliam ad sequentia. sic.s̄.de hære. & Falcid.§.inordinatum.

a Huiusmodi obseruationem.s.quinq; testium.

b Custodiri.siue peritus, siue imperitus, siue in scriptis, siue sine scriptis contrahat.

c Actum.est inter contrahentes.

d Attritiones. alias affectiones: & alias attritiones: & alias adstrictiones. Et no.dici rem exiguam vsque ad libram auri: alias dicitur parua vsque ad decem lib. auri, vt.s̄.de ap.§.ij.

e Nam in agris.i. in villis.sic.ff. q satisda. cog. l. sciendum.§.j.

f Firmà.vt numerus duorum testiũ sufficiat: vt ff.de testib.l.vbi.nisi contractus excedat vnã libram auri.vt C.si cer.pet.l.si.

g Sancitum est.vt quinq; testes sufficiant: vt ff. de testi. l.si.alias septẽ exigãtur: vt.C.de test. l. hac cõsultissima. in prin. Et vt prędicta plene accipias, distingue, aut contrahitur vltra vnã libram auri: aut infra. si infra, non distinguo de perito vel non: siue in scriptis siue non, siue in ciuitate, siue nõ. Nam semper duo sufficiunt: vt ff.de testi.l.vbi.& s̄.eod.§.vt autem nihil.in si.§. si autem fiat supra libram auri, & in scriptis, & ab imperito literarũ, & in ciuitate necessarius est omnino tabellio, si haberi potest, & quinque testes. inter quos erit qui pro contrahente scribet: vt.s̄. e.§. oportet. Si autem ponas qđ vnus eorum defuerit: vt qa à perito cõtrahitur vel ab impito, sed nõ i ciuitate: vł nõ vltra librã aur: tũc distingue aut contrahit publice, aut priuate. si priuate, tres sunt testes necessarij. vt s̄. eo.§ si qs igit. et §.sed et si quis.licet olim duo sufficerent: nisi contractus excederet l.libras auri: vt C.si cer.pet.l.fi.si autẽ publice: tunc similiter tres sunt necessarij: vel forte sufficient duo cum tabellione: vt s̄.eo.§.hæc dicimus.& s̄. eo.§.sed & si instrumenta.& dicitur fieri in scriptis qñcunq; sit in de scriptura, & inter eos agitur vt fiat: vt C.e.l.cõtractus.licet alij dicãt tunc demum, quando agitur, vt nõ aliter valeat cõtract⁹ & inducunt. s̄. e.§. & hæc dicimus. & hoc in ciuitate. in villa autẽ serua iura vetera.quod dic vt hoc. §. hæc autẽ omnia.

h Sanciat. essent eñ magnę tergiuersatiões: vt C. de sũ. trinita. lege iij. in princip.

i Legislationis. scilicet istius.

k In Hesperia.i. in Hispania.

l Septẽtrionalibus.s.partibus.idẽ in Illirico, vt seqr.

m Illirico.i. Sclauonia. Al.

n Scripsimus.s.q; faciãt manifesta omnibus suis subditis. Accursius.

o Plena.i.omnes sciant eam, vel dic plene.i. abundans. nam prius per falsitates homines depauperabantur, & concutiebantur: vt subiicit à modo nõ sic: & sic respublica erit plena habẽs locupletes subiectos: vt.s̄.vt iu.sine quoquo suf.§. cogitatio.& insti.de iis, q sunt sui vel ali. iur. §.expedit enim.

p Medente.s.hac lege.

HAEC CONstitutio interpretatur &c.

q Constitutionẽ. s.illam.s̄.de monachis.§.illis.

r Causa talis. Interpretatiõe. cum nos soli hoc possimus: vt. C.de legi.& constitu.lege vltima, & lege j. Accursius.

s Lex. vt supra, de monac. §. illud quoque.

Nec pos

Res exigua vsque ad libram auri dicitur.

† Haloã. secundum id, qđ vsq; adhuc in republica obtinuit, res peragatur.

† Cõcor. cũ hoc eexiu c.cum vniuersorum. post medi.cum glo. super verbo simplicitati. extra', de rerum permutatio.

datum: illud quoque adiicere legi bonum est, vt si vsque ad vnam auri libram fuerit contractus: huiusmodi obseruationem [a] in hoc minimè custodiri [b] † sed secundum hoc, quod tunc actũ est [c], causam fieri, vt non † de rebus exiguis maximas attritiones [d] homines sustineant. Hæc autem omnia tenere in ciuitatibus volumus, nam in agris [e] (vbi multa simplicitas est, & neque scribentiũ aut testium multorum copia est) quæ hactenus apud eos valuerunt, & nũc sint etiã firma [f]. Hoc enim & in ipsis testamẽtis, quibus maximè studemus, iam à nobis sancitũ est [g]. Valeat itaq; lex in omnibus, quæ post hæc facienda sunt, instrumentis & cõtractibus. Quod enim iam transiuit, cur quispiã sanciat [h]? Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus, apud nos autem introductarũ: quatenus quotidie inter sese contendere homines compescamus, præauferentes eis altercationes ꝑ legislationis [i] subtilitatem. Quapropter conuenit tuam eminentiam hæc cognoscentem, manifesta omnibus facere subiectis, & qui hic sunt, & q in gentibus. etenim ad alios gloriosissimos ꝑfectos, & qui in Hesperia [k] sunt, & in Lybia, & qui in Septẽtrionalibus [l] (dicimus autem in Illirico [m]) scripsimus [n]: vt omnis nobis respublica plena [o] fiat hac lege subiectorum medente [p] concussionibus.

TITVLVS IIII.

HAEC CONSTItutio interpretatur priorem constitutionem [q] de iis, qui ingrediuntur monasterium, & de substantiis eorũ, & ex quo tẽpore oporteat eam valere.

Qui monasterium intrare voluerit, post ingressum de suis bonis nullo modo disponere potest. quod habet locum in illis qui post legem de monachis monasterium ingrediuntur: non in illis, qui ante ingressi fuerunt: quia bene possunt de suis bonis disponere etiam post illam. Ange.

Idem Imp. A. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum prefecto iterum exconsule & patricio.

Causa talis ad nos peruenit, quã existimauimus oportere competenti vti à nobis interpretatione [r] simul & adiutorio. Cognouimus etenim, qa mulier quædam habẽs filium sibi ex nuptiis legitimis procreatũ, voluit quidem segregare se à cõmuni ista conuersatione, & in quodam mulierũ monasterio commanere, plurima bona faciens mulieribus reuerendissimis ibidem congregatis. Et quoniam nostræ pietatis lex [s] vult eos, qui se monasteriis dederint, seu viros, seu mulieres, antequam ingrediãtur monasterium, eo quo voluerint modo,

quæ sua sunt, disponere: nec posse [a], postquam ingrediuntur monasterium vlterius agere quicquam de propriis [b], vtpote domini rerum non existentes vlterius, eò quòd sanciuerimus nos huiusmodi viros & mulieres cū corpore & anima, ipso ingressu ad monasterium, dedicare [c] suasque substantias & siquidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium, eò quòd domini harum vlterius non existunt: hinc aut metuere [d] ne fortè (quamuis nostra constitutio multò posterior [e] sit, quàm quòd in prædictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohiberent eam prospicere suo filio: & oportere [f] propter prædictum metum hæc [g] interpretari, & lege nostra fieri manifesta [h]: quia [i] nihil læsa sit aut ipsa, aut filius eius circa eius successionem ex memorata constitutione [k]: propterea sancimus, si quis monasterium habitauerit [l] vir aut mulier ante prædictam nostram constitutionem, aut hactenus [m] habitat, & maximè filiis existentibus: nullam habere necessitatem, nunc eorum substantia in monasterium [n] sed filio aut filiæ transmittere, aut totam, aut etiam partem suæ substātiæ: aut etiam quo voluerit modo res suas disponere [o]: vtpote primam illam legem [p] alia nostra hac constitutione interpretante (eos enim qui semel ante memoratam dudum nostrā legem monasteria intrauerint, † in nullo postea posita lex contristatura est, aut ablatura eorum, quæ prius [q] eis vt liceat [r], data sunt) neque prius nostræ legi [s] impedimentū penitus faciente, eo quòd neque possibile [t] sit hoc fieri [v], vt oportuisset [x] prius disponere, & ita ingredi in monasterium. Si verò [y] nulla tunc tali lege [z] posita, in monasteriū ingressa est: quomodo fieri potuerit conuerti ordinē legis: & exigere eos, q prius ingressi sunt monasteriū, illa facere, quę prius ignorata, postea per sacrā nostrā constitutionē sunt innouata? Sed vnūquemq; competit secundum sua tēpora expectare, & ea quidem quæ post legem sunt ita quærere fieri, sicut lex vult. Si quid autem ante legem subsecutum est: hoc non commouere, neque perscrutari, sed in priori figura relinquere [a]. Hęc igitur lex ꝓ interpretatione vtili posita sit prioris nostræ illius constitutionis: vt illa in posterioribus tēporibus ex quo facta est, locū habeat: & iis, qui postea conuertentur, viris ac mulieribus posita sit: sibiq; potestatem in illis custodiat: nihil horū, quæ antea fuerint, perscrutando: cùm licentia sit prioribus viris ac mulieribus qui habitauerunt aut etiam hactenus habitant in monasteriis, & maximè filiis existētibus, suas res, quo volūt disponere modo. Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, solenniter per programata sua omnibus facere manifesta festinet.

[a] Nec posse. hoc innouatur: quia & postea potest: vt j. de sanct. episc. §. si qua mulier. col. ix.
[b] De propriis. quondam.
[c] Dedicare. i. ad ecclesiā transferre. impropriè em̄ ponitur: & hoc intellige cū seculo abrenuntiauerit: vt s̄. de mo. §. si vero filios. & §. si quis. coll. j.
[d] Metuere. se dicebat mulier.
[e] Posterior. quæ est. s̄. de mon. §. illud quoq;.
[f] Oportere. supple, & ideo sancimus oportere.
[g] Hæc. s. dicta. in d. l. de mona.
[h] Manifesta. scilicet hoc quia, &c.
[i] Quia. i. q; Azo.
[k] Constitutione. s̄. de mona. §. illud quoq;. & facit. s̄. vt fac. no. constit. col. v. & j. vt nulli iudi. lic. habere lo. serui. §. siquando col. ix.
[l] Habitauerit. licet hodie nō habitet, stat⁹ ante cōstitutionē de monachis.
[m] Hactenus. i. adhuc.
[n] Monasterium. s. transmittere, qđ est j. Accur.
[o] Disponere. ita enim erat ante prædictam. l. de mona. vt C. de sacrosanc. eccle. l. generaliter.
[p] Legem. scilicet de monachis.
[q] Pri⁹. alias prioris.
[r] Liceat. licitum fuerit. Accur.
[s] Nostræ legi. i. nostra lege: vt ita ablatiuū cōueniat alteri. s. faciēte: quasi nec lex posterior p̄iudicabit ingressis ante legē in iis, q primo licebant, vt hic nec primo licita præiudicabūt sequenti legi cōtra eos, q postea ingrediunt: vt s̄. proxi.
[t] Possibile. id est conueniens.
[v] Fieri. i. statui.
[x] Oportuisset. i. ingredientes. quid enim peccauit antiquitas, &c. vt C. de test. l. testamēta.
[y] Si vero. ꝓ em̄. sic. s̄. de redi. & Fal. §. si vero enim.
[z] Lege. cū testabit: sed postea. Az.
[a] Relinquere. no. legē ad futura trahi: vt C. de legi. & cōstit. l. leges. & s̄. vt factæ no. consti. coll. v. & j. vt libe. decę. §. j. in fi. nisi caueat exp̄sse, vt ad pręterita trahatur: vt C. de vsur. l. eos.
[h] Disponere. hęc constitutio est inutilis. s. cum nulla de illis personis viuat, quæ ingressæ fuerant ante legem de monachis.

† Inhabitauerint.

Lex ad futura trahitur.

VT NON luxurientur, &c.

Omnibus. Crediti. id est subiecti.

Placa

TITVLVS V.

VT NON LVXVRIENTVR homines contra naturā, nec iurent per capillos Dei, aut aliquid huiusmodi: neque blasphemetur in Deum.

Luxurians contra naturam, iurans per aliquod membrū Dei, aut per capillos, aut blasphemans Deū, vltimo damnatur supplicio. Arg.

Imp. Iusti. A. Constantinop.

OMnibus hominibus, q rectè sapiunt, manifestū esse putamus, qa omne nobis est studium † & oratio, vt crediti [a]

† Alias, studium, vt omnino crediti & cætera

nobis à domino Deo bene viuant, & eius inueniant placationē [a]: quoniam & Dei misericordia non perditionem, sed conuersionē & salutē vult [b], & delinquentes, qui corriguntur, suscipit Deus. Propter quod nos omnes inuitamus Dei timorem in sensibus accipere, & inuocare eius placationem. & nouimus, quia omnes, qui dominum diligunt, & misericordiam eius sustinent, hoc faciūt. Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi, & grauissimis [c] luxuriis semetipsos inserunt, & ipsi naturæ [d] contraria agunt: istis iniungimus in sensibus accipere Dei timorem, & futurum iudicium & abstinere ab huiusmodi diabolicis & illicitis luxuriis, vt non propter huiusmodi impios actus ab ira Dei iusta inueniantur, & ciuitates [e] cum habitatoribus earum pereāt.

Docemur enim à diuinis scripturis quia ex huiusmodi impiis actibus & ciuitates cum hominibus pariter perierunt.

Et quoniam quidam ad hæc [f] quæ diximus, & blaphema verba, & sacramenta de deo iurant [g] Deum ad iracūdiam prouocantes: istis iniungimus abstinere ab huiusmodi & aliis blasphemis verbis, & non iurare [h] per capillos [i] † & caput, & his proxima verba.

Si enim [k] † contra homines factæ blasphemiæ, impunitæ non relinquuntur: multò magis qui ipsum Deum blasphemant digni sunt supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus huiusmodi præcipimus à prædictis delictis abstinere, & Dei timorem in corde accipere, & sequi eos, qui bene viuunt. Propter talia enim delicta & fames, & terræ motus, & pestilentiæ fiunt: & propterea admonemus abstinere ab huiusmodi prædictis illicitis, vt non suas perdant animas. Sin autem & post huiusmodi nostram admonitionē inueniantur aliqui in talibus permanentes delictis: primùm quidem indignos † semetipsos faciunt Dei misericordia: post hæc autem & legibus [l] constitutis subiiciuntur tormentis. Præcipimus enim gloriosissimo præfecto regiæ ciuitatis permanētes in prædictis illicitis & impiis actibus post hanc admonitionem nostram, comprehendere, & vltimis subdere suppliciis [m]: vt non ex contemptu talium inueniatur & ciuitas & respublica per hos impios actus lædi. Si enim & post hāc nostram suasionem quidam tales inuenientes, hos subtercelauerint: similiter à domino Deo condemnabuntur. Ipse etenim gloriosissimus præfectus, si inuenerit quosdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit secundū nostras leges: primùm quidem obligatus erit Dei iudicio: post hæc autem & nostram indignationem sustinebit.

† Cōcor. c. vt clericorū mores. cū gl. ij. extra de vita & hone. clericorum.

TITVLVS VI.

VT † LIBERTI [n] DE cætero auro non indigeant annulo, & vt pristinis restituantur natalibus: & de celebratione [o] dotalium instrumentorum in libertis mulieribus facta: & hoc ipsorum nuptias legitimas fieri, & filios suos: si nuper etiam ancilla fuerit, & ipsam liberam esse celebratione dotis & nuptias legitimas: & qui ex ea processerint, filios suos.

† Alias, libertini.

Imperator Iustinianus A. Ioanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule, & patricio.

PErfectis [p] omnibus bonis à magno Deo datis, existimauimus oportere & ipsas seruorū libertates cū à priore cōditione à dominis liberātur, eis omnino puras & infucatas & perfectas efficere: et propterea etiā deditītiorum iniuria liberauimus [q] libertates, & latinitates velut imperfectas

---

[a] Placationem. i. pietatem vel misericordiam.

[b] Vult. nō enim vult Deus mortem peccatoris: sed vt conuertatur & viuat. Al. nam & ecclesia nulli gremiū suum claudit: vt C. de sum. trin. & fide cath. l. inter claras. in fi. epistolæ.

Ecclesia nulli gremiū claudit.

[c] Grauissimis. i. Sodomiticis. Al.

[d] Et ipsi naturæ. C. de summa trini. & fide catho. in epistola.

[e] Et ciuitates. scilicet Sodoma & Gomortha. quod dic vt in historiis. Accursius.

[f] Ad hęc. i. iuxta.

[g] Iurant. s. iurantes abstinere: & post redeūt ad vomitum, quod grauius est curare: vt de infirmo dicitur qui recidiuat.

[h] Et iurare. s. abstinere repete.

[i] Capillos. scilicet Dei.

† Cōcor. c. & si christus. post prin. cum glo. super verb. creaturam. ex extra, de iureiur. vbi prohibet iurare per creaturā.

[k] Si enim. sic cōtra. s. de mona. §. hinc autem. in fi. §. col. j. Io.

† Facit ad hoc ca. vergētis. extra, de hæret.

[l] Legibus. C. ad legem Iuliam de adul. l. cū vir. & inst. de publi. iu. §. item lex Iulia.

[m] Suppliciis. vltimum suppliciumso lam mortem interpretamur: vt ff. de pœn. l. vlti.

Mors, vltimū supplicium dicitur.

[n] VT LIberti de cætero auro, &c.

Hæc prima pars excipitur. j. vsque ad. § si quis autē.

[o] Celebratione. in hac secunda parte duo dicuntur: vnū de libera, & aliud de ancilla. & hæc expeditur. j. e. §. hic similiter.

[p] PErfectis. Potest legi datiue & ablatiue.

[q] Liberauimus. vt C. de dedi. lib. tol. Accur.

Exclu

exclusimus [a]; & iterationes superfluas demõstrauimus: & Iuliam legem & Largianum [b] odiuimus senatusconsultum: vtpote in initio inaniter introductũ & rectè postmodum reprobatum: solamq́ valere Romanam ciuitatẽ in libertatibus volumus: non locis, non ætatibus [c], nõ alio quodam causam discernẽtes. Quoniam autem semper aliquid melius de nostris subiectis tractamus: etiã ipsum, quod perfectius [d] datum est à maioribus, existimauimus oportere adiectionibus ampliare.

Propterea sancimus, si quis manumittens seruũ, aut ancillam suam, ciues denunciauerit Romanos (neq; enim [e] aliter licet) sciat ex hac lege, q̃a qui libertatem acceperit, habebit subsequens [f] mox et aureorũ annulorũ [g], et regenerationis [h] ius, & non iam ex necessitate hoc à principibus postulabit, neque indigebit omnino vlla scrupulositate: sed libertatis virtute hæc omnia subsequenter, hac nostra lege ex præsenti die inchoante. Non enim aliquid horũ, quæ prius facta sunt, perscrutamur [i]. Firmamus igitur omnia præcedentia. vt valeant secundũ eos, per quos facta sunt modos: sed hæc quidem sic habere sancimus.

Libertus licet liber efficiatur ex manumißione, & ciuis Romanus: tamen manumittens: ius patronatus habet, nisi ei remiserit: & debet libertus patrono reuerentiam exhibere, & iniuriam non inferre: ne poßit in seruitutem reuocari. nam ex ingratitudine libertas reuocatur, sicut donatio. Angelus.

Illud verò adiicimus [k], vt nihil neq; post hanc [l] legem nostram lędantur patronatus iura. Illa verò, quæ nos sancimus, in quibuscũq; omnino hæc personis seruabimus: nisi tamen etiam ab his [m] libertum, qui libertatem donauit, absoluerit, aut per fideicommissum hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adiiciens. Nam si hoc ille dederit: omnino qui manumittitur, absoluetur [n] etiam à patronatus iure, eò q́ ille hoc expresserit. Habeant itaq; hæc omnia, qui libertatẽ meruerunt: verũtamen seruent etiã post hanc nostrã cõstitutionẽ eis, qui ad talẽ eos perduxerunt honorẽ, omnẽ reuerentiã [o], & hoc qđ vocatur obsequiũ, & reuerentiam rectè legibus introductã: quinetiã abstineant [p] aut manibus, aut insidiis aut aliis ex quibus liberti tale aliquid agentes, rursus † & seruitutem sustinent secundũ de his scriptas leges [q], & restituuntur priori cõditioni. Nam si nullum penitus ingratum esse circa donatorem permisimus, licet fuerit bene natus, sed donationes infirmas pronunciauimus in iis, quæ dudum à nobis scriptæ sunt legibus [r], & in iis, quæ à nobis quotidie præcipiuntur: quomodo patiemur manumissorem, qui æqualis patri [s] circa libertũ factus est, ab eo aliquid pati malignum, aut iniurias forsitan asperas & indecentes [t], seu plagas [v], aut maximè intolerabilia sustinere dispendia? Sed si quid horum legitimis probationibus conuicerit [x] passum se, qui libertatem dedit, vel eius filios [y], post prædictas probationes libertum in priori restituimus [z] habitu: nomi-

a Exclusimus. vt C. de lati. libe. tol.

b Largianum. q́ tractabat circa legem Iuliam: vt insti. de suc. lib. §. pe. & quæ erat differẽtia inter latinos & dedititios et plene liberos, dic vt insti. de li. §. fi. Acc.

c Aetatibus. manumissi vel manumissoris: vt institu. de libe. in fi. nisi sit minor xv. an. olim hodie xvij. vt insti. qui ma. nõ pos. §. cum autem.

d Perfectius. id est libertas plena. q. d. non solum circa minores libertates correximus sed etiam circa plenã.

e Neque enim. interpositio est.

f Subsequens. i. subsequenter statĩ.

g Annulorum. q́ ideo sic dicitur, quia olim nõ poterant liberti secũdum quosdã ferre annulos. Sed nos contra: quia lege cautum non inuenitur: sed bene ferebant ex necessitate: & erat imago libertinitatis: vt. C. de iur. aure. annu. l. vltimũ. & habet patronus etiã bo. pos. contra tab. vt ff. de bo. li. l. etiam.

h Regenerationis. vt ingenui nati videantur: non est tamẽ omnino idẽ si per principẽ viuentẽ restituti essent natalibus: q̃a tunc vt ingrati accusari nõ possunt: vt C. de bo. libe. l. vltimũ. sed hic possunt: vt j. proxi. §. ergo quantũ ad dignitates vel matrimonia est hic secũdum Azo. non autem quo ad patronum est ingenuus: vt j. §. illud. Itẽ no. hic, q́ cum aliquid conceditur, & ea quæ illud faciunt, ad plenum cõcedi videntur: vt C. de bo. vacan. l. si quãdo. libr. x. & ff. de constit. prin. l. fi.

Concesso aliquo conceditur & illud &c.

i Perscrutamur. duo nota.

k Illud vero adiicimus. in Græca cõstitutione de iure patrona. de qua est mentio insti. de succes. lib. §. ij.

l Post hanc. id est post remissionem iuris patronatus.

m Ab his. iuribus patronatus. Acc.

n Absoluetur. s. libertus.

o Reuerentiam. s. vt ei assurgat: & ne temere in ius eum vocet. hoc etiam si fuerit remissum patronatus ius: vt C. de lib. & eorum liber. l. fina. & C. de bo. liber. l. fi.

Libertus quas operas patrono præstet.

p Abstineant. etiam post remissionem iuris patron.

q Scriptas leges. vt C. de li. & eorũ li. l. pe. & ãnpe. & l. fi. & ff. de li. agno. l. alimenta. §. j.

r Legibus. vt insti. de don. §. sciendum. & C. de reuo. do. l. vlti. Acc.

s Patri. dilexit enim eum vt pater manumittẽdo: succedit ei, vt pater filio ab intestato: vt instit. qui. mod. ius patr. potesta. sol. §. præterea. Ac.

† Facit c. ij. in glos. vlt. in me. extra, de postulati. prælat. & gloss. j. in c. vlt. post princi. de donatio. extra.

t Indecẽtes. alias indigẽtes alias indecentes.

v Plagas. scilicet verberum.

x Conuicerit. i. probauerit.

y Filios. Not. de filio: quia nõ sic de extraneo hærede: vt ff. de verb. sig. l. sciendum. & C. de oper. libe. l. j. & de lib. & eorũ liber. l. liberti.

z Restituimus. etiam

o

num [a] quidem perſcrutatione, & propter hoc diſpendiis, omnes eripientes: iuſtitiã autẽ vbiq; & æquitatẽ, & quod legiſlatorẽ decet, & quod placet Deo & liberto & dudum domino conſeruantes. Quapropter [b] ſint quidem & liberti & ingenui [c], ſiue ij, q dudũ [d] manumiſsi ſunt, & euidenter eis hoc, largitum eſt: ſiue illi, qui poſt hanc legem noſtram ad ingenuitatem venientes, tanquam bene nati iam facti viuant, & debitũ honorẽ manumiſſoribus reddãt: vt non denuò & libertate & bene natione cadãt: tanquam indeuoti ingratiq; conuicti, & à lege damnati. Erunt nanque ita perpetuè liberi & ingenui, ſi manumiſſoribus eorũq; filiis † in cõfuſam & liberã ſuam venerationem & reuerentiam deuotionemq; ſeruauerint: quibus videlicet cõſeruatis, nunquam ad priorem relabentur fortunam [e].

Nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias contrahi: cum ancilla autem contrahens matrimonium, liberam eam facit, & natos ex ea productos. Bart.

Si quis autẽ libertam [f] ducere voluerit, aut [g] legitimam facere coniugẽ cuiuslibet dignitatis exiſtens [h], nuptialia conficiat documenta (hanc enim ſolã poſt manumiſſionem obſeruationem [i] adiicimus [k]) & ſint etiã præcedentes [l] filij, ſicut & qui poſt dotalia nati ſunt, liberi & ingenui & ſui, & patris ſucceſſores: & à poſtulatione annulorum aureorũ & priſtinum [m] † nataliũ liberati, nullamq; penitus habentes differentiam ad cætera ingenuorũ matrimonia. Libertas enim matris, inſuper & documentũ nuptiale, ſobolem liberam & ingenuam & patri ſuccedentẽ demonſtrabunt: & ita rebus & veritate [n] tuti efficiuntur: vt ſi cui [o] etiam ex ſeruiẽte muliere procreentur filij, & voluerit ille poſtea mulierẽ manumittere, & dotalia conficere documenta: mox [p] cũ ipſa dotis inſcriptione & filiis cõpetet [q] libertatis ſimul, & ſuorum: non requirentibus nobis ſpecialem libertatem in filiis fieri, & ſimul manumitti cũ matre, aut poſtea, vel ante eã fortè libertatẽ accipere: ſed conſcriptione ſola nuptialiũ documentorũ mox eis [r] etiã libertatẽ donamus. Quod enim maius vtique oſtenſurus eſt pater libertatis filiorum indicium [s], quã vxorem [t] oſtendere liberamq; ſimul & legitimã nuptialium documentorum conſcriptione [v]? Si enim miles relinquens legatũ alicui ſuarũ ancillarũ, ipſa donatione legati & libertatem dare videatur [x], quomodo non multò magis pater ſi documentũ nuptiale cõſcripſerit, habebit proprios filios ex hoc ſolo & liberos & legitimos ſucceſſores? Neque enim quilibet eũ putaturus erit voluiſſe filiorum quidem matrem legitimam [y] eſſe, & hoc tã magnum ei donaſſe opus libidinis, proprios autem filios ex ſuo natos ſemine, adhuc relinquere ſeruituros. Hoc ſimiliter [z] quidẽ pro manumiſſoribus, ſimiliter autẽ & pro

etiam ſi patronus remiſit patronatũ: vt ſ. in prin. huius §. dicitur. & C. de bo. lib. l. vlti. & tũc reuocatur in ſeruitutem fortè etiã ex his cauſis ex quibus reuocatur donatio: vt hic innuit. ſi autem non remiſerit, etiã pro leui culpa reuocabitur quæ cõſiſtet in faciẽdo: vt C. de lib. & eorũ lib. l. ſi manumiſſori. non autem ſi in non faciẽdo, vt C. de lib. cau. l. ſolo.

a Nominũ. quia non dicuntur hodie dedititij, vel latini. nam & nomine ſublato effectus tollitur: vt C. de ſer. l. a nullo.

b Quapropter. breuiter omnia repetit, quę dixerat à prin. cõſtitutionis.

c Et ingenui. quantum ad omnia, præterquã reſpectu patroni. Ac.

d Qui dudum. i. ante hanc legem.

e Fortunam. ſcilicet ſeruitutis.

f Si quis autem libertam. ſ. tuam.

g Aut. pro id eſt.

h Exiſtens. olim autem licebat patrono libertã accipere: niſi eſſet patronus ſenator, vel ſenatoris filius, vel in ſimili dignitate poſitus: vt C. de nupt. l. vxorem & ff. de ritu nup. l. lege Iulia. et l. oratione. & idẽ in ſponſalibus: vt ff. de ſpõ. l. oratio hodie vero indiſtinctè fieri poteſt etiam ab iis qui ſunt in dignitate, dũmodo ſcriptura intercedat, vt hic. & idẽ puto econtra: vt libertus patronam accipere poſſit. licet olim eſſet contra: vt C. de nupt. l. iij.

i Obſeruationẽ. ſcilicet vt interueniat ſcriptura.

k Adiicimus. de nouo.

l Præcedentes. ſcilicet ante dotalia inſtrumenta.

m Priſtinum. i. priſtinorum: vt ſit ſyncopatum: & ſic ponitur vicenũ. i. vicenorũ. ff. ad legem Rhod. de ia. l. nauis. §. cum autẽ.

n Et veritate. ſ. quia in veritate eſt contractum matrimonium, & filij iuſti ex eo procreati ſunt. alias contra. & dic hic vt diximus. ſ. de trien. & ſemiſ. §. fin. col. iij.

o Vt ſi cui. caute mutat caſum de liberta ad ancillam: quaſi dicat, adeo prædicta ſunt vera in liberta, vt in ancilla idem ſit.

p Mox. i. ſtatim.

q Competet. alias competens. Acc.

r Eis. ſ. filiis.

s Indicium. alias indicium, alias iudicium, id eſt, voluntatem. Acc.

t Vxorẽ. ſ. illorũ filiorũ matrem. R.

v Conſcriptione. & ſic no. q ſiue ſpecialiter fuerit manumiſſa, vt modo dixerat, ſiue ſolum accepta eſt ancilla in vxorem à domino: eo ipſo habet duo: et q libera eſt & q legitima vxor: vt hic, & ſ. in tit. in fi. Item ſi non fieret libera ex ipſa cõſcriptione dotalium inſtrumentorum non eſſet vxor: cũ inter ſeruum & liberũ non ſit matrimoniũ: vt ſ. de nupt. §. ſed & captiuitatis. Itẽ ſi alij dat ſciẽter in vxorẽ, vel patitur eam nubere. eſt eo ipſo libera, multo magis ſi ipſe eã accipiat: vt ſ. de nup. §. ſi vero ab initio. Accurſius.

x Videatur. vt ff. de mil. te. l. Titius. §. j. ſed nõ ſic in pagano: vt C. de te. ſta. mil. l. ex his.

y Legitimã. i. ingenuã vel vxorẽ.

z Hoc ſimiliter. nunc reſpicit primam

† Haloã. vndique defæcatã illimemq; & liberalem reuerentiam &c.

† priſtinorum.

† Facit. q ppoſuit. & ca. fina. extra, de cõiug. ſeruorum.

manumissis [a] sancimus. Nam si ea, quæ in præcedentibus dicta sunt manumissoribus non seruamus [b], segniores [c] forsan homines circa libertatis largitatẽ efficiemus. Nobis autẽ omne extat studiũ subsistere libertates [d] atque valere, & in nostra florere, & augeri republica. Etenim huius causæ desiderio [e] & in Libya & in Hesperia tanta [f] suscepimus bella, & pro recta ad Deum religione, & ꝓ subiectorũ pariter libertate. Facimus aũt nouũ [g] nihil, sed egregios ante nos imperatores seqmur. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus (ex quo etiam ad nos appellatio hæc peruenit [h]) ius Romanæ ciuitatis prius ab vno quoque subiectorũ petitus [i] & taliter [k], ex iis, qui vocantur peregrini, ad Romanã ingenuitatem deducens: ille [l] hoc omnibus in cõe subiectis donauit [m], Theodosius [n] iunior post Constantinum maximũ sanctissimæ huius ciuitatis cõditorẽ, filiorum prius ius petitum in commune dedit subiectis [o]: sic [p] ẽt nos hoc videlicet regenerationis & aureorũ annulorũ ius vnicuiq; petentiũ datum [q], & damni & scrupulositatis prębẽs occasionẽ, [r] & manumissorum indigẽs authoritate, omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Restituimus enim naturæ ingenuitati dignos, nõ singulos decætero sed omnes [s] deinceps, q̃ libertatẽ à dominis meruerit: vt hanc magnã quandã & generalẽ largitatem nostris subiectis adiiciamus. Quę igitur ꝓ indulgentia subiectorũ nostræ placuerunt clemẽtiæ per hãc legẽ hæc tua celsitudo cognoscẽs, nostris subiectis faciat manifesta ꝑ programmata propria & hic, & in prouinciis: vt discant, quia nostrorum subiectorũ per omnia curã habemus, ea quę ꝓ vtilitate eorũ sunt, sancientes. Valebit aũt hæc lex in subsequentibus omnibus, & eis q̃ postea emerserint casibus: qđ enim recessit, non ꝑscrutamur.

TITVLVS VII.

APVD QVOS oporteat causas dicere monachos & ascetrias.

Monachi & moniales pro causis eorũ corã episcopo debent conueniri, qui disponere debet, an per se, vel per alios debẽt respondere. & secundũ legẽ & sacras regulas debent soli episcopi de talibus cognoscere & iudicare. Angel.

Imp. Iustin. A. Mennæ Archiepis. Constanti. & vniuersi eius tractus patriarchæ.

Rem cognoscentes non rectã fieri in hac [t] regia ciuitate, cõmuni lege existimauimus hoc mederi, inchoantes quidẽ ab hac felicissima ciuitate [t]: in omnia verò loca ea quæ subiecta [v] sunt, distendẽtes. Quidã enim volẽtes corrumpere orthodoxę fidei honestatẽ: si quidem litẽ habuerint, quasi cũ monachis aut ascetriis [x], ciuiles iudices interpellãt: at illi [y] mittũt executores pręsumẽtes [z] accedere intra loca sancta, & monachos trahere [a], atq; monasteria vel ascetrias inqętare forsan eas, q̃ nõ vidẽtur [b], & hic iniuriã & cõfusionẽ nõ ꝑuã adorabilib⁹ fieri locis. Propterea igiť sancimus, si qs quãcũq; habuerit cãm cũ aliq̃bus venerabilibus sanctimõialib⁹, aut sacris virginib⁹ aut mulieribus oĩno in mõasteriis cõsistẽtibus, Deo amabilẽ ciuitatis illius epm ĩterpellet, [c] ille verò mittat & cũ oĩ hone

mam partem titu.
[a] Pro manumissis. s. vt sint ĩgenui.
[b] Seruamus. s. ius patronatus. & sic C. de bon. quæ liber. l. ij. ibi, prospiciendum est.
[c] Seniores. i. pigriores. Acc.
[d] Libertates. vt recuperemus eos ab hostibus.
[e] Huius causæ desiderio. i. vt augeremus rempublicã.
[f] Tanta. s. vt pij dicamur: vel lege absolute tanta. q. d. multa.
[g] Facimus nouũ. id est, extraneũ, vel mirabile: imo consuetũ in similibus. & ideo duo similia ponit, non eadem. Primum est Antonini, Secundum Theodosij.
[h] Peruenit. vt dicamur pij. Acc.
[i] Petitus. i. rogatus imperator, vt hoc statueret. vel dic à quocũq; qui velit esse ciuis Romanus.
[k] Et taliter. s. dãdo singularia priuilegia.
[l] Ille. s. Antoninus. & dic hoc. s. ius Romanæ ciuitatis quod est supra.
[m] Donauit. vt q̃cunque ciuitatem Romanam habitaret ciuis Romanus esset: vt ff. de statu ho. l. in vrbe. quæ lex est Antonini. nec sit opus speciali impetratione.
[n] Theodosius. sicut repete.
[o] Subiectis. vt C. de iure delib. l. j.
[p] Sic. à simili.
[q] Petentiũ datũ. olim per singularia rescripta.
[r] Occasionẽ. occasionẽ dico indigentem authoritate manumissorũ. i. manumittentium: quia non solebant liberti facile natalib⁹ restitui, nisi cõsentiente patrono & ei⁹ filio: vt ff. de nata. re. l. ij. & leg. pen. & l. si. j. respõ.
[s] Sed omnes. repete per, &c.

APVD QVOS oporteat causas dicere monachos, &c.

Rem cognoscentes.
[t] Hac. i. Constantinopolitana.
[v] Subiecta. i. scripta ĩ. c. cõstitutiõe.
[x] Assisteriis. iõ quod assistãt orationibus & ieiuniis quotidie: quas vulgo appellamus reclusas. — Assisteriæ, quæ sunt.
[y] At illi. s. iudices ciuiles.
[z] Præsumentes. s. executores. Acc.
[a] Trahere. s. ad iudicium.
[b] Non vidẽtur. quia stant reclusæ: vt s. dixi.
m Disposita. in Græca constitutione, quam nō habemus: sed eius mentio habetur instit. de act. §. tripli. & s. de man. princ. §. sit tibi. col. iij. si autē vltra quis accipiat in quadruplū pœnæ nomine condemnatur: vt triplum fisco, simplum damnū passo reddat: vt hic subiicit &c. j. vt liti. iur. col. ix. §. hoc quoque. & vt plene scias quales sunt hæ sportulæ: dic fiunt tribus de caussis expensæ in iudicio vel propter iudicium: vno inter partes: altero iudicibus: tertio executoribus: circa primum fiunt in alendis testibus: vt C. de app. l. eos. §. si quis. & C. de testam. l. quoniam. §. in exhibitione. & circa aduocatos, vt ff. de var. cogn. l. j. §. i honorariis. & hi sumptus litis appellantur. & facit iudex eos restitui à victo victori secundum quod sibi videtur, vel non: vt infra, eodem. §. oportet. circa secūdum fiunt vt dices infra, eodem. §. ne autem. circa tertium fiunt secundum consuetudinem, vt pro miliario vnus nummus. nam nō est certa quantitas definita à iure, nisi in quibusdam personis, vt in clericis: vt j. de san. epis. §. sportularum. & agentibus in rebus: vt C. de prin. agen. in re. l. fin. Item qui habet priuilegium de hoc à principe. Item & aduersarius eius: vt C. de prox. sa. scri. l. in sacris. §. quoniam. & C. de fru. & li. expen. l. si. Item proximi sacrorum scriniorum: vt C. de proxi. sac. scri. l. in sacris. in prin. & hi duo modi expendendi, sportulæ dicuntur ideo, quia in sporta ponebantur, & sibi vel etiā fisco seruabantur: & ipsi habebant salarium de publico. & sic ponitur continens pro contento, & nomini deseruimus: vt inst. de don. §. est aliud 1.

Expensæ tribus de caussis fiunt.

1 vide Bal.

n Sed omnibus. s. pedaneis, imo apparitoribus, vt tol. hic. statim dicam. Acc.

o His qui causas. i. nuptiis communis.

p Et militiæ figura. i. ordinarij iudices.

q Vnoquoque. vt subiicit.

r Iudice. s. pedaneo. Alb.

s Exceptoribus. Exceptor dicitur qui recipit, vt massarius: vt s. de defen. ciui. §. ex prouinciali.

t Causas. causam pręparās dicit nūcius cōis qui habet

Nuncius cōmunis multa habet nomina.

bet multa nomina.nam quandoq; dr̃ executor: v t C. de iud.l.fi.qñque apparitor:vt C.de spor.l.fin. qñque cæsarianus siue catholicianus:vt C.de bo.dā.l.pe.qñque officialis:vt s̃.de def.ci.§.ex ꝓuinciali.qñque causam præparans:vt hic dicitur.& not.quod duo nūcij duobus iudicibus poterūt seruire, vt hic dicit. qñq; ministrator: vt s̃. de quæst. §. maxime. col.vj.

[a] Eis.s.nunciis duobus.

[b] Quā duobus.s. nunciis.

[c] Hos aūt.s. nuncios & exceptores.

Nuncios legales iudex habere debet.

[d] Probatos.Nota qđ iudex debet legales nuncios habere:vt hic,& s̃.de quæstore.§. maxime.aliàs est periculo electoris:vt subiicit,& j̃.de co.§.iubemus. col.ix. idē est in qualibet familia cuiuscunque vt ff. furti aduer. nau.cau.l.j. & inst. de ob.ex quasi delicto.§.fi.

[e] Periculo. scilicet subesse.

[f] Officiorū.i. magistri scholarū & magistri scrinij libellorū vel sacrarū cognitionū, de qbus ita dicitur.C. de decu.l.vlt.lib.x. & de pri.scho. per totum. lib.xij.

[g] Super eos.s.exceptores. Acc.

[h] Vel.pro etiam.

[i] Deputent.i.eligunt.

[k] Qui s. eligētes.

[l] Curabunt.i.resarcient.

[m] Si eis.s.iudicibus.

[n] Interpellatio. propter damnū datum ab exceptoribus. Accur.

[o] Fiat. propter damnū datū executoribus.

[p] Curare. scilicet, resarciri.

[q] Si vero iudex. s.aliquis ex supradictis.

lentibus eis [a] pluribus, quàm duobus [b] omnino ministrare iudicibus. Hos autem [c] omnino locupletes & probatos [d] esse,vt neq; ab eis aliquid peccetur, neq; prodatur, neq; malignè agatur: sed periculo [e] officiorū [f] aut scholarum, aut scriniorū prębentiū eis sup eos [g] electionem simul & ministerium:& vel [h] si quid ab eis peccat, ad illos q deputāt [i] eos,referri exin de periculū qui omne dānū eorū cā factū,iis,qui [k] ab eis lęsi sunt,curabūt [l]. Necessitatem habētibus etiā cōpetentibus iudicibus, si eis [m] interpellatio [n] fiat [o],pręparare modis omnibus eos, qui ex officiis suis, aut scholis, aut scriniis eligunt ministrātes, hinc læsis dānum curare [p].si verò iudex [q] aliquā senserit malignitatē ab aliquo ministrātium fieri:expellat quidē auditorio suo eos,qui non cum vtili opinione [r] causis vtuntur: alios aūt instituat sentētia & electione eorū,quib⁹ hoc (sicuti pręDiximus) periculi est.

Si iudex fuerit à iudicādo remotus,subrogatur alius per principem,non per alium. Item cùm causa est à centum aureis suprà, quælibet pars soluet iudici quatuor aureos ratione sportularum: sed si est infrà,nihil soluit:& præfectus prætorio debet duas libras auri habere in anno, priuilegiis clericorum saluis manentibus. Angel.

Si quis autem aut gloriosissimorū,aut eloquentissimorū [s] iudicū remoueatur iudicare [t] pro qualibet causa vel necessitate:non aliter alter in eius succedat auditorium,nisi hoc nos decernentes, alij tradiderimus pro eo causarum examinationem. Ne autem [†] circa hoc labor sine mercede nostris fiat pedaneis [v]:sancimus eos in vnaquaque dicta apud eos causa, vel si diuinitus fuerit deputata [x] duos quidē aureos ab vtraque [y] parte in cōtestatione litis accipere, & duos in fine negotij, & vltra hoc nihil(qđ etiam prædecessores nostri definierunt) sed his contentos esse solis priuilegiis ꝗppe,quæ in diminutione sumptuū quibusdā [z] concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conseruandis. Hoc aūt [a] dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorū centū. Si enim vsque ad hoc mēsura fuerit litiū: nihil eos audientiæ causa volumus exigi.qui enim ita paruæ quātitatis exactionem facit, pro maxima parte [b] victoria sic pauperem fraudat. Et ne-

[r] Opinione.debent enim nuncij vsque ad finē causæ iudici seruire:vt hic.& C.de spor.l.j. alias remouētur,vt hic dicit,& multis afficiūtur,nā iudex illustris vsque ad vj.solidos,inferior vsque ad tres: superillustris etiam corporales pœnas poterit inferre:vt C.de spor.l.ij. Accur.

[s] Eloquentissimorum. supradictorum xij.

[t] Iudicare.i.à iudicando,id est,desierit esse iudex.

[v] Pedaneis.s.quos delegamus per hāc constitutionē, s.qui humiliora negotia disceptant:& C.de peda. iu. l.placuit.s.vsque ad ccc.soli.vt s̃.eo.§.audient.& no. ar.pro donis doctorū.nam si labor in dāno est,mortalis crescit egestas:vt dicit Cato.Itē virtuosis ꝓmia sunt dāda:vt C.de sta. & ima.l.j.Sed quid in aliis iudicib⁹ ordinariis vel delegatis? Rñ.non est iure cautū: sed dico idem quod in istis:vt ff.de leg. & sena.l. nō possunt. sed quia huiusmodi aurei in vsu nō sunt,vērū est ad cōsuetudīes:vt alicubi decima: vt Bononiæ in cā principali:alicubi vigesima in causa ap.vt Bononiæ: alicubi mediales, vt fit in iurisdictiōibus comitissæ Mathildæ: quod est valde iniquum:vt in fin.huius.§.

[†] Tenorem huius.§.ponit glo.ij. in ca.cum ab omni. extra, de vita & honest.cle.& vide in d. c. qđ clerici delegati ad causas,nō debent exigere decimam vel aliā quotam litis.

[x] Deputata.i.delegata ab Imperatore vel papa. Al.

[y] Ab vtraq;. nunqđ qlibet duos dabit? quidā sic,quidā quod vnū tm̃. primū videtur verius ex vi dictiōis ab vtraque,quæ innuit, qđ quælibet pars duos det aur. iudicibus causarū. sec⁹ in administratore,q nihil debet habere nisi suū salariū.& sic nō ob. s̃.de māda.prin. §. oporter.coll.iij. & s̃.vt iudi. sine quo. suffr a.§. volumus. & s̃. insur. §. viro quoque.col.ij.

[z] Quibusdam. s. clericis:vt C. de epis.& cle.l. omnes. §.verū. & §.in hac vero.quæ loquitur de aliis clericis.sed de Cōstantinopolitanis loqtur lex illa, cū clericis.in fin.hodie seruatur de clericis:qđ dicitur j̃.de sanct.episc. §.sportularum. Itē habemus alia exempla multa in C. de fruc. & li.expen.l.vlti.Item pauperibus:vt s̃.de man.prin.§.deinde.& §.sit tibi.

[a] Hoc autem.quod debeant accipi prædictæ sport. duorum aureorum.

[b] Parte. No.dispensationem debere haberi in spor. vel in sumptibus ratione paruitatis litis:vt hic:& C. de test.l.consulta.& s̃.de mand.princ.§.sit tibi. colla. iij.&

que [a] in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsi largimur. Volumus enim vnumquenque eorum, qui [b] sub isto vel his sunt pedaneorum, annis singulis à mẽsa tuæ [c] celsitudinis pcipere duas libras auri, & his esse cõtentum solis, & neque redimi: & aurũ † omnino despicere. Propterea enĩ eligimus fiscum minuere [d], quatenus horum [e] vnusquisque cõtentus nostra largitate & quaternis aureis, puras Deo & nobis [f] & legi custodiat manus, cogitans, quæ à prioribus legislatoribus [g] de his definita sunt.

Iudex debet ratione expensarum examinare, & post præstitum iuramentum per partem super factis expensis non potest iudex in minori quantitate condẽnare. Item iura loquentia super executoribus & appellationibus in suo loco perdurant. Ang.

Oportet autẽ † expensarũ [h] rationem iudices omnino examinare. Et quia hoc bene Zenonis piæ memoriæ decreuit sententia & authoritas: & nos non dedignati sumus partem etiã hoc nostrarum facere dispositionum [i]. Maneat ergo etiã nũc in eodẽ schemate custoditum: illo solo [k] adiecto, si iusiurandũ intulerit de expensis iudex victori, scilicet cũ quãtitate, quæ visa erit ei rectè se habere (quã taxationem vocant leges) deinde ille iurauerit: nõ habere licẽtiam iudicẽ minus, quàm iuratum est, cõdemnare: neque videri [l] clemẽtiorem lege, quæ hoc disponit. si tamen perspexerit neutrum sumptuũ subdere rationi: & propter negotij fortè varietatẽ hoc ipsum decernat sua [m] sententia. Omnibus aliis sup appellationibus [n], sicuti prædiximus & excusationibus [o] & vt nõ prõptè [p] & cũ necessitate fiãt litis testationes, sed habeant xx. dierũ inducias, & qcqd aliud iudiciale decreuimus, in propria virtute manentibus.

Non debet eligi arbiter cum sacramenti religione, ne anceps periurium incurrat: sed pœna debet promitti: si secus factum fuerit, iudex iudicãs à Deo pœnam patietur: nisi per ignorantiam esset periurus. Ang.

Quia verò † multæ quædam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdã iudices [q] penitus ignorantes leges & experimentum: & pronè [r] iurant iudicibus se contentos [s] quibus [t] nequaquã [v] quispiã qlibet cre-

iij. & C. de pri. scho. l. fi. ibi, quoties autẽ. lib. xij. quod est contra consuetudinem quæ seruatur in regalibus comitissæ Mathildæ.

a Neque. respõdet tacitæ obiectioni. quasi dicat tam habebit iudex, si tantum sunt causæ paruæ intra centum aureos. Acc.

b Qui. id est, de numero prætorum xij. alij dicunt hoc referri ad viij. qui sunt sub quatuor maioribus. de quibus omnibus habes. s. e. §. vetus. & secũdũ eos hoc salarium habent tantum minores.

† Cõcor. c. iudicet. iij. q. vij.

c Tuæ. loquitur præfecto prætorio Orientis, cui mittitur hæc cõstitutio.

d Minuere. dãdo duas li. auri, & ita plus pstatẽ priuatis quam fisco: vt C. de cad. tol. l. j. in fi. & facit. s. de nõ ali. §. oportet enim, &c. & §. de restit. & ea quæ pa. §. j. in fi. col. iiij.

e Horũ. s. iudicũ.

f Nobis. sic s. de man. prin. & oportet. & s. iusiurã. qđ psta. §. iuro quoque.

g Legislatoribus. vt s. vt iu. sine quo. & similibus.

h Oportet autẽ expensarum. factarum à partibus in testibus & aduocatis: vt diximus. s. e. §. nullo. Accur.

† Cõcor. cũ hoc §. c. vlt. cum glo. super ver. taxatiõe. in fi. extra, de de iis quæ vi met. cã fi. & in ca. finem litibus. in fi. gloss. magnæ, quæ est super verbo expensis. de do. & contumacia.

i Dispositionum. nã diximus in nostris legibus de his expensis: vt C. de iud. l. properãdũ. §. sin autem. & inst. de pœ. teme. lit. §. hæc autem.

k Solo. imo duo noua dicũtur hic, quæ olim non erãt primum quia olim licebat taxare ante sacramentũ etiã iam præstitum: vt C. de iu. leg. sancimus. qđ hodie nõ licebit: vt hic. & sic illa corrigitur. sed an & circa sacramentũ in litẽ erit correctum: quod etiam post præstationẽ taxatur: vt ff. de in lit. iur. l. videamus. in fin. Quidã quod sic. alij dicunt aliud in sacramẽto in litẽ quam in hoc expensarum. Tu dicas quod quando sacramẽtum defertur ratiõe incertitudinis, nõ posset taxari post præstationem eius: vt hic. & C. vnde vi. l. si quando. sed si rõne affectiõis potest: vt in d. l. videamus. & l. actiõibus. §. j. Aliud etiam nouũ hic ponitur, quod hodie non condemnatur victus victori in expensis, nisi iudici videatur: vt quia calumniose victũ videat litigasse, vt hic: olim cõtra: vt C. de iudi. l. properandũ. §. sin autẽ. nisi in duobus casibus: vt C. de episco. & cler. l. omnes. in fin. & ff. de lega. ij. l. qui solidũ. §. etiã. & nisi in alio quando victor fuit cõtumax: vt C. de iud. l. properandũ. §. sin autẽ ex gestis. & hoc quod dixit Irnerius, exceptionẽ facit à regula qua dicitur, victus victori &c. cõtumacia & iusta ignorantia, vel dic quod dicta regula ab initio sic fuit intellecta etiã ante hanc authen. s. si iudici sederit, quod nunquã debet sedere i animo iudici quando de calũnia iurãt: nisi sint petitæ ex promissione. nã eo casu etiã si sit iuratũ de calumnia, debet cõdemnari victus cũ & de iusta ignorãtia etiã veteri dicerẽ: vt d. l. de leg. ij. l. qui solidum. §. etiã. & de epi. & cle. l. omnes. in fi. & secundũ hoc bñ stabit illo adiecto solo, &c. quia vnũ solum adiicietur.

l Neque videri. No. mirabile verbum pro allegãtibus. nã semper lex mitior est, quã iudex possit esse: vt hic, & de arb. l. Celsus: vnde eius verbis est standũ: vt ff. de exerci. l. j. §. igitur. & vbi non distinguit nec nos: vt ff. de of. præst. l. iij. — Lex est iudice mitior.

m Sua. dicẽdo, ab expensis absoluo. vel si de aliis. qbusdam condemnaui: potest dicere de aliis absoluo. — † Cõcor. cã. dilecti filij. in gl. super verbo compromisso. post medium.

n Appellationibus. vt ff. de appel. & de iis qui ingr. ad appel.

o Excusationibus. i. recusationibus iudiciam: vt supra. de exhi. & intro. §. primo.

p Vt non prompte. vt supra dixi. §. sancimus. Accursius.

q Iudices. i. arbitros, qui similitudinem habent iudicum: vt ff. de arb. l. j. — Arbiter est instar iudicis.

r Prone. id est, facile.

s Contentos. i. quod stabunt dicto talium arbitrorum, vt s. in titulo.

t Quibus. s. iudicibus.

v Nequaquã quispiam. s. sapiens homo.

Iuris

a Iuris. q. d. partes iura[illegible] se seruaturas iudicium: & iudices rite se iudicatu[illegible] iurant. Azo.
b Læsi. dic merito læsi: quia cum sic elegerunt. vel dic læsi, & ideo merito rursus &c.
c Examinari. coram iudice ordinario.
d Subuersione. i. correctione. Al.

l Iis. litigatoribus.
m Iudices. i. arbitros.
n Electi. cum iureiurand. à litigatoribus & ab ipsis dato. Albe.
o Ex studio. s. male iudicant. Alb.

dat: deinde suadent forsan etiã iudicibus quasi sibi præbere iusiurandũ iuris [a], neque quid sit iustum, neq; eius obseruationes scientibus: & meritò læsi [b] ipsi rursus volunt examinari [c] negotium, obliti iurisiurandi, quod iurauerunt: causa nobis subuersione [d] digna visa est. Et quia † cognouimus ex rerũ experimento incautum [e] hoc esse, sancimus decætero nullum fieri omnino iudicem arbitralẽ, & [f] cum iurisiurãdi [g] cautione iudicari: ne ex hoc in periurium inuitũ incidant homines, propter iudicum ignorãtiã peierare compulsi [h]: sed omnino qui iudicant, aut iudices eligunt cũ pœna eligãt eos, quatenus partes adinuicem coëant [i], & necessitatem habeãt aut cõtentæ esse iudicio, aut si retractare voluerit alter, det mulctã [k], & sic licentiã habeat discedere reus ab iis, quæ iudicata sunt, & ad aliud venire auditoriũ: nostris iudicibus si aditi fuerint, exigentibus mulctam: et iis [l], qui eam iussi sunt accipere, restitui præparãtibus †. Scientibus iis, qui iudices eligũt, quia si hoc non egerint, neque stipulati fuerint pœnã, sed existimauerit sufficere sibi ex iureiurãdo cautionẽ, deinde iudices [m] sic electi [n] noceant eis: si quidem ex studio [o], à domino Deo pœnas periurij sustinebunt [p]. Si autẽ ex ignorantia [q] hoc passi [r] fuerint, nihil prçter iusiurãdũ erit eis [s] amplius: q̃a neq; periurium volumus ab aliquo ĩferri, neq; rursus litigãtes sustinere dãnum magnũ propter iudicantiũ ignorantiã, circa iurisiurandi reuerentiã permittimus: omnibus ante sancitis siue ex antiqua legislatiõe, siue à nobis de compromissariis iudicibus aut arbitris (extra tamen necessitatem iurisiurandi) in propria virtute manentibus, nequaquam ex hac nostra lege nouandis.

Nullus debet appellationem coram se interiectam reijcere, nisi solus præfectus. Angel.

Nostros tamen iudices omnibus modis suscipere appellationes [t] sancimus, & nulli licentiam

e Incautum. idest male cautum.
f Et. pro. i. Al.
g Iurisiurandi. dati ab arbitris se cundũ B. quod nõ placet, imo secun. Io. & secũdum M. à partibus. Idẽ tamen dicũt & si ab arbitro: & sic corrigitur hic qđ est in C. de arbitr. l. in arbitris. & l. cum antea. §. altera.
h Compulsi. causatiue: quia aut oportebat bonũ ius dimittere, aut peierare. Acc.
i Coeant. quidã distingunt, an pars non veniat ad sententiam audiendã: & tũc cadat in pœnam. an alias citatus: & tunc nõ cadat: vt ff. de arbi. l. dič. §. si quis. quod reprobo: q̃a siue in medio siue in principio, siue in fine nõ pareat, cadit in pœnam: vt hic, & ff. de arbi. l. non ex omnibus. & ff. si quis ius di. nõ ob. l. j. in princ.
k Det mulctam. i. pœnam certã promissam. impropriè ponitur: vt ff. de verb. signi. l. si qua pœna est. & not. q̃ hæc litera videtur loqui in actore, q̃ nõ vult parere sententiæ pro reo latę. Nam soluit pœnã, & redit ad actionẽ suam. Sed quid si reus non vult parere? nũquid actor & pœnam petet & rem? Videtur q̃ non: vt ff. de exce. do. l. apud. §. Labeo. & ff. de pac. l. rescriptum. §. si pacto. Sed tamen dico contra: quia hæc pœna non loco rei succedit, sed loco inobediẽtiæ factæ arbitro. Prædicta autem loquuntur quando loco rei, vt promittis codicem: & si non, promittis decem. quo casu non debent vtrunq;, vt dixi nisi actũ est: vt ff. de transa. l. qui fidem. hæc eadem econtra dicas in reo: quia & pœnã petere potest, & sui iuris defensionẽ nõ amittit. Item q̃ subiicit, q̃ potest ad iudiciũ aliud venire: hoc est verum iam finita causa corã arbitro per sentẽtiam. Sed quid si ea pendente agat? Resp. & tunc potest: vt j. de ap. §. j. sed cadit in pœnam, quasi arbitro non pareat: vt ff. de arbi. l. sed si in seruum. §. si. & l. seq. in princ. & soluitur compromissum: vt ff. de arbi. l. si quis rem.

† Ex hoc §. est tracta authẽ. Quę est super l. ne in arbi. C. de recep. arbit. & incipit decernit ius nouum.

p Sustinebunt. vt C. de reb. credi. & iureiurando. l. ij. & s̃. scenicas non solum si fide. §. j.
q Ex ignorãtia. scilicet iudicum.
r Passi. s. litigatores. Alb.
s Eis. s. partibus. alias ei. s. arbitro. & tunc signatur contra. C. de pact. l. pe. solut. hic obstabit partibus suũ delictũ, ne contra arbitrum agãt: licet faciat arbiter litẽ suã quia eũ elegerunt. vt ar. C. de li. caus. l. si filiũ. Sed quid si pœnam stipulati sunt, & iusiurã. est præstitũ? Quidam respondent, q̃ non valet: vt ar. in hoc §. sed Ioã. cõtra: q̃a forma tantũ arbitrij nõ arbitriũ est prohibitum. simile ff. de condit. & demon. l. hæc scriptura. & ff de cõdit. insti. l quæ sub cõdi. §. itẽ. sic & in matrimonio nimia festinatio punit. sed tamẽ valet: vt s̃. de resti. & ea quæ pa. §. vlt. Itẽ põt induci generale, vtile p inutile nõ vitiat: vt arg. ff de iure fisc. l. non intelligitur.
t Appellationes. i. No. q̃ tenetur iudex recipere ap. vt hic, & j. vt nul. iu. §. illas. col. ix. & ff. de ap. re. l. sciẽdũ. et C. de app. l. iudicibus. nisi in casu: vt in præ. prę t. Orientis, cui dirigitur hęc cõstitutio, qui recipere nõ tenetur ap. sed supplicationẽ: vt in fi. §. fi. C. de preci. imp. offe. l. si q̃s aduersus. & nisi in casibus duobus qui sunt s̃. e. §. audient. in fi. & nisi in quatuor casibus: vt à principe. Item à senatu. & q̃n remota ap. fuit causa cõmissa. & q̃n partes ab initio remiserũt: vt ff. à quibus ap. nõ li. l. j. Itẽ nõ recipit, si appellat debitor principis: vt C. quor. ap. l. abstinendũ. Itẽ in iudicio. momentaneæ pos. vt C. de momen. pos. l. j. Item à nominatione tutelæ vel curæ: vt inst. de excu. tu. §. qui autem. Item post decem dies: vt s̃. de appella. §. j. Item ab interlo. vt C. quorum appel. l. ante. Item ab executore. nisi excedat modum: vt ff. de app. l. ab executore. & C. quorum ap. l. ab executore. Item quidam criminosi appellantes non audiuntur: vt C. quorum ap. l. ij. Itẽ in aliis si interest cito puniri; vt ff. de ap. l. constitut

† Properantibus.

† Cõcor. gl. vnica. in cap. inter cætera. extra. de appel.

stitutiones. Item raptor virginis non appellat: vt C. de rapt. vir. l. j. §. fin. autem. Acc.

a Præter tuam o præfecte prætorio Orientis.

b Retractationis. per supplicationẽ: vt tu ipse retractes. Accursius.

c Cingulũ. id est administrationẽ.

d Iudicans. i. cingulũ nõ habens: vt sunt magistri scholarũ, et illi qui sunt electi à consulibus vel senatu. Al.

e Leges et secundũ eas iudicet: non alias: vt hic, &. C. de sen. l. nemo iudex sed quidẽ supplent hic prout sibi videbitur: vt diximus. s. iusiur. q̃d præ. §. & æquus.

f Legem. s. priorem: vt infra, in medio litis non fie. sa. for.

g Si enim. reuertitur ad præcedentem casum.

h Licet. nã quandoq; nõ licet. quod dic: vt. s. proxi. §. diximus. Ac.

i Appellationes. non faciẽdas in certis casibus: vt supra, proxi. not. vel dic circa appellationes factas, vt ille contra quem appellatur, defendat suum ius. Ac.

k Adiacet. i. iacet vt non detur auxilium.

† Cõcor. in ca. intimasti cũ gloss. vnica. extra, de appel.

l Sententia. à qua est appellatum. vel sententia dicenda in causa appellationis.

m Dubium. de iure: quo casu potest consulere superiorem. Aut de facto: quo casu non potest: vt hic, & ff. de iud. l. eum quem. §. iudicibus. Aut gratia vitandi odij, & tunc non licet: vt infra vt iudic. non expe. sa. iu. §. iubemus. collatio. ix. nam sufficit &c. vt supra, de mã. principum. §. patroci-

esse penitus hoc repellere, præter solam tuam [a] eminentiam, cui hoc ab initio largitur imperiũ, retractationis [b] introducens auxilium.

Iustè debent iudicare iudices non obstante aliqua pragmatica sanctione, & appellationes interiectas recipere: & si de iure dubitent, principem consulere debent. Angelus.

Omnis autem iudex siue cingulũ [c] habens, siue aliter iudicans [d], custodiat leges [e], & secundum eas proferat sentẽtias: & vel si contingat iussionẽ nostram in mediũ, vel si sacrã formã, vel si pragmaticam procedere sanctionẽ dicentẽ aliter agi, sequatur legẽ [f]. nos enim volumus obtinere, quod nostræ volunt leges. Si enim [g] sub appellatione lis fiat, iudex quidẽ suscipiat modis oĩbus oblatam appellationem nihil penitus excusans in quibus omnino licet [h] appellare. auxiliũ verò circa appellationes [i] omnibus adiacet [k]: per quod licet læso et queri et mereri correctiõem aut ab iis, qui de appellatiõe iudicant: aut à nobis ipsis, si ad nos sententia [l] referatur. Si quid † autẽ audientes iudices putauerint esse dubiũ [m]: damus eis licentiã de his [n] nunciare nobis, & consulere nos, vt discãt quę necessaria sunt, & ita qd' agẽdum est, explicent, & faciant iusta [o] simul & rationabilia iudicia. Tua igitur eminẽtia quę placuerunt nobis, & ꝓpter nostrorum subiectorum vtilitatẽ gesta sunt, hic & in imperali [p] proponat basilica, & in aliis partibus nostrę regię ciuitatis, vt vniuersis hæc fiant manifesta, & discãt, quia per omnia nobis cura est eorum vtilitatis pariter & æquitatis.

TITVLVS XI.

VT CLERICI APVD PROPRIOS episcopos primũ conueniantur, & post hoc apud ciuiles iudices.

Clerici debent ab episcopo sub quo sunt, conueniri: & ex non scripto, & celeriter debet episcopus ferre sententiam. Sed si causæ natura sit talis propter quam episcopus decidere nõ possit, quia fortè infirmitate grauatus: tunc iudices seculares possunt adiri: & hoc in causis merè ciuilibus: in criminalibus autem iudex ciuilis cognoscet: & in prouincia præses, & causas intra duos menses terminabit: et si clericus pœna sit dignus, per episcopũ sacerdotali dignitate spoliabitur. de ecclesiasticis verò criminibus solus episcopus debet cognoscere. Angelus.

Idem A. Ioanni gloriosissimo p. Oriẽ. prætoriorum præfe. iterũ ex consule ordinario, & patricio.

Plurimas † sacras scribẽtes leges & de Deo amabilibus episcopis, & reliquo [q] omni sacerdotio [r], necnõ de reuerẽdissimis mõachis [s], & nuper hoc agẽtes [t], in quibus [v] volumus reuerẽdissimos monachos apud solos ciuitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, cõuentiones suscipere: petiti sumus à Menna Deo amabili archiepõ huius felicissimæ ciuitatis et vniuersali patriarcha reuerẽdissimis [x] clericis hoc dare [y] priuilegiũ, vt si quis [z] habet aduersus eos quãlibet pecuniariã [a] causam, prius ad Deo amabilẽ archiepi-

nia. nisi fiat: quia non habet potestatem iudicandi, licet cognouerit de causa: vt. ff. de offi. procon. l. solent. & l. si quid. col. iij. & C. ad leg. Corn. de fal. l. vbi.

n De his. scilicet dubiis.

o Iusta. concordat hic propheta dicens in psalmo, Iuste iudicate filij hominum. paueãt igitur iudices in sententiis ferendis, ne illos absoluant qui sunt condemnãdi, vel eos damnent, qui sunt absoluendi. Al. quia nõ magis iudicãt, quam iudicabuntur: vt C. de iudi. l. rem non nouam.

p In imperiali. s. in Lateranensi palatio.

VT CLERICI apud proprios episcopos primum &c.

q Plurimas. Et reliquo. repete, de.

r Sacerdotio. vt §. quo. opor. epi. & cæte. cle. ad or.

s Monachis. vt s. de mona. col. j.

t Agentes. id est, facientes legem de monachis: vt supra apud quos oport. cau. di. mo. & asc. per totum. col. vj.

v Quibus. scilicet legibus.

x Reuerendissimis. s. aliis quàm monachis.

y Hoc dare. s. iubemus.

z Vt si quis. subaudi & ideo damus in hunc modum: vt si quis &c.

a Pecuniariam. large accipe secundum Ioann. id est, non criminalem: vt argument. ff. de verborum signif. l. pecuniæ.

† Cõcor. cum prin. huius authen. cap. si clericus cum glos. j. vbi bo. concord. extra, de foro competenti. & c. cum sit. eod. titu.

Arch

scopum [a] pergat, sub quo cõstitutus est, & interpellet eũ, & ex non scripto [b] iudicium mereatur. & si hoc fiat: nec inquietet eũ, nec trahat ad auditoria ciuilia, neq; à sacro eũ vacare faciat ministerio [c], sed ex non scripto examinetur negotium sine damnis [d], & accipiat formã [e] forsan etiam scriptam, si hoc quoque partes voluerint & poposcerint, & liberentur alterutro certamine. Si verò aut propter causæ naturam [f], aut propter quandam fortè difficultatem [g] non fuerit possibile Deo amabili episcopo decidere negotium: tunc licentiam esse, & ad ciuiles iudices pergere, & priuilegiis omnibus custoditis, quæ reuerendissimis clericis sacræ præstant constitutiones, & litigare, & examinationẽ fieri, & terminũ imponi liti, & ita liberam fieri causam clarissimis iudicibus [h] secundum nostras cõstitutiones, vel leges, studentibus cum magnanimitate & velociter lites decidere: vt non propter huiusmodi causas sacris amoueãtur obsequiis: & cum oporteat Deum placari [i], & decentia sacerdotibus agi, † auditoriis detineãtur, & illis turbis [k] atque inhærente tumultu litigantium animabus [l].

Si tamen de criminibus [m] conueniantur, si quidẽ ciuilibus: hic [n] quidem competentes iudices, in prouinciis autẽ earum præsides sint iudices, non transcendente lite mensiũ duorum spatium, ex quo litis contestatio fit quatenus breuis [o] imponatur causæ terminus. Illud palam est, si reũ esse prouinciæ præses putauerit eum, qui conuenitur, & pœna iudicauerit dignum: prius hũc [p] spoliari à Deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, et ita sub legum fieri manu [q]. Si verò ecclesiasticũ [r] sit delictum, egẽs castigatione ecclesiastica & mulcta: Deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus [s] clarissimis prouinciæ iudicibus. Neque enim volumus talia negotia omnino scire [t] ciuiles iudices: cũ oporteat talia ecclesiasticè examinari, & emẽdari animas delinquẽtium per ecclesiasticã mulctam secundũ sacras & diuinas regulas, quas etiã † nostræ sequi [v] non dedignantur leges. Si verò quædam prius contestatæ sunt lites [x]: hæ maneãt in ipso schemate, velocem accipientes finem, omnibus, quæ iã à nobis sancita sunt siue super sanctissimis ecclesiis, siue super Deo amabilibus episcopis, siue super clericis, siue super monachis, propriam virtutem habentibus [y]. Tua igitur eminentia, quæ placuerũt nobis, & per hãc sacrã declarata sunt legem, per progrãmata propria mani-

a Archiepiscopũ. si immediate archiepiscopo subest. alias sub episcopo: sed excutioni mandatur per ciuilem iudicem: vt. j. de san. episc. §. si quis contra aliquem. colla. ix.

b Ex non scripto. hoc est contra reguiã quæ est. C. de sent. ex bre. re. l. fi. Sed speciale hic & in aliis casibus quos dic vt dixi. s. vt iudi. si. quo. suf. §. necessitate. coll. ij. Sed hodie per cõcilium lateranum aliter est: qa in scriptis ferenda est sententia etiam in clericis: vt extra de prob. c. qm̃ contra.

c Ministerio. vt hic, &. C. de episco. & cle. l. omnes qui vbiq; in prin. imo si contra fecerit, amittit causam iur. cano. 1 vt. xj. q. j. c. insolita. & idem secundum leges: vt C. de iuris. om. iu. l. in criminali,. & idem probatur per legem Frideri. vt. j. de stat. contra li. ec. §. j. col. x.

d Sine damnis. i. sine dispendio gestorum. sportulę tamen præstantur: vt j. de sanc. episco. §. sportularũ. quæ est contra. Et sic not. ꝙ ratione personarũ parcitur in expensis, vbi alias nõ parceret. C. de sac. san. eccle. authen. hoc ius. &. s. de mã da. prin. §. sit tibi.

e Formam. i. sententiam.

f Causæ naturã. vt qa liberalis est: vt. C. de peda. iud. l. ij. vel quia ante fuit aduocatus eius causæ: vt. C. de asses. l. fin. &. ff. de iur. om. iur. l. prætor. vel est, quia cognatus agentis actione iniuriarum: vt. ff. de iniur l. lex Corn. vel quia ab eius sententia de hoc facto fuit appellatũ. vnde ipse causam appellationis cognoscere nõ potest: vt. C. de appel. l. eos qui. Acc.

g Difficultatem. quia infirmus. Idem etiam si non faciant plenam iustitiam: vt. j. de san. epis. §. si quis autem pro pecuniaria. col. ix. Idem secundum leges si renunciauerit suo priuilegio: vt. C. de pa. l. pe. sed iure canonum renunciare non potest: vt extra de fo. comp. c. si diligenti.

h Iudicibus. supradictis scilicet.

i Placari. petunt enim veniam pro subditis & orãt: vt. C. de sum. trini. l. inter claras. & fa. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. cõ promisso. &. C. de epi. & cle. l. omnes qui. in prin.

k Illis turbis. scilicet detineantur.

l Animabus. scilicet detineãtur in hac ciuitate Constantinopoli. Acc.

m Si tamẽ de criminibus. ciuilibus q. d. non canonicis siue, ecclesiasticis. nam de eo dicit. j. proxi.

n Hic. i. in hac ciuitate Constantinopoli.

o Breuis. i. cito vsq; ad duos menses vt dixit: regulariter autem ciuiles triennio, criminales biennio durãt: vt. C. de iudi. l. properãdum. &. C. vt intr. cer. tẽpus. l. fi.

p Hunc. i. clericũ.

q Manu. hic no. mirabile: quia absoluere potest irrequisito episcopo: sed non condẽnare, vt hic dicit: vt & alias. C. vbi senat. vel cla. l. ij. §. sedendi. ꝙ est contra regulã, quæ dicit, nemo qui condẽnare nõ põt, absoluere põt: vt. ff. de reg. iur. l. nemo.

r Ecclesiasticum. vt de articulis fidei vel simonia: & hoc si clerico infe ratur, si autẽ laico, tũc & præses cum episcopo. vt. s. de mã. prin. §. si vero canonũ. coll. iij. q̃ est contra. Accur.

s Communicantibus. i. nõ cognoscẽtibus cũ episcopo de hoc crimine.

t Scire. no. interdici aliquid scire: vt. C. de ma. & mathe. l. culpa.

v Sequi. hoc verbo cõcordat. s. de mona. §. fin. & vt deter. sit numerus. in fi. col. j. & expone vt dixi. j. de eccle. tit. §. fi. col. ix.

x Lites. s. tempore huius legis.

y Habentibus. sic & alias cõfirmantur talia: vt C. de epis.

Facit ad hoc c. Alberi. cum glos. j. extra de testibus.

Expensis quandoq; ratione personæ parcitur.

Index quibus casibus non cognoscit de causa appellat.

† Haloã. auditoriis & illorũ turbis detineantur atque tumultu litigantium inhærẽtes noceãt animabus.

Absolui potest qs episcopo irrequisito.

† Cõcor. cap. vlt. in fin. extra, de secun. nupt. & in c. j. extra, de ope. noui nun. & Cle. cler. de iudic.

de epis.& cle.l.priuilegia.§.omnes. Accursius.

DE CONSANGUINEIS &c.

Vltis vndique natura.

[a] Vtens. quia facta mutantur secundum cursum naturæ: vt C.de vete.iu.enucl.l.ij.§.sed quia.& s.de non alie.§.alienationis.in fi.§.non aũt ius naturæ mutatur: vt instit.de iur.natu.§.penul.& ad hoc fecit s.qui.mo.na.effic.leg.in princi.colla.vj.Accur.

[b] Dictũ est.interpositio est.Accur.

[c] Dicitur.s.hic.

[d] Sua.i.donec vtitur nouitatibus: quod facere suum, scilicet naturæ est: vt in prin.

[e] Operatur.s.naturaliter.Accur.

[f] Et pro id est,

[g] Qui.s.nos.

[h] Duxit. Hic est casus quem solum ponit hæc cõstitutio & soluit per ar. vt j.eo.§.vlti.& §.plurima.

[i] Illa.s.prima.

[k] Aliam.scilicet secundam.

[l] Consanguinei eius.s.viri,qui sunt nati ex eodem patre tantum.

[m] Vterini. qui sunt nati ex eadem matre tantum.

[n] Vterinos. qui sunt nati ex eodẽ patre & matre.

[o] Fuit.vt dictum est.

[p] Ab eo: scilicet principio.

Sapienti pauca dicẽda sunt. [q] Opinari. No. mirabile verbum: quia pauca sapienti dicas & multa intelligit vnde etiã dicitur. ꝙ potissima pars est principiũ, quasi ꝓcessus sit facilior: vt ff. de orig.iur.l.j.Accur.

[r] Quæstio. ex thémate præmisso nũc quæstionem elicit. Accursius.

festa faciat vniuersis, et in perpetuum studeat custodiri.

TITVLVS XII.

DE CONSANGUINEIS & vterinis fratribus.

Si fratre præmortuo supersunt fratres ex vtroque latere coniuncti: tunc consanguineis tantùm, vel vterinis tantùm præferuntur ij, qui ex vtreque sunt coniuncti parente. Angel.

Imper. Iustinia. A. Ioan. gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule ordinario & patricio.

MVltis vndiꝗ natura nouitatibus vtẽs [a] (dictũ est [b] iã in legibus hoc sæpe procemiũ, dicitur [c] autem & iterũ donec illa, quæ sua [d] sunt, operatur [e]) ad opus multarũ nos protrahit legũ. Legitimas enim & cognatiuas successiones dicunt quidẽ nobis & [f] veteres, & qui ex antiquissimo iure hæc sumentes, descenderunt vsque ad nos, qui [g] plurima horum correximus.

Peruenit autem ad nos aliquid tale. Duxit [h] quidam vxorem, & filij ex ea dem sunt nati: deinde moriente illa [i] duxit rursus aliam [k], ex qua nati sunt filij ei prioribus consanguinei [l] solum, nõ tamen vterini [m]. deinde etiam tertium introducit matrimonium: fecitꝗ filios ex ea. Post mortem verò eius ad secundum mulier descẽdit virũ: ex quo alios fecit filios, iis, qui ex priore viro fuerant, vterinos [n] solùm, non tamen consanguineos. moriente igitur matre, postea mori vnum fratrum ex tertio matrimonio cõtingit sine filiis & sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidem consanguineos, alios autẽ vterinos, alios verò simul et consanguineos & vterinos. Et quę quidem adinuenta est naturæ nouitas, talis quodammodo fuit [o]. Licebit autem tali principio dato nobis ab eo [p] †, & alios quosdam opinari [q] casus tale aliquid proferre valentes, siue morte viri, siue morte mulieris, siue alia legitima separatione, nuptiis diuersis hoc facientibus. Quæstio [r] igitur illa erat si ad mortui fratris hęreditatem oporteret omnes vocari, & consanguineos & vterinos, & simul quidem consanguineos, simul autem vterinos fratres. Quia igitur † cõsiderantes leges oẽs, quas congregauimus, & veteres oẽs, & nostras, huiusmodi non inuenimus, emersisse quæstionem congruũ est, eam serò tandem refrenare legẽ, & cõsiderare: quia fratrib⁹ sunt ad defunctũ aliis quidem cognationis iura, quæ nos legitimis [s] copulauimus: aliis autem hoc ipso legitima. communicabant enim aliqui ei circa paternã prolẽ [t], sicut alij circa maternã [v]: alij aũt illud purè habebãt, & lege & natura iuuante se eò, quòd ex iisdem erãt procedentes matrum finibus: eratꝗ eis patris semen vnum: & vndiꝗ veluti quoddam signũ eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater litibus liberare & legẽ & dubitantes voluisset, ad testamentũ † venerat [x] & suã sententiã † fecerat [y] manifestã, & per scripturã honorati [z] ad hæreditatem vocarẽtur. Quia verò hoc agere noluit, aut non potuit (multæ namꝗ sunt homini & [a] anxietates innumeræ, & repentinæ mortes [b]), hęc nostra lex causam determinat. Vult aũt [c] hæc lex, ex vtroque decoratos, & simul quidem cõsanguineos, simul aũt vterinos fratres ad successionẽ morientis meliores [d] esse, quàm illos, qui

[s] Legitimis. quãdo vterini fratres vocantur cũ cõsanguineis fratribus ad successionẽ præmortui fratris: vt C.de legi.hæred.l.vlt.§.sed nec.

[t] Prolẽ.& erant consanguinei tm̃.

[v] Maternam. & tantũ vterini erãt.

[x] Venerat.id est, venisset.

[y] Fecerat.id est, fecisset.

[z] Honorati. id est, hæredes instituti, qui honorati dicuntur. Accur.

[a] Et pro id est,

[b] Mortes. sunt enim duæ, naturalis, & ciuilis, vt deportio: vt ff.de contra tabu.l.j.in fine. Accur.

[c] Vult autẽ. solutio quæstionis. Ac.

[d] Meliores. hic distingue: quia aut sunt vtrinꝗ coniũcti tantum: aut soli cõsanguinei aut so vterini: & his tribus casibus æqualiter admittuntur vndecunque bona euenerunt: vt j. de hære.ab intest.§.si igitur defunctus. col.ix. aut consanguinei tantum cũ illis qui sunt vterini tantum: & tunc in bon

† Alias, ab ea scilicet quæstione.

† Ex hoc §. extracta est authen. quæ est super l. sancimus quemadmodũ. C. cõmunia de succes. & incipit itaꝗ; mortuo, Fratres ad inuicem valet succedunt.

† Venisset.

† Fecisset.

solummodo consanguinei, aut solummodo vterini sunt, & [a] nos non faciat hæsitare [b] naturæ varietas: sed nos huiusmodi adinuentiones ostendimus legitimas, atque decernimus, perfectionibus distribuentes quæ meliora sunt, & minores [c] exæquare eis non patientes.

Plurima nanque [d] ad hoc nos inuitauerunt. Primùm quidem altera nostra lex [e], si filius moriatur filios non habens: deinde existentibus ita fortè maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quæ non acquiruntur [f], prius ex iisdem nuptiis fratres ad hæreditatem vocari, deinde ex aliis: & post hos patrē: qui probatio erat, eò quòd dudum talia nostra legislatio [g] concessisset. Nam si etiam patre existente suo patri, & iis, qui sunt ex aliis nuptiis, præponi consanguineos & vterinos fratres contingit: consequens est, licet pater pater non existat, sed fratres solūmodo †, præponi iis, qui ex vno parentum solummodo copulātur morienti, eos, qui similiter quidem consanguinei, similiter autem vterini sunt. & his conueniens erit illud, quod dudum [h] & in maternis, & iis, quę ex nuptiali causa, aut aliter non acquirantur [i], sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere [k] atque tractari. Hæc igitur lex isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis hoc processit, nouitas naturæ nihil, ꝓhibet, vel si quis proponat, & in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solùm vterinos, alios autē consanguineos simul & vterinos: vel si quis extendi dicat matrimonia, & adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in huiusmodi casibus, vbi tales quidam introducuntur ordines fratrum, lex habeat suam virtutem: & excludāt duplici vtentes iure eos, qui vno solo vti possunt. Si verò nō talis est casus, sed solummodo constituti sunt vterini, aut consanguinei, & moriatur aliquis fratrum: hi prioribus subiaceant legibus [l], quæ eorum successiones disposuerunt. Locū tamen hæc lex habeat nō solùm in hoc casu, qui quęstionem mouit, sed etiā in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora, si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem huius legis iudicio non egentia. Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram manifestata sunt legē, per literas proprias declarare cunctis, & in perpetuū obseruare festinet.

TITVLVS XIII.

DE ARMIS [m].

Princeps arma publica fieri iubet, sed priuatos facere & vendere prohibet: cultellos autem minores fieri & vendi à priuatis permittit. Barto.

Imp. Iustinianus A. Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.

MAgnū Deū & saluatorē nostrum Iesum christū & eius auxiliū semper inuocātes [n], studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæso & sine

in bonis quæsitis à defuncto fratre dico idē, quod æqualiter admittuntur cum agnatio & cognatio hodie sit æqualis: vt j. de hær. ab inte. §. si verò neque fratres. secus in iis quæ habuit à patre tātum. vel à matre tantū: quia tunc pręfertur illic q ex eo latere sibi erat cōiunctus: vt C. de leg. hære. l. de emancipatis. nec dico esse correcta. d. l. de eman. per prædictū §. si vero neque fratres. licet hoc dixerit P.: nam & per eādem authē. de hær. ab intest. est differētia inter eos, qui sunt vtrinque coniuncti, & eos qui sunt ex alio tantū latere, vt in §. si igitur defunctus. & in omnibus his cessat hæc cōstitutio, sed remanet sibi locus in tribus casibus. s. quando sunt vtrinque coniuncti cum consanguineis tantum, vel quādo cū vterinis tantū, vel quando cum consanguineis tantū. quibus tribus casibus præferuntur, q duplici iure vtūtur, vt hic, & j. eod. §. fi. ibi, excludant &c. sic not. quod duæ rationes vincunt vnam. vt inst. de ado. §. sed hodie & C. de edic. di. Adri. toll. l. fin. ibi, potiora iura &c. nisi vna sit melior, quam duæ: vt ff. de inoff. test. l. nam & si parentibus. Acc.

† Cōcor. c. vlt. cum glo. super verbo, funiculus. extra, de maiori. & obedient.

Rationes duę vincunt vnā.

[a] Et. pro id est.

[b] Hæsitare. i. dubitare. q. d. non sit amodo, quod nos dubitaremus de tali varietate naturę, qualis ista fuit. nā legitime definimus per hanc legem, & dicimus quid iuris esse debeat. Accur.

[c] Minores. i. qa non tantum fratres dicuntur esse, qui sunt ex vno latere, quātū q ex vtroque.

[d] Plurima nanque. nō tamen dicit hic nisi vnum. vel dic, quod dicit plurima. nā prio casu ꝓx. secunda ratio prædicta: quia duæ rationes vincere debent vnam: vt s. dicit.

[e] Lex: vt C. commu. de suc. l. fin. & supple quæ dicit.

[f] Acquiruntur. s. parentibus, quantum ad proprietatem. sed duntaxat quantum ad vsumfructum: vt C. de bo. quę lib. l. quęcū que. et C. de bo. ma. l. j. Sed hodie idem est in omnibus aduentitiis: vt C. de bo. quæ liber. l. cū oportet.

[g] Legislatio prædicta. C. cōmunia de succ. l. fi. quæ tamen hodie corrigitur, cum pater vocetur vna cū filiis: vt j. de hę. ab intest. §. si vero cum ascēdentibus.

[h] Dudum: vt C. cōmu. de succ. l. fin. & C. de bo. ma. l. j.

[i] Acquirantur. s. parentibus quantum ad proprietatem. Accur.

[k] Valere. nō olim hæ solæ patribus non acquirebātur: cætera aduentitia sic. Sed vt hic dicit, idem in omnibus aduentitiis etiā seruari debet: vt diximus insti. per quas perso. no. acquir. §. hoc quoque.

[l] Legibus. quæ sunt. vt C. de legi. hære. l. de emancipatis. & C. com. de suc. l. vlti. & C. de bo quæ lib. l. quæcunque. & plene dixi modo. Accur.

[m] DE ARMIS. *Hunc tit. non lego. sed quædam in eo noto. Accur.*

[n] MAgnum. Inuocantes. Not. sic. s. de quæstore. in prin. Accur.

Patiun

calumnia custodire: & inhibere bella, quæ per suã cõsiderationem suscipientes aduersus alterutros operantur dolores: duplex ex hoc cõtra se suppliciũ inferentes, tam quod sibimet inferunt, quàm quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur [a]. Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifacturæ opus nullũ priuatum operari: solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis, aut q dicũtur fabricensij [b]: eos autem, qui operantur arma, nulli vendere priuato. Sed neque qui in numeris custoditi sunt armifactores, quos etiam deputatos appellant, qui de fisco annonas accipiũt, permittimus operari, aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numero constitutos, in quibus militant. Si verò nouum aliquid faciũt [c] hoc auferri ab eis, & in sacro nostro inferri armamento [d], adiiciendum ibi repositis publicis armis. Hoc autem obseruare volumus & eos, qui in ordinibus balistariorũ sunt, quos per diuersas statuimus ciuitates, ordinantes eos, & arma facere: sancientes, vt & ipsi soli publica arma in armamẽtis publicis vniuscuiusq; ciuitatis recondita corrigant, atque renouent. Si qui verò vnum aliquid armorum instruxerint [e]: hoc similiter & ipsis [f] inter publica arma præstẽt, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, qui in balistariis deputati [g] sunt periculo patrum [h] ciuitatum, sub quibus & ipsos balistarios statuimus, & publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus: quatenus si qui visi fuerint aut deputati, aut fabricensij vendentes arma: prouideant per loca iudices eos suppliciis subdere, insuper etiam arma ab iis, qui ea com parant, sine pretio auferre, & publico vendicare. Hanc igitur gubernante nos Deo cogitationem per præsentem sancimus legem, in nulla ciuitate aut prouincia nostræ reipublicæ habere licentiã priuatos, aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercari modo, sed solos eos, qui inter fabricenses referuntur, hæc instruere, & deferre ad sacrum nostrum armamẽtum, & hoc à tua celsitudine, & qui post te susceperint cingulum, custodiri sancimus: deputantibus nobis aliquos chartulariorum [i], qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti, fabricensium periculo quinque inter eos priorum, bonam opinionem [k] habentes, & oportunos, qui & eos, qui in hac felicissima ciuitate, & aliis ciuitatibus nostræ reipublicæ arma faciunt, requirentes, prohibeant priuatos, aut etiam alios quosdam citra eos, qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturæ agere causam & in quibuscunque compererint locis aliquos priuatos hoc audientes, hæc auferre, & fisci applicare armamento. Si autem inter operarios priuatos artifices oportunos inuenire potuerint: hos si voluerint in militiis statuere, & in descriptione nomina eorum facere, & destinare nobis descriptionem [l] artificum, vt per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, † in quibus sunt publicæ fabricenses quatenus ipsi operantes [m] arma, & de fisco annonas accipiant. hoc enim facto & subtiliter obseruato à prædictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque ciuitates inhabitantibus priuatis, neque villas incolentibus rusticis, armis vti aduersus alterutros necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi: publicas verò perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem vtuntur. Oportet ergo eos, qui diriguntur à tua celsitu

† Haloã in quibus publicæ sunt fabricæ.

Bellum duo mala infert.

[a] Patiũtur. No. bellũ duplex malũ inferre: vt hic: & etiam tertium: quia fecit homines pauperes: vt .C. de cadu. tollen. in prin. & .ĩ. c. §. si aũt. ibi, dñ terræ cultores.

[b] Fabricensij. vel fabricẽses, qui sunt etiam quidam habentes officium & necessitatem faciẽdi arma cui necessitati eorum posteritas tenetur: vt C. de fabricen. l. iure. li. xj. & ad instar militum notã debent habere in brachiis, & aliena prædia conducere collẽda non debent: vt C. de fabr. l. stigmata. & l. fi. in princ. e. lib. xj.

[c] Faciunt. hi deputati qui prohibiti sunt operari.

[d] Armamento. quod enim aufertur ab indigno, applicatur fisco: vt. ff. de iu. fisc. l. Lucius.

[e] Instruxerint. quia aliquẽ instruxerunt qui facere scit. Accursius.

[f] Ipsis. balistariis. vt & ipsi inter publica arma ponãt. Accursius.

[g] Deputati. habebant enim quosdã sibi deputatos sicut fabricenses. Accursius.

[h] Patrum. i. rectorum. & no. q dicit pater. vnde sicut pater debet habere filij gubernationem sic ciuitatis rector. & sic pro opinione nostra qua dicimus, quod sufficiat talem iurare de calum. licet P. dixerit maiorem partẽ vniuersitatis debere iurare: vt .C. de iur. cal. l. iij. §. quod obseruari. & §. hoc etiam. & . ff. de condi. & demon. l. municipibus. & .ĩ. e. §. si autem. in fi.

Chartularij & tabelliones qui dicantur.

[i] Chartulariorũ. chartularij appellantur qui scribũt in chartula publica: qui vulgo tabelliones dicuntur. & no. quod tabelliones eliguntur in huiusmodi factis.

[k] Opinionem. vt ĩ. de mo. §. ordinationem. col. j.

[l] Descriptionem. i. matriculæ scripturam.

[m] Operantes. sic ĩ. de man. princ. in si. tit.

Confes

celsitudine ex memorato fabricensiũ scriuo ad prohibendos priuatos armorum factores, cõfessionẽ [a] accipere etiam per loca iudices, & subiecta eis officia, & ciuitatum defensores, & patres, quia nihil valebunt decætero horum quæ à nobis prohibita sunt, aliquid agere, sed quę per præsentem sancita sunt legem, custodient, pœnam & in pecuniis [b] & in ipsum formidantes caput.

Sancimus enim magnæ quidem Alexandriæ iudicem negligentem [c], quæ à nobis sancita sunt, xx. auri librarum exoluere pœnam, & cingulo cadere: & huius officium similiter auri librarum xx. dare pœnam, & capitale subire supplicium: aliarũ verò prouinciarum iudices damnum quidem x. librarum auri sustinere: similiter autẽ & ipsos casui cinguli [d] subiacere, & eorũ officia. Defensores autem & patres ciuitatum, triũ librarum auri mulctari pœna, & in capite sustinere periculum, si quod tale factum comperientes [e] non punierint, aut hoc agere valentibus non nuncient, sed latere permiserint.

proprietate est, competit [a] purè: & vnumquẽq; oportet quod suũ est habere, nullo priuilegio indigens. Si verò nihil appareat vtriusq; rerũ: aut aliqua quidẽ appareant, aliqua verò desint: siue superstites sint mulieres, repudio forsan priori matrimonio dissoluto: competere mulieri dotẽ [b], siue defunctæ sint filiis existentibus ambæ, aut etiã vna harũ: in iis, quæ desunt, superiorẽ esse priorem, & filios ex ea antiquiorem dotẽ præponentes, id est, dicere, nepotes & pronepotes, & deinceps successores [c], cuiuscunq; naturæ [d] fuerint. Sicut enim si duo debita publica [e] fuissent, necessariò antiquũ preponeretur posteriori: ita & hic priuilegia necessariũ est priori doti dare priora, & ita secũde: & dotẽ [f] nõ preponere doti [g], nec hypothecã hypothecis: sed quod antiquius est tẽpore, amplius manere, propriũ robur habẽs & priuilegiũ [h]. Tẽpora nanq; hypothecarum permutare aut interimere, vel minuere, nullo modo patimur. Et hoc dicimus non ignorantes, quoniã iam & in alia quadam nostra legislatione hoc decreuimus. Sed quoniã omnino motũ [i] est apud nos, & quasdã habuit aliquo modo causa quæstiones: propterea & ad p̃sentis legis opus accessimus, vt non nunc aliquid prius [k] sanciremus, sed vt clariorem eam omnibus constitueremus.

Si vir dotem à muliere, vel ab alio pro ea soluere volente accipere recusauit, matrimonio soluto ita poterit peti donatio propter nuptias sicut si verè dos soluta fuisset.

Illud quoq; adiicere legi bonũ est, quod mota questio similiter necessarium nobis ad legislationẽ fecit. Si enim debeat dotẽ mulier, & illa [l] quidem dare voluerit [m], ipsa forsan, aut qui pro ea promisit illud, quicunq; fuerit aut proximorum aut extraneorũ, aut profectitia, aut aduẽtitia sit dos (hec enim verba [n] legis sunt) vir autẽ, aut eius pater forsan, aut auus suscipere eã nolit: pars autẽ mulieris contestetur [o], & parata sit hoc soluere, aut etiã aliquid maius [p] peragere, & offerat forsan, & si mobilis [q] sit, signacula etiam imponat, & secundũ leges [r] recondat: aut secundum vnam partem ingrediens in iudicium, petat hoc fieri [s]: & pergentes ex iudicio quidam [t] denũcient hæc ad partẽ viri: at ille permaneat ita differens: nõ poterit soluto matrimonio antenuptialis donationis exactionẽ [v] declinare tanq; dote nõ data. Qui enim [†] dare voluit: dum perceptionem recusat is, qui suscipere postulatur, proximus est danti. & hoc [x] cũ aliis in dote valeat. Sicut enim nisi dederit per dilationem dotis negationem ei antenuptialis donationis inferimus: ita vel si

a Competit. vt C. de iure dotium. l. in rebus.
b Dotem. id est, dotis petitionẽ: vt quia sine culpa diuortium intercessit.
c Successores. alias successiones. Acc.
d Naturæ. quia omnes possunt filij vel liberi appellari: vt ff. de verb. sign. l. liberorum.
e Pulica. scripta manu publica. & pignus in vtrunq; fuerit obligatũ. & sic in pignore præfertur primum secundo, vt subiicit, & C. qui potio. in pig. l. ij. non autem in personali: vt ff. de priui. cre. l. priuilegia. Vel dic vnũ ab vna ciuitate: aliud ab altera. nam et ciuitas mutat: vt ff. ad ma. l. nihil. sic dicitur improprie publica: vt ff. de verb. sig. l. eum qui vectigalia. & de public. l. sed & hi. in prin. nõ autem potest poni q vtrũq; à fisco vel vtrunq; ab vno creditore fuerit acceptũ: cum nõ dicitur aliquis sibi præferri. Item q dicit necessario, dic: i. ꝓbabiliter. nam hec regula, q prior posteriori in pignore præferat fallit in viij. casibus: vt ff. qui pot. in pig. l. interdum. & l. seq. & C. eo. l. assiduus. & in e. ti. l. scripturas. & C. qui. cau. pig. ta. cõtra. satis notũ est. & C. qui pot. in pignor. l. licet. & C. de pign. l. vlti. cum auth. ibi posita. & ff. de relig. l. pen. & ꝟ. de trien. & semis. §. illud quoq;. collatio. iij.
f Dotem. scilicet secundæ.
g Doti. scilicet primæ. Ac.
h Priuilegium. No. priuilegiũ primum secũdo præferri [1]: vt hic, & ff. de pri fis. l. ij. & ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus. & ff. de po. l. si hominẽ. §. quoties. in prin. & §. j. Sed ar. cõtra in fi. eiusdem. §. & de priui. cre. l. priuilegia, Solu. prima in hypotheca intelligitur, secũda in personali actione. potest etiã dici in præsenti casu esse speciale, vt etiã in personali hoc idẽ sit, vt primũ posteriori præferatur.
i Motum. s. negotium vel motum. i. quæsitum.
k Prius. id est, melius.
l Et illa. scilicet mulier.
m Voluerit. scilicet dotem.
n Verba. vt ff. de iure dotium. l. pro fectitias.
o Contestetur. i. coram testibus cõfiteatur se velle in sacculo, vel in folle pecuniam ligatam soluere.
p Maius. i. ampliorẽ dotẽ, quam conuenerit. & hoc ponit ad maiorem exaggerationem.
q Mobilis. puta aurum, vel argentum, vel vestes. Al.
r Et secũdum leges. consignando & deponendo: vt C. de vsur. l. acceptam. non autẽ sola oblatio sufficit: vt C. de vsu. l. ij.
s Fieri. s. consignari & deponi.
t Quidam. puta nuncij & executores ex precepto iudicis.
v Exactionem. siue promiserit, siue non, necesse habet dare. & idẽ dicitur in augmento j. de æqualit. do. §. j. & §. illud. Azo.
x Et hoc. s. consignatio & depositio valeat subaudi cum aliis. valet enim ad nascẽdam pignoratitiã etiã sola oblatio: vt de pigno. act. l. si rem. §. fi. Item valet oblatio ad inhibendum cursum vsurarum, qui nõdum cœperat: vt C. e. l. si non cõstat. & l. si creditrici. Itẽ vt sit in periculo creditoris: vt ff. de so. l. quires [2]. Itẽ vt impleat conditionem: vt C. de insti. & substitutio. l. j. at consignatio & depositio hoc plus, vt debitor ipso iure liberetur: vt ff. depositi. l. j. §. si pecunia. & fideiussor agat.

Priuilegium primum prefertur secundo.

Concor. cap j. cum gl. & doc. extra, de rescrip.

Oblatio ad multa valet.

† Facit ad hoc c. cum non stat. extra de reg. iu. lib. vj.

2 Alias, l. qui decem.

agat exinde mandati, ac si soluisset: vt ff. mandat. l. qui mutuam. §. j & cursum etiã vsurarum iã currentiũ impedit: vt C. de vsur. l. acceptã. & facit s. de exhibẽ. §. si col. v. & ff. de cond. & demon. l. iure ciuili. Item intellige q́ pactum sit de lucrãdo hic. nã alias cuilibet debet restitui suum soluto matrimonio: vt j. de æquali do. §. j. licẽ videtur contra. s. de nõ eligẽ. §. si. col. j. sed hic soluitur q́ habetur pro dãte.

[a] Ex studio. i. dolo, vel fraude: quia dolus est si q̃s nolit accipere: vt ff. manda. l. dolus.

DE ADMINIstratoribus.

IAm quidem [b] Positam. à Zenone: vt C. vt omnes, tã ciui. quã mili. l. j. Ac.

[c] Volentes. alias volentem.

[d] Fuerint. id est, eliguntur.

[e] Metropolibus. i. in ciuitatibus metropolitanis.

[f] Hinc. i. à nobis.

[g] Ex vtroque. vt quia sit idẽ iudex in vna prouincia Occidentis, & in alia Orientis.

[h] Relinquere. citra principis iussionem: vt infra. e. §. si quis autem.

[i] Deponat cingulum. i. antequã deponerent administrationem. nã cingulum dicitur administratio.

[k] Vetustatem. obseruantiẽ administrationẽ in prouinciis &c.

[l] Aduenit. i. secũdum facta, quę contigerunt suo tempore.

[m] Relinquat ꝓuinciam. Nota, simul ponuntur in quęstione administrans & remotus: sed in responsione separantur.

voluerit dare, & percepturus ex studio [a] recusauerit perceptionem: damus ei antenuptialis donationis matrimonio soluto petitionẽ: licet dotẽ propter viri causam non intulerit. Quæ igitur placuerũt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legẽ, eminẽtia tua operi effectuiq́; tradere festinet.

TITVLVS VI.

DE ADMINIstratoribus.

Administrator si prouinciam durante administrationis tempore citra principis iussionem derelinquit: crimine læsæ maiestatis punitur. & si administratione finita ante quinquaginta dies recesserit, antiquis pœnis punitur. Bartolus.

Imper. Iustinianus A. Ioanni glorioss. per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsule ordinario & patricio.

IAm quidem nouimus positã [b] legẽ volentẽ [c] eos, qui in cingulis fuerint [d], siue ciuilibus, siue militaribus: neque si remoueantur ab administratione, discedere inde posse, anteq́; dies quinquaginta in metropolibus [e] cõmorẽtur, publicè apparẽtes, & cõuenire volentibus satisfacientes: vt nec per occasionem hinc [f] euocationis, possint à prouincia discedere: & vel si q̃d egerint tale, rursus eos ad prouinciam destinare. Inuenimus autẽ aliquos sic existentes audaces, vt etiam hac posita lege, antequã discingerẽtur, præsumerent derelinquere ꝓuincias, et ad hãc felicissimã ciuitatem venire, timore à se gestorum, & ne iusta perferrent horum, quæ deliquerunt. Sancimus igitur, nulli penitus licẽtiam esse cuiuscunq́; prouinciæ iudici, & Orientalium, & Occidentaliũ, & ex vtroq́; [g], eã relinquere [h] ante, quã deponat cingulũ [i] sed etiã postea (renouamus enim vetustatem [k]) quinquaginta cõmorari dies, publicè apparentẽ in prouincia, in qua administrauit: gesta quoq́; monumẽtorũ conficere, secũdũ quæ aduenit [l] ꝓuinciæ: vt sit palã, siue fiduciã habet in suis actibus, siue etiã non. Si q̃s autẽ administrationẽ administrãs aliquã militarem vel ciuilẽ, aut etiã remotus ab ea, relinquat prouinciam [m]: administrans quidẽ adhuc eã dũ relinquit citra nostrã iussionem, ipse quidẽ maiestatis reus sit: in ꝓuinciã verò denuo destinatus [n], postquam accusantibus satisfecerit, tũc maiestatis nouissimas sustinebit pœnas [o]. Si verò deponens cingulũ, deinde non moreẽ, tũc legitimis diebus publicè cunctis semetipsum ostẽdẽs, et fugiat de prouincia: quæ dudũ à nobis de hoc sancita [p], valere. Illud autẽ omnibus prędicimus, vt dũ aliqui acceperint cingulum, tueãtur illud: successores autem eis cinguli factos, solere non vltra terminos mittere, quæ vocantur interdicta [q]: neque remouere quidẽ pręsides, ipsos autẽ aut morose [r] iter agere, aut hic [s] degere, aut ad aliquas alias prius ire prouincias patriã [t] visuros [v], & quæcunque [x] fortuitis & blandiẽtibus hominibus cõsueta [y] sunt: sed velociter ad administrationem ire, cuius regimina susceperũt: vt non alij qui-

[n] Destinatus. per se vel per procuratorem: vt j. de cal. §. super hoc. & §. si quis autẽ. licet hic & alibi videatur velle contra: vt C. vt omnes, tã ciuil. quam mili. iu. l. j. §. ipse autem. & s. vt iudic. sine quoquo suffr. §. necessitatẽ.

[o] Pœnas. vt C. vt omnes, tam ciui. quam mili. l. j. §. quod si quis.

[p] Sancita. vt s. capiet reduci possit ad prouinciam à qua fugit, & in quadruplum ablata reddat: vt C. vt omnes, tã ci. quam mili. iud. l. j. vel per procuratorẽ se defendat vt modo diximus. Argu. C. vt omnes, tã ciui. quã mil. iud. in prin. & facit s. vt iudi. sine quo. suf. §. cos. & §. necessitatẽ. col. iij.

[q] Vocantur interdicta. i. nõ debet electus ante tempus mittere ibi aliquem, qui ibi stet pro se, & illum qui prius erat, interdicat aliquid gerere: vt subiicit.

[r] Morose. imo & tarde ire poterit, & aliquẽ pręmittere: vt in cõtrario: vt j. de col. §. antequam. col. ix. Sol. hic loquitur quando morose incedebat: ibi quãdo cũ aliqua necessiate, vel infirmitate detinebatur.

[s] Hic. id est, in itinere.

[t] Patriam. quam debet regere.

[v] Visuros. scilicet postea.

[x] Et quæcunq́. scilicet subaudi visuros.

[y] Consueta. in li. Azo. constituta.

Officium

g Officium. non autem alios de ciuitate: vt ff. de offic. procon.l.obseruare.§.antequam.vel ibi extra prouinciam:sed intra prouinciam sic: vt hic dicitur.

b Eum.s.cingulum.& ita ponitur in masculino genere,vt hic.

c Codicillis.i.literis electionis: vt statim illo electo hic desinat gerere, & hic dignitatem habere videatur.secus in patricio & similibus: vt C.de consu.l.fi.& s̄.constitu.quæ dignita.§.j.col.vj.

d Emolumenta. scilicet salarium.

e Eum.s.præsidē veterem.

f Ea scilicet emolumenta.

g Impleat. Not. nō posse quid fieri per substitutum:vt C.de decur. l. nullus qui.& ff. de so. l.inter artifices. & C.de cad.tol.l.j.§. ne autē.arg.contra C.de epis. & cle.l. quisquis.& l. ad similitudinem.

Substitutum qui possunt habere.

h Dies. & illis diebus nō iudicat: vt ff.de feriis.l.pridie.Item hoc si successor aduenerit: non alias: vt ff. de offi.procon. l. meminisse. Sed videtur quod demum, quādo Romā erat reuersus deponat, vt ff.de offic. proconsu.l.fi.sed illud quo ad signa, non quo ad administrationem:vt j.eo. tit. & C.de offic.proconsu.l.j.

i Alioqui. id est, si non constiterit successor prouinciæ nō finito tempore prioris.

k Dispositū est. hac constitutione in eo,quia dixit q non debet prior recedere, & alter nō venire.& idem dicitur.ff.de offi.procōsu.l. meminisse, sed videtur, quod

dem remoueantur,alij verò non sint, & prouincia sine iudice maneat: sed ante duos solum dies, quàm ad prouinciam accedant, in qua qui cingulum habet,est:mittere ad eū amicabilem epistolam volentem officium [a] destinari ad occursionem eius:& vsque tunc annonas accipere in cingulo existentem, & gubernantem eum [b]: & non ex codicillis [c] cinguli iudicare tempus, neque præceptis tuæ sedis: sed ex quo, sicuti dictum est, in prouinciam ipsam accesserint,illius recipere reipublicæ emolumēta [d], vsque tunc eum [e], qui in rebus extitit,ea [f] percipere, & alium omnium nullum. Non enim possibile,neque portabile est omnino sine iudice relinqui prouinciam, statuto quidem quasi aliquo ab eo, qui à nobis ordinatus est, vt eius impleat [g] locum, homine forsan rerum non habente experimentum:illo verò, qui in ipsis operibus est,& discedente de prouincia ante,quàm adueniat tempus,& fraudando emolumentis,quæ eum accipere oportet,donec deponat cingulum. Deponet autem id, dum successor accesserit in prouinciam, ante duos solùm dies [h],quàm prouinciam ille ingrediatur. Quæ omnia custodiri à sede tuæ celsitudinis in perpetuum volumus: & mox vt cognoueris adstitisse eum prouinciæ,ex illo transponere emolumenta in successorem:alioqui [i] ministrare ea priori, secundum quod à nobis dispositum est [k], donec in prouinciā successor veniens semetipsum subiectis ostendat.

Quæ igitur placuerunt nobis,& per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo operi effectuiq; tradere festinet.

TITVLVS VII.

DE EXECVtoribus,& de iis, qui cōueniuntur & reconueniuntur.

Antequam actor in producēdo libello audiatur, cauere debet contestando litem intra duos mēses:& si non fecerit,omnes expensas & omne damnum reo resarcire tenetur:non tamen ea cautio debet excedere quantitatem xxxvj.florenorum. Ange.

Imper.Iustini. A. Ioanni gloriosiss. Orientaliū prætoriorum præfecto, iterū exconsule ordinario & patricio.

QVoniā calumniā † odimus,& omnem tergiuersationem auersamur [l] propterea huiusmodi actus [m] egere legitimis medelis existimauimus. Didicimus enim, quia quidam [n] non habentes vllam obligationem, sed vnam statuentes voluntatem cū iis [o], qui causas exequuntur, conueniunt quosdam [p], deinde libellos dirigunt: & dum damnū [q] pertulerint [r] fugientes [s], deferunt eos, & proficiscuntur [t], incurabile [v] eis dantes dispendium,& hoc adhuc amplius [x] in prouinciis committitur communione lucrorum ipsis conuenientibus & causarum executoribus pficiēte. Ne igit hęc iugiter cōmittantur:sancim9,nō aliter actores libellos dirigere,et dāni occasionē præ-

alium mittere possit:vt j.de colla. §. antequam.col. ix. Sed ibi impeditus erat iusta causa: vt s̄.eo.diximus.

DE EXEcutoribus,&c.

l QVoniā. Auersamur.& sic obedit legi, qđ facere debet:vt ff.ad Terty. l.j.in prin.& C. de testa.l.ex imperfecto. Accursius.

m Actus. calumniosos & tergiuersatiuos. Accur.

n Quidā. Romæ.

o Cum iis.s.nuntiis communis Boniæ.

p Quosdam. Romæ.

q Et dū damnū. expensarum in via factarum,& sportularū & similiū expensarum. Azo.

r Pertulerint. id est, sustinuerint.

s Fugiētes. i. rei.

t Proficiscūtur.i. recedunt.

v Incurabile.imo curabile est,cum in triplum actor teneatur,& etiam ante hanc legem ad damna,quæ passus est reus ,ppter plus peti.vt inst. de act. §.tripli. quia sicut minus soluit, qui nihil soluit:vt ff.de verbo.signifi.l.minus.sic plus petit, licet nihil petere debeat.Sed rā.qđ hæc constitutio generaliter de damnis tractat sportularum & rerum suarum.sic enim dicit esse damnum, &c. vt j.proxi.§.at ibi de dāno circa sportulas tātum dicit: vt patet ibi in litera.Item hac constitutione plenius ei cauetur.s. per cautionem:vt ibi not.

x Amplius. quā Romæ.

† Cōcor. c.finem litibus.&c. venerabilis de dolo & contu.& Cle. dispendio sam.extra de iudi.

Cautio

bere conuento ante, quàm cautionē [a] exponant & [b] in fugientē [c], & in negotij [d] executorē, quia intra duos [e] menses omnibus modis litis contestationē faciunt apud iudicem: aut si hoc non egerint, omne damnū eueniens conuento restituent in duplum, nō transcendente cautione [f] triginta & sex aureos.

Conuentio & reconuentio mox à principio coram eodem iudice fieri debet: alias causa conuentionis finita, reconuentio fieri poterit coram quocūque iudice, antiqua cessante calumnia. Barto.

Illud quoque promereri competentem correctionem decet. adiit enim quidam, docens, quia in conuentione fecit obligatum sibi apud quendam gloriosissimorum [g] nostrorum iudicum: deinde qui factus est in conuentione tanquam & ipse [h] actorem obligatum habens [i], eum apud alium traxit iudicem: & aliquid inopinabile fiebat. quia enim vterque seorsum actoris obtinet officium, miserandum quiddam & risibile inde veniebat. mox enim cùm voluisset aliquis propriam mouere litem, repentè is, qui ex diuerso conuenerat, apud alium iudicem trahebat eum, apud quem ipse sortius fuerat iudicem: † & alterutros protrahentes, immortaliter permanserunt litigantes [k].

Sancimus † igitur, si quis obnoxiū arbitratur habere eum, qui contra se conuentionem exposuit: non apud alium iudicem, sed apud eū mox [l] à principio conuenire: & eundē esse iudicem in vtroque negotio. Si verò forsan displicuerit [m], apud quem litem sortitus est, iudex: licet [n] ei etiam hoc emendare. viginti enim dierū inducias dātibus nobis post libelli transmissionē, postquam oportet litem contestari: licet intra prędictā suspensionem refutare quidem illum: alium verò mereri, apud quem iterum similiter vtranque exerceri competit litem: & eiusmodi artes in nullo fieri: sed vnumquenque proprio iure vti. Si itaque tacuerit [o], deinde postea

† Haloā. et ita alter alterū mutuo vexātes imortalem litem exercuerunt.

† Ex hoc textu est sumpta authen. quæ e.t super.l. cum Papinianus.C. de sent. & interlocu. omni iud. et incipit, & consequenter. & de hac materia habes extra, apud can. in ti. de mutuis petit.

a Cautionem. scilicet nudam: vt C. de verb. signi. l. sancimus. cū sit ciuilis. secus in prætoriis: vt ff. de præto. stip. l. prætoriæ. & quod dicit fugientem, dic reum si præsens est, alioqui cauetur in executoribus, &c. & dicas &, pro aut. nā ex stipulatione executoris actio quæritur: vt ff. rem pupilli saluam fore. l. non quasi. in principio.

b Et. pro aut.

c Fugientem. si præsens est.

d Negotij. si reus absens est.

e Duos. hæc authen. finē litis non respicit, sed initiū. sed inferior authē. de litig. §. ad excludendas. respicit finem. Item hic præstatur interdū oblato libello. non enim prius respicit iudex, quia secundum formā huius fuerit cautum. illa vero suscepto à iudice libello, sed nōdum reo porrecto prętanda est: quod dici potest secundum Ioan. sed alij dicunt vtrūq; præstari recepto à iudice libello, sed tamē non porrecto. post omnes locū habet illa, quæ est de iudicio sisti. s. de exhibe. §. sancimus. col. v. Sed quare maius tempus hic statuitur quàm ibi? Rñ. quia ibi ad vnā liberationem super libello & vnam recusationem iudicis datur spatium: hic autem plus poterant fieri: scilicet mutatio libelli ante litis contestationem: ideoq; maius actoris & rei spatium necessarium est.

f Cautione. de duplo. M.

g Gloriosissimorum. hic loquitur in ordinario iudice actoris & rei. quod ex eo patet quia dicit, apud gloriosissimorum. Item in delegato: quod ex eo patet, quia dicit eum, qui iudicat posse recusari: vt j. eod. no. §. si vero. Sed quidam vt M. dicunt etiam ordinarium posse recusari: vt argu. ff. de liberali causa. l. si pariter. & hic illud quæritur, si iudicem in causa tua, puta de bone impetraueris: cum & ergo coram eodem te conuenire volo, an possum? Et respon. quod possum per hanc authen. Sed si actor, qui videt se de domo reconueniri, velit & de agro coram eodem delegato agere, quia dicit: ego cōuenio & reconuenior: & ego volo reconuenire. Rñ. non potest: quia licet conuentus dicatur, qui cōuenit, & delator refert: tamē aliud statuitur in delatore quam in relatore: vt ff. de iureiu. l. iusiurandum. §. sed nec. Ioan.

h Ipse. scilicet reus reconueniens. Accur.

i Habens. nec erat liquidum, quod hincinde debeatur: alias fieret compēsatio in bonæ fidei iudiciis ipso iure opposita tamen ab homine in stricti iuris exceptione doli mali, secundum vetera iura, vel secūdum noua in vtroque ipso iure, vt insti. de actioni. §. in bonæ fidei. & C. de compen. l. si.

k Litigantes. in lite: quod esse non debet: vt C. de iudi. l. properandum. in prin. Sed quomodo hoc est, cum etiam iure veteri coram eodem iudice respondere cogatur: vt ff. de iudi. l. q non cogitur. & ff. depo. l. actione. & ff. de qui. re. ad eū. dē iu. l. j. & ij. Rñ. imo non erat, sed in legibus prædictis idem erat ordinarius etiam actoris: hodie autem habebit hoc locū & in eo, qui non est iudex actoris, licet hic ponat casum in ordinario vtriusq; quia iudex principis erat.

l Mox. not. hic tria iura, hic, & l. C. de senten. & inter. l. pe. & dictum Papiniani quod prius fuit: vt in d. l. recitatur, quæ sic differunt: quia lex codicis adiicit dicto Papiniani in hoc, quia nō inspicitur, vtrum competens iudex sit agenti, cuius tantū &c. vt ibi dicit: licet in dicto Papiniani forte hæc cōsiderantur, scilicet vt esset eadem res in conuentione per legem tamen codicis etiam in alia re potest fieri reconuentio. sed secundum constitutionem istam modificatur & restringitur: vt hic reconuētio fieri possit statim, non ex interuallo, vt hic dicitur. & C. de compen. l. fi. Sed quidam dicunt quandoque posse fieri huius reconuentionem vsque ad sententiam coram eodem iudice. sed prima verior est. & dico statim siue ante, siue post parum, siue eodem tempore: vt C. de pactis. l. petens. & ff. de rebus creditis. l. lecta. ibi, quia pœna, &c. sed quandoq; dicitur statim ante litis contestationem: vt C. vbi in rem actio. l. ij. in prin. Accursius.

m Displicuerit. conuento. Alij dicunt cōuenienti & reconuento. licet enim per suum negotium recusari non possit: tamen per superueniens potest: ar. ff. de acquiren. hæred. l. cum hæreditate. sed prima placet.

n Licet. id est, licitum est. Accur.

o Tacuerit. in recusando intra viginti dies.

voluerit causam apud alium iudicem mouere: necessitatem eum habere, sustinere terminum eius litis illatæ sibi ab eo, qui eũ in iudicium traxit: & dũ finem lis acceperit, tunc eum suam causam apud alium iudicem proponere vt ita tales eorum auferamus artes †, & in alterutros calumnias. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet.

TITVLVS VIII.

DE AEQVALITATE [a] dotis, & propter nuptias donationis: & de augmento [b] dotis, & propter nuptias donationis: & de priuilegio [c] dotis, quod aliis præponitur priuilegiis: & vt excipiantur [d] hoc priuilegio creditores in emptione militiæ: & de dote remeante ad patrem, & rursus [e] data pro eadem filia secundo viro: & de dotis collatione [f] inope marito moriente.

Hodie quantum ad pacta lucrorum & ipsorum effectus seruanda est omnino æqualitas propter æqualitatem dotis & donationis propter nuptias. Ange.

Imp. Iustinianus A. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsule ordinario & patricio.

Voniam plurimas in legibus quæstiones videmus & circa primas nostra natiuitates (id est nuptias, & filiorũ procreationes) motas, & circa nouissima, quale est aliquid voluntatum & testamentorum, cogitatio facta est nobis nuper perscrutari & agnoscere, qd volens antiqua [g] lex super dotis instrumẽtis: mẽsuram quidem pactionũ nuptialium inter alterutros æquam esse, & masculos & fœminas vult [h], & æqualitatem pensat eorum, qui adinuicem copulantur: non alij quidem mediam fortè dat stipulari partem, alteri verò tertiam aut quartam: sed ex medio trahens, æquale vtrinque exigit fieri pactũ, aut mediam dicimus in vtroque constituens, aut aut tertiam, aut quartam, aut quantumcunque contrahentes voluerint: hoc autem non multò prius quæsiuit: vt ipsorum, quæ dantur, æquæ sint mensuræ: sed aliis quidem permisit in mille forsan aut in duobus millibus aureis facere rationem [i], aut in quantũcunque voluerint: aliis aũt non in tantũ, sed in minus: vt ęqualitas in verbis solis & literis puris [k], sed nõ in rebus ipsis q̃reret. Hoc igit ante alia vniuersa corrigimus [l]: æqualia in dotibus esse, & ꝓpter nuptias donationibus, & ea q̃ offerũtur, & ea, quę in stipulationẽ deducũtur pacta: & tantam quidem quantitatem conscribere virum [m], quantam & mulierem tantum quoque lucrum stipulari, & tanta parte, ex quanta voluerint [n] æqualis tamen mensuræ. non enim aliter iustitiæ & æquitatis seruabitur ratio, si negotiatiuè [o] alterutros circũueniant, & videantur quidem æquas facere stipulationes: pro vero autem [p] inæqualis maneat effectus, non prius quantitate datorum eadem consistente. Irrideri videatur † vndique lex [q], si ille quidem conscribat duo millia aureos †, mulier autẽ sex millia fortè in dotem offerat: & stipulentur [r] alterutros quartam cõscriptæ in lucro percipere. proinde illo eueniente lucro. illa q̃dẽ nihil aliud lucrabit, nisi quingẽtos aureos ex quarta: ille aũt quingẽtos, & mille ex eadẽ quarta: & tãquã in ęnigmate [s] multo videbitur quarta vnius alterius quarta minor. ex † suspecta nanque vel æqualitate quanta inæqualitas ex hoc ipso ꝓcedit [t].

a DE AEQVAlitate do. &c. Hoc expedit vsq; ad §. aliud.

b Deaugmento. hoc dicitur in §. aliud. vsque ad §. his consequens.

c De priuilegio. hoc. j. eo. his consequens.

d Excipiantur. hoc. j. eod. §. quia verò.

e Rursus. hoc est j. eo. §. quia verò.

f Collatione. hoc in §. illud quoque.

g Quoniam. Antiqua Leonis: vt C. de pac. conuen. tam super do. l. ex morte. & supple quod in sequẽti. l. ibi dicitur.

h Vult. scilicet prę allegata lex, ex morte.

i Rationem. alias donationem.

k Puris. in qbus verbis & literis cõtinetur pactum de lucranda dote, vel donatione propter nup.

l Vniuersa corrigimus. corrigit ergo id, quod est C. de pac. l. ex morte. & l. sequen. & de do. ante nu. l. cum multæ. §. si autem. & s. de nup. §. deinceps. col. iiij. Acc.

m Virum. an idẽ contra si vir dedit dotem propter nuptias: quia illa habebat necesse dare dotem tãtum? Rñ. sic: quia in augmento est idẽ: vt j. proxi. §. aliud. & si alterutri eorum nihil dedit: nihil ex pacto lucrari poterit: vt s. de non eligen. §. aliud. col. j. Acc.

n Voluerint. scilicet vir & vxor. alias voluerit.

o Negotiatiuè. i. vt moris est in contractibus, vbi licet cõtrahẽtibus se decipere: vt ff. loca. l. itẽ si in pretio. §. quemadmodum. & ff. de min. l. in causæ. §. pe. vel dic qd' malum esset, si sic permitteremus pacisci. Accur.

p Autẽ. & quod dixi obscure, audi per apertius.

q Vndique lex. Not. nõ debet lex derideri: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. fi.

r Stipulentur. vt moris est in cõtractibus. i. per stipulationem promittantur. sic ponitur. ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. pen. in prin.

s In ænigmate. i. facto pacto æqualitatis. Et no. quod ænigma dicit speculum, in quo mulieres speculantur & sicut in illo videtur esse, quod nõ est: ita hic videbatur in pacto esse æqualitas facto pretio in quota tantũ: sed non est, cum deficit æqualitas in quantitate.

t Procedit. scilicet quod dictum est subaudi.

† Haloã. & mutuas ipsorũ læsiones.

Lex non debet derideri.

Aegnima quid sit.

† aureorum.

† Haloã. nã ex purulenta illa æqualitate suapte natura fœda quædam & absurda inęqualitas perficietur.

Prius

Quæ igitur prius[a] exposita sunt dotalia[b], secundum quem cōstituta sunt modum, habeantur. quod enim[c] factum est, infectū manere impossibile est. Decætero † autem in omni datione sancimus, æquas quidem esse oblationes: ipsos autem mediocria lucra pacisci: vt per omnia iustitiam æquitatemque honoremus. si enim aliquis amplius alio diues est, licet ei per alium modum[d], legitimū tamē & agnitum nostris legibus clementiam præbere alij: non per inæqualitatem[e] † redigens ad æqualitatem, lucrum maius alteri acquirere. & hæc quidem de hoc lex ita quodammodo habeat, suam iustitiam vniuersis ostendens.

Constante matrimonio augeri potest dos: dum tamen in tantundem augeatur donatio propter nup. & econuerso dos tantùm augeri debet in immobilibus, ne fraus aliqua excogitari possit aduersus creditores ratione augmenti. In rebus verò mobilibus, si maritus creditoribus est obnoxius, tale augmentum nullo modo procedit: secus si non sit alicui obligatus. augmentum verò dona propter nup. tam in immobilibus quàm mobilibus fieri potest: quoniam in hoc nulla est captio creditoris vel alterius. Angelus.

Aliud quoque, quod circa nuptiales oblationes fit, inspeximus atque considerauimus: dicimus autem de augmento. Quia enim & ab ante nos legislatoribus[f], et à nobisipsis de augmentis dictum est: plurima autem à nobis, & non facilè numeranda, etiam in his super antiquitate philosophata[g] sunt; adinuentas ab aliquibus circumscriptiones perimentes, & puram iustitiam seruari volentes, etiam illud corrigimus[h]. priuilegium[i] enim dedimus dotibus, vt contra antiquiores hypothecas habeant honorabiliora iura: vtpote dum contrahentes[k] cum viris eorum credant substantiis, & non mulierum: & quæ fortè[l] tunc neque competebant iis[m], qui prius contraxerūt[n]. Dedimus[o] autem licentiam (hoc videlicet quod antiquitus est) augmenta facere, permittentes & viro & mulieri, siue ambo voluerint, siue etiā horum alter celebrare augmentum. Primùm quidem illud sancimus, ne aliqua fiat circunscriptio: siue augere voluerit dotem[p], aut propter nuptias[q] donationem, non licere alij quidem facere, alij autem in prioribus manere: sed vtrunque celebrare omnino augmentum: & non in electione, sicut prius[r], sed in necessitate causam consistere, omnino tamen quantitate æquali: hoc quod etiam nostri patris dicit constitutio[s]. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum[t], & maximè:[v] in parte mulieris, & ne viri creditores circūscribat[x] priuilegio vtens: si quidem habuerit vterque immobiles res, melius est in mobilibus,[y] fieri oblationem: quatenus sit palam indubitatum, quod quidem ab initio fuit, quod autem postea, additum est. Si autem non vtrinque immobiles res fuerint: mulierem[z] omnino per immobiles res celebrare augmentum: vt & dos & augmentum similiter habeat aduersus antiquiores creditores priuile-

a Prius. s. ante legem istam.

b Dotalia. i. instrumentum, seu pactum. Accur.

c Quod enī. Not. vt hic: & ff. de capti. & postli. re. l. in bello. §. factæ autē.

d Modū. vel per donationē, vbi cōceduntur constante matrimonio donationes vel causa mortis, vel per legata.

e Per inæqualitatem apertius dictū esset, non per æqualitatem rediens ad inæqualitatem. æqualitas ergo oīno seruatur in dote & donatione nuptiali, non tamen in lucris exinde prouēturis. sed in præstatione, & in constitutione vtriusque: vt hic dicitur. & s̃. proxi. §. in prin.

f Legislatoribus. vt C. de dona. ante nup. l. si constante.

g Philosophata. vt C. de dona. ante nup. l. fina.

h Corrigimus. inueniebatur autem deceptio: quia ex vna parte poterat fieri augmentū: ex alia non erat necesse fieri: vt C. de dona. ante nup. l. si cōstante. in princi. & corrigitur hic, & j̃. proxi. ibi, primum quidē & illud &c. Accursius.

i Priuilegium. & bene dico ī hac necessitate augēdi æqualitatem fauore dotis seruari. nam & alias dedimus ei priuilegium. s. vt tacitam habeat hypothecā: vt hic dicit, & C. q pot. in pig. ha. l. si. & institu. de ac. §. fuerat. & j̃. de priui. do. hære. mu. non præ. §. quia enim. col. viij.

k Contrahentes. puta pater mulieris vel alius: non extraneus etiam sine pacto. vel extrane9 dummodo ex pacto sibi reddendæ dotis: vt C. de rei vxo. act. §. accedit.

l Et quæ forte. supple, & eis substātiis credūt, quæ forte &c. & forte dicit ideo: quia & si tūc cum contraxerunt mariti cum primis contrahentibus habebāt istas res, idē est: vt & s̃. proxi. sed maxime tunc quando non competebāt istæ res eis maritis.

m Iis. scilicet viris. Accur.

n Contraxerūt. cum creditoribus suis antequam acceperunt dotes mulieris.

o Dedimus. reassumit quod inchoauerat præmissa prędicta interpositione. Accur.

p Dotem. s. mulier vel pars eius.

q Propter nuptias scilicet maritus vel eius pars.

r Sicuti prius. vt in d. l. C. de donat. ante nupt. l. si constante. in prin. Acc.

s Constitutio. s. Iustiniani: vt C. de dona. ante nup. l. si constante. Accur.

t Sed schematicū. i. insignatū vel ordinatum, secūdum Al. vel dic. i. figuratum vel dubiū vel fictum. q. d. figuram vel similitudinem habet augmēti: sed non est augmentū: vt j̃. eo. si autem mulier. Accur.

v Et maxime. id est, abundante ratione. nam secus est in viro: vt j̃. eo. ibi. vir autem.

x Circunscribat. mulier.

y Immobilibus. vna dictio.

z Mulierem. vel mulieres.

Priuile

† Cōcor. cum hoc §. c. finali. cum glos. final. post princ. extra de do. inter vir. & vx. vbi prohibetur donatio ex qua alter coniugū efficitur pauperior.

† Haloā. quę ęqualitatem simulet.

gium [a], vndique indubitato augmento existente. vis autem etiam in rebus mobilibus faciat augmentum. nulla enim hinc orietur [b] læsio. Si autem mulier immobilium habens rerum substantiam, in rebus mobilibus scribat [c] augmentum: sciat priuilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non in figurato existente augmento. Quod [d] enim ab initio factum est [e], in toto sine suspicione est. quod autem postea machinatum est, contra creditores hoc ipso introducit meditationem: & lædi homines †ex dato à nobis dotibus priuilegio [f], nullo volumus modo. Si verò non fuerit debitum contra virum vllum, neque suspicio contra creditores circũuentionis: tunc & in pecuniis, & vt volunt, augmentum fiat ab eis: vtrique tamen augmento sic faciendo, & æqualitatem habente, vt æquitatem †seruemus.

Quæ enim erit circumuentionis suspicio, viro obligato nulli existẽte, & præterea augmentis sine tergiuersatione factis.

Mulier priuilegijs dotalibus vti potest aduersus omnes creditori, etiam si eorum pecunia res sit empta vel refecta, exceptis creditoribus, quorum pecunia militia est empta. Barto.

His consequens [g] est, & illud decernere, quod in casibus huiusmodi dubitatũ nouimus, antiquioribus [h] creditoribus aliquas hypothecas præponere iuniores existentes, ex priuilegiis à legibus datis: quale est, quando aliquis propriis pecuniis ꝓcurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare [i], aut domum forsan ædificare [k], aut etiam emi agrum [l], aut aliquid horum. In his enim omnibus priores existunt posteriores creditores, quorum pecuniis empta aut renouata res est, iis, qui etiam multò antiquiores sunt. Quæsitum est igitur, si mulier prætendens priuilegium super antiquam dotem, & augmentum, in quo [m] etiam hoc seruatur priuilegium, sicuti prædictum est [n], prioribus voluerit præponi creditoribus: veniat autem & alter creditor posterior [o] quidem, prætendens autem pecuniis suis emptam aut reparatam nauem, & domum, aut agrum: & †competere [p] eum in his rebus, quæ eius pecuniis emptæ aut reparatæ, sunt, habere prædictum priuilegium [q]: vtrũ oporteat dotem etiam talibus præponi: an aliis quidem præualere creditoribus, quicunque non talia prætendunt: his autem cedere, quoniam ex eorum substantia res acquisita [r] est? Plurimum igitur super his cogitantes, non inuenimus mulierem iustè existentem cedere [s] alicui tali priuilegio.

Videbamus enim (quæ causæ absurditas [t] est) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore aduenit quæstus, & viuunt ex hoc quæstu: aduersantibus [u] autem, & quæ semetipsas atque substantiam ad virum introducunt, non solùm nullus sit quæstus à viris malè degentibus, sed etiam minuantur, & spes eis nulla [x] sit secundum hoc.

[a] Priuilegium. alias nõ habet priuilegiũ, vt sequitur si autẽ mulier, &c. & est ratio, ne videatur dicere se dotem auxisse animo decipiendi creditores. Quid ergo si mulier velit probare ꝑ testes se in augmento res mobiles dedisse: nũquid habebit priuilegiũ? Rñ. secundum Ir. non: quia est iuris & de iure præsumptio. sic. C. ad Maced. l. vlt. & ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. j.

[b] Orietur. vtitur ergo priuilegio in dote sola, non propter nupt. do. neq; in hypothecis: vt ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. j. In hypothecis. enim propter nuptias donatione vtũtur mulieres iure cõmuni cũ cæteris creditoribus: vt q prior est in tempore potior sit in iure: vt j. de priui. do. hære. mulie. non præ. §. quia enim. col. viij. — † Facit ad hoc c. quod ob gratiam. & c. qđ fauore. extra, de regu. iur. Iure est potior, tẽpore prior.

[c] Scribat. i. dicat se scripsisse, & creditor hoc neget. sed si cõfitentur creditores, non vtitur priuilegio mulier, secundũ Azo. — † æqualitatem.

[d] Quod. s. augmẽtum dotis.

[e] Factum est. vt dos ab initio data. Accursius.

[f] Priuilegio. no. priuilegiũ sine alterius læsione concessum intelligi: vt ff. de nat. restit. l. ij. in fi. & l. nec filio.

[g] His consequẽs. quia sicut. s. de cõmodo mulieris dicit, ita & nũc. Acc.

[h] Antiquioribus. repete nouimus.

[i] Reparare. & sunt hi casus. ff. de priuile. credi. l. qui in nauẽ. & l. quod quis. & ff. qui pot. in pig. hab. l. interdũ. & l. huius. Acc.

[k] Aedificare. vt ff. de priuile. credi. l. si ventri. §. j. & ff. si cert. pet. l. creditor. & ff. quib. ex cau. pign. taci. contrahi. l. j.

[l] Agrum. apposito pacto, vt sibi numeranti obligetur: vt C. qui pot. in pign. habe. l. licet. secus sine pacto: vt C. de pign. l. quamuis ea. nisi sit pupillus: vt ff. qui pot. in pigno. habeã. l. idemque. In aliis autem prædictis etiam tacite contrahĩt pignus: vt prædictis. ll. patet: & maxime. ff. ex quib. cau. pign. taci. contrahi. l. j.

[m] In quo. s. augmẽto. Accur.

[n] Prædictum est. vt s. eo. §. si autem. non aliud in don. propter nup. vt C. qui pot. in pig. ha. l. assiduis. in fi. & in fi. huius. §.

[o] Posterior. nam si prior esset, forte præferretur mulieri: quia quãdo duo priuilegiati cõcurrunt, qui prior est in tempore, potior est in iure: vt in fisco & in muliere dicitur: vt C. de priui. fisci. l. quamuis. — † Conueniens esse.

[p] Competere. id est, conuenire. Acc.

[q] Priuilegium. s. nouimus. Al. vel melius repete prætendens. Accur.

[r] Acquisita. alias administrata.

[s] Cedere. id est, si det locum alicui priuilegio.

[t] Absurditas. si ipsa cedit alicui priuilegio.

[u] Aduersantibus. scilicet fornicationi. id est, fornicari nolentibus. ꝙ ex quæstu venit. i. aduersus hoc facientibus: vt quia nolũt sic quærere, sed magis se et sua viro cõmittunt, quod honestũ est: vt C. de pact. conuent. l. hac generali.

[x] Eis nulla. s. mulieribus, alias ad dotem repetẽdam. Accursius.

Vnde volumus, vt si quis domum renouasset, aut etiam agrum emisset: non posit talia priuilegia mulieribus [a] opponere.

Infirmitatem nanque muliebris naturæ satis nouimus: & quia [b] facilè circunuentiones fiunt aduersus eas: minui autem eis dotem nullo sinimus modo. Sufficit enim, quòd à lucris cadunt [c]. & si prior antenuptialis donatio inueniatur, & sufficiēs quoddam extet eis ex hoc damnum: non etiam eas volumus & circa ipsam dotem periculum sustinere. Quia verò & huiusmodi quædam aditiones nobis factæ sunt: eò, quòd quidam aliorū militant [d] pecuniis, & oporteteos, qui in has crediderunt causas, præponi: sancimus, si quis crediderit aurū occasione militiæ [e], † siue statutum fieri [f], vel pro aliis quibusdam talibus causis: & expresim hoc ipsum scribatur in instrumento: & in hoc fiat pactum [g], vt casu proueniente [h] prior [i] sit solus [k] qui ad hoc credidit: et huic solo casui [l] cedere mulierem [m]: neque facilè credendum, neque per testes, sed negotio ex scripto gesto [n] & testium habēte subscriptiones, & ipso opere procedente. tunc enim si per omnem huiusmodi viam causa procedat, suspicionē non habeat. & competit [o] contrahentes propriis nō priuari: aliis omnibus pręualere mulierem, secundū quod iam à nobis datum est priuilegium.

Dote à patre pro filio data, & in ipsius patrimonium reuersa, non licet patri cùm filia secundò nubit, eam diminuere: nisi patris substantia fuerit diminuta. tunc enim secūdum eius facultates dos erit constituenda. Barto.

Quia verò iam legem [p] scripsimus, vt patres semel offerentes dotem pro filia sub potestate [q], aut suæ quidem potestatis, † reuersionem autem in semet ipsum facientem [r]: quæsitum est apud aliquos, si competens est moriente genero, & remeante [s] ad patrem dote, quæ ab eo data est, hanc patrem semel offerentem, posse ad secundas veniente nuptias filia minuere: aut hoc non facere, cogitantem, quia semel alienata est [t] ab eius substantia: sed ipsa mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec contigisset viduatam. hoc enim [u] nobis nūciatum est, quia triginta librarum auri quidam pater existens obtulit dotem: deinde filia viduata & ad secundas veniente nuptias, non iam triginta libras ipse obtulit, sed quinque & decem solas: quoniam contigerat mulierem lucratam mediam antenuptialis donationis partem in quinque & decem auri libras exeuntem: & pater nequaquam de suo obtulit triginta auri libras, sed quinque quidem & decem ipse, quindecim verò ex lucro mulieris. Non iustum igitur existimauimus hoc esse [x]: sed similiter in diuisione [y] habere quidem eam præcipuum antenuptialis donationis lucrum: ex paternis autem quinque & decem percipere reliquas: tanquam studuerit pater lædere filiam. Quid enim egerat [z] si non contigisset secundis eā nuptiis copulari, sed manere eundem generum viuum? aut quomodo futurus erat minuere dotem iam à se datam, aut proprium [a] illius lucrum, suum facere, & in dotem secundi viri deducere? cùm vtique oporteret eam in paraphernis hæc habere [b] & forsan propter hanc causam ditiori nubere viro: non solùm triginta librarū auri domina facta

---

[a] Mulieribus. pe stitibus dotem, vel augmentum dotis. Accursius.

[b] Et quia. repete nouimus.

[c] Cadunt. i. à priuilegiis propter lucra: vt C. qui pot. in pig. habe. l. fi. & hic subiicit. & j. de priui. do. hære. mu. §. quia enim. coll. viij. opiniones autē circa hoc dictas scripsi in C. q po. in pig. habe. l. fi.

Militare pecunia.

[d] Militant. tunc dicitur quis pecunia militare, quando ex pecunia accepta militia emit, & à principe tantum datur: & vbi expresse non obligatur ei, ex cuius pecunia emitur: vt subiicit, & s. de introd. & exhi. re. §. optimum. col. v.

[e] Militiæ. scilicet emendæ.

[f] Fieri. repete dedit aurū fieri. i. vt fieret statutum de annona, vel præbēda sibi danda.

† Haloā. vel vt aliquis referatur inter statutos.

[g] Pactum. alias factum.

[h] Proueniente. quia moritur ille, qui militabat propter alienam pecuniam.

[i] Prior. s. quā sit ille mutuauit ad refectionem domus vel similes, de quibus s. dixi.

[k] Solus. & non vxor. Accur.

[l] Casui. hic accipe verbum supra positū, sancimus.

[m] Mulierem. idē in fisco & primipilo: vt C. de priuil. fisci. l. quāuis. & de primi. l. satis. Azo. Item idem in casu illius. l. asiduis. §. exceptis.

[n] Gesto. nota casum in quo plus creditur scripturæ, quàm testi: vt in C. ad Velleia. l. antiquam. §. j. & ff. de proba. l. census. & C. si mi. se ma. dix. l. ij. sed regulariter cōtra: vt C. de pact. l. pactū.

Scripturę aliquādo plus quā testi creditur.

[o] Competit. i. cōueniens est, ex quo sic sibi diligenter prouident.

[p] Quia vero iam legem. vt C. de rei vxo. act. §. accedit.

[q] Potestate. vt tacite patri quæsita actio sit: vt C. de rei vxor. actio. §. accedit.

[r] Facientem. s. dotem: & hoc quando pactus est.

† Haloā. ita vt de nuo dos sibi restituatur.

[s] Remeante. in lib. Azo. reuertente. alias reueniente. & hic repete, quæsitum est, si competēs est hoc non facere. scilicet patre remeante.

[t] Alienata est. & no. dotem esse alienatam à patris substantia: & sic nō esse in bonis patris: vt hic, & ff. de col. do. l. j in fi. & ff. ad legē Falci. l. pater.

Dos non est in bonis patris.

[u] Hoc enim. audi in specie quod dixit in genere.

[x] Hoc esse. quod dictū est, sed iustū esse similiter, &c.

[y] Diuisione. facienda cum fratribus. Accur.

[z] Egerat. i. egisset. Accur.

[a] Proprium. antenuptialis donationis.

[b] Habere. s. qui sunt antenup. lucri prioris viri.

Quind

est, scilicet quindecim [a] antenuptialis donatiõis, & quindecim: à patre oblatis: & non quadraginta & quinque [b], lucrum quidem in paraphernis ei cõstitutum, fortuna ei datum: quod autem ex largitate paterna oblatum est, manente integro. Hoc autem sancimus, si & patris substantia manserit in ipsa figura, in qua prius fuit. Sinautem fortuita quædam clades minuerit eius substantiam, vt neque volenti sit possibile æquæ mensuræ [c], qua prius [d], dare rursus dotem: & probetur à patre [e] fortuita diminutio patris substantiæ: tunc non amplius cogi patrem dare secundò filiam iungentem, nisi inquantum substantiæ virtus est: sed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum tantam verò percipere à patre in secundo ordine dotem, quantum substantiæ eius mensura susceperit [f]. Palàm enim est, quia hoc lucrum, quod ex antenuptiali dicimus donatione, cuius solùm ei vsum damus, ex omni necessitate moriens restituet filiæ, proprietatis antenuptialis donationis dominæ omnibus modis factæ.

Filia ad successionem cum fratribus veniens, dotem debet conferre viro existente locuplete: aut minus in sua portione suscipere, qui si sit inops, debet actionem quam contra eum habet, cedere. in certis etiam casibus hic insertis mariti eam non releuat à dotis collatione inopia. Angelus.

Illud quoque sancire necessarium existimauimus in plurimis videlicet & innumeris [g] rebus quæsitum. obtulit enim pater [h] dotem, aut fortè mater pro filia sua. hanc antem illa obtulit marito: & defunctus est vir inops. deinde patre & matre [i] mortuis, exigitur [k] quæ nupsit, conferre suam dotem, aut minus tantò accipere. Siquidem [l] vir idoneus est: causa vndiq; absoluta [m] est. Si verò nullius alterius domina cõsistit illa, nisi actionũ, quæ contra maritum sunt: at ille minus idoneus [n] est: & obiiciatur mulieri [o], quòd iam data sit dos pro ea: illa verò actionem cõferat, nullum habentem penitus effectum legis [p]: causa nobis digna putata est. Et nouimus quidem iam in plurimis iudiciis † duritiam postea sic iudicatam, & mulierem coactam conferre dotem: aut certè reputare pro se datam, ex qua nullum ei omnino cõtigit effectum in ipsis rebus percipere. Nos autem † ex aliis nostris legibus iuuamus causam. Quia enim dedimus mulieribus electionem etiam constante matrimonio, si malè res maritus gubernet, & accipere eas, & gubernare secundum decentem modum, sicuti nostra constitutio [q] dicit: siquidem suę potestatis & perfectæ ætatis mulier est, sibimet culpam inferat [r]: cur mox viro inchoante [s] malè substantia vti, non percepit, & non auxiliata est sibi. sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res vndique & sine diminutione †, & in ea minus tantò collationem facere. Sinautem [t] sub potestate est, & sine patris voluntate hoc agere non poterat: siquidem adiens patrem hoc dixit [v], & contestata est, vt consentiret ei & res percipere etiam constante adhuc matrimonio, & secundis temporibus eas seruare, & hoc egit pater: etiam rursus hic integra habebit sua iura rebus ei suis seruatis: cũ ẽt antenuptialis donatiõis res vẽdicare (qa mulier) ẽt cõstante mrĩmonio dederimus [x] ei,

[a] Quindecim. in libro Ro. xxx.
[b] Et non quadragintaquinque. subaudi: sed totius sũmæ. s. xiv. & sic erat lucrũ quidẽ &c.
[c] Mensurę. i. similis quam &c.
[d] Prius. i. primo viro sub. dederat.
[e] A patre. no. qs probet. sic. ff. de edẽ. l. si quis ex argẽtariis. §. si. nam qui fuit semel diues, & postea pręsumitur: vt C. de proba. l. ex persona.
[f] Susceperit. No. particularis & pro rata diminutio. sic ff. de leg. j. l. si hęres. in fin. tit. & ff. ad l. Fal. l. in rõne §. ij.
[g] Innumeri. i. sine numero. Accur.
[h] Pater. quando pater obtulit dotẽ.
[i] Matre, quando mater obtulit.
[k] Exigitur. per. l. C. de col. dotis. l. quidam.
[l] Siquidẽ. ex hoc versicu. colligitur authen. quod locũ. quæ est in dicta. l. dotis.
[m] Absoluta. quia aut debet cõferre, aut tãto minus accipere.
[n] Idoneus. s. ad dotis restitutionem.
[o] Mulieri. s. ad restitutionem dotis.
[p] Legis. cõdendæ.
[q] Constitutio. vt C. de iu. do. l. vbi. et l. in rebus. in fin.
[r] Inferat. q. d. sibi imputetur: vt ff. de regu. iur. l. quod si quis.
[s] Inchoante. Sed videtur, quod debeat expectare tandiu, quod non sit soluendo, vt ff sol. ma. l. si constante. quæ est contra. So. hęc corrigit illam, vel illa secundum istam intelligitur: & erit hoc secundũ consuetudinem loquendi sicut homines dicunt: iste cœpit nauigare arg. ff. de fun. instr. l. cũ de lanionis. §. asinam. Sed quid si socero data fuit, & ipse vergat ad inopiam? Rñ. idem qđ in marito, cum eadem æquitas sit. ar. C. ad l. Fal. l. fin. Itẽ quid si vtrique data fuit: & alter vergat? Respon. potest agi: vt sic: quia verũ est male inchoari vti.
[t] Sinautem sub potestate. sic ergo filia agit cum consensu pr̃is. sed quare ipse pater non agit: vt C. de bo. quę libe. l. vlti. §. vbi autem. quæ est contra j. respon? Sed hoc speciale fauore dotium, ne pereant, & prolis procreandæ causa. Vel hoc corrigitur: vel illa non negat filio potestatem agendi, licet cõcedas patri. Itẽ no. de simili denuntiatione: vt. ff quis or. in bo. pos. ser. l. fin. & C. de bo. quæ libe l. fin. j. respon so. Accursius.
[v] Dixit. s. patri et cõram testibus: vt subiicit.
[x] Dederimus. id est, con

Diues semel semper talis præsumitur.

† Haloã. paulo id durius iudicatam.

† Cõcor. cum hoc §. c per vestras. iuncta gl. super verbo adinopiã. circa princip. extra, de do. inter vir. & vxorem.

† Haloã. & collationem in tanto maiore summa facere.

& posteriori periculo omni liberari. Sin autem illa quidem hoc contestata est patrem, ille autem neque mouit, neque consensit, & neque dedit licentiã filiæ[a] hoc agere: non eam periculũ pati, sed & conferri nudam actionẽ contra inopis mariti res, & fortunã esse communem & ipsi, & eius fratribus: non tamen ex collatione dãnificari: sed cõpetentem ei partem dari ex paternis rebus, actionem illa quidem conferente, ab omnibus autem mouendã fratribus: & hoc proficiendo vniuersis ipsis, quòd fortunæ euentus dederit. Sed siquidem pater in talibus casibus obtulerit dotem, & de eius substantia sperari futura est collatio hoc valere[b]. Si verò maior[c] fortè oblatio fuerit, & collatio circa illam vertitur spem †, ex patris inobedientia neque mouere volentis, neque permittentis ei mouere: tũc etiam per semetipsam filiam mouere, & non habere occasionem, eò quod non potuerit mouere, & sibimet auxiliari: & futuræ læsionis ex inopia viri amittere metum. Et nouimus Vlpianum sapientissimum talia quæsisse: & inope viro comperto, iuuisse mulierem, & inquantum vir idoneus est, collationem ei fieri voluisse[d]. Sed quoniam in multitudine legum existentium antequam eas cõstitueremus, & ad conspicuum perduceremus ordinem, plurima & necessaria ignorabantur: & decreta[e] quæ contraria vellent, à iudicibus posita sunt, ne vlla seductio[f] circa hoc fiat: propterea[g] necessarium putauimus, proinde[h] etiam in medio nostræ positæ constitutionis[i] (quæ etiam constantibus matrimoniis mulieri auxiliatur) ad meliorem & magis consequentem viam venientes præsentem ponere legem. Vt autem non per partes enumeremus personas, in quibus valere eam oportet, generali sermone decernimus: quapropter in quibus est collationis ratio, in his & cõstitutionem valere: siue auus, siue mater, siue auia aut ascendentium aliqua sit persona. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacrã insinuata sunt legem, tua celsitudo per programmata propria manifesta facere vniuersis solẽniter procuret, & in perpetuum seruare festinet.

TITVLVS IX.

DE DVOBVS REIS promittendi[k].

Duo rei promittendi constituũtur, si adiectum fuerit vnumquenque insolidum teneri: quo casu vtroque soluendo existente & præsente quilibet conuenitur pro parte: & negotium communiter examinatur, & fertur sententia: sed alio non existente soluendo in totum vel in parte, vel si est absens conuenitur alter insolidum, vel in eo quod alter soluere nõ potest: & per iudicem ordinarium ad iudicem venire compellitur: his omnibus in futurum obtinentibus. Barto.

Imp. Iustinianus A. Ioanni gloriosissimo Orientalium prætoriorum præfecto iterum ex consule ordinario & patritio.

NOuimus pridẽ ponentes legẽ de electione[l] mãdatorũ[m], & fideiussorũ, & sponsorũ, multas habentẽ & in cõmune vtiles nostris subiectis legislationes[n]. In præsenti verò & aliud nobis visum est egere[o] quadã explanatiõe[p] & incremẽto[q], nõ ex gñe, neq; vsu impfecto[r] & inutili consistente. Si qs enim alterna[s]

est, cõcesserimus: vt C. de iur. do. l. vbi.

[a] Filiæ. agenti de dote.

[b] Hoc valere. qđ de cõsensu dictum est. nam si mater, non est necessarius cõsensus patris: cũ non sit profectitia, neque matris, cum nõ sit in potestate.

[c] Si verò maior. i. magna. paruã vel magnam intelligo secundum qualitatem personarum.

[d] Fieri voluisse. quod de eo rñsum inuenies. ff. de col. do. l. j. §. cum dos.

[e] Decreta. s. principalia. i. leges. Al.

[f] Seductio. id est, ignorantibus subiectis, quæ debebãt seruare.

[g] Propterea. s. nos venientes perinde ad meliorem & magis consequentem viam.

[h] Proinde. i. post ea: sicut dicitur abinde, & deinde.

[i] Constitutionis. nostræ positæ in medio. s. inter hanc & Vlpian. q. d. melius modo et sublimius quam consueuerimus per legem nostrã. C. de iure do. l. vbi.

† Speciem.

[k] DE DVOBVS reis promittendi.

Nomine duorũ & plures intellige: vt instit. eo. §. duo. & dicuntur rei stipulandi, qui eandẽ rem stipulantur: debendi, qui eandẽ rẽ debẽt: vt ff. e. l. j. & non à reatu: sed à re, quam simul plures promittunt, vel stipulãtur. vel reus, i. firmus, quia firmiter ꝓmittit, à reor reris.

[l] Nouimus. Electiõe. s. inhibẽda: vt s. de fideiuss.

[m] Mandatorum. inter hos no. differentiã: vt diximus. s. de fideius. §. j.

[n] Legislationes. nam & alia præterquam de electione multa continentur in constitutione illa. Azo.

[o] Egere. s. ea lege.

[p] Et incremento. incrementum dico ex gñe & vsu non imperfecto, neque inutili: sed perfectũ erit & vtile tam ad genus contractus. sup quo ponimus, quã ad vsum: quia in frequẽtia est hic tractatus. & sic super frequenti fiunt leges: vt institut. in proœ. §. cũq;. & s. de hære. & falc. in princ. ibi, quæcunque quidem &c.

[r] Vsu impfecto. in lib. M. vsus.

[s] Si quis enim alterna. i. & vnus fideiubeat ꝓ altero expressim seu tacite. Hic nota. pro Martino, ꝙ duo rei videant̃ inter se fideiubere: vt hic, & ff. de duo. re. lege reos. in princi. sed Ioan. contra & in prædictis leg. dicas, ꝙ specialiter hoc fuit actũ pro Io. ff. de arb. l. si duo. & ff. de excep. l. exceptiõnes. §. rei. tu dic secundum Azo. distinguendũ, an peruenit ad vtrunque eorum: & tunc quatenus ad alium peruenit, videatur alter fideiussisse. An ad vnum tantum, & tunc alter insolidum videatur fideiussisse: vel si non esset diuisa, sed in communes vsus expensa, tunc serua quod dicitur. ff. ad Vellei

† Halo. & neque ignobili contemnendaq; nec communibus resp. vsibus inutili cõstituta appendicẽ

Vellei.l.vir vxori.in fin. vbi hoc dicit. & secundum prædicta patet secundũ M.dari act.mandati vni contra alterum, si solus vnus soluit secundum Io.nõ mãdati, sed negotiorum gestorum. & sic vario modo intelligunt. C.de duo reis.l.j.

Omnino.i.insolidum. Alber.

Absentes. sed cum inuicem videãtur fideiussores, cur non datur præsenti tempus ad reducendũ absentem: vt s̃.de fideiuss.§.j? Rñ. plus ibi operatur exp̃ssa: fideiussio quam tacita: quæ quæstio secundum M. procedit: secundũ Io. non: cum videãtur fideiubere adinuicem, vt diximus s̃. e. in prin. §.j.

fideiussione [a] obligatos sumat aliquos: siquidem non adiecerit oportere & vnum horum insolidum teneri: omnes ex æquo conuẽtionem sustinere [b]. Si verò aliquid etiam tale adiiciatur: seruari quidem pactum [c] : non tamẽ mox ab initio vnũquemque insolidum exigi: sed interim [d] secundum partem, qua vnusquisq; obligatus est [e] : cedere [f] autem eum & contra reliquos actionẽ, si & idonei sunt, & in eo loco. & si hoc ita se habere videatur [g] : siquidem idonei sunt, & præsentes inueniantur, illos periclitari complere [h] in singulos [i] in propria parte, quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino [k] obligati sunt, & non commune debitum proprium cuiuspiã fieri onus. Si verò minus idonei se habere reliqui videantur, siue omnes, siue quidam, siue in partem, siue insolidum, siue absentes [l] fortè: in illud tenere, quod accipere ab aliis non potuit [m]. Sic enim & illis seruabitur pactionis modus, & nullũ [n] sustinebit damnum actor, licet aliquid [o] inter se illi pepigerint [p] ignorante isto, qui habet eos obligatos: & vnusquisque tenebitur in id quod ab initio scripserit: & artibus, aut dolis, aut transactionibus præuaricari, quæ constituta sunt, non sinendos. Si autem iisdem commorentur vtrique aut omnes locis: sancimus, negotij iudicem deducere [q] illos mox, & communiter examinare negotium, communiter autem inferre [r] sententiam. Sic enim [r] & rei omnes obligabuntur [s] & substantiæ eorũ qualitas examinabitur: & debitum similiter quidem secundum iustitiæ, similiter autem secundũ legum ordinem procedet. Si autem non administrator [t] sit causæ iudex, sed alter aliquis: damus licentiam aut incompetenti iudici interpellationem suscipienti [v], aut in prouinciis his denunciatis clarissimo præsidi, aut competenti [x] iudici cogere per suum officium, & illos [y] interesse liti, & partem eius fieri: vt nullum impedimentum huic nostræ legi fiat: his omnibus incipientibus in contractibus sequẽtis temporis, & ab huius legis dispositione. quod autem ante eam præteriit, positis pro his relinquimus legibus [z]. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuiq; conautem non addant.

Fideiussione.i. promissione: vt ff. eo.l.aliter.

Sustinere idem iure veteri videtur hoc casu. ff. eo. leg. reos.§.si.& C. eod. l.ij. & hic no. quod hinc sumitur auth. quæ est. C. eod. l.ij.

Pactum. hoc est quod tenebuntur insolidum.

Interim.i. donec appareat eos esse soluẽdo, qui præsentes sunt.

Obligatus est. ripete exigi.

Cedere.i. accedere. & secundum hoc sine quod sequif, sunt duæ partes. si, & ve: pro &. q.d. accederet & cõtra alios si sint idonei & præsentes. & hoc statim clarius exprimit: & sic ita corrigit hic quod est in C. de duo. re. l.ij. quæ est contra: vt C. locati. l. si diuisa. quæ est cõtra, vt & alibi vbicũq; dicit duos reos insolidum cõueniri: nisi in his duobus casibus. s. qñ est absens alter, & quando nõ est soluẽdo. & quod hic dicit in duobus reis, idẽ est in pluribus tutoribus: vt ff. de tute. & rat. dist. l.j.§. nũc tractemus. & fideiussoribus & constitutionibus: vt C. de constitu. pecu. l. si. sed non idem in pluribus fideiussoribus eiusdem tutoris: vt ff. rem pupil. sal. fo. l. fin. Sed an beneficio huius l. potest renunciari? Dic q; sic: vt C. de pact.l.pen. sic se habet consuetudo. Item nunquid & plures res stipulandi similiter diuidunt petitionem suam? Rñ. forte non: quia neque hoc dicitur in titulo, neq; prodest reo. nam si etiam vni soluerit, liberatur ab omnibus: vt insti.e.§.j.& ff.e.l.ij. Accursius.

Videatur.s. si sit adiectum quemlibet insolidum teneri.

Complere.i. illos pati periculum complendi in propria &c.

In singulos.i. actione cõpetente. simile periculum

Expressum plus tacito operatur.

Non potuit. sic in tutoribus vno soluendo constituto, aliis non: vt ff. pro quibus rebus ad eũ. tu. ea. l. fin. sic in fideiussoribus: vt C. de fideiuss. l. ij. sic. C. ad Velle. l. antiquæ. §. sed si minus.

Nullum. alias nullius.

Aliquid. puta vt vnus non teneatur pro alio aliquo casu.

Pepigerint. q̃d facere non possunt in præiudicium creditorum: vt hic, & C. de pact. l. debitorum. & l. pacto.

Deducere. re & verbo, quod faciet tantum ordinarius nõ delegatus: vt s̃. de exhi. & intro. §. si verò etiam quidã. coll. v. & hic subiicit. Accur.

Sic enim. i. si omnia supradicta seruentur.

Obligabuntur. insolidum in contractu.

Nõ administrator. i. non ordinarius: sed delegatus forte. sic ponitur administrator. C. de iudi. authen. ad hoc & d cta auth. s̃ de exhi. & intro. §. si verò etiã quidã.

Suscipienti s. delegato, si habet merum imperium: vt s̃. de exhib. §. fin

Ferre.

Competenti. puta spectabili vel illustri. Azo.

Illos. s. reos defendi, qui præsentes volunt adesse.

Legibus. sed cum olim vno conuento interim alter non conueniretur: vt ff. de pac. l. quot ies. §. si creditor. & vno conuento alteri solui non poterat: vt ff. e. l. ex duobus. Item ab vno vel ecõtra vnum facta conuentione, interruptio omnibus vel contra omnes fiebat, vt C. eod. l. fin. Quæro, cum hodie quasi diuersa sunt, vt dixi hic, an prædicta iura seruentur, & an sint

correcta

tradere festinet.

TITVLVS X.

DE TEMPORE non solutæ pecuniæ [a] super dote.

Exceptio non numeratæ dotis olim toto tempore matrimonij, & eo soluto intra annum competebat: hodie verò si matrimoniũ intra biennium durat, prædicta competit exceptio: & etiam eo soluto competit intra annum. matrimonio verò soluto vltra biennium intra decennium dicta exceptio viro & hæredibus eius competit. Bartol.

Imper. Iustinianus A. Ioanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule ordinario & patricio.

OMnes pecuniæ non numeratæ replicationes [b] subiectas in aliquibus casibus [c] nõ examinatas [d] nostræ reliquerunt leges, sed prolixitatem earum & effusionem abbreuiamus †; ne sua negligentia, aut calliditate forsan negotiis [e] fruantur homines, & causas præbeant aliis [f]. Non enim sub æqualitate semper [g] probationes erunt, eas exhibere volentibus: multa quoque tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreuiamus in quibusdam casibus pecuniæ non numeratæ q̃relas: quas licet ex iis, quę à nobis iã sancita [h] sunt, colligere [i]. Quia enim omne tempus matrimonij dabatur [k] viris, donec matrimonium cõstaret, queri de non data dote: interpositio quoque maior facta est etiam post mortem virorum, vt & post repudium intra annũ daretur querela. ideo existimauimus breui & compendiosa lege velocem facere & pecuniæ nõ numeratæ super dote querelam, & liberare à probatione mulieris in talibus ex longo tempore [l]. Si ergo annis duobus solummodo habeat aliquis vxorem, aut etiã his temporibus minus, & nõ accipiat dotem nihil ex taciturnitate vir lædatur, neque hæredes viri, licet tacuerit ille: sed intra annum alium querela moueatur. breuitas enim matrimonij [m] ad hanc nos legislationem vocat. Si verò maius biennio tempus, minus autem decẽnio matrimonium protendatur: damus marito queri [n], & dicere non illatam sibi dotem, aut in partem, aut in solidum: & si hoc fecerit, transmittere [o] querelam, semel marito querente, & muliere, quia dedit non probante. Si autem neque intra decennium queratur: taciturnitate [p] mariti auferimus querelam: neque ei post decennium hoc agere sinemus, nec annum dantes vlterius hæredibus eius. sitque in hoc non nostra aduersus aliquos pœna, sed libertatis subiectorum diligentia [q]. Vbi enim licet in prolixo sic tempore, decennij dicimus, proponere querelam: si tacite elegerit, palàm est voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eum aut suos reddere hæredes: his valentibus [r]. & si repudio solui contingat matrimonium: in nullo discernentibus nobis siue mulier tanquam dotem offerens conscribat, siue pater, siue alter quispiam pro ea: tempore in omni casu tali (sicut prædiximus) extendente suos effectus, & dante vel perimente querelam. Contestationem verò dicimus non in sermrnibus solùm (sæpe enim indignationis, aut alterius incidens occasio talia quædam virum præparat dicere: aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redempti hoc mentiuntur) sed oportet contestationem

correcta: Rñ. l. ff. eo. l. ex duobus. nõ puto corrigi. Item nec corrigi. C. e. l. fin. sed quod dixi, quod vno conuento alter interim nõ cõueniebatur: hoc determinatur per hãc. l. vt omnes conueniãtur, si sunt soluendo.

a De tempore nõ solutæ &c.

b OMnes pecuniæ. Replicationes. i. exceptiones. Accursius.

c Casibus. vt in dote.

d Non examinatas ad plenum.

e Negotiis. i. in suis negotiis callide vel negligenter versentur hoies.

f Aliis. i. hominibus callidè vel negligenter versandi. & sic no. quod tollitur materia peccãdi. sic inst. vi bo. rapt. §. sed ne dum.

g Semper quoniã post longum temporis spatium, nec documenti integritas, nec artis fides, nec ætas valet testibus suffragari: vt j. hæc constitutio innouat constitutionem. Al. Item post temporis interuallum non eadem fides testibus habetur: vt ff. de Carb. edic. l. iij. §. causæ.

† Haloãæ homines ex socordia forte sua & improbitate quasi ex pmercio fructũ caperent, aliisq̧ negocia facesserent.

h Sancita. vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. Acc.

i Colligere in libro R. deest.

k Dabatur. vt C. de dote cau. l. si. Accursius.

l Tempore. scilicet suscipientes grauamẽ probationũ.

m Matrimonij. q̃ durauit tantummodo per biennium. s. vt dictum est.

n Queri alias cõqueri toto tempore matrimonij: vt hic, & etiam postea per tres menses: vt j. §. si verò vltra biennium.

o Transmittere. scilicet ad hęredes: vt hic & C. de non. nu. pe. l. si itra. §. fin aũt. & l. cum vltra.

p Taciturnitate. imo videtur, quod statim sibi præiudicet, cum ex causa fuerit confessus: vt C. de non nu. pe. l. generaliter. & ff. de proba. l. cum de indebito. §. fina. quæ sunt cõtra. Sed speciale in dote, vt nõ statim præiudicet confessio: licet ex causa. sic est speciale in mutuo, in odium creditoris, vt tantum post bienniũ præiudicet: vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. in prin. Accur.

q Diligẽtia. No. exceptiones nõ in pœnã, sed propter subiectorum libertatem inductas: vt non omni tempore de suo iure dubitẽt vt instit. de vsucap. in prin.

Exceptiones in subiectorum libertatem inductæ sunt.

r His valẽtibus. nam à §. si ergo. vsque huc dictũ est, quãdo solutum est matrimonium morte viri, vel vxoris. Accursius.

In lite

in literis esse [a]. Si autem etiam in iudicio eam aliquis fortè facere voluerit: oportet omnino innotescere mulieri, aut ei, qui dotem omnino offerre cõscripsit. Nam nihil est, quod prohibeat maritum insemetipsum hoc agere, & queri quasi: & partem quidem mulieris quod agitur, ignorare: prouidentiam verò sui etiam ponere nullo valere modo [b]: & quia vel ab eo querela facta est, nescire.

Generaliter [c] igitur dicendum est intra bienniũ quidem matrimonio soluto siue morte, siue repudio, & ipsi marito de non numerata pecunia licere queri, & hæredi eius intra alium annum. Si verò vltra biennium vsque ad decem [d] annos matrimonium extendatur: marito damus querelam [e] & hæredi eius intra menses tres. Si verò transcurrerit [f] decennium: tunc neque marito, neque hæredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra ætatem maritus sit, & non queratur [g]: tantùm ad in integrum restitutionem [h] ei damus tempus, vt transcendat [i] duodecim annos à tempore nuptiarum [k].

Nouimus enim eos qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minores quindecim annorum [l] ad hoc procedere: qua de re transit quintum & vicesimum annum: & erit posibile intra vicesimumseptimum [m] annum queri de non numerata pecunia dotis: moriente quoque eo intra prædictum tẽpus [n]: hæredes habere [o] annũ [p] ad querelam.

Si autem minores sint non querentis hæredes, siue maioris, siue minoris: quinquennium habeant solummodo ad mouendam querelam non numeratæ pecuniæ: sufficiente eo tempore, & non expectante exitum [q] omnium minorũ temporũ [r]: quod nos ad præsentem legem [s]

Quando scriptura est necessaria: vide in ca. j. in iij. gl. extra, de cen. li. lib. vj.

¶ Halcãder modo prius in animo reponat nulla id ratione valere posse contra eũ, qui quod querela aduersus ipsum facta sit, ignorat.

[a] In literis est: .no. querelam non numeratæ dotis in scriptis fieri debere, sic & in attestatione filiis furiosis facta: vt j. vt cũ de appel. cog. §. si quis de prædictis. sic etiam in libello est scriptura necessaria: vt s. de exhibea. §. sancimus. col. v. & C. quando lib. prin. da. per totum. sic & C. de mand. prin. l. j. regulariter autem etiam sine scriptura: v C. de pa. l. pactum. Item no. ꝙ si fiat in iudicio. debet innotescere mulieri, vel ei qui dotẽ cõscripsit. sic & j. de litigiosis. §. omnẽ vero. in prin.

[b] Valere modo. s. mulierẽ, cũ ignoret: vt subiicit.

[c] Generaliter. repetit breuiter quæ dixit, & addit parum j. s. de tribus mensibus. & no. ꝙ hic sumitur authẽ. quæ est. C. de dot. cauta non nume. pecu super. l. si.

[d] Ad decem. non est exclusiuum. Io.

[e] Querelam. scilicet dum viuit.

[f] Transcurrerit. vel transierit. Acc.

[g] Et non queratur. id est, contestationem secundum quod supra dictũ est, intra tẽpus non opposuerit.

[h] Restitutionẽ. hanc restitutionẽ putat Io. quod suo iure habeat minor & si eã non petat, sed directe hanc exceptionem proponat. sed hæc litera aperte dicit cõtra. vnde secus puto, ꝙ scilicet petatur per officium iudicis: vt ff. de mino. l. quod si. in fin. & hic cum scripsit se dotem accepisse post confectionem dotalium instrumentorum: si vero ante cõfectionem, nõ est necessaria restitutio: cum except. habeat iure communi sicut quilibet maior. Sed certe licet habeat exceptio. iure communi, tamen restitui potest, secundum Azo. vt ff. de minoribus. l. in causæ. ij. §. Pomponius. Accursius.

[i] Transcendat. s. ius commune vsque ad ann. xij. vltra xij. non audiatur.

[k] Nuptiarum contractarũ secundum M. arg. C. de nupt. l. sancimus. & sic poterit opponi intra xxxvij. ann. vna die minus si ponas maritum in vltima die xxv. ann. contraxisse. vel dic contrahendarum, secundum Bul. vt probatur per hæc verba, nouimus enim eos, &c. & sic vsque ad vicesimumseptimum annum vna die plus. nam à xv. an. completo in antea fit computatio. Item contra M. facit aperte hic, vt dicit. & si quidem sit maritus intra ætatem, & non queraẽ. nam & ex hoc oportet intra ætatem tempus exceptionis cucurrisse, & eum non fuisse conquestum, quod nunquam dici potest eo casu, quando in vltima die xxv. ann. contraxit, cum non posit exceptio tam breui tempore finita esse. scilicet vna die. Sed non attenditur secundum M. nisi quod concesio fieret intra ætatem. sed certe imo est attendendum etiã, quod sit præscriptio completa: vt prædicta litera dicit, & sic etiam secundũ eum cũ diceret: vsq; ad xxxvij. annos produci oportet quod tantum sit intra xxv. antequam potuerit exceptio cucurrisse. & ita anno xxv. vsq; ad xxxvij. annum vna die minus ad plus proceditur, etiam secundum M. Sed nos Bu. sententiã. probamus.

[l] Quindecim annorum. de consuetudine forte, aliud de iure: vt instit. de nup. in prin.

[m] Intra vicesimũ septimum. id est citra, vel secundum Ioan. etiã, pone proprie.

[n] Tempus. xij. s. anno.

[o] Habere. scilicet maiores.

[p] Annum. speciale. nam habere regulariter quis debet, quod defuncto superat secundum omnes. Azo.

[q] Exitum. id est, non considerabimus, quantum morienti vel successori suo superest tẽp᷑.

[r] Temporum. nã semper tempora prædicta seruabimus.

[s] Ad præsentem legẽ. sunt ergo hic minori sex specialia. Primum, vt licet hæc præscriptio sit tẽporalis, scilicet anni vel trium mensium: vt s. proxi. tamen currit minori. vnde restitutio necessaria est, vt hic: alias contra: vt C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necessa. l. si. sic est in quibusdam aliis casibus speciale: quod dic: vt s. de hære. & Falcid. §. pupillus. Secundum, quia alias restituitur minor intra tempora constituta à iure, scilicet xxx. an. vt C. de temp. in integ. restit. l. si. hic autem intra xij. an. Tertium quia alias incipit quadriennium elapso xxv. ann vt ff de mino. l. interdum. hic autem à tempore nuptiarum contractarum secundum M. vel contrahendarum secundum nos. Quartum, quia maior minori succedens habet quadriennium: sed hic habet annum quantumcunq; supererat defuncto. Quintum, quia minor minori vel maiori succedens habet sua tempora ratione suæ ætatis: & postea quadriennium. hic autem quinquẽnium est. Et sextum quia hoc quinquẽnium currit in minori ætate huius succedentis adeo, vt non restituatur: alias contra: vt ff. de mino. l. etiam ei.

Minor plura specialia habet.

Muliere

mouit. muliere nãq; [a] cõiuncta quarto & decimo anno, post vicesimum [b] annum mortis patris abutens minori ætate, mouebat [c] quidem contra matrem [d] non numeratæ pecuniæ obiiciens rationem post quartum & vicesimum nuptiarum annum. quod nos iudicantes curauimus, & propter has circunstantias, & ętatem minorum in quinquẽnium in præsenti decernimus lege: illo videlicet nõ numeratam pecuniam obiiciente, qui scriptus fuerit dotẽ suscepisse, & secũdum sua tempora, siue perfectæ ętatis sit, siue minoris causa iudicanda. Valente hac lege super iis, quæ postea futuræ sunt nuptiis. super iis enim, quæ constant, siquidem residuum est decẽnium, aut non minus biẽnio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod † ei etiã post transmissionem dabit. Si verò aut minus ei biennio reliquum est tempus, aut etiã excessit totum decenniĩ tẽpus: tũc ipsis quidem biennium damus ad querelã non numeratæ pecuniæ: eorum autem hæredibus & post solutionem matrimonĩj intra tres menses, vt per omnia eis iustitiã seruemus. Quæ igitur placuerũt nobis, & per hanc sacrã declarata sunt legẽ, tua celsitudo manifesta omnibus facere festinet.

TITVLVS I.

NEQVE VIrum, quod ex dote est, neque mulierem ex sponsalitia largitate lucrum proprium habere, sed seruare dominium filiis. Et si vel ad secundas nuptias veniant, vsufructu solo [f] in lucro consistente: & vt repudio transigentes nuptias, lucrantes aut dotem, aut ante nuptias donationẽ, & ipsis similiter dominium seruẽt filiis, vsum habente persona cogenda filios alere [g]. si verò bona gratia soluantur nuptiæ, & videantur occasione damni detineri quędam: & hac arte † perimẽdæ, quæ detinentur, & filiis seruentur [h].

COLLATIO VIII.

Matrimonio soluto morte, diuortio, vel bona gratia, lucrum dotis vel donationis propter nuptias debet seruari liberis illius matrimonij, quò ad proprietatẽ, vsufructu solo à lucrante retento: & quod ab altero coniugum quæritur, retinetur: his obtinentibus siue coniuges ad secunda vota transierint, siue non. Bar.

Imper. Iustinianus A. Ioanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsule ordinario, & patricio.

EA quidem, quæ semper idẽ se habent, legibus non egent variis, simplicitatẽ, & quod sine [i] vllius diuersitatis mistura est, continuè possidentia, & vtentia legibus sempiternis ac sacris nulla correctione egentibus. Quod autem secundum nos est in redũdationis comprehensum tumultum [k], gubernatiua indiget sapientia, ex legibus superueniente negotiis [l]. Vnde quoniã nos neq; ad iudicia [m] segnes, multis interpellantiũ causis, singulis quidem medemur, comprehẽdentes autem vnãquanq; quæstionẽ dubitatã à nobis, & iudicibus nostris, per legislationẽ, quæ oporteat agi generaliter in vnaquaq; quæstione, exponimus. Itaq; illud ante omnia visum quidẽ est forsan esse priscis legislatoribus nõ sine quadã diuisiõe: nobis autẽ putatũ est bene se habere temperata lege ad simplicitatẽ causam transponere, et nũc inchoante, & nihil perscrutante horũ, quæ prius terminata sunt [n]: quoniã & nobis ipsis pridẽ nõ displicentibus [o] de hoc ipso quæ legibus visa sunt meliora secunda (nuptialibus, namq; lucris siquidẽ aliquis coniunctorum seruauerit pudicitiam, manentibus apud ipsos validè, & eorum substantiis infixis: si verò veniat ad alterius personæ coniunctionem, ex prioribus nuptiis filiis seruandis [p]) simplici [q]

a Muliere nãq;. mulier nupsit viro habenti xiiij. an. ex eo cõcepit: & durauit matrimonium per quatuor annos: deinde vir decessit: & post mortem eius elapsi sunt xx. anni: & tunc agit de dote mulier, sed filius, quem ex dicto marito habuit exceptionẽ opponit ratione suæ ætatis: & sic post xxiiij. an. à tempore cõtracti matrimonij. & dicit mulier eadẽque mater quod nõ potest, cum tantum quinquẽniũ habet post mortẽ patris.
b Vicesimum. alias xxx. & ita dices durare matrimo. xiiij. an.
c Mouebat. s. filius defuncti.
d Contra matrẽ. scilicet marito maiori vel minori.
NEQVE VIrum, quod ex, &c.
e Vel. pro etiam.
f Solo. & non proprietate, & hæc prima pars expeditur. j. eo. vsque ad §. illud.
g Filios alere. & hoc expeditur. j. e. §. illud. vsq; ad §. fi. qui incipit, nouimus. Accur.
h Seruẽtur. & hoc expeditur. j. eo. §. fi.
EA quidem. Quod sine. id est, subaudi.
k Tumultum. i. redũdat in tumultũ: quia adhuc vacillant apud hoĩes.
l Negotiis. datiui casus est.
m Iudicia. subaudi circa. Accur.
n Terminata sunt. i. statuta ab aliis principibus & à nobis ipsis. Al.
o Non displicentibus. i. non displicuerũt secũda, quæ visa sunt nobis meliora legibus primis. s. tractantibus de hac materia. &

† Alias, quod & etiam restitutio in integrum dabit.

sic participium in verbũ resoluitur. sic not. q; corrigit seipsum. sic. s. de nuptiis. §. j. coll. iiij. & j. vt fratrũ filij. in prin. coll ix. lex em antiqua idem quod hic dicit: vt C. de sec. nup. l. quoniã. § fi. & l. hac edictali. §. fi. sed alia. s. de nu. §. si vero. distinguit. nũc aũt dicit indistinctè: sed per aliã. j. vt fratrũ fil. coll. ix. distinguit: vt iam dices. Acc.
p Seruandis. lucris.
q Simplici. hac scilicet,

Corrige seipsum licet.

† Parti.

quadam & meliori lege duplicem hanc placuit interimere. Si enim ſecundis[a] miſta nuptiis mulier aut etiam vir fortè ad ſecundã reſpiciens coniugẽ, quę ex morte lucrata ſunt, aut etiam ex repudio fortè, ſeruat filiis (cum vtique forſan & aliÿ erunt eis filÿ ex nuptiis ſequentibus) quomodo iuſtum eſt eos, qui in ſolis filiis[b] legitimis moriuntur, non ſeruare eis lucra ex mortuis eorum parentibus, ſed aliis[c] ea tranſmittere? Scilicet quid erit pretioſius[d] filiis[e] apparentibus non ingratis? Propterea igitur ſancimus, ſi mulier moriatur, & eueniat lucrum fieri viro dotẽ hanc omnino ſeruare filiis, ſiue ad ſecundas veniat nuptias, ſiue etiam[f] non. Et ex diuerſò, ſi mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra[g] propriis filiis ſeruare: vſum quidem lucrorum ex nuptiis apud eos conſtitutum[h]: proprietatem verò eorum filiis omnino ſeruandam: iis, quæ ſuper parentibus ad ſecundas venientibus nuptias ſancita ſunt, in ſuo ordine ſeruandis. & hoc valere matrimoniis quocunque modo ſolutis, ab hodierna die, & in omne[i] tempus quod ſequitur, & his matrimoniis, quæ iam ſoluta ſunt quidem, ſiue morte, ſiue quolibet alio modo, adhuc autem pendente[k], eò quòd vnus ſuperſtes ſit. Nam ſi ambo defuncti ſint, hoc hæredibus non damus: ſed tanquam ſemel terminatum, veteribus relinquimus legibus. Illud certum eſt, quia dum ſemel fuerit filiorum, & proprietatem lex deferens eis præſtiterit: tunc in ſucceſsionibus & aliis acceſsionibus,[l] ita & in his erit: ſicut & in prioribus ſancitum eſt filiis, qui propter ſecundas nuptias parentum, lucrum aliquod ex legibus ſunt potiti. Illud quoque ex quadam cauſa denuntiatum[m] nobis, ad legiſlationem deducere exiſtimauimus oportere. Quia enim † tranſegerunt quidem inter alterutros[n] & vir & vxor: filios autem, qui eis erant ex matrimonio, deſpexerũt eos ambo, & circumibant mendicantes[o]: propterea iudicauimus vehementiori[p] quidem fortè † conuenti[q] & melius ſe habenti vti lege: vt timore ſcilicet pœnarum quieſcant aut lucrorum[r] cauſa iniuſtorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios. Si enim omnino aut per tranſactionem[s], aut per modum[t] alium ſeparetur matrimonium: ſi quidem non ſunt filÿ: maneant priora in ſuo ordine. Si verò filÿ exiſtentibus fiat hoc, & neque filios erubeſcentes[v], dent tamen occaſionem ſpontaneam & tranſactionis, & per conſenſum factæ, aut etiam inuitæ, forſan peccante † viro, aut committente † digna amiſsione[x] antenuptialis donationis, aut muliere[y] digna caſu[z] dotis: neq; vir dotem lucretur, neque mulier antenuptialem donationem: ſed repente caſu præcedente, aut dotis, aut antenuptialis donationis proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios, & eorum fiat, vſu ſolo apud tranſigentes manente: cogendo tamen eo, qui vſum lucretur, filios ex eo matrimonio & alere, & alia omnia miniſtrare eis ſecundum lucratæ ſubſtantiæ menſuram[a]. Nouimus autem aliquid etiam tale factum: quia & bona gratia diſſolui matrimonia, & recedere[b] quidem ante-

ſcilicet, quæ eſt melior antiqua duplici.

a Secundis. ſ. parentibus.

b Solis filiis. ſ. exiſtentibus ex primo matrimonio.

c Sed aliis. ſ. extraneis.

d Pretioſius. quã huiuſmodi lucra ſupradicta eis ſeruari à parentibus.

e Filiis. ſ. prænominatis.

f Siue etiam. ſed hodie cõceditur viro & vxori virilis portio ſecundũ numerum liberorum: vt aliquid amplius ſit ei, quæ non nubit, quã ei, quæ nubit. & ſic in iſta per alium determinatur et corrigitur: vt j. vt fra. fil. §. quia verò colla. ix. quæ eſt contra.

g Lucra. ſ. ſancimus ſeruare.

h Conſtitutum. dicimus.

i Et in omne. ſ. lucrum. Al.

k Pendente. ſ. matrimonio: qa vnus coniugum ſupereſt vt ſubiicit. & ſic trãſit de plurali ad ſingularem. Azo. cum dixerit prius matrimoniis: nunc matrimonio. & ſecũdum Al. dicit ꝙ pendet ſuperſtite illo, qui fecit lucrũ. & ſic no. quod dicitur pendere matrimonium vno tãtum ſuperſtite. Ac.

Matrimonium vno tantũ ſuperſtite pendet.

l Et aliis acceſsionibus. hypothecarum, quam in bonis ſeruãdis eas poſſunt vẽdicare filij: vt C. de ſecũ. nup. l. hac edictali. §. vlt. fructus ſunt eius ſeruat. Accur.

m Denũtiatum. ſ. à nobis. Accur.

n Alterutros. i. inter ſe vel adinuicẽ diuerterint.

o Mendicantes. ſ. filij.

p Vehementiori. i. duriorem pœnã inferente. Accur.

q Conuenti. quaſi dicat conuenienti ſuper interpellatione forte ad id, quod melius ſe habeat. Accurſius.

r Lucrorum. lucra iniuſta ſunt lucrantibus propter ſolutionem matrimonij: vñ filio applicat̃ ꝓprietas: vt ſubiicit. j. Azo.

s Per tranſactionem. quia vnus cõiugum cõmiſit delictum, quare ab altero ſit repulſus.

t Per modũ quia vnus repellit aliũ ſine cauſa: ſed in ſequenti. §. nouimus. loquitur quãdo bona gratia.

† Haloã. trãſierũt.

v Erubeſcentes. ſ. parentes. & dic ꝙ filios, eſt accuſatiui caſus: & conſtrue ſic: & parentes non erubeſcentes filios dent actiones. &c.

† Haloã. conuenienti.

x Digna amiſsione. i. quia vir commiſit ea ꝓpter quæ eſt dignus, vt donationem amittat. & idẽ in vxore ſubiicit, & ſi nõ cõmittat ſecundũ Azo. vt j. §. ꝓx. dicit. Ac.

y Muliere. repete committente.

z Caſu. i. amiſsione.

a Menſurã. Not. ꝓxi. filiũ ali ſcdm ſubſtãtiam patris. quod facit ad id quod dicimus. ff. ad Mace. l. ſed iul. §. quod dicitur.

Filius ſecundũ patris facultates ali debet.

b Recedere. id eſt, redire

† Petente in vetuſtis & ſcriptis exemplaribus.

† Haloã. quæ tamẽ obtulit occasionem quasi &c. Princeps omnium patet est.

redire.

a Quasi damni. s. dati à viro vxori, vel contra.

b Hoc egit. id est, curauit.

c Dicimus autẽ. not. principem omnium patrem & legis: vt s. de incestis nup. §. dubitatum.

d Nihil. No. omnia intelligi remanere, quæ expresse non corriguntur, sic. C. de appel. l. præcipimus. in fi. et s. vt determinatus sit nu. cler. in fi. col. j. Accursius.

e DE APpellationibus.

f SVbiectorum. Sed quæ est differentia inter hunc titu. & s. de appella. & aliũ de iis, qui ingre. ad appellandũ? Respõ. primus de appella. tractat de prĩcipiis appellationum: secundus scilicet de iis, q ingre. tractat de fine. hic autem incidenter positus fuit, non ex proposito: sed ex quæstione tali facta: vt in prin. huius constitutionis qua dicitur breuiter, quod si pendente causa appellationis compromittatur in arbitros, tempus qđ ibi fuit, non nocet exercitio, quod fieri habet intra annũ vel biennium: vt. s. de iis, qui ingre. ad app. §. j.

g Patronus. i. aduocatus: vt C. de postula. l. quisquis. Accursius.

h Quia lege. vt s. de iis, qui ingredi. ad appel. in prin.

i Hesychium. i. auunculum siue patruum, qui vulgo dicitur theius: vt j. de hære. quæ ab intest. §. si autem defunctus. col. ix.

k Aduersarios. inter se vel inuicẽ. Accursius.

l Litem. principalis causæ. Accur.

m Additum. id

nuptialem donationem ad eum, qui conscripsit, dotem verò ad eam †, quæ obtulit: tamen occasione quasi damni [a] & aliarum causarum, auri quantitas non mediocris vtrique data est parti, vt non videretur hoc nuptiale lucrum, neque seruaretur filiis secundum de hoc leges: sed extrinsecus accedens quasi ex alia causa, lucrum fieret eius, qui accipere hoc egit [b]. Ideoque ex hac arte factam curantes læsionem, sancimus, vt vel si quid tale fiat, & adueniat alteri aliquod lucrũ: & hoc similiter seruari filiis, proprietate quidem mox veniente ad eos: vsu verò solo apud lucrantem constituto. Sic abstinebunt omni vitio: sic omni desiderio irrationabili: sic nec inuiti, nec sponte suis nocebunt filiis: sed erunt temperati: maximè quidem circa suam castitatem: deinde etiam circa matrimonij affectum, quẽ competens est habere eos, qui semel coniuncti sunt alterutris. Res est & castitate plena, & bonis moribus congrua, & paterno maternoque affectu plena, vt quod eis parentes sponte non seruant, hoc post hoc Deum, qui est communis omnibus pater (dicimus autem [c], qui imperium habet) per legem iis, qui à parentibus læsi sunt, seruet: vt hic quoque ea, quæ de lucris & successionibus pridem disposita sunt, teneant. nihil [d] enim eorum innouamus, præter illa sola, quæ expresim in hac lege conscripsimus. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet.

TITVLVS II. DE APPELLAtionibus [e].

Si in medio causæ appellationis ad arbitros itum sit: licet decies millies biennium cucurrerit, non impeditur quis appellationem prosequi, nisi finito tempore compromißi bienniũ sit elapsum. Angelus.

Impera. Iustinianus A. Ioan. in gloriosissi. per Orientem prætoriorũ præfecto, iterum exconsule ordinario & patricio.

SVbiectorum [f] nostrum inter pellationes legũ nobis præbent occasiones, pro salute subditorũ, conscribendarum. Additionem nanque nobis quidam patronus [g] fecit: quia lege [h] volente appellantem, & per biennium tacentem, aut certè exercentem quidem, non tamen perexequentem appellationum cadere certaminibus, & confirmata sententia non posse vlterius procedere, sed ratam fieri vtrique sentẽtiam Hesychium [i] † autem & aduersarios [k] eius exercuisse quidem litem [l] apud pedaneum iudicem: additum [m] autem eundem Hesychium appellasse: & causam contigit recurrere ad tuam cognitionem: & dum lis in iudicio tuæ celsitudinis exerceretur, recessisse [n] quidem à certaminibus apud te gestis: arbitros autem elegisse communes ex conscripto [o], & apud illos concurrisse. & quædam exercuisse: posteaverò neglexisse quidẽ electos arbitros, non aũt persecutos apud eos motã litem, sed transacto biẽnio † vti aduersarios eius, quia non posit à condemnato exerceri in tuo iudicio talis lis: sed oporteret eam confirmari semel biennio transacto: illum verò propterea non persecutum apud tuam gloriam, eò quòd litem apud electos diceret arbitros.

Sancimus igitur † memoratum quidem negotium, ex quo hæc nobis sunt nunciata, nihil lædi ex cursu temporis [p], neque ratam esse iudicis sententiam semel appellatione data: sed & exerceri apud tuam gloriam, & terminum legitimum suscipere: etiam si decies [q] millies plusquam

est, condemnatum.

n Recesisse, dixit aduocatus. Hesychi.

o Ex cõscripto. id est, ex communi scriptura & voluntate arbitros elegerunt. Accur.

p Ex cursu temporis. No. non læditur ex temporis cursu, qui negligẽs non fuit: vt s. de appel. §. ij. & de iis, q ingre. ad app. j. & j. vt cum de appe. co. §. j. col. viij. & ff. de minor. l. intra vtile. & C. de inofficioso testamento. l. contra maiores.

q Si decies. sic. s. de hæred. & Falci. §. ad hoc.

Motæ.

† Haloã. aduersarios suos improbe hoc sibi sumpsisse in vsum.

† Ex hoc §. sumpta est authẽt. quæ est in per. l. ij. C. de tempo. ap. & incipit, Si tamẽ. in medio. & vide de materia huius authẽticæ in Spe cu. titu. de appella. §. nunc breuiter trãscurrẽdum ver. itẽ si lunt si tẽpori. vbi sunt con cor. iuris ciuilis & canoni.

a Motæ. per contestationem. & sic sunt genitiui casus.

b Non motæ. quia per contestationẽ non cœperat adhuc causa tractari apud iudicem appellationis: appellatum tamen erat.

c Bienniũ. secus forte in causa criminali: vt ff. ad Turpil. l. ab accusatione. & l. ij. & C. ad Turpilia. l. quãuis.

d Iudices. i. arbitros: vt s. posuit. & sic ponitur. C. de arbit. in prin.

e Iudicium. i. arbitrium. Accur.

f Credidit. id est confidit, quod debet arbiter sumere causam.

g Iudices. id est, arbitros.

h Schema. i. forma vel figura.

i DE TEstamentis imperfectis, &c.

Et hoc dicitur vsq; ad. §. quia vero.

k Rerum. repete testamentis factis. i. scriptis à filiis de diuisione rerũ corã parente facta de eius facultatibus: & subscripta. Sed P. hic scripsit malã esse hanc grammaticam & falsam: q̃a non tractat de testamentis filiorum inter parentes, sed econtra. Sed certe ita recte intelligit, quod pater iussit inter filios diuisionẽ fieri, & ipse subscripsit: vt j. eod. §. vlti. Azo. vbi hæc secunda pars expeditur.

l A Cõstãtino. Scripta. vt C. famil. ercisc. l. vl.

m Eas. id est, eam leges similes, vel dic causas.

n Existẽtes. i. supponere solennitati iuris communis respectu filiorum,

biennij tempus excesserit, aut excedat. Deinceps autem in omni negotio, in quo tale aliquid agitur & in medio motæ [a] causæ apud iudicem appellationis, aut non motæ [b] si aliqui eligantur alij, & propterea bienniũ [c] transeat, intra quod oporteat appellationis iudices litẽ decidere, & per quanlibet circunstantiam rursus reuertatur ad iudices [d] appellationis causa: aliis quidem omnibus liceat vti partibus, tanquam si eos non contigisset deserere quidem appellationis iudicium [e], ad electos autem venisse: non tamen posse vti, quòd biennium præteriit. Nam qui semel iudices alios delegit, non est iustum, vt taciturnitatem culpet eius, qui propterea læsus est: quia iis, quæ gesta sunt de electione iudicum, credidit [f]: & ideo non est executus neque compleuit litem illic, eò quòd apud iudices [g] illos sit exercitum negotium. Hæc igitur in omni negotio seruari apud tuũ forum volumus, & in omni alio, vbi secundum appellationis iudicatur schema [h]: quatenus nihil iniustè circa nostros subiectos agatur.

Si verò etiam postquã deseruerint electos iudices biennij transeat tempus: tunc confirmari volumus sententiam secundum constitutiones de hoc factas à nobis. quod etiam deinceps in omnibus futuris secundum hos modos negotiis valere volumus, aliis omnibus, quæ de appellatiuis certaminibus priscis dicta sunt legibus, & à nobis in legum conscripta sunt codicibus, in propria virtute manentibus.

TITVLVS III.

† DE TESTAmentis imperfectis [i] à parentibus in filios factis: & de diuisione rerum [k] à filiis coram parente: & de eius facultatibus facta & subscripta.

Volens in scriptis testari inter filios, si non est literarum ignarus, manu propria filiorum nomina, quotas & quantas, non per signa sed per literas totas designare debet, in quo libertas & legatum vxori & extraneis relinqui poterit. Angel.

Imper. Iustinia. A. Basso magnificẽt. sui. comiti deuotiss. domesticorum locũ obtinenti Ioannis gloriosiss. prætoriorum præfecti, iterum exconsul. & patricij.

A Constantino diuæ memoriæ lex scripta [l] est per antiquæ coniecturæ simplicitatem, porrò causarum varietas & natura eas [m] frequenter mutans, egere leges illas emendatione nostra præparauit. dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando sunt parentes, omnibus modis inter filios tenere: † & tamen eos erubescit parentes existentes [n]: quia eis & clarã rerũ concedit [o] significationẽ dicens, & si nõ manifestæ sint eorũ dispositiones, apparuerint autem ex quibudã indiciis & coniecturis & qualibet scriptura: & sic eas valere [p]. & hoc in suis & emancipatis filiis. Insuper & Theodosius [q] decreuit [r], nõ in patribus solùm hoc disponẽs, sed etiam in matribus & ascẽdẽtibus vtriusq; naturæ. Hãc apprehendẽtes licẽtiã homines in tãtã ingressi sunt obscuritatẽ, vt diuinãtibus magis, quã interpretãtibus hæc egerẽt. Itaq; neq; personas scribentes [s], neque rerũ dicentes notitiam & fortè nec quantitatẽ, tñ dignãtur coniectu ris & verisimiliũ ratione talia [t] permittere. Nos igitur omnia clara [v] & aperta cõsistere volẽtes (quid enim † sic propriũ est legũ, sicut claritas, maximè sup defunctorũ dispositionibus?) volumus, si q̃s literas

quia, &c.

o Concedit. id est, remittit.

p Valere. hoc iure veteri videbatur vt ff. de leg. ij. l. pe ro. §. mater.

q Theodosius. s. constituit.

r Decreuit. vt C. de test. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.

s Scribentes. id est, personis scribẽtibus. & sic de aliis accusatiuis hic positis, vt oẽs in datiuos casus conuertantur, & regantur à verbo p̃mittere.

t Talia. i. facere fieri testamentum.

v Clara. no. legẽ claram esse debere. & ideo cũ magna sit deliberatione: vt C. de legi. & consti. l. humanum. sic ff. de instit. l. sed & si pupillus. §. proscribere.

Inter

† Haloã. de extremis volũtatibus, & bonorum in filios diuisionibus.

Lex debet esse clara.

† Haloã. & in tantum erga ipsos (si parentes sint) verecunda est, vt obscuram etiam rerum designationem eis cõcedat, dicens &c.

† Vide pulchra dicta de legibus dist. iiij. c. in istis. vbi per beatum August.

sciens, inter suos filios [a] voluerit facere dispositionem [b], primùm quidem eius subscriptione tempus [c] declaret: deinde quoque filiorum nomina propria manu [d], ad hoc vncias [e], in quibus scripsit eos hæredes, non signis numerorum [f] significandas, sed per totas literas declarandas: vt vndique claræ & indubitatæ consistant. Si verò etiam rerum voluerit facere diuisionem, aut in quibusdam rebus certis, aut omnes, aut quasdam institutiones statuere: & harum inscribat significationes: vt eius literis omnia declarata, nullam vlterius contentionem filiis derelinquant [g]. Si tamen aut vxori, aut extraneis personis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates, & hęc propria scripta manu, dictaq; à testatoribus coram testibus, quoniam omia cõsequenter in dispositione posita ipsi & scripserunt, & volunt valere: sint firma: nihilo minuenda, eò quòd videantur in charta scripta, reliquã obseruationem [h] testamentorum non suscipiẽtia, sed hoc solum immutetur [†], quòd eius manus & lingua habent omnem virtutẽ chartæ præbitam [i].

Testamentum conditum inter liberos licet imperfectum, ita demum rumpitur per secundum, si testator designat expreßim corã septem testibus adhibitis nolle valere primum quod fecerit: & aliud solenne condidit in scriptis. vel sine scriptis. Ang.

Et si quidem vsque ad mortem maneat hoc schema [k]: nullus postea deducet testes, quia voluit fortè talem voluntatem commutare [l], aut conuertere, aut aliquid tale facere cui licuit rũpere quod factum est, & aliam facere voluntatem declarantem perfectam eius sentẽtiam, quam cõpetit valere. hoc enim concedimus ei agere [m], hoc ipsum expressim [n] significantem sub præsentia testium septem. quia etsi fecerit quandam talem voluntatem [o] non tamen eam valere vlterius vult, sed rursus vult aliam facere: & hanc aut in testamento perfecto faciat omnia testamẽtorum habente signa, aut in non scripta perfecta [p] voluntate: videri eũ defunctum esse prioribus infirmis factis ex secunda eius secundum perfectum testamentum aut voluntatem dispositione.

Si pater bona diuisit inter filios, & filij in diuisione scripserũt: & promiserunt eam ratam habere, vel simpliciter eam scripserint, aut etiam solus pater diuisionem factam inter liberos s. ripsit manu propria, rata debet haberi hæc diuisio. Ange.

Quia verò nouimus aliquos diuisiones faciẽtes inter proprios filios, & p̃parẽtes [q] eos [r] his subscribere [s]: & hoc schema suscepimus. Si quis enim diuidat proprias res, & ipsos filios euocãs, faciat subscribere diuisionibus ipsis, & ratas eas iudicare, & profiteri [t] filios hoc secundum hunc habere modum, sit & hoc firmum in huiusmodi rerum di-

[a] Inter filios. ergo vbi extraneo relinquit, tria exigũguntur, q̃ scribat: & p cõsequẽtiã, q̃ dicat idipsum qđ scripsit corã testibus. Item q̃ in fine ponat generalem clausulam exclusiuam: quæ dixi & scripsi, volo seruari in filiis. primum exigitur tãtũ, sicut in nouellis. Azo.
[b] Dispositionẽ. i. voluntatem in libro R.
[c] Tempus. scilicet declarandi. infra, proxi.
[d] Manu. s. scripta fuerint.
[e] Vncias. vbi in quotis partibus instituit. idem & si in certis rebus. vt subiicit. Accursius.
[f] Numerorum. signa numerorũ sunt hæc v. & x. & xx.
[g] Derelinquant. & sic valet. & not. q̃ vbi hæc solennitas fit, nõ oportet filiis subscribere, & alias fieri solennitates, de quibus dicitur. s̃. trien. & se. §. & q̃ sæpe. col. iij. vt patet ex continuatione quam fecit, videlicet de illa authẽ. ad istam: vt. C. de test. l. hac cõsultissima. in authen. q̃ sine. Itẽ no. q̃ tam hanc quam prædictã auth. s̃. de trien. & se. intellexerũt Io. & Bulg. & Azo, loqui quãdo paterfa. fecit testamẽtũ in scriptis. si autẽ condidit nũcupatiuũ, cur exigetur subscriptio, cũ ibi nulla sit. scriptura. ideoque ibi veterem legem seruat qñ fit nuncupatiuũ vt quoquo modo sufficienti iudicio possit probari veritas eius: vt C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ex duobus tamen testibus maribus vel fœminis: vt ff. de mili. testa. l. Lucius. j. respon. licet alias fœminæ expellantur: vt ff. de testi. l. ex eo. & sic patet, quod tãtum in testamento in scriptis derogaẽ prædictæ leg. de testa. per istam. sed M. putabat in totum ei derogatũ dicens vt hodie nõ possit pater minus solenniter inter filios testari: nisi subscriptio fiat ab ipso vel liberis, vel omnia declaret per consequentiã: vt hic, & q̃ exigebat numerũ septẽ testium, vt in perfecta voluntate: quia & extraneis dicit posse legari.

† Alias, imitetur.

[h] Obseruationẽ. id est, subscriptionem testium & signaculorum.
[i] Præbitam. per linguã & manum testatoris.
[k] Schema. Istud dic secundum prædictum schema.
[l] Commutare. quam prius disposuerat.
[m] Agere. i. voluntatẽ mutare si vult.
[n] Expressim. ergo sunt duo necessaria, vt rumpatur testamentum prædictum. s. quod dicat expresse se pœnitere testamenti, & illud mutare: vt ff. de legatis. iij. l. si quis in prin. quod valet notare ad rescripta contra ius elicita, q̃ valeant si expressim dicatur non obstante. l. tali. Item secundum est necessariũ, quòd aliud perficiat: vt insti. quibus mod. testa. infir. §. si. — Testamẽtũ vt rumpatur duo requiruntur.
[o] Voluntatem. s. minus solẽnem inter liberos.
[p] Perfecta. hęc solẽnitas forte exquiritur, cũ extraneos instituit hæredes in secundo testamẽto: non filios: vt C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.
[q] Præparantes. scilicet patres.
[r] Eos. scilicet filios, vt subiicit.
[s] Subscribere. s. filios, vt subiicit. Accur.
[t] Profiteri. s. faciat filios quod eas sic tenebunt.

Diuisio

uisione [a] secundum nostram constitutionẽ, quã ob hoc posuimus: quam in omnibus, quæ in ea cõtinentur [b], firmã esse per hanc legem sancimus. Si autem & in diuisione [c] ipse subscripserit [d], & clara omnia per subscriptionem suã fecerit: sit & hoc ratũ: quoniã & hoc iam nostra legislatione [e] continetur. Palàm verò est, quia in talibus casibus valebit hæc lex, quoscunque postea moueri contigerit. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua gloria cognoscẽs, omnibus faciat manifesta: vt nullũ lateant, quæ rectè & prouidenter pro nostris subiectis sancita sunt. Datum Calen. Ianuariis Constantino. domini Iustiniani P. P. to. imperij anno xiiij. Basilio V. C. Cons.

TITVLVS IIII.

DE RESTITVtionibus [f].

Hæres rogatus restituere quicquid de hæreditate superest tempore mortis, de tribus partibus hæreditatis sibi relictæ potest facere quod vult: quartam autem imminutam debet relinquere: nisi in certis casibus hic expreßis. Item ab hæredibus debet præstari satisdatio de fideicom. portione reddenda, nisi à testatore fuerit remissa. Bartolus.

Impera. Iustinianus A. Basso magnificentiss. comiti deuotiss. domesticorum locum tenenti Ioannis gloriosissi. sacrorum prætoriorum præfecti.

NEgotium audiuimus pro testamento, dubitato †: quod [g] etiã interpretari iustũ [h] existimauimus, & lege comprehendere certissima: hoc qd' nostræ consuetudinis est in negotiis motis ex legibus optimis accipere occasiones. Filios enim quidã suos instituens hæredes, deinde alter utris eos filiis nõ existentibus substituere volens: iussit, si cõtigerit aliquẽ eius filiorũ, & hæredẽ † futurum sine filiis humanã soluere vitã, post exceptionem horũ, quæ ex lege debẽt ei, ex eis [i] quæ ab eo [k] relinquebãtur ei rebus, reliquas oẽs res & iura quæcũq; apud eum in tempore mortis inuenirentur, venire, & restitui ex his superstiti, aut eius filiis, si etiã ipse moreretur, omni cessante inter eos propter memoratam substitutionem cautione & fideiussione in his, eo moriẽte [l]. & vno quidẽ eius filiorũ & hæredum filios habẽte, alio verò manente sine filiis: prohibet eum, qui sine filiis est, is qui filios habet, vti [m] rebus, vtpote eas deterente [n] †. at ille vtens verbis testamenti, quia quicquid inueniretur in tẽpore mortis apud eum, hoc eum restituere iussit: secundum hoc vult schema, licentiam habere, vti rebus sicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei. Nos igitur sumentes ex hoc occasionem, existimauimus oportere & antiquã definitionem [o], & deinceps discretionẽ hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, & propterea lege causam comprehendere, vt discant homines omnem legis ordinem, cum quo competit talia & discere, & iudicare. Nouimus igitur apud Papinianum sapiẽtissimum dictum in decimonono libro eius quæstionum, vbi permittit alienationes in tali casu: illud solùm velut ex studio in ænigmate [p] proponens, vt tunc oporteret prohiberi alienatiões, cùm ad soluendum [q] fideicommissum ex studio, qui hoc oneratus [r] est, ad alienationem venit, & tanquam philosophatus inter Imperatores Marcus tali quodam proposito casu,

a Diuisione. nec enim aliquem instituit vel exhæredauit: sed res singulares vnicuiq; assignat: sicut in codicillis solet fieri. vnde neq; consequentia literarum: vt. s̃. neq; testibus est opus: duntamen de scriptura et subscriptione vel per testes duos vel p confessionẽ partium constet. Acc.

b Quæ in ea continentur. quæ est, de trien. & se. §. illud. & §. qd' sæpe. colla. iij. non dicit quid extraneis possit relinqui.

c In diuisione. facta aliis: vt cõsonet supradictis. Azo.

d Subscripserit. scilicet solus vel cum filiis. P.

e Legislatione. s̃. de trien. & semis. coll. iiij. §. & illud.

f DE RESTItutionibus.

Sed quæ est differentia inter hunc titulum, & suprà de restit. & ea quæ pa. col. iiij. & illum infra, de re. fideicõ. & nomine fa. coll. ix. Respõ. in isto fit restitutio in morte restituentis. item rerũ quæ supersunt, in superiori fit statim vel prout voluit post testator. Item omniũ excepta quarta, vt colligitur hæc differentia duplex infra. e. §. nobis. in princip. inferiori autem de resti. fideicom. dicit de quodã testamẽto & codicillo in quo singularia fuerũt relicta legata, & per fideicõ. fuit rogatus, qui habuit, vt non alienet, non principaliter de restituendo sed si alienet ad aliquem perueniant: vt in titul. ibi patet. Azo.

† Id est, controuerso.

g NEgotiũ. Quod. s. negotiũ, vel testamentum.

h Iustum. alias in libro Azo. dignũ.

i Ex eis. alias ex his.

k Ab eo. s. testante. Accur.

l Eo moriente. i. eo patre mortuo.

† Alias, hẽredum.

m Non vti. in lib. Azo. non est, non. & idem est sensus.

n Deterẽte. à detero deteris. vnde vestes detritæ. i. deterioratæ.

† Alias, deferente. malim autem in accusatiuo vtrumuis legere.

o Definitionem. quæ definttio. j. ponitur secundũ Papiniani dictũ, q; responsum inuenies inst. de fideic. hær. §. sed quia. & ff. ad Treb. l. Titius.

p In ænigmate. i. in obscuritate: q̃ nõ põt sciri, qñ fecit causa interuertendi fidei. vel nõ.

q Ad soluẽdum. i. annihilandũ. Ac.

r Oneratus. s. fideicom

viri boni arbitratum videri inesse talibus [a] verbis disposuit [b]. Nobis ergo rectè visum est, hãc ita disponere legislationem, vt si quidẽ vniuersaliter aliquis dicat restitutiõem fideicommissi: hæc tenere, quæ in talibus decreta sunt: & à nobis iam sancita [c]. Si verò tale sit fideicõmissum, quale subiacet [d]: & ea, quæ inueniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicõmissum: tũc indefinitè dictum prioribus [e], sub quadam legitima deducere diuisione & ordine [f]. Si quis enim hoc, aut etiã aliqd aliud tale dixerit: sancimus, vsque ad Falcidiã solũ suæ institutionis necessitatẽ habere seruare eũ, qui oneratus est fideicommissi restitutiõe, & non posse aliquid penitus [g] ex illa minuere sufficiens existens [h]: sed hæredi quidem supersint tres partes: illi autem quartæ solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui grauatus est, etiam donationibus vti aliquibus: & forsan ex studio (quod Papinianus dicebat) interuertendi fideicommissi causa, vt etiã quarta minuatur institutionis eius: sed hoc omnino relinquere fideicõmissum, aliis omnibus in eius positis potestate. & licentiam habere eũ his sicut voluerit vti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si verò & ipsam quartã [i] is, qui grauatus est, contingat: necessariũ est perscrutari causam secundũ quam hoc egit. & si quidẽ aut dotem voluerit dare [k], aut sponsalitiam [l] largitatem, aliã nõ habens [m] substantiam: oportet ei hoc permitti agere, hoc videlicet, qđ nostra continetur iã lege: in qua ei omnino non negauimus talem diminutionem. Si verò & in captiuorũ redemptionẽ (hanc enim excipimus [n], & dicamus [o] deo causam) & hoc licentiam eũ habere facere, & minuere etiã quartã pietatis ratione: ꝙ omnium nobis pretiosius videtur. Si verò contigerit, neque ipsum habere ex aliqbus causis vnde faciat [p] expẽsas: ex tali restitutione etiã has facere damus ei licentiã (hoc qđ & testator permisit) quod relinquetur, omnino hoc volẽs ad restitutionẽ trahi, & quasi aliquis dicat ex hoc, qđ remaneret, ei restitutionẽ fieri. Si autem nulla talis subiacet occasio: necessitatẽ habere omnino quartã partẽ propriæ institutionis seruare, & tali [q] & aliis [r] restitutionẽ donare. Si tamen aliquid expẽderit habẽs vnde supplemẽtũ faciat: ex illo suppleri quartã, et per nullã [s] causam hanc minui. Si verò contigerit [t] quartã, & non habeat [v] ad supplemẽtũ aliam substantiã: tũc damus ei & contra emptores, aut aliter accipientes res, in rem [x], & hypothecas [y] ex authoritate huius legis, vt liceat cõplere sibi fideicõmissum ex rerum vendicatione: hoc quod in legatis iam dedimus: [z] & ex constitutione in rẽ ei donantes, & fideicommisi persecutionem. vnde & cautionem fidecommissarius dabit non minus quartam seruare:

deicommisso. Al.

[a] Talibus verbis. scilicet quæ tempore mortis inueniuntur: vt s. eod. ti.

[b] Disposuit. vtrũ interuertendi causa fideicom. fecerit vel non: vt ff. ad Trebel. l. Titius rogatus. & ff. de vsu. l. iij. §. nonnunquã.

[c] Sancita sunt: vt s. de rest. & ea quæ pa. §. j.

[d] Subiacet. id est, quale est in casu nostro.

[e] Prioribus. i. à prioribus. s. Papiniano & Marco. Accurs.

[f] Et ordine. s. visum est disponere.

[g] Penitus. alias amplius.

[h] Existens. i. si ipse diues est per se, alias secus: vt j. eo. §. si verò contigerit. & sic nota, qđ tres partes sibi assumit, & hãc quartam solam restituit fideicommissario, sed quando de tota restituenda rogatur, tunc quartã sibi, tres partes fideicõmissario det: vt C. ad Treb. l. j.

[i] Ipsam quartam. quam debet restituere. & dic cõtingat, id est, tangat.

[k] Dare. s. pro filia vel nepte, quam necesse habet dotare: vel dic reddere alicui. vtrũq; enim esse potest. Sed si dos data desinat esse dos, vt soluto matrimonio, nunquid redit in causam restitutionis? Resp. non ar. ff. ad Treb. l. heredibus. §. fin. & l. mulier. §. fi. & eodẽ modo rñ. si hoc idẽ quęratur in illa cõstitutiõe. s. de resti. §. quamobrem. col. iiij. nã & ibi pro dote diminui de restitutione permittit.

[l] Spõsalitiã. i. do. propter nuptias.

[m] Non habens. idoneam. s. ad dotem siue ad donationem sponsalitię largitatis. Accurs.

[n] Excipimus. quando. s. non habent aliunde forte: vt s. dixi. Itẽ nunquid ecclesię simili modo dari poterit res huiusmodi? Rñ. non cũ hoc non sit specialiter dictum. ar. s. neq; virum, ꝙ ex do. §. fi. in fi. ista col. Item no. ꝙ aliqua pro captiuis * alienãtur, quę alias nõ alienãtur. sic. j. de ecc. ti. §. interdicimus. col. ix. & C. de sac. san. ec. l. sancimus. in fi. Item in precedẽti dicto no. ꝙ ob dotẽ fit alienatio, quę alias nõ fieret: vt s. de resti. §. quãobrem. Acc.

[o] Dicamus. i. dedicamus.

[p] Faciat. ad sui sustentationem, vel egentem sobolem: vt in nouell. Azo. Et sic not. ob impensas permitti: ꝙ alias non fieret: vt ff. de petit. hæred. l. hæredes.

[q] Et tali. occasione qualis dicta est. Azo.

[r] Et aliis. similibus. q. d. prædictis modis poterit donare, non alias.

[s] Per nullam. dissimilem prædictis.

[t] Contigerit. id est, tetigerit.

[v] Non habeat. s. nunc: habebat tamen tunc, cum consumpsit, alioqui cõtra. Azo.

[x] In rem vtilem. etiam non restituta hæreditate: quia fideicõmissario in alienatis dico eam non esse necessariam. Azo.

[y] Hypothecas. in rebus, quę fideicõmisso non cõtinentur, & fuerũt defuncti. nã rei meæ non habeo hypothecã: vt ff. de pig. act. l. si rem alienã. Vel dic vtile dominiũ non repellit hypoth. vt C. de iure dotium. l. in rebus. directe contra. Ac.

[z] Dedimus. vt C. comunia

Captiuitas aliquo habe fauorem.

* Quod intellige de proximis: vt ff. de iu. do l. mutu. §. manente. & solu ma. l. qui uis. alio qui fidei commissa rius perpetuo excludi posset, secundũ Beluisi quem hic refert Bar to. Et ad de Pet. de Bel. pert in authẽt contra c rog. C. ad Trebelia Impẽsari ratiõe per mittit, qđ alias non

communia de leg. leg. j.

a Coniicere. i. seruare, sed est contra facere: & ideo non est faciendũ: vt hic & C. vt in pos. leg. l. in ipsis. & l. cum Archimedorã. Ac.

b Ipsis. hoc est ipsi. s. causæ, quæ præbuit, &c.

DE PRIVILEgiis, &c.

c VNã. Noster pater. Not. Iustinianũ filium Iustini. quod dic vt instit. de do. §. est aliud.

d Participiũ. nã nec aduocati: vt C. de post. l. nemo. vel in foro. Item neq; defensores ciuitatũ: vt C. de epis. audiẽ. l. iubemus. Itẽ neq; in aliqua dignitate: vt C. de Iudæ. l. fin.

e Vti. pro vt.

f Et nos. hic accipe sicut. s. positũ. & supple sicut ipsi fecerunt: ita nos.

g Lãguent. i. languendo sequuntur & morantur in secta Dioscor.

Hæreticus quis sit. h Sãctæ Dei. No. esse hæreticum, qui nõ est ecclesiæ mẽbrum. & facit ad hanc constitutionẽ in decretis xv. q. vij. c. vlt. & C. de hær. & man. l. ij. & iiij. q. j. c. ij.

Nomen facto deficiente parum prodest. i Imposuerint. No. parũ esse habere nomen, nisi etiã factũ habeatur: cũ nomina debeant esse consonãtia rebus: vt instit. de dona. §. est aliud.

k Amplectentes. accusatiui casus.

l Habere. nam in hoc priuilegiũ nõ habet: vt s. de æqua li. do. §. his consequẽs. & C. q̃ po. in pig. l. vlt. Accur.

m Dignos. imo omnia priuilegia orthodoxis præstita, hæreticis denegantur: vt C. de hære. l. j.

nisi & ipsam testator, sicut in pronunciato nobis facto prohibuit. Cùm enĩ ipse testator omnem non fideiussionem solùm, sed etiam cautionẽ relaxauerit: nos aliter disponere, non est morientis coniicere [a] voluntatem. Hæc igitur sit causis decisio, ipsi [b], quę prębuit quæstionẽ, & aliis omnibus, in quibus pendere contigerit casus testamentorum quidem factorũ, & testatorũ quippe defunctorum: nondum autem tali locum accipiente fideicommisso, sed adhuc eo, qui grauatus est, superstite. Et hęc dicimus non in filiis solũ, sed etiam in aliis cognatis & extraneis agere, in quibus omnino tale fideicõmissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus hæc manifesta faciat nostris subiectis: vt sciant quemadmodũ cõpetat & viuere eos, & mori, & testari, & fideicõmissa relinquere, & alia agere, q̃ in talibus sunt sancita.

TITVLVS V.

DE PRIVILEGIIS dotis hæreticis mulieribus nõ præstandis.

Hæretici non possunt ad aliquã dignitatẽ vocari: & qui sint hæretici, hac lege notantur. Item mulier hæretica in sua dote nullum habet priuilegium prælationis, vel aliud, nisi ad orthodoxam fidem peruenerit. Ang.

Imper. Iustin. A. Ioanni gloriosi. Orient. præto. præfecto, iterũ exconsule ordinario & patricio.

VNã nobis esse in omni nostræ reipub. & imperij vita, in Deo spem credimus: sciẽtes q̃a hæc nobis & animæ & imperij dat salutem. vnde & legislationes nostras inde pendere competit, & in eam respicere: & hoc eis principium esse & mediũ & terminũ. Sicut igit̃ vniuersi, q̃ ante nos imperãtes, & maximè Leo pię memoriæ, & Iustinus piæ memoriæ noster pater [c], in suis cõstitutionibus, hæreticis omnibus interdixerũt, vt neq; vlla ipsi participarẽtur militia, neq; quodlibet in publicis curis participiũ [d] haberẽt vti [e] ne occasiõe militiarũ & publicorũ collegiorũ, sanctæ Dei catholicæ & apostolicę, ecclesię mẽbra viderẽtur vastare: ita & nos [f] ipsi hoc egimus, nostris cõstitutionibus hoc roborãtes. Hæreticos verò, & illi dixerũt, & nos dicimus eos, qui diuersarũ sunt hæresum q̃bus coniungimus & cõnumeramus, & q̃ Nestorij Iudaicã sequuntur vesaniã, & Eutychianistas, & Acephalos, qui Dioscori & Seueri mala secta languẽt [g], & Manichæi & Apollinaris renouantiũ impietatẽ: & ad hoc oẽs, q̃ nõ sunt membrũ sanctæ Dei [h] catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, in qua oẽs concorditer sanctissimi episcopi, & totius orbis terrarum patriarchę, & Hesperiæ, & Romę, & huius regię ciuitatis, & Alexãdriæ, & Theopoleos, & Hierosolymorũ, & oẽs, qui sub eis constituti sunt sanctissimi episcopi apostolicã prædicãt fidẽ atq; traditionẽ. Igit̃ sacrã cõmunionẽ in catholica ecclesia nõ percipientes à Deo amabilibus sacerdotibus, hęreticos iustè vocamus. Nam licet nomen Christianorũ sibimet imposuerint [i]: verũtamẽ à Christianorũ se fide & cõmunione separãt, Dei iudicio semetipsos subdi cognoscentes. Quæ igitur de hæreticis prolata sunt lege, omnibus sunt manifesta. Nos aũt volẽtes orthodoxã amplectẽtes [k] fidẽ & eã defendẽtes, habere [l] aliq̃d amplius priuilegiũ iis, q̃ alienãt semetipsos à Dei ouili (quoniã neq; iustũ est æqualibus cũ orthodoxis hæreticos dignos [m] fieri priuilegiis), ꝓpterea & nũc ad pręsentẽ respeximus legẽ. Quia enĩ dedimus [n] priuilegiũ mulieribus dotiũ, vt ẽt prioribus creditoribus ꝑponãtur, & meliorẽ ordinẽ eas habere, & nec à tp̃e [o] supatas: i. donatiõibus aũt ꝓpter nuptias secũdũ tp̃a per q̃ fiũt, hypothecas habere [p], oĩbus in pñti facimus manifestũ per hãc sacrã nostrã legẽ,

n Quia enim dedimus. vt C. q̃ pot. in pig l. vlt.

o A tempore. id est ab iis, qui antea contraxerunt.

p Habere. nam in his

his priuilegiũ non habent: vt s. de æquali. do. §. his consequens. & C. qui po. in pig. ha. l. vlt.

[a] Factis & ita parcitur eis si volunt pœnitere[1]. Sed cõtra. C. de apost. l. ij. qui. in fi. Sol. aut illud speciale est in apostatis, aut hæc corrigit. Vel ibi de iis, qui iam fuerũt catholici: qui apostatauerunt: hic de iis qui nunquã nostram fidem prius cognouerunt: quibus est parcendũ à principe: vt C. de hære. l. iiij. in fi. Itẽ à Deo: vt C. de sũ. trin. & fide catho. l. fi. circa fin. Itẽ cõtra. s. vt cle. qui re. & cõ. col. v. in me. consti. sed ibi non suscipiũtur clerici redeũtes: quia grauaretur ecclesia in expensis pro surrogatis & reuertentibus: vt ibi dicit. Itẽ not. quod nisi pœniteãt, etiã à patribus hæredes non fiũt: vt j. vt cum de appe. cognο. §. generalem. col. ix. A.

[1] Cõcor. cap. j. iuncta gl. super verbo humiliato. ppe fi. extra, qui cleri. vel vo. vbi dicitur delictiveniam pœnitentibus non negamus.

DE NAVTI cis vsuris.

Ouimus. Hanc legẽ quidã non habẽt & non legitur.

[a] HAEC CONstitutio, &c.

Scilicet quæ est supra, vt eccle. Ro. secundum Io. vt legitur in nouel. nam dicit illã generaliter loqui in omnibus ecclesiis, & ideo generaliter corrigi. Sed nos intelligimus eam tantum de Romana ecclesia, & aliis eis suppositis. vnde dicas hic fieri mentionem de ea, quæ est supra, de sacros. eccl. l. fi. superior autẽ, vt eccl. Ro. & c. col. ij.

quia & hoc priuilegiũ, & tacitas hypothecas, & omnia alia, quæ mulieribus omnibus in diuersis priuilegiis à nostris legibus data sunt, illis damus solis, quatenus his fruantur, & vtãtur, q̃ diligẽtiã habẽt rectã, & adorandã nostrã fidẽ tenere (catholicæ dicimus & apostolicæ ecclesiæ) & participare in eius salutari cõmuniõe. Quæ eñ separãt se à sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, & sacrosanctã in ea cõmunionẽ percipere nõ patiũtur à Deo amabilibus sacerdotibus: nolum⁹ omnino talib⁹ frui priuilegiis. Si enim se separãt à Dei muneribus, & à sacra cõmunione alienas faciũt: multò potius & nos non eas dignas fieri priuilegiis, neque ex nostris legibus frui permittimus continẽtia: sed sint eis inagressibilia omnino ex legibus beneficia, & omni priuilegio ex nostris constitutionibus eis dato priuabuntur. Licebit autem eis melioris sententiæ factis[a], & rectam veráq; amplectẽtibus fidem, & hac semper contentos, stabilibus perfrui muneribus & priuilegiis his in omnibus ditione valentibus atq; seruandis: principaliter quidẽ à Deo amabilibus episcopis & sacerdotibus, deinde à nostris administratoribus & iudicibus, siue sint maiores siue minores: & insuper à tua celsitudine, apud quam & præsentẽ facimus legem. Vnde cõpetẽs est, & iudices, apud quos aliquæ mouebuntur contra mulieres causæ, aut à mulieribus quędam priuilegia sibi vendicare volentibus, respicere ad præsentis nostræ legis subtilitatem: & si non inuenerit eas orthodoxæ fidei existentes, & percipientem sacrosanctam & adorabilem communionem in sanctissima catholica ecclesia & apostolica à venerãdissimis eius sacerdotibus: non permittere frui ex nostris cõstitutionibus priuilegiis. Quæ igitur placuerũt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legẽ, tua celsitudo cognoscẽs, causis apud eam motis seruare, & operi effectuiq; tradere curet, & per solẽnia edicta & pręcepta propria omnibus faciat manifesta, & in hac felicissima ciuitate, & in prouinciis: vt cognoscant omnes quanta, & quę nobis cura est, & verè circa dominum Christum verum Deum fidei, & nostrorum subiectorum salutis.

remanet in firmitate sua. & hoc probatur in iure canonico: vt extra de præscr. c. vigilanti. Quod

TITVLVS VI.

DE NAVTICIS VSVRIS.

Imper. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsule ordinario, & patricio.

NOuimus[b] ex denunciatione tuæ celsitudinis, legẽ fecisse iam de traiectitiis pecuniis, quæ manifesta facta est foro tuo. Sed quoniã postea aditiõibus nobis factis percipimus legẽ illã non valere: rescindi eam sperantes ex foro tuo: cognouimus autẽ eam & in quibuslibet prouinciis iam insinuatã: propterea sancimus, talem legẽ omnino vacare: & si cõtigerit etiam per prouincias eam destinari: nec ibi valere, sed inualidã esse. Sicq; volumus cãm procedere, tanquam si nec scripta fuisset memorata lex, sed secundum de talibus positas leges à nobis, negotia & æstimatione & sentẽtia potiãtur. Quæ igiť placuerunt nobis, & per hanc sacrã declarata sunt legẽ, tua celsitudo operi effectuiq; tradere festinet.

TITVLVS VII.

HAEC CONSTITVTIO [a] INnouat cõstitutionem quæ præscriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.

Quas actiones xxx. annorum excludit præscriptio, si loco religioso competunt, quadraginta annis tantum excluduntur: vsucapionibus triennij & quadriennij saluis manentibus. Angel.

Imper. Iustin. A. Theodoto Orien

talium præto.præf.

QVod medicamenta † morbis, hoc exhibent iura [a] negotiis. vnde consequitur, vt nonnunquam à iudicio discordet effectus: & quod credebat cõiectura prodesse, experimento inueniatur inutile. Probat igitur hoc præsentis etiam necessitas sanctionis, in qua priuilegium ex religioso proposito sacrosanctis ecclesiis Dei, & monasteriis, aliisq́ religiosis locis cõstitutione nostra nuper indultũ, necessaria correctiõe distinguimus. Dudũ siquidem iusseramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula: per cuius licentiam sanctionis negotia quidẽ multa commota sunt, & velut antiquorum vulnerum [b] obductæ patuerunt iterum cicatrices: sed eorũ sanitas prouenire nõ potuit, probationũ scilicet difficultatibus impedita, quoniam, per tãtũ seculi magis, quã temporis spatiũ, nec † documẽtis integritas, nec actis fides, nec ætas valet testibus suffragari [c]. Vnde quia largitati nostræ causarũ nõ occurrit angustia [d]: cum ratione simul, ac religione tractãtes prædictum priuilegium, vsq; ad possibilem modum deducere experimento retraximus, & iubemus in negotiis, quæ ante hac xxx. annorũ remonebat exceptio, nunc venerabilibus ecclesiis, monasteriis, & xenodochiis, necnon orphanotrophiis, & brephotrophiis, & ptocotrophiis, quadraginta annorum protelatio conferatur: salua scilicet circa alias personas & causas virtute, quã semper tricennalis sibi præscriptio vẽdicabat: quoniã hanc decem annorũ adiectionem solis (vt dictum est) religiosis locis, eorumq́ iuri, vel contractibus indulgemus: vt sopitæ hoc tẽporis spatio tã personales, quàm hypothecariæ actiones in perpetuũ conquiescãt: nihil penitus aliis exceptionibus derogãtes, sed tã in aliis [e], quàm triennio vim roburq́ tenẽtibus. In illis nanq; (vt dictũ est) negotiis religiosos cõtractus memorata quadraginta annorũ priuilegio volumus perfrui, in quibus eis centũ annorũ ꝓrogatiua cõstitutio [f] nostra cõtulerat. Siquas planè causas ante hãc nostrã cõstitutionẽ ab ecclesiis, cæterisq́ sacris locis, vbicunq; cõmotas, iudicialis sentẽtia aut trãsactionũ cõuentio terminauit, nolumus refricari, sed in reliquũ illis hanc obiici sanctionem, quas antehac sopitas octo lustrorum [g] silentio, moueri hactenus, aut motas terminari non contingit. Illustris igitur & magnifica authoritas tua, quæ per hanc generalem legẽ nostra statuit æternitas, edictis propositis ad omnium notitiã faciat peruenire. Datum Calend. Iuniis Constantinopol. Imperij D. N. Iustinia. A. P. P. anno xv. Basilio V.C.Cons.

TITVLVS VIII.

DE LITIGIOSIS, ET DE decima parte litis ab actore cautela præstanda.

Res litigiosa efficitur mobilis & immobilis, cùm inter possessorem & petitorem de eius dominio causa mouetur per iudicialem conuentionem, aut principi precibus oblatis, & reo cognitis. Ange.

Imperator Iustinianus A. Theodoto Orientalium præto. præfecto.

MVlta quidẽ de litigiosis tam antiqua legislatorũ prudentia [h], quàm imperialis dispositio [i], ꝓmulgauit. sed in præsenti quidem iudices à nostra clemẽtia petierũt, vt dubietatẽ discernamus, quę adhuc ꝓ huiusmodi causis in iudiciis cõmouetur: & leges necnõ constitutiones super his positas apertius explanemus: vt iam manifestissimum sit, quas res vocari litigiosas oporteat. Ideoq; sancimus, litigiosam dici & intelligi rem

Morbus medicina tollitur.

† Cõcorca. cęterũ. cum gl. j. extra, de iura. calũ. vbi hæc verba recitantur. & in ꝓœ. decret. in glo. super verbo, noua litigia. circa fin. ibi & qđ medicamenta.

† Sed cõmodius tamẽ instrumẽtis quã per testes probatur in tanto tẽpore: vt no. extra, de verbo. sig. ca. veniente. & pręscript. c. cum nobis. ff de prob. & l. sensus. & C. de contrah. stip. l. optimã. ad qđ facit, de proba. l. fi. ibi arbiter.

[a] QVod medicamẽta Iura. vt enim morbo ꝑ medicinã qs liberat, sic & negotium ꝑ ius. & sicut quãdoque mala dat medicina, quæ credit bona, & hoc dudũ postea apparet, & alia est necessaria tunc medicinæ, ita & lex quandoq; sit mala, quę creditur bona, & cùm post apparet, est necessaria noua lex. et hoc dicitur hic. Acc.

[b] Vulnerum. vt vulnus male curatum iterũ patefit: sic præscriptio c. annorum, quæ videbatur pacificata iterũ tractabatur: & non poterat ad finem perduci inopia probationum: quia vix inueniebatur aliquis centum annorum, qui probare posset, & hãc necessitatem reduxit ad quadraginta annos. Ac.

[c] Suffragari. Nota fidem testiũ posse perire. sic. ff. de Carbo. edic. l. iij. §. duæ. & ĩ. de temp. non so. pe. in prin.

[d] Angustia. i. nõ occurrunt ea, quæ nostra largitate vtantur, cum ex memoria perit: licet alij aliter exponãt hoc. Ac.

[e] In aliis. puta quadriennij: vt C. de quadri. pręsc. l. fi. & plene dices j. de eccl. ti. §. pro tẽporalibus. coll. ix.

[f] Constitutio. dicas semper fieri mẽtionem de illa constitutione. l. vt inter diuinum. C. de sac. san. ec. licet Io. aliter dixerit, vt dixi in titulo. Ac.

[g] Octo lustrorũ. lustrũ vocat quinquẽninm: ꝙ octies iteratum xl. complet annos. qui eñ tantum tacuit: obiicitur ei sanctio.

DE LITIGIOSIS, & de decima parte &c.

[h] MVlta quidẽ. Prudentia. vt j. c. per totũ. A.

[i] Dispositio. vt C. eod. per totum.

Et

a Et possidentem. sic ergo de corporali tantum. P. tamen dixit idem de corporali. i. de actione personali ꝙ satis potest dici secundum vetera iura: vt. C. eo. l. ij. & l. fi. sed per hanc videtur cōtrarium. & secundum hoc non potest opponi de eo qđ est. C. ne lice. po. l. j. et ij. vbi cessa actio potentiori amittitur: quia ibi est incorporalis.

b Mouetur. non est necesse, ꝙ lis cōtestetur. statim enim restringitur cū dicitur iudiciaria cognitione &c. libellum ergo dari necesse est, sed non litē contestari: licet multi cōtradicant. Item simplex interdictio nō facit rem litigiosam: vt C. e. l. j. & ff. eo. l. j. Ac.

† Cōcor. glo. vnica in fin. in c. relatū. extra, de of. deleg. vbi dicitur qđ sicut per libelli oblationē res efficitur litigiosa ita per citationē perpetuatur iurisdict. deleg.

c Constitutionē. positam. C. eo. l. fi.

d Obtinere. id est intelligi.

e Discernimus. vt sciēs emptor re careat, & pretium detur fisco, non vt lucro cedat alienātis: imo ipse dat tātundem: si sit emptor ignorās, pretiū rehabeat si soluit tantum, quod sit eius tertia: vt C. eo. l. fi. Acc.

f Perspeximus. s. per eandem. l. fin. C. eo. circa fi.

g Diuisio. quædam enim fiunt cū vniuersitate, quæ alias nō fierent: vt ff. de acquir. rerum dom. l. quædam. & idem dicas in dotis causa, & donat. propter nupti. & transact. & legatis, & fideicom. vt C. eo. l. fi. §. fin. in fi. & j. proxi. §.

h Litigantem. actorem, vel reum.

i Consequatur. quid si hęres agere non vult? Respon. compellit eum legatarius: vt ff. de leg. j. l. si sic. §. fina. Et nota de hoc triplex ius. nam iure veteri agebat hæres, & in omnem euentum legatario tenebatur: vt C. e. l. iij. & hoc ante Iustin. per Iustin. verò agebat legatarius suo periculo: vt C. eo. l. si in fi. hodie verò agit hæres, sed periculo legatarij: vt hic subiicit: & secundum hoc dictæ ll. corriguntur hic in hoc. Accur.

mobilem & immobilem seseq́ mouentē, de cuius dominio causa inter petitorem & possidētē [a] mouetur [b], aut per iudiciariam conuentionem, aut per preces † principi oblatas, & insinuatas iudici, ac per eum aduersario interpellatoris. In his enim casibus etiam præteritam cōstitutionem [c] māsuetudinis nostræ per hāc volumus obtinere [d]: in qua scientes & ignorantes emptores discernimus [e]. & hoc adiiciendum esse perspeximus [f], vt si lite de re litigiosa pendente pulsatum contigerit ab hac luce recedere, hæredes autē eius velle diuisionem rerū facere: sine aliquo obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigiosæ per successionem ad hęredes perueniunt, nō debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuisio [g]. Et hoc autē præsenti nostra lege decernimus, vt si contigerit vnū pro tali causa litigātem [h], ab humano consortio recedendum, per vltimam voluntatem res aliquas, de quibus dominij dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere: si quidē hęres iudiciali sententia dominus earū fuerit demonstratus: tunc legatarius, quod ei relictū est, modis omnibus consequatur [i]. Si verò hæres in iudicio victus extiterit, nō habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato hæredem exigere: quoniam sciens testator rē litigiosam esse, litis euentum legatario dereliquit [k]. Vnde damus licentiā legatario (si hoc prodesse sibi putauerit) litis participē fieri [l]: vt ne aliquam fortè negligentiam seu proditionem hæredi possit obiicere. Ab hoc [m] autem litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus: & in his hāc distinctionem tenere: vt si quidē speciales res mobiles, vel immobiles aut se mouentes nominatim fuerint hypothecæ suppositę: liceat quidē debitori eas cui, & quando [n] voluerit vendere: sic tamen, vt ex pretio earum vsq́ ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet eandē rem vendicare [o], donec ei satis ꝑ debito fiat [p]. Hoc autem præcipimus obseruari, si nō fortè antè, aut per generalē, aut per specialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus [q] obligata. Tunc enim secundum sacrarum nostrarū legum tenorem, temporum priuilegia vnicuiq́ creditorum seruari decernimus. Ex quo iam claret, ꝙ generales hypothecas multò magis litigiosi voca-

k Dereliquit. hoc enim præsumimus, nec contrarij probationem recipimus. Acc.

l Fieri. sic & dominus cū procuratore: vt ff. de proc. l. Paulus rñ. sic legatarius cum eo qui cōuenitur querela: vt ff. de inoffic. testa. l. si suscepta. & ff. de ap. l. si perlusorio. Ac.

m Ad hoc. alias ad hæc. alias ad hoc. & quęlibet est bona litera.

n Et quando. etiā pendente lite iam super hypothecaria: nā & hoc dicere intendit. Sed nūquid tenetur actione in factū debitor, qui alienat causa mutādi iudicij? Rñ. sic: vt. ff. de alie. iu. mu. cau. fac. l. j. & licet ille ti. locum habeat anteq̄ sit res litigiosa, tñ multò magis post habet locū: vt arg. ff. de pecu. l. si postea. Sed alij intelligunt hunc §. vt si agatur rei ven. cōtra aliquē nō ideo prohibeat rē obligare, licet ꝓhibeat eam alias alienare.

o Vendicare. per hypothecariā, debitore. s. possidēte, qui nōdū tradiderat eā emptori: vt s̄. de fideiusso. §. sed neq́ ad res. q̄ est cōtra secūdum Ir. vel forte emptore etiā possidēte. & ita hic corrigitur ꝙ s̄. de fideiussore dicit. & hoc secundū Bul. Vel tertiò dic excussis tñ primitus bonis debitoris & mādatoris & fideiussoris & sponsoris: vt s̄. de fideiuss. §. sed neq́. col. j. secūdū Al. ꝙ verum videt. Vel hoc locum habet qñ agit creditor, vt ex ipso pignore sibi satisfiat vel aliud in tacito pignore, vt hic cum hoc secūdum leges veteres erat: vt ff. de iure fisci. l. moschis. & dixi supra, in prędicto cōtrario. Acc.

p Fiat. vt. C. de pig. l. debitorem. & ff. de distrac. pig. l. si creditor. §. fi. & facit. ff. de pig. act. l. quamuis.

q Creditoribus. qui possideant, vel petant.

Aliques

bulo volumus contineri: sed earum actiones secundum veterum legum constituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigiosis & speciali necnon generali hypotheca disposuimus, vt iam nulla de iis in iudiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem huiusmodi certamina terminentur. Ad excludendas aūt calumniosè mouentium intentiones, & executorū fraudes: aliud inuenit prouidentia nostra remediū. Sancimus enim omnes iudices, si quando aliquos teneri [a], vel amoueri voluerint, hanc cōditionem in suis interlocutionibus [b] adiicere, vt non aliter conuentionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulæ executoribus dentur, nisi prius & in libello actor per se, aut per tabularios subscripserit: & actis [c] interuenientibus fideiussorem idoneum periculo competentis officij [d] præstiterit [e] confitentem, quod vsque ad finem litis permaneat [f], & suas intentiones, aut per se, aut per legitimum procuratorem exerceat: & si postea fuerit approbat⁹ iniustè litem mouisse: sumptuum & expensarum [g] nomine decimam [h] partem eius quantitatis, quę in libello cōtinetur, pulsato restituat. Si autē dixerit non valere fideiussorem dare: tunc apud iudicem, à quo causa examinanda est, sanctis propositis euangeliis per sacramentum hoc ipsum [i] affirmet, & sic iuratoriam cautionem † exponat, & per eam hęc, quę superius dicta sunt, profiteatur [k]. Si verò non hæc omnia, quæ prædiximus, secūdū antè latum modum processerint: nullatenus pulsatum responsum facere executori concedimus. Nam si citra memoratā dispositionem aut aliqs iudicum, aut officium eius, vel qlibet executor negotij aliquem conuenire præsumpserit: iudex quidem & officium eius denarum [l] librarum auri pœnam sustinebit: ipse autem executor negotij & confiscationem suæ substātiæ patietur, & exilio quinquennali dānabitur: pœna videlicet ex hac lege competente periculo viri magnifici pro tēpore comitis rerum priuatarum exigenda, & nostri fisci iuribus inferenda. Omne autem dispendium, quod pulsatus ex hac cōuentione præter tenorem nostræ legis factū perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato resarciatur periculo iudicis, cuius ab executore detentus est [m], necnon & officij qđ eius iussionibus obsecūdat: vt vndiq; nostro imperio superna maiestate ac diuinitate crediti, pro sua indemnitate lætentur. Causas verò †, quæ ex consensu

a Aliquos teneri. Cum in præsentia sint. Acc.

b Interlocutionibus. i. præceptis: nam omne præceptum iudicis, quod facit ad causam finiendam, est interlocutio: vt ff. de arbi. l. qualem. in fin.

c Et actis. i. scriptura inde facta authore iudice. Sed nunquid ex hac. s. scriptura oritur actio reo? Respon. non: sed vt iudicis officium in exigēda decima interueniat: licet stipulatio nō fuerit apposita, secūdum Azo. si autem apposita, acquiritur vtilis etiam ex stipulatione executorib. vt ff. rem pu. sal. fo. l. iiij. in prin.

d Officij. id est, officialium, vt ponatur ministerium pro administrantibus. Accur.

e Præstiteris. Sed cui? Respond. executoribus. nam ex eorum pacto habebit reus vtilē actionem, vt modo dixi, vel ipsi conuento sine dubio.

f Permaneat. s. actor. Sed cōtra. C. de appell. l. eos. in fin. nā nullus cauet de prouocatione appellationis exercenda: vt ibi dicit. Sed dicas illud, corrigi per istud, secūdū Azo. Vel illud in appellatiōis causa, hoc in principali.

Expensis mulctatur iniustè mouens litē.

g Expensarū. Not. quod qui iniuste litem mouet, ad expensas tenetur: vt hic, & C. de epis. & cle. l. omnes in fi. & j. de exhibē. §. quia vero. & C. de iudi. l. properandum. §. si vero. Acc.

h Decimū. Dicūt quidam, quod hæc decima non excedit vltra xxxvj. aur. vt j. de exec. §. j. col. vij. Alij dicūt quod excedere potest, & illa auth. ante contestationē loquitur, hæc post. & sic hæc differt ab illa, nec altera est superflua. Tu dic q illa fit propter incipiēdam causam, hæc propter finiendā. Sed quæ cautio prius fiet? Respō. illa: tū quia est in ordine huius libri prior, tum quia respicit principiū, qđ prius esse debet: vt ar. C. de no. cod. cō. §. fi. Itē an cōtinue hæc post illā? Rū. sic. Vel dic secundum Io. illa ante receptionem libelli, hæc post: licet antequam reo detur. Item quid si prius expendit, quam decimā? Respon. totum sibi restituitur, si hoc iurat: vt argumēt. supra, de exhiben. §. quia vero. col. v. & infra, eodem. §. omnem. & ff. de iudic. l. eum. & C. de iud. l. properandū. §. si vero. Sed videtur, quod hæc decima nullo modo sit præstanda: vt insti. de pœ. te. lit. §. hæc autem. quæ est contra. Sol. illa corrigitur, vt hic. Itē qđ subiicit quātitatis, large accipe & pro specie, vt ff. de leg. ij. l. quisquis. Et sic no. hic quod etiam in actione personali debet actor dicere rem certam in libello: vt hic, & ff. de rei ven. l. si in rē. §. & si vestimenta. & ff. de don. l. item exigit. & ff. de iure iur. l. ptor. in prin.

i Hoc ipsum. scilicet fideiussorē sedare non posse, qđ subiicit, & quod duo iurant. sic & j. vt nul. iu. §. si vero crimen. & C. de asser. to. l. j. §. omnes. & ff. qui satisda. cogan. l. de die. §. fi. & facit ad §. infra de san. epis. §. nulli. co. ix. & j. de nupt §. q vero. in fine. §. col. lat. iiij.

k Profiteatur. scilicet, quod vsque ad fin. litis permaneat. Acc.

l Denarum. id est, decem & * decem: vt ff. de lega. j. l. si quis testamento. §. Titio.

m Detentus est. id est, citatus re & verbo.

n Ex consensu. id est, arbitrio, secundum quosdam. nam ibi non præstatur prędicta cautio secundum eos. Sed contra. ff. de arbit. lege prima, dic ergo ibi, vt remittatur partium consensu. nam cōsensu partium de

† Facit ad idem. c. p vestras. iuncta gl. super ver. potest extra de donat. inter vi. & vxorem. Libellus etiam in personali actione rē certā continere debet.

* Nemo est vel mediocriter doctus do litioribusque literis imbutus, qui nō vel facile intelligas Acc. in huiusmodi expositione cū hic, tū alibi infinitis locis ineptire. non enim hic decem & decem, sed singulos in hoc delinquētes decem libris puniri īnuit, quę vis est hui⁹ numeralis nominis in distribuēdo.

† Facit ad hunc tex. glo. j. in ca. cum dilec. post med. ibi, item satisdatio. extra, de arbit. vbi dicitur, qđ coram arbitro non præstatur satisdatio sed sufficit pœnę promissio.

iure interdum relaxatur: vt argument. ff. de fer. lege. j. j. respon.

a Constitutionibus. q. d. sine huius constitutionis auxilio, ex quo partibus placet.

b Omnem. sup. ad omnem, &c.

c Legem. vt C. vt nemo inui. agere, vel accusa.

d Quamobrem. nunc incipit & primo quando lis iã contestatata est, postea, quando nõ est contestata: vt j. eo. §. si verò. in fi.

e Exercere. No. quod qui semel voluit, prosequi cogitur: vt C. ad Velle. l. fi. in fi. & ff. mãd. l. si mandauero. §. finali.

f Iudicium. alias negotium.

g Vocetur. vt veniat ad causam: vt C. qui accusa. non pos. l. iij.

h Cautione. i. dilatione: sic dicta qa ad cautelã datur, vt posit ad peremptoriũ perueniri, & sic ad sententiã: vt ff. de iudic. l. ad peremptoriũ. & qđ dicit xxx. dierum: dic quod olim erãt x. vt ff. eo. l. per interualla. & C. de iudi. l. properãdum. §. j. Sed istę corriguntur per istã authen. Istud etiã idẽ spaciũ credim⁹ aurgeri in reo. nã non debet, &c. vt ff. de re iur. l. non debet. & de fer. l. fi. secũdũ Ioan. Sed dico grauari actorem, vt definitiua cõtra eum feratur, & ante lit. contest. vt j. eo. §. si vero. & non dico in reo absente ante lit contest. sed si agatur realiter, in poss. rei petitæ mittetur actor: vt C. de prescri. xxx. an. l. si quis. si personaliter, pro mensura debiti: vt s. de exhi. §. si vero etiã. Multa enim conceduntur reo, quæ actori non conceduntur: vt C. de temp. in integr. restit. l. petendæ. & ff. de fer. l. fin. Sed omne quod licet actori, &c. vt dictum est. & est ratio: quia durius debet astringi actor, qui prouocat inuitum: vt s. proxim. iniuste enim, &c. Sed videtur etiam, quòd contra reũ feratur definitiua sententia ante lit. contest. vt supra, vt omnes obed. iud. §. si vero. col. v. Sed dic ibi quasi contest. lit. contra dominum: cum alius ei respõderit vel nõ fertur definitiua, sed in reb⁹ absentis satisf. Item no. consuetudinariũ esse tres dari potius, quã plures, vel pauciores: siue maioris tẽporis siue minoris in iure inueniat: vt j. vt spon. lar. §. ad hoc. col. ix. & C. quomodo & qñ iu. l. cõsentaneũ. & j. vt cũ de app. cogn. §. sed hoc præsenti. Sed quæro an hoc casu iudex posit hoc spacium minuere? Videtur quod nõ: vt ff. e. l. per interualla. cũ sit dilatio legalis: aliud aũt si sit in iudiciali: vt C. de dilat. l. j. Vel dic posse minui: vt ff. de iudi. l. nonnũquam. Accur.

Prosequi cogitur, qui semel voluit.

† Facit ad hũc. §. c. præterea. cũ glo. j. extra, de dila. & ex hoc. §. sumitur auth. quæ est super l. consentaneum. C. quomodo & quã do iudex. & incipit, qui semel.

utriusque partis in iudicio mouentur, à pœna huius constitutionis liberas esse decernimus, & sicut aliis nostris continetur constitutionibus [a], terminari.

Actor, qui actionem in iudicio propositam post litem contestatam prosequi differt, tribus iudiciarijs edictis citatur: post quæ si adhuc venire recusat, iudex post annum sibi adhuc indultum sententiam profert. Bartolus.

Omnem [b] verò † causarum finem volentes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autẽ vsq; ad finem exercere iudicium, dicentes legem [c] esse, quæ decernit neminem actiones suas exercere nolentẽ conpelli. Et hanc igitur prauitatem extinguere festinantes, iubemus memoratæ legis auxilio nõ eos vti, qui contra aliquem suas proposuerint actiones, siue per iudiciariam conuentionem, siue per preces principi oblatas, & iudici insinuatas, & p eum ad scientiã aduersarij deductas, vel sub legitimi iudicis cœptas examine. Iniustè enim agere recusat, qui paratus aduersarium suum ad iudicium vocauit: cùm excusatio hæc pulsato magis, quàm actori conueniat.

Quamobrẽ [d] sancimus, actorẽ cœptũ negotium vsque ad finem litis exercere [e]. Si verò causam p se distulerit, damus pulsato licentiam, iudicem, apud quem lis cœpta est, postulandi, vt ab eodem iudice actor ad iudiciũ [f], aut per se, aut per legitimũ procuratorem venire moneatur: & si hoc minimè fecerit: propositis tribus vocetur [g] edictis, vnaquaque cautione [h] † nõ minus quã xxx. † dierũ spatio concludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non solùm præconum [i] vocibus, sed etiam dictis propositis quãcunq; litigatorũ partem absentem in iudiciũ vocare. Vocem enim pręconũ pauci possunt, qui præsentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies sic posita possunt penè omnes agnoscere. Aliis autem [k] omnibus iudicibus, qui per imperialem iussionem causas examinant, ex præsenti lege permittimus partes, quę in iudicio nõ permanent, propositis edictis [l] vocare, ne causæ infinitæ permaneant. Si verò apud iudicem initium [m] lis non acceperit, sed tantum conuentionali libello [n] quicunque pulsatus [o] est, aut precibus nostræ oblatis clementiæ, iussio nostra su-

i Præconũ. hodie per tres nũcios ad domũ missos: nec clamat præco per plateas: qa, &c. olim enim per edicta in albo posita, vt hic cõtinetur secũdũ Io. Sed qualite cum semel esset scriptũ in albo, iterũ scribebat? Rñ. forte elapsis triginta diebus delebatur, & iterũ scribebatur. Et no. quod in hoc albo erant spẽlia edicta: vt de his citatiõibus, q̃dã generalia: vt ea, quæ dicuntur ꝑtorũ edicta: vt ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis id. in prin. Acc.

k Aliis autẽ permittimus. Not. delegato principis licere citare per edicta. & sic est cõtra s. de exhib. §. si vero quidã. ibi, nihil facere valente. Sol. hic corrigit in his delegatis. Alij dicũt, q̃ hæc secundũ illã distinguit: vt hic lite contesta ta non ante liceat.

l Edictis. in albo.

m Initiũ. No. initiũ litis fieri p cõtest. sic C. de plus pe. l. j. & C. de iud. l. apertissimi. & C. vbi de cri. agi opor. l. j. & faciunt ad ea, quæ dixi. ff. de eod. iurisdi. om. iud. l. & quia. in fin. l.

n Libello. hic derogat. l. C. de eden. l edita. quia necesse habet persistere in veteri, vt hic, nec põt mutare libellũ, secundum Azo. etiam ante lit. contest. sed per illam licebat vsque ad lit. contes. Accur.

o Pulsatus. coram ordinario.

Vocatione in scriptis.

† Facit ad hunc tex. glo. ij. post principi. ca. j. extra, de dilatione.

* Bar. ait. verum id esse, quod hic agatur de citatione verbali quam à principe delagatus facere potest p edicti interpositionẽ ab aliis autẽ delegatis nequaq̃: vt & de iud. l. sancimus. ad fi. & vide Ale. Imo. in l. plerique. ff. de in ius voc. Atilli cagitur de citatione reali secundum C. ocapi. relatum. cum glos. j. extra, de deleg.

Per

per hoc prolata, siue scriptis, siue per mandata [a] iudici fuerit intimata, & ea aduersario per eum cognita: etiam sic licebit pulsato ire ad competentem [b] iudicẽ, & per eum suum aduersarium simili modo vocare: vt si quidem sui pręsentiam actor fecerit, causa secũdum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur [c]. Si verò propositis edictis vocatus, ad iudicium venire, & suas intentiones, aut per se, aut per legitimũ (sicut dictũ est) procuratorem proponere noluerit: tunc & aliud [d] vnius [e] anni spatiũ ei cõcedimus: intra quod nisi suam intentionẽ fuerit prosecutus: damus licentiam iudici, & absente aduersario partis ꝑmanẽtis [f] allegationes secũdũ nostras leges examinare, & veritate [g] subtilius requisita, legitimam proferre [h] sententiam. Si verò intra prędictũ anni spaciũ venerit, & suas intẽtiones exercere voluerit: iubemus iudicem modis omnibus expensas, vel sumptus, quos ꝑpter litem pulsatus permanẽs in iudicio sustinuerit, ante omnia exigere actorẽ [i] & pulsato dare: & sic actorẽ permanere, donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantummodo venerit, & expensis siue sumptibus datis solùm annale tempus interrũpere voluerit, & iterum à iudicio recedẽs, vsque ad exitum causæ non permanserit: iubemus eũ post prædictas [k] edictorum & annalis spatij obseruationes, ab omni cadere actione [l], quã sibi competere cõtra pulsatum existimabat. Deterior [m] nanque † dolus eius agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quàm qui semel acceptam dereliquit. Legis autem [n] priuilegio [o], quę nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones mouere, illis tantũmodo vti concedimus qui nullam secundũ prædictos modos aduersario mouerint quæstionem. Hæc autem omnia obtinere decernimus in causis, quę necdum vel iudiciali sententia, vel alia amicabili cõuentione, vel alia iuri cognita decisione finitæ sunt, Theodote parens charissime atque amãtissime. Illustris itaque & magnifica authoritas tua præsentem nostri numinis legẽ in perpetuo valituram, edictis in hac regia vrbe propositis, & præceptionibus in vniuersis prouinciis sub tua constitutis iurisdictione directis faciat manifestã: vt omnes ea, quæ pro vtilitate eorum sancimus à se custodienda cognoscant. Dat. iiij. Idus Septemb. Constantino. Imperij Domini Iustiniani P.P. anno xv. Basilio V.C. Con.

TITVLVS IX.

† VT NEQVE MIles, neque † fœderati obseruentur domini priuatæ, aut possessioni alienæ.

[a] Per mandata. s. sine scriptis: vt per nuncium.
[b] Competentẽ. i. eã, qui delegauit, quãdo est delegatus à simplici ordinario, vel ad iudicem causæ. Azo.
[c] Sortiatur. per definitiuam, quãdo ambæ sunt præsentes, si est lis contest. alias fieret: vt dixi s. e. §. proxi. vt distinguas, reus vel actor sit absens. Accur.
[d] Aliud. sic crucifixus est Christus & alij, &c. sic s. vt defunct. seu fu. in princ. coll. v. nec enim hic aliud simile spacium præcesserat.
[e] Vnius. propter triplex spaciũ xx. dierum quod est ei datum inter edictũ & edictum.
[f] Permanentis. in præsenti.
[g] Et veritate. vt si habeat actor bonam causam, nihilominꝰ vincat redditis reo expensis: vt C. de iu. l. sancimus. & l. properandum. §. sinautẽ ex gestis. & s. de iudi. §. oportet.
[h] Proferre, quando lis iam est contest. & cognitũ de causa per ꝑbationes rei. alioqui ab obseruatione iudicij tantũ absolueret reũ, secundum quosdã. Tu autem breuiter mirabilia hic no. qa introducũtur hic testes ante lit. cõtest. si reus vult in se onus ꝑbationis suscipere. sic ff. de proba. l. circa. Secundũ qa ferẽ definitiua sentẽtia ante lit. contest. sic em̃ dicit & veritate subti. &c. & hoc secundũ M. & Ioã. Bul. cõtra: & dicebat legitimã sentẽtiam de missiõe in pos. & hoc quãdo reus ꝑbat: vt dictũ est. alias ab obseruatione iudicij tãtũ absoluitur reus vt C. de iu l. properandum. §. fin. Item tertiũ nouum nota, qđ ampliatur numerus dierum: cum olim x. hodie xxx. sint: vt dixi s. §. prox. Itẽ quartũ: quia ante trienniũ finitur instantia: licet alias regulariter triennio duret ciuilis: vt dices j. proxi. Quintum not. quod contrahitur eremodicium etiã actore absente: vt possit definitiua dari. & hoc idem erat per. l. properãdum. §. sinautem reus. secus videtur iure veteri: vt ff. de iu. l. & post edictũ. & est arg. pro hoc. ff. de re iur. l. non debet. Item sextum not. quia cadit qs ab actione sua propter ꝑcrastinationes suas, & delusiones huiusmodi: vt j. proxi.

Sententia diffinitiua aliqñ ante litis contesta. fertur.

[i] Actorum. sic C. de iud. l. sancimus. & s. de his, qui ingre. ad appel. §. qa igitur. ibi, expẽsis modis omnibus, & c. col.
[k] Prædictas. i. iterum de nouo faciẽdas & si bene cõputes, habes bienniũ & sex mẽses secundũ Io. Vel dic, qđ loquiẽ de prædictis: & sic habes annũ tantũ & tres menses. qcquid tamẽ dicas, derogaẽ l. properandũ. q̃ statuit triẽnium. nam vel intra bienniũ & sex mẽses, vel intra annũ & tres mẽses finitur hoc iudiciũ: sic & alias finitur per annũ: vt s. de hę. & Fal. §. illud col. j. secũdũ. Azo.
[l] Actiõe. nũquid ipso iure? Respõderi põt & allegari quod dixi s. de incest. nup. §. j. Et nota. hic argu. contra variantes. sic ff. de procur. l. in causæ. in prin. sed ar. contra. ff. de collatio. bo. lege, nonnunquam.
[m] Deterior. Not. deteriorẽ esse cõditionem pluries delinquẽtis. sic & C. de ser. fu. l. quicunque. & ff. de re mil. l. iij. §. si plures. & ff. de pœn. l. si quis aliquid.
[n] Legis autem. vt C. vt nemo inuit. agere vel ac.
[o] Priuilegio. id est, priuilegiis.

† Cõcor. c. j. cũ glo. fina. post med. extra, de renunc.

† Hic tit. apud Haloand. est, De Militibus.

[illegible]

Cum

a Cum domini. Vtilitates. aliàs necessitates.
b Quibus. scilicet militibus.
c Militant. C. locati. l. vltima.
d Rebus. §. vt incontinenti Barbarorum refrenetur audacia, & publicæ res augeantur: vt §. dixit.
e Eis. §. priuatis. Accur.
f Implentes. scilicet milites.
g Triginta dierum. arg. contra §. vt factæ no. consti. §. vt autem. col. vt Sol. vt ibi.
h Obseruauerint. i. obedierint.
i Optiones. simile §. vt liceat matri & auiæ. §. quod autem simile. C. de iure fis. l. pe. simile. ff. de bonis dāna. l. diuus. §. cum quis. Accur.
k Reuertantur. i. reuerti faciant.

Nullus militem, vel fœderatum in domo, vel propria possessione retinere præsumat. contrà faciens sua dignitate expellitur: & eius bona publicantur: milites militia priuantur, & etiam iudices negligentes x. libris auri puniuntur; & exilio traduntur. Angel.

Imper. Iustin. A. Theodoto Oriental. prætorio præfecto.

CVm domini Dei beneuolentia ad custodiam nostrorum subiectorum militarium rerū incipit ordinatio. His enim prouidentia Dei dispositis, Barbarorū quidem incontinentia refrenatur, reipubli. verò res augentur. Et quoniā aliqui propriæ salutis pro nihilo facientes rationē. milites & fœderatos, qui debent pro libertate reip. contra inimicos certare, præsumunt subtrahere, & in priuatas suas occupare vtilitates [a]: præuidimus per præsentem legem nostram omnibus interdicere, vt nullum decæterò præsumant militem in quocunque relatum numero, aut fœderatum subtrahere, & in sua domo, aut in propriis habere possessionib. pro quibus [b] nos multos sustinemus labores. Exercentur enim & militāt [c], vt cōmunibus vtiles sint rebus [d]. Sint igitur omnes scientes, qui milites † aut fœderatos aliquos in suis habent domibus, aut possessionib. aut qualitercunque obseruantes, & quasdam eis [e] proprias implentes [f] vtilitates, quod nisi intra triginta dierum [g] dilationem, computandorum ab insinuatione per loca præsentis nostræ dispositiōis, eos impulerint: substantiæ quidē habentium eos, aut retinentiū, publicationi subiectæ, fisco applicabuntur, ipsi verò & dignitatibus & militiis quas habent, expellentur milites verò & fœderati, qui † eos post dilationem obseruauerint [h], non solū militia spoliabuntur, sed etiā vltima sustinebūt supplicia. sciētibus etiā vniuscuiusque prouinciæ iudicibus, qa si aliqui inueniātur in locis, quæ sub his sunt exactoribus, aut cōuictoribus, aut personis aliquibus, aut dominiis, aut possessionibus, aut quibuslibet propriis vtilitatibus permanentes, & non celeriter istos, comprehenderint, & suppliciis subdiderint, & milites qdē ad numeros suos transmittant, in quibus militant, fœderatos verò ad proprias optiones [i]: ipsi decem librarum auri pœnam exigētur, & insuper exilio tradētur, vtpote nostras iussiones præsumētes negligere. Nemo igitur neque diuino quodā typo de hoc forsan facto, neque præceptis iudicum vtatur: neque aliqui nostrorū iudicum huiusmodi aliquos typos, aut præceptiones iudicū suscipiat: sed cum omni celeritate militantes quidē ad proprios numeros, fœderati verò ad suas optiones reuertantur [k], & pro communibus certēt rebus. Nullo enim modò decæterò concedimus nostros milites aut fœderatos in quibusdam omnino priuatis vtilitatibus occupari. Quæ igitus placuerunt nobis, & per præsentē manifestata sunt legē, tua eminentia præcognoscens, in hac quidem felicissima ciuitate edictis secundum morem propositis, in prouinciis verò præceptionibus destinatis, omnibus manifesta constituere festinet.

† Côcor. cum hoc tex. xxiij. q. j. per totam illam quæstionē & maxime. in ca. militare.

† Haloã. qui post præfinitū tempus apud hos permanent.

TITVLVS X.

VT DIVINAE IVSSIONES subscriptionem habeant gloriosissimi quæstoris.

VT DIVINAE iussiones.

l Nostræ. Corrigendū. sic §. vt fra. sil. col. ix. in princ. argument. contra supra, qui mo. na. eff. sui. §. tribus. colla. vij.
m Nam præsenti incipit constitutio. Accur.
Iussio

Nulla diuina iussio per aliquē iudicē recipiatur, nisi sit sub velata subscriptione quæstoris denotantis inter quos, & ad quē iudicē & per quā personā directa fuerit: cōtra faciēs pœna xx. librarū auri mulctatur. An.

Imperat. Iustin. A. Theodoto sacrorum prætoriorum præfecto.

NOstræ serenitatis solicitudo remediis inuigilat subiectorū: nec cessamus inquirere, si qd sit in nostra republ. corrigendū [l]. ideo nāque † voluntarios labores appetimus, vt qetē aliis præparemus. Vnde ad vniuersarū vtilitatē ptinere pspeximus, si sacras etiā iussiōes cū cōpetenti iubeamus cautela pcedere, ne aliquibus liceat eas pro sua volūtate profiteri. Nā præsenti [m] lege decernimus.

† Côcor. super ver. generali cap. bonæ memoriæ. extra, de postu. præla. & in gloss. j. in proœmio Decre. in ca. fin. & dicit Imperator in c. ecclesia vestra in glo. sup verbo vigiliis. extra, de elect. & in c. cum instantia in gl. j. extra de censibus.

nullam diuinam iussionem [a] neque per viri magnifici quæstoris adiutores, neque per aliam cuiuslibet militiæ, aut dignitatis, aut officij personam cuicunque iudici [b] concessam, à quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri quæstoris [c] annotatio subiecta non fuerit, qua contineatur [d] & inter quos, & ad quem iudicem, vel per quã fuerit directa personã: quatenus omni posthac ambiguitate submota, nulla cuilibet excusationis relinquatur occasio. scientibus iudicibus, vel administratoribus vniuersis, quod si in quolibet negotio sacrã susceperint iussionem, nisi cui quæstoris viri magnificentissimi fuerit subiecta annotatio, mulcta xx. librarum auri, & officium eorum simili pœna plectetur. quibus [e] iubemus, si qua talis iussio ad eos peruenerit: mox ad prædictum virum magnificum quæstorem referre, aut cum illo, qui hæc ingerit destinare: vt in eum vindicta procedat, quã in falsarios iura nostra constituerunt, Theodote parens charissime atque amantissime. Quam legẽ perpetuò valituram celsitudo tua ad vniuersorum faciat peruenire notitiam.

TITVLVS XI.

IN MEDIO LItis non fieri sacras formas, aut sacras iussiones: sed secundũ antiquas leges generales lites decidi.

Iudex de causa cognoscens, iudicare & procedere in ea debet secundum legem, non secundum sacras formas, & iussiones lite pendente emanantes: & sententia principis in scriptis lata non potest ab aliquo retractari. An.

Imperator Iustinianus A. Theodoto sacrorum prætoriorum præfecto.

Omnia secundum nostras leges agi volentes, & harum virtutem seruari studentes, perspeximus præsentẽ scribere legẽ ad ipsarum legũ obseruationem. Agnouimus enim, quoniam quidã iudicum volẽtes eis, qui causas dicũt, tergiuersari, & celare suas festinantes dilationes, excusant se frequenter, dicentes quod sacræ formæ, aut sacræ iussiones, aut dispositiones spectabiliũ nostrorum referendariorum insinuatæ eis sunt, tanquam disponentes [f], queamodum oporteat negotiũ examinari, aut iudicari. Et propterea sancimus, vt dũ lis examinatur, siue in pecuniariis, siue in criminalibus, aut aliis quibuscunque emergẽtibus causis apud iudices, siue hic, siue in prouinciis, neque pragmaticũ typũ [g], neque aliam præscriptionẽ [h], neque sacrã nostrã qualibet ex scripto, aut nõ scripto iussionẽ, aut dispositionẽ [i] in hac regia ciuitate spectabiliũ nostrorum referendariorum, aut alterius cuiuslibet disponentẽ eos, quomodo decet inchoatũ examinare, aut iudicare negotium [k]: insinuare iudicãtibus, aut insinuatam valere: sed secundũ generales nostras leges causas examinari et decidi. Quod enim in legũ positũ est potestate, nõ egebit aliqua [l] extrinsecus dispositione. Si quod enim ad nos negotium apud iudicem [m] iam dictũ, aut antequam hoc principium sumat, perspeximus nos hoc per proprium nostrum iudicium [n] disponere & dicere: hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis per sacrum (sicuti dictum [o] est) iudicium disposita, aut decisa non egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractatiõe aliqua: sic nos (quibus Deus [p] sanciendi potestatem donauit) si aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus: non alij iudici hoc committimus, siue per formas, siue per dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum, aut alterius cuiuslibet, quomodo conuenit hoc negotium examinari aut iudicari: vtpote, quia à nobis semel iudicatum est, quod retractari à nullo

[p] Facit ad hoc xxv. q̃õ. ij cap. imperiali, &c. vbi de hoc late tractatur.

[a] Iussionẽ. id est priuilegiũ in quo aliquid iubet, vel concedit in fauorem. in cõmissionibus causarum forte est aliud, vt obseruari in curiis videmus. Azo.

[b] Iudici. i. ad quẽcunque iudicẽ. Acc.

[c] Quæstoris. Qui tribus modis dicitur: vel à quærẽdo, de quo non loquitur hic, vt credo, vel qui legẽdis principalibus libris vacat. de * quo forte hic loquitur. tertiò qui præest capitalibus causis ad ferendas vel legẽdas sententias: de quo forte hic loquitur: vt ff. de offi. quæsto. l. j. §. fi. & ff. de orig. iur. ij. §. deinde cũ ærarium. et §. quia diximus. Ac.

* Imo verius est, & qui in rescriptis legitima approbabat & minus legitima rescindebat atque cancellabat: vnde Py. in præfatione in tres Codi. libros ait, nostro fuisse per similẽ gallicano cancellario. de quo apud eundẽ. & Bu. multa videre licet.

[d] Contineatur. ex hoc. §. sumitur quod est. C. de diuer. rescri. l. fi. §. fi.

[e] Quibus iubemus. s. iudicibus.

IN MEDIO litis &c.

[f] Omnia. Disponẽtes. Scilicet nos per dictas iussiones.

[g] Pramaticum typum. i. chartulã, qua scribebãt quid faciendum sit Ac.

[h] Præscriptionem. alias descriptionem. Ac.

[i] Dispositionem. quia nos volumus quod nostræ leges volũt: vt. j. de iudi. §. omnes autẽ. col. vj. sic. ff. ad Turpi. l. j. §. j. ibi, pene vero per se &c. Et sic no. quod nõ licet supplicare lite pẽdente: vt hic, & C. vt li. pen. l. j. & ij. & facit. C. si contra ius vel vti. pu. l. fi. Acc.

Lite pendente supplicare nõ licet.

[k] Negotium. scilicet relatum. Acc.

[l] Aliqua. s. uobis Imperatoribus.

[m] Apud iudicem. ita neque iudicanda ab aliis aliorũ doctrina. Azo.

[n] Iudicium. id est sententia.

[o] Dictum. id est, inchoatum aut antiquatum.

A nullo

valeat [a]. his videlicet tenentibus, quādo scripta talis aliqua nostra procedit sententia. Si verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege: nunciet ad nostram potestatem, & à nobis expectet causæ scriptam declarationem [b], aut interpretationem, & secundum eam decidat litem. Si verò dum causa dicitur: pragmatica nostra forma, aut dispositio spectabilium nostrorum referendariorum [c], aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum, quę dicta sunt omnium, iudicātibus insinuetur, ordinans in his examinationem, aut sententiam: iubemus iudicem quidem omnino nō respicere †: sed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem, secundum generales nostras leges causam examinare, & legitimo fini cōtradere. Si autem hoc nō custodierit iudex: decem librarum auri eum subiacere pœnæ: vt etiā aliam nostram maiorem indignationem experiatur: eidem pœnæ subiecto & eo, qui præsumet talem aliquam dictare formam & ministrantibus ei, & talem aliquam dispositionē facientibus spectabilibus nostris referendariis. Et hæc dicimus, siue ex sacra nostra sanctiōe [d] iudicare quispiam deputatus est, siue ex præcepto iudiciali, siue secundum arbitrium, aut compromissariorum schema quæstionem audit, siue scripto, siue sine literis. Sed vel si quis iudicum propriam despiciens salutem, ex aliquo tali pręsumpserit sententiam proferre: hanc ita infirmam esse volumus, vt neq; appellatione indigeat, neque ex compromisso inferatur pœna. Nos enim omnes iudices secundum generales nostras leges examinationes & sententias ferre [e] volumus. Illud quoque indubitatū erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iussio extra qđ ordinatum est hac nostra lege. Super hoc [f] autem & illud iudices nosse opus est, quia competens est eos, & quæ adhuc & nunc mouentur quæstiones, secundum generales determinare leges [g], vel si quispiam pręcessit impetrans sanctionem disponētem iudicantis examinationem, aut sentētiam. Ei enim, qui tale aliquid impetrauit iam, sententiamq; definitiuam nondum promeruit, nihil ex iis, quæ impetrauit, prodesse volumus. Si enim semel peruenit sentētia definitiua data: nequaq; hāc [h] ex nostra hac perscrutari lege iubemus: licet appellatio subsecuta sit, aut retractatiōis [i] est aliqua species contra sententiam. Eam † autem [k] iussionem, quæ non disponit quidem iudicantem aut iudicare futurum, quomodo oporteat quęstionem fieri, aut iudiciū inferri, causam verò [l] fini studiosè tradi legitimo [m] vult, aut actorum imponet editionem, aut iudicem coget legitimam proferre sententiam, aut simul alium iudicem secundū nostras præstitutas leges et fieri, & valere, & scripto, & sine scriptura non prohibemus. Vt autem omnes nostri subiecti, & maximè qui litibus atteruntur, nostram pro se nouerint prouidentiam, & nullus hanc sacram nostram circumueniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: sancimus, in vnoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex prooemiis [n] mox, & ante ipsam personarum firmationem inscribi eam, & monumentorum fieri partem. Sic enim gestis præfulgens prohibebit ea, quæ præter eius virtutem tentantur circa eam, & circa ipsam forsan personarum

a A nullo valeat. vt ff. qui. ap. non li cet. l. j. §. respon. & ff. de min. l. minor. §. respon. ꝙ de arb. l. nā magistratus. & ad Trebel. l. ille. §. tempestiuum.

b Declarationē. vt supra, de iudi. §. fin. & C. de legi. & cō. l. cum de nouo. & ff. de iu. l. eum. §. j. Et not. quod etiā principis sententia debet esse scripta sicut & cuiuslibet alterius: vt C. de sen. ex breui. reci. l. fin. Accurs.

Principis sententia debet esse scripta.

c Referendariorū. id est facta à referēdariis voluntate principis. Acc.

d Sanctione. alias functione. Acc.

e Ferre. i. facere.

f Sup hoc. Quid addit prędictis hic §. cum dicat super hoc? Respon. hic dicit de caussis, quæ pendebant tempore huius legis, quibus pendentibus similiter dicit supplicationē, vel impetrationem non tenere. Et sic nota leges ad pterita trahi & ad pręsentia: quia hoc cauetur: vt C. de legi. & cō. l. leges & constitutiones.

† Cōcor. cum hoc tex. capit. cām quæ. cum glos. super ver. commissimus. extra, de testibus.

Leges ab præterita aliquando trahuntur.

g Leges. leges dico disponentes iudicantis examinationem, aut sententias. vel pro etiam si quispiam pręcessit impetrans sanctionē. etenim &c.

h Nequaquam, hanc. sententiam definitiuam.

i Aut retractationis. forte ratione minoris ętatis, seu supplicationis. Al. adeo etiā, vt si post sententiam fiat lex noua, non valeat: vt infra, tit. proxi. in princ.

k Eam autem. sic construe, & habebis sensum, eam autem iussionem, quæ disponit quidem iudicantē, aut iudicare futuram quæstionem, quomodo oportet fieri aut repete quomodo oporteat iudicium inferri.

l Causam verò. verò, pro sed.

m Legitimo. q. d. illa iussio non valet, quæ disponit quomodo iudices: sed illa sic: quę vult iudiciū cito finiri. Et sic no. ꝙ quatuor casibus hic supplicat li. pendente. Primus vt iudiciū procedat. Secūdus vt acta edātur. Tertius vt sententiam det iudex, ꝙ est idē quasi primus modus. differt autem quia in tertio non restabat nisi sentētia. in prima & media causa facienda erat adhuc. quartus vt associetur iudex, alias non supplicat lit. pendē. vt hic, & C. vt li. pen. den. l. ij.

n Ex prooemiis.

† Haloā. pari⁹ vertit hūc locum nempe sic, At qui iussionem, quæ iudicanti quidē aut quæ iudicaturo formā nō pręscribit, quomodo inquisitionē in cā fieri, aut sententiam proferri oporteat, sed iusti vult legitimam adhiberi diligentiā aut actorū editiōem inducit, aut iudicē legitimā compellit proferre sententiam, aut in cognitionem secundū nostras leges aliū adiu iudicem, fieri vtiq; & valere siue interueniente scriptura siue absq; scriptura facta non prohibemus &c.

quæ sunt huiusmodi procœmia: rñ. anni domini qui fiũt. Item scribunt quidam: hic incipit cã talis. Item libellus cum partis subscriptiõe. Item citatio & similia, quæ quasi procœmia sunt. & post hoc debet hæc lex scribi, vt sit pars monumentorũ siue actorum. Tertio scribit̃ confirmatio psonarũ. §. satisdationis iudicio sisti. sed videt̃ qđ statim post prædicta procœmia debeat fieri personarum confirmatio: vt s̃. de exhi. §. sancimus. & §. illud vero. col. v. Rñ. illa secundum hanc intelligitur. sed hęc hodie non scribit̃, cum satis certa sit.

[a] Secundũ quas. No. Imperatorem suscipere imperiũ, vt secundũ leg̃ iudicet. sic. C. de leg. & con. l. digna. & not. s̃. eo. §. j. quod enim in leg̃, &c.

VT CVM DE appel. &c.

[b] Postea. & sic ad præterita referantur negotia: vt infra. e. j. respon. in fi. quod est mirabile. Azo.

[c] Et de aliis capitulis. scilicet quæ sunt quatuor. nam quinque principales partes habet hæc constitutio, licet multa incidenter alias dicat: vt dixi & sum prosecutus in summa huius titul.

[d] Peruenit. Perspeximus. circa illã facti quęstionem.

[e] Sententiæ. hoc quando post sententiam.

[f] Relationes. hoc qñ post relation̄ ante responsion̄, quæ expectãda nõ est: vt hic, & j. vt iudi. non expe. sacras ius. §. fi. colla.

firmationem: & præuaricari eam nitentibus per multa interminata refrenauit à talibus eos præsumptionibus, & ꝓpriis tempus non sinit fieri pœnis. Vt enim iniquitatem simul & iniustitiam per omnia expellamus, propterea præsentem posuimus legem, vndiq; eam, & per eam alias cautas & circũueniendas custodientes reipublicæ leges, secundum quas [a] & nos ipsi imperium, quod Deo dante suscepimus, custodire, nostramq; rempublicã ab his legibus muniri semꝑ optamus. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacrã declarata sunt legem, tua celsitudo seruare quidẽ studeat: omnibus autem palàm faciat, proponens quidẽ eam in hac felicissima ciuitate, præceptis aũt solennibus vtens ad prouinciarum præsides: vt omnes homines sciant eam, quam super eos habemus prouidentiam.

TITVLVS XII.

VT CVM DE APpellatione cognoscitur, secundum illas leges debeat iudicari, quæ tempore latæ sententiæ obtinebant, non secundum eas, quæ postea [b] promulgatæ sunt, & de aliis capitulis [c].

In causa appellationis debet ferri sententia secundum legem, quæ vigebat tempore sententiæ primæ: non secundum eam, quæ post latam sententiam nouiter emanauerit, etiam si in lege nouiter emanata dictum fuerit, quòd protrahantur ad præterita. Angelus.

Imper. Iustinianus A. Theodoto Orientalium sacrorum prætorio præfecto.

PEruenit ad scientiam nostrę serenitatis, quòd cũ inter Eustachium virum reuerendissimum Tholonæ ciuitatis episcopum, & Pistũ diaconum ecclesiæ Telmissensis fuisset causa cõmota, processit à rectore prouinciæ definitiua sententia, cõtra quã appellatio est porrecta. Iudices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad nostram clementiam retulerunt, an secundum leges, quæ obtinebant, quando processit definitiua sententia: an secundum tenorem illius legis, quæ post definitiuam sentẽtiam à nobis promulgata est, eandem causam examinare deberent. Nos itaque iustum esse perspeximus [d] secundũ leges quæ obtinebant tempore latæ sentẽtiæ [e] prædictã appellationis causam examinari, & terminum secundũ ipsas accipere. Præuidimus aũt & post hãc, si quãdocũq; dubitatio talis emerserit, eam simili ordine terminare. Ideoq; sancimus, si quando de aliqua cã ꝓcesserit definitiua sentẽtia, & ꝓuocatio fuerit subsecuta: appellationis examinatores secũdũ leges, q̃ tẽpore definitiuæ sentẽtiæ obtinebãt, terminum dare negotio. hoc eodẽ videlicet obseruando & in retractãdis amplissimæ p̃torianæ sentẽtiis, & in suggestionibus iudicũ, quãdo vtręq; partes omnibus allegationibus suis renunciauerint, & iudices per suas relatiões [f] ꝙ qđ disponi debeat, interrogauerint. In omnibus em̃ prædictis casibus illas leges à cognitoribus seruari decernimus, quæ tempore sententiæ, aut certæ relationis obtinebunt, tametsi cõtigerit postea leg̃ promulgari non aliqđ disponentem & tenorem suum ad præterita quoque negotia referentem [g].

ix. & C. de ap. l. iubemus. §. fi. & s̃. de iudi. §. pe. coll. vj.

[g] Referẽtem. Nota leges ad futura tantũ tempora trahi, vt & s̃. de nupt. in fi. co. iiij. & s̃. de rest. & ea, quæ pa. §. hoc igitur, & infra, de hære. ab intest. §. fin. col. ix. & vt factæ no. consti. coll. v. sed cũ dicat hic non trahi ad præterita etiam si hoc dicatur, est cõtra. C. de vsur. l. pe. & C. de legi. & cõsti. l. leges & constitutiões. & ff. de leg. & sena. l. nõ est nouum. Sol. hoc speciale, vel dic trahitur ad præterita. s. facta in quibus iudicium non est inchoatum: secus si sit inchoatum: vt hic.

Lex futurũ tempus respicit.

Postquã vna pars renũciauerit allegationibus, alia cogi debet intra xxx. dies proponere quicquid velit. & si hoc non fecerit, ad omnẽ eius malitiam superandam duo menses dari debent: quibus elapsis iudex debet ferre sententiam legibus consonantem. Ang.

† Ex hoc §. sumpta est auth̃. quę est super. l. iudices. C. de iud. & incipit, iubemus, vt quando.

Sed & hoc † præsenti addimus sanctio-

Sed &

ni. Quia inter litigatores aliquando contingit, vnam quidẽ partem suis allegationibus renũciare [a], aliam verò sciẽtem se malas causas habere, post cognitionalia certamina & dilationes, quas probationũ causa leges concedunt, nolle confiteri allegationes [b] sibi sufficere, ne citò causæ qualitas agnoscatur: iubemus, vt quando vna pars allegationibus renunciauerit, alia verò pars dixerit se habere aliquid, quod proponat [c]: iudex negotij modis omnibus eam partem, quæ vtitur dilatione [d], compellat intra xxx. dies, postquã altera pars renũciauerit, quicquid velit sine aliqua intermissione proponere. quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam conuincendam † alius vnus mẽsis indigeatur à iudice. Si verò & sic distulerit: alterius vnius ei dilatio prębeatur [e]: ita vt si vsque ad prædictos tres mẽses, quos litigatoribus protrahentibus cõcessimus, suas non proposuerit allegationes: tunc cognitor causæ non amplius expectans, modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem: vel si voluerit referat: ne litigatoribus malè certantibus liceat causarum exitum vltrà protrahere.

Parenti non licet liberos præterire vel exhæredare, nisi si legitimam eis reliquerit portionem: nisi iure institutionis eis reliquerit: vel nisi ingrati probentur expressè ingratitudine in testamento apparente: quæ causæ ingratitudinis hic per ordinem enumerantur. Bartol.

Aliud quoque † capitulum præsenti legi addẽdum esse perspeximus. Sancimus igitur non licere penitus patri, vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauiæ suum filium, vel filiam, vel cæteros liberos præterire [f], aut exhęredes in suo facere testamento, nec si per quãlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem: nisi forsan probabũtur ingrati, & ipsas nominatim [g] ingratitudinis causas parẽtes suo inseruerint testamento. Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuersis legibus dispersas, & non apertè declaratas inuenimus, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem visæ sunt, aliquæ verò, cùm essent dignę, prætermissæ sunt: ideo necessarium esse perspeximus, eas nominatim præsenti lege comprehendere: vt præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in huius constitu-

a Sed & hoc præsenti. Renũciare valet hic renũciatio propter allegationes iuris, & propter instrumenta: sed propter testes forte ne producantur, nõ valet: vt supra de testi. §. quia vero multi. colla. vij. sed sola scientia testificationem.

b Allegationes. quæ & in iure. & in facto, & in probationibus accipi possunt: vt ff. de ritu nupt. l. si quis tu. & C. si ex fal. all. l. j. & ij. & C. de aduo. di iudi. l. laudabiles. §. quoties. Accursius.

c Proponat. Iudice interrogante, an aliquid noui addere velit: vt C. de iud. l. iudices. & hic sumitur auth. quæ est ibi.

d Dilatione. Prima, vel vltima.

e Præbeatur. imo videtur, quod semel tantum. vel ad plus bis: vt ff. de fer. l. vlti. contra. Solu. hic non loquitur de dilatione, quæ datur præsenti & petenti, sed de quodam spatio, quod datur absenti, vt alleget. & eodẽ modo opponi potest de eo, quod est s. de litig. §. omnem. vbi tria edicta: & pro quolibet dies xxx. dãtur. Vel dic speciale hic, quãdo per allegatiões petit: vt arg. ff. qui ex cau. l. ait prætor. §. si. & l. j.

f Præterire. alias præteritæ. præteritio ad lineã fœmineã, exhæredatio ad masculinam. sic insti. de exhære. li. §. mater. & quod subiicit, nec si per quãlibet donat. &c. no. quod oportet iure instit. aliquid filio relinqui: nec sufficit iure legati. & sic corriguntur hic iura antiqua. ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. si quis mortis. contra instit. de inoff. testa. §. pe. cõtra. s. de mona. §. si vero filios. contra & s. de trien. & se. §. j. cõtra. & si qua sunt similia quibus dicitur, quod sufficit quoquo relicti titu. relinquere. sic ergo in minimo facta institutio excludit querelam; vt j. e. §. cæterũ. & agitur ad supplementum: vt C. de inoffi. test. l. omnimodo. & l. scimus. & de rei vxo. act. §. videamus. Vel dic. quod prædicta iura loquantur, quãdo non faciebat testamẽtum, sed codicillos: hic quando solẽniter testabatur. vnde iure institu. sibi, vt aliis debet relinquere. Tertij dicũt hanc intelligi secũdũ illas, & legunt sic literam istã: nec pro non, & dic si, id est, quamuis per quamlibet donat. vel legati, vel fidei commissi, vel alio quocunque modo dedit debitam portionem: & assume, non licet exhæredare, dico, nisi forsan, &c. Prima verior videt, vt corrigantur.

g Nominatim. hic probat secũdũ M. quod hodie querela cesset, nisi inter fratres turpibus personis institutis: vt insti. de inoff. testa. §. j. hoc modo pater tenetur causam exprimere, vt hic: & hæres probare, vt C. de inof. testa. l. omnimodo. Syllogiza ergo sic, aut pater fecit testamẽtum, aut non. si nõ: succedit filius ab intestato: vt j. de hęre. ab intesta. §. j. & cessat querela. si vero fecit, aut in seruit, causam, aut nõ. si non: ipso iure nõ valet, vt hic. si vero inseruit, aut eam probat hæres, & tũc repellitur filius, & nihil habet vt s. de immen. do. in fi. & sic cessat querela. Aut nõ probat: & tũc testamẽtum pro nõ valido est, & ab intestato succederet: vt j. §. sine igitur. & sic cessat sem per querela quare M. non posuit vnã auth. in C. de inof. test. & inst. e. dicentẽ: hodie cessat querela, &c. & sic oẽs tit. de inoff. testa. sunt correcti. Sed dic prædicta vera, nisi in vltimo casu. nã si inseruit causam, & hæres non probat: tunc quo iure admittitur filius nisi per querelam? & sic cessant prædicta. Item nota, quod Pla. dicit hanc authen. superflam per leg. inst. de exhæ. lib. §. nostra. sed est fal

† Cõcor. c. per nobis. cũ gl. super ver. conuincẽda. extra, de dolo & contuma.

Præteritio & exhęredatio ad diuersas lineas pertinent.

Ex hoc §. sumpta est authẽt. quę est super l. maximum vitiũ. C. de lib. præte. vel exhęr. & incipit, non licet. Et cõcor. cum hoc text. glos. in c. Raynutius. super verbo relinquẽs. extra, de testamen. & vlt. vol.

tionis ſerie continentur.

Cauſas † autem iuſtas ingratitudinis has eſſe decernimus[a]. Si quis parentibus ſuis manus intulerit[b]: ſi grauem[c], & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit: ſi eos in criminalibus[d] cauſis accuſauerit, quæ non ſunt aduerſus principem, ſiue rempublicam: ſi cum maleficiis[e] hominibus, vt maleficus verſatur: vel vitæ[f] parentum ſuorū per venenum aut alio modo inſidiari tentauerit: ſi nouercæ ſuæ[g], aut concubinæ patris filius † ſeſe immiſcuerit. ſi delator[h] cōtra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpendia fecerit ſuſtinere. ſi quemlibet[i] de prædictis parētibus incluſum eſſe contigerit, & liberi, qui poſſunt ab inteſtato ad eius ſucceſsionem venire[k], petiti ab eo, vel vnus ex his, in ſua eū noluerit fideiuſsione ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito, in quantū eſſe, qui petitur probatur idoneus. hoc tamen ꝙ de fideiuſsione cenſuimus, ad maſculos tantummodo liberos volumus pertinere. Si cōuictus[l] fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuerit parentes ſuos cōdere teſtamentum: vt ſi quidē poſtea facere potuerint teſtamētum: ſit eis pro tali cauſa filium exhæredandi licentia[m]. Si autem in ipſa prohibitione ſine teſtamento aliquis ex parentibus deceſſerit, & alij, qui ſiue ab inteſtato ad hæreditatē defuncti, aut cum ipſo filio[n], qui teſtamētum fieri prohibuit, aut poſt illū vocantur: ſiue illi, quos hęredes aut legatarios habere volebat, vel qui læſionem aliquam ex prohibitione teſtamenti ſuſtinuerunt, hoc ipſum approbauerint: ſecundum alias leges[o] ſuper hoc poſitas talia negotia terminentur. Si præter voluntatem[p] parentū inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociauerit, & in hac profeſsione permanſerit: niſi forſitan etiam parentes eiuſdem profeſſionis[q] fuerint. Si alicui[r] ex prædictis parentibus volenti ſuæ filiæ, vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea pręſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò † vſq; ad xxv[s]. annorum ætatem peruenerit filia, et parentes diſtulerint eam marito copulare, & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe, libero tamen coniungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia non ſua culpa, ſed parentum id commiſiſſe cognoſcitur.

Filij furioſi, ſi curam eius neglexerint, à patre ſanæ mentis effectò exhæredari poſſunt. extraneus verò, qui denunciatione in ſcriptis facta filijs mandauit, quod curam de patre habeant furioſo, & eis negligentibus curam, & diligentiam furioſo exhibuit: ad ſucceſsionem eius admittitur: teſtamento quò ad ſucceſsionem euacuato: quò ad alia cuncta capitula in ſua firmitate manente. Barto.

Si quis † de prædictis[t] parentibus furioſus fuerit, & eius liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non exiſtentibus, alij eius cognati, qui ab inteſtato ad eius hæreditatem vocātur, obſequium ei & curam competentem nō præbuerint: ſi quidem

† Cōcor. cum hoc §. glo. vlt. poſt medi. in cap. vlt. ibi, ſic & propter ingratitudinem. extra, de poſtu. præ. & cap. Raynutius. infra gl. ſuper verb. Trebel. in princ. extra de teſt.

† Dictio, filius quid in oratione faciat, nō video, cū per dictionē patris, ſatis exprimatur.

eſt falſum: quia ibi non dicit de cauſa inſerenda: ſed hic dicit. Ac.

a Has eſſe decernimus. & ſunt quatuordecim: vt ſequit vſq; ad §. illū generalē autē &c. econtra quibus pater à filio exhæredatur, ſunt ſeptem: vt j. e. §. & ſi quidē. vſq; ad §. ſi talis at ille quibus frater exhęredat fratrem etiam turpi perſona inſtituta, ſunt tres: vt ſ. de nupt. co. iiij. §. ingratitudinē. ſed ſi non turpi, tunc ſemper ceſſat querela: vt C. de inoffi. teſt. l. fratres. & inſtit. de inoffi. teſt. §. j.

b Intulerit. Hæc eſt prima.

c Si grauē. Hæc eſt ſecunda.

d In criminalibus. Hæc eſt tertia. Ac.

e Si cū maleficis. Hæc quarta. Acc.

f Vel vitæ. Hæc quinta. Ac.

g Si nouercę ſuæ. Hæc eſt ſexta.

h Si delator. Hæc eſt ſeptima. Ac.

i Si quēlibet. Hæc eſt octaua. Ac.

k Venire. Nam fœminæ impediuntur fideiubere per Velleianū: vt ff. ad Velleia. l. j. & ij.

l Si conuictus. Hæc nona. Ac.

m Licentia. ſic & econtra: vt j. eo. §. & quod de ea.

n Filio. quia ſunt fratres eius, qui nō prohibuerunt. Ac.

o Leges. quæ dicunt, vt prohibenti actiones omnes debeant denegari, & fiſco ſua portio deferatur: vt ff. ſi quis ali. teſt. pro. l. j. in princi. & C. ſi quis ali. teſt. pro. l. ij. aliis verò quibus aliquid ſit relictū, non nocet quo minus percipiant, ſiue ſingulariter: vt ff. ſi quis ali. teſta. prohi. l. j. §. ſed ſi legatum, ſiue vniuerſaliter: vt ff. ad Trebel. l. iij. §. fi. & ff. ſi quis ali. teſt. pro. l. ij. §. fin. nam vnius factum alij non nocet, etiam fratri: vt ff. ſi quis ali. teſta. pro. l. ſi quis dolo. §. j. hodie autem ꝙ plus eſt, in duplum tenetur, qui prohibuit: vt j. vt nul. iudi. §. & hoc peruenit. Et ſic nota teneri impedientem. & ad hoc facit. ff. de eo per quem factum erit l. ex hoc. & de condi. cau. da. l. iij. §. ſi. in fi. & de leg. ij. l. Lucius. §. Sempronia.

p Præter voluntatem. Hęc decima eſt cauſa.

q Profeſsionis. nam nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego: & nil doloſus doloſo: vt ff. de dolo. l. ſi duo. & C. de hære. l. quoniam. & C. de inofficio. teſta. l. in arenam. Acc.

r Si alicui. Hæc eſt vndecima. & facit. C. de inoffi. teſta. l. filiam.

s Vſque ad xxv. ergo econtra ſi fuerit minor, & peccat in ſuū corpus: iuſta eſt exhęredationis cauſa: vel etiam maior, ſi copulet ſe ſeruo. arg. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. ibi, huiusrei &c. et j. proxi §. ibi, libero &c. Ac

t Si quis de prædictis. Hæc eſt xij. hæc eadem ſeruantur in filiis; vt j. eo. §. ſine igitur. ibi, ſi liberis vel vno &c.

Teſta

† Ex hoc text. ſumpta eſt authen. quæ eſt ſuper l. ſi filiam tuā. C. de inoff. teſt. & incipit, ſed ſi poſt.

† facit ad hūc. §. gl. in c. inter dilectos. ſuper verbo, acceſſorium. in ſi. extra, de fide inſtrumen. quæ glo. in ſui. fine facit mentionē iſtius §.

à tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas, vtrum velit negligentem filium, vel filios aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento [a]. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit à suis neglectũ liberis, vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis [b] hęredibus, & pro misericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiã attestationem eis, qui ab intestato, vel ex testamẽto iã facto ad furiosi hæreditatem vocantur, scriptis dirigere, vt eum procurare festinẽt. Si autem post huiusmodi attestationem neglexerint, & extraneus in suam domum furiosum susceptum sumptibus propriis vsque ad finem vitę ipsius procurasse monstratus fuerit: eum, qui obsequiũ ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius successionem peruenire decernimus, euacuata institutiõe eorum, vtpote indignorum, qui furioso (diximus) curam præbere neglexerint [c]: ita tamen, vt cætera testamenti capitula in sua maneant firmitate.

Successio testatoris, qui à suis redimi negligitur, applicatur ecclesiæ expendenda pro redemptione captiuorum: parcitur tamen minori xxv. annis: cui etiam permissum est res captiui pro eius redemptione vendere: qui cogitur habere ratum. Baldus.

Si vnum de prędictis [d] parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, siue omnes, siue vnus nõ festinauerint eum redimere: si quidem valuerit calamitatem captiuitatis euadere: in eius sit potestate, vtrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere [e]. Si autem per liberorum negligentiam, vel contemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate decesserit: illos ad successionem eius venire non patimur † : quia non festinauerunt eius redemptionem citius ꝓcurare: sed omnibus liberis in hoc negligẽtibus res vniuersas ab eodem relictas, ecclesiæ ciuitatis ex qua oritur, applicari, inuentario scilicet sub publica attestatione celebrando: ne quid ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad ecclesiam peruenerit, captiuorum redemptioni proficiat [f]. Sed hæc quidem quãtum ad personas dicta sunt, quas exhæredare nõ licet, nisi ingratitudinis causas vbiq; approbari contigerit. Occasionem autem nobis ad generalẽ legem promulgandam hæc præsens causa noscitur obtulisse. Sed vniuersaliter iubemus, vt si ille, qui in captiuitate detẽtus fuerit, liberos nõ habuerit, & aliis, qui ad eius hæreditatẽ vocati sunt, eũ redimere nõ festinantibus, in captiuitate defunctus fuerit: nullus ex iis, qui neglegerit [g], ad hęreditatem eius perueniat, licet ante captiuitatẽ testamentũ forsitan ab eo fuisset conscriptũ, in quo memoratas personas scripsit hæredes: sed hac quoq; institutione hæredum infirmata, & cæteris testamẽti capitulis in suo robore permanẽtibus, substãtiæ taliũ personarũ simili modo ecclesiis ciuitatum ex quibus orti sunt, applicentur. & nullis aliis causis, quã in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde illi à suis nõ sunt redempti, aliorũ redemptio procuretur, & ipsorũ quoq; animæ ex hac causa piissima subleuentur. Hoc eodem obseruando, & si aliam extraneam personam ante captiuitatem scripsit hæredem, ꝙ illa sciens se ab eo hæredẽ scriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hanc autẽ pœnam cõtra illos valere iubemus, qui octauũ & decimum suæ ætatis annum compleuerint. In huiusmodi verò causis, quando pro captiuorum redemptione necessarium fuerit dare pecunias: si quis proprias pecunias non habuerit: licẽtia erit ei, si memoratę sit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles, vel immobiles supponendi [h], siue propriæ ipsius sint, siue illius, qui in captiui-

---

a Testamento. nam potest eum instituere & exhæredare, & ꝓpter hoc §. iste hic ponitur. si autẽ nil dixerit de eo: hoc dices. j. eod. in fi. huius. §.

Attestationes in scriptis fieri debent. b Scriptis. Nota attestationẽ in scriptis dirigẽdam: vt s. de temp. non so. pe. §. contestationes. colla. vij. Item no. de vi & authoritate denunciationis: vt hic, & infra, proxim. §. & C. de rei ven. l. si fundũ. Item no. ꝙ delicto hęredis, licet nec ciuitatem nec libertatẽ amiserit, amittitur hæreditas: vt j. prox. §. Item no. ꝙ aufertur ab indigno, & non applicatur fisco, sed benefactori. Item no. ꝙ ex benefacto extraneus fit hæres. Item nota: ꝙ legata valent, licet testamentũ non valeat. quod plenius dices j. proxi §.

Testamẽto infirmo valent tamen legata. c Neglexerint. quid si non faciat testamentum, nec aliquis extraneus eum procurauerit? Resp. filij vel agnati sunt hæredes: sed potest eis auferri hęreditas: vt. ff. de iis, qui. vt indig. l. iij. Vel dic in hoc casu, sicut in sequenti, ꝙ eis denegetur hæreditas ex suo delicto: vt in proxi. §. Ac.

d Si vnũ de prædictis. Hæc est tertiadecima.

e Adscribere. q. d. si vellet eum nihilominus instituere posset: et sic non compellitur. Ac.

f Proficiat. & sic fit inuentariũ, quãdo captiui directe instituuntur: vt. C. de episco. & cler. l. nulli. Ac.

g Neglexerit. sic & si eum ægrum non curauit: vt. ff. de iis, qui. vt indig. l. iij.

h Supponendi. no. minorem xxv. annis posse alienare & obligare: qđ est speciale. alias e contra. C[?]. de iis, qui ve. æta. l. pe. & facit ff. de reb. eo. l. si pupillorum. §. si. Accurs.

Alienatio minori xxv. an[illegible] conceditur.

† Facit ad hoc C. de sa. san. eccl. l. san[illegible] cimus. & capi. præcipimus. xij. quæ. [?] circa principium.

Et

tate detinetur: quoniam in prędictis omnibus, quę pro captiuorum redemptione data, vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tanquã à persona suæ potestatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos esse decernimus: nullo eis, qui cum huiusmodi personis in memoratis causis, quo prædictum est modo, contraxerint, præiudicio generando: necessitatem scilicet habente eo, qui ex captiuitate redierit, tales cõtractus ratos habere, & eis [a] tanquam suis debitis [b] obligari.

Catholico non succedunt filij, nec propinqui hæretici: sed ecclesia ei succedit, si clericus sit, & laico fiscus. hoc dicit.

Si quis [c] † de prædictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium, vel liberos non esse catholicæ fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes beatissimi patriachę vna conspiratione [d] & concordia fidem rectissimam prædicant, & sanctas quatuor synodos, Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Calcedonensem amplecti, seu recitare noscuntur: licentiam habeãt pro hac maximè causa ingratos [e] eos, & exhæredes in suo scribere testamento.

Et hæc quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autem † prouidentiam liberis catholicis deferentes, iubemus saluis legibus quæ iam de aliis hæreticis sunt prolatæ, & circa Nestorianos & Acephalos, hæc obseruari, vt si quando parentes inuenti fuerint siue Iudiaco Nestorij furori dediti, siue Acephalorum amplectentes insaniã, & ideo ab ecclesiæ catholicæ communione separari: non liceat eis alios hæredes sibi instituere, nisi liberos orthodoxos, & ecclesiæ catholicæ communicantes, vel liberis non existentibus, agnatos vel cognatos, qui scilicet catholici sint.

Quòd si fortè ex filiis alij quidam sunt orthodoxi, & ecclesiæ catholicæ communicantes, alij verò ab ea separati: omnẽ parentum substantiam ad filios tantùm catholicos peruenire sancimus: licet vltimas voluntates huiusmodi personæ fecerint contra tenorem huius nostræ cõstitutionis aliquid disponentes. Si verò posthac fratres ab ecclesia separati, ad eam conuersi fuerint pars eis competens, in statu, in quo inuẽta fuerit tempore, quo reditur, eis præbeatur, vt nullam de fructibus, aut gubernatione medij temporis inquietudinẽ, vel molestiã catholici patiantur, qui ante prædictas [f] detinebant: quoniam huiusmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus [g], ita præteritorum temporum fructus, aut gubernationem nullatenus ab his, à quibus detenti sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem vsq; ad finem vitæ suæ in eodem errore non cõmunicantes permanserint: tũc catholicos fratres, vel hæredes ipsorũ plenissimo iure dominij easdem res possidere decernimus [h]. Quòd si filij quidem omnes peruersi, & ab ecclesiæ catholicę cõmunione alieni inuenti fuerint, alij autem propinqui agnati, vel cognati religionem catholicam colẽtes, & communicatores esse fuerint approbati, eos liberis hæreticis anteponi, & eorum hæreditati succedere.

Si verò liberi & propinqui agnati, vel cognati ab orthodoxæ religionis communione sunt extranei: tunc siquidẽ schema [i] clericorũ parentes eorum habuerint: ad ecclesiam ciuitatis vbi domiciliũ habebãt [k] res eorũ volumus pertinere: ita, vt si ecclesiastici intra annale [l] spatiũ [†] huiusmodi personarum vendicare res neglexerint: earum dominium nostri fisci iuribus vẽdi-

t

---

a Et eis. s. contra stibus. Al.

b Debitis. ex hac auth. v. notãtur mirabilia. Primũ est, licet testamentum non valeat, legata tamen valẽt: quod est cõtra regulam. C. de fideicõ. l. eam quã. Secundum est: quod aufertur ab indigno, non applicat fisco. alias contra videt. ff. de iis, qb. vt indi. l. Claudius. et l. mulierem. & de legatis. iij. l. si deportati. & C. de iis, quib. vt indi. l. hæreditas. Tertiũ, quod nõ dominus rem captiui alienat sua authoritate. Quartum, quia minor xiiij. annis nõ patitur huius. l. pœnam, cũ alias etiã impuberes & capaces doli non iuuntur: vt ff. de regu. iur. l. pupillum. & insti. de ob. quæ ex de nas. §. fin. Quintum: quia minores in alienatione tali non restituuntur. alias contra: vt C. de in integ. restitu. mi. l. iij. & iiij.

† Adde ad hũc. §. quod dicitur in c. si quis episcopus. in text. & in glo. extra de hære.

c Si quis. Hæc est quartadecima & vltima.

d Cõspiratione. no. conspiratio in bona parte.

Conspiratio quandoque in bonã partẽ sonat.

e Ingratos. neq; ab intestato succedunt: vt j. proxi. §. & j. de hæred. quæ ab intesta. §. fi. col. ix. Accur.

f Prædictas. s. res & hoc in odiũ hæreticorũ fratrũ. sic & alias in fauorẽ cessat redditio rationũ: vt C. de episco. & cle. l. orphanotrophos. & j. de eccl. tit. §. penul.

† Hunc tex. inuenies. C. de hær. auth. sita super l. cognouimus. cuius initiũ est, Idẽ est.

g Vetamus. sic ff. de iure do. l. si is. & l. fina.

h Decernimus. Sed nunquid filij loco patris sui, si sunt orthodoxi, vocabuntur? Rñd. sic: vt instit. de hære. quæ ab intesta. §. cum filius.

i Siquidem schema. id est, clerici sunt parentes.

k Habebant. isti mortui. Accur.

l Intra annale. Nota ergo q; præscriptio, quæ aliàs est xxx. ann. vt in hęreditatis petitione: vt C. de hæred. pet. l. hæreditatis. erit hoc casu ecclesiæ annalis: sic & aliàs prout. j. de san. epis. §. antepe. col. ix. & sunt hæc specialia. alias contra j. de eccle. tit. §. pro tẽporalibus. & potest hæc esse ratio qualisqualis: quia est in acquirendis: vt ar. C. de acquir. poss. l. fi.

† Cõcor. glo. in ca. quoniam frequẽter. super ver. intra annum. extra, vt lite non contest.

Laici

cetur. Si autē laici sunt a: sine aliqua distinctione substantias eorum ad res priuatas nostras similiter peruenire sancimus.

Quæ obtinere decernimus, etiam si testamento non facto tales personæ decesserint. Omnibus, quæ contra cæteros hæreticos in aliis constitutionibus disposita sunt, & contra Nestorianos, & Acephalos, & alios omnes, qui catholicæ ecclesiæ in qua prædictæ quatuor synodi & patriarchæ recitantur, non communicantur, & successiones eorum similiter obseruandis.

Si enim b pro causis corporalibus cogitamus quantò magis pro animarum salute prouidentia est nostræ solicitudinis adhibenda?

Testamenta parentum, vel liberorum liberis, vel parentibus exhæredatis, vel præteritis legitima causa inserta & probata valent causa non inserta vel inserta & non probata nullum liberis, vel parentibus exhæredatis vel præteritis præiudicium generat testamento vacuato, & ab intestato eis successione delata: in alijs capitulis testamento firmitatem obtinente. Item causæ ex quibus ascendentes à descendentibus exhæredari possunt, hic specialiter enumerantur. Bart.

Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, siue certas ex his, siue vnam c quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, & scripti hæredes nominatam, vel nominatas causas, vel vnam ex his veram esse monstrauerint d: testamentum suam habere e firmitatē decernimus. Si autem hæc obseruata non fuerint: nullum f exhæredatis liberis præiudicium generari: sed quantùm ad institutionem hæredum pertinet, testamento euacuato, ad parentum hæreditatem liberos tanquam ab intestato ex æqua parte peruenire: ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circū scriptionem in parentum substantiis patiantur.

Si verò contigerit in quibusdam talibus testamentis quędam legata vel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quælibet alia capitula concessa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri, & dari illis, quibus fuerint derelicta, & tāquam in hoc non rescissum obtineat testamentum g. Et hæc quidem de parentum ordinauimus testamentis h. Iustum autem perspeximus & econtrariò de liberorū testamentis hæc eadem cum aliqua distinctione disponere. Sancimus itaque, nō licere liberis parentes suos præterire, aut quodlibet modo à rebus propriis, in quibus habent testandi licentiam, eos i omnino alienare k: nisi causas, quas numerauimus, in suis testamentis specialiter nominauerint. Has autē esse decernimus, si parentes ad interitum vitæ liberos suos tradiderint l: citra causam tamē, quæ ad maiestatem pertinere cognoscitur. Si venenis aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ insidiati probabuntur. Si pater nurui suæ m aut cōcubinę filij sui sese immiscuerit. Si parentes filios suos testamentum condere prohibuerint in rebus in quibus habent testandi licentiā: omnibus videlicet in huiusmodi testamentorum prohibitione seruandis, quæ in parentum persona distinximus n. Si contigerit, aut virum vxori suæ ad interitum, aut alienationem mentis dare venenum, aut vxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius insidiari: tale quidē, vtpote publicum crimē constitutum †, secundum leges examinari, & vindictam legitimam promereri decernimus o. Liberis autem esse licentiā nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personæ relinquere p, quæ tale scelus noscitur commisisse.

† Constitutus

a Laici sunt. scilicet parentes. qui habent filios & agnatos hæreticos.

b Sic enim. No. animā corpori prēferendā & aliis rebus. sic & C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. in fi.

c Siue vnam. no. sufficere vnā de pluribus caussis: vt hic, & j. eo. §. si tales. & C. de reuo. do. l. fi. Sed ar. cōtra. ff. de transac. l. cū hi. §. si prætor. sed ibi fuerat à iure expressum. Accur.

d Mōstrauerint. per Constantinum probant filij se gratos. C. de inoffic. testa. l. liberi. quæ est contra. Sed per Iustinianum corrigit: & probant hæredes: vt hic, & C. de inof. testa. l. omnimodo. Et sic no. ꝙ propter præsumptionem etiam possidens probat, vt hic facit institutus hæres: vt C. de probationi. l. siue possidetis.

e Habere. & sic etiam filius alimenta nō habebit imo nihil: vt hic, & C. de secun. nup. l. fi. in prin. & s. de hæred. & Falc. §. exhæretos. colla. j. & s. de immen. do. in fine. colla. vij.

f Nullū. ipso iure secundum M. & Azo. sed secundū Io. & alios dic per senteniam, & sic aget querela. & secūdum hoc dices euacuato, id est, euacuando per querelam. & sic tempus pro tempore: vt ff. de leg. j. l. etiam. & C. de infa. l. si Possidonium. sed primi proprie ponūt. scilicet ipso iure & hoc plene dixi. s. e. §. aliud. Accur.

g Testamentum. No. scripturā pro parte tenere & pro parte nō: vt hic, & C. de transa. l. si ex falsis instrumentis. & C. de lati. liber. tol. l. j. §. fi. arg. contra. ff de minori. l. ex causa.

Scripturā pro parte tenere potest.

h Testamentis. nā & si parentibus &c. sic. ff. de inoffi. testa. l. nam & si. ad hoc. C. de impub. & aliis sub. l. ij. in prin. & ff. de inof. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & C. ad Tertyl. l. fi. in princi. & ff de mili. test. l. si à milite. §. fi. Accur.

i Eos. s. parentes.

k Alienare. à bonis. s. exhæredādo.

l Tradiderint. accusando eos de aliquo maleficio.

m Nurui suæ. id est, vxori filij. Acc.

n Distinximus. s. eo. §. si coniunctus.

o Decernimus. s. eo. §. j. Accursius.

p Relinquere.

hæc

hęc ingratitudo est per obliquum.
[a] Disposuimus. s. eod. tit. §. si quis de prædictis.
[b] Censuimus. vt s. eo. §. si vnum.
[c] Iussimus. vt s. eodem. §. si quis de parentibus. & §. generalem.
[d] Firmitate. imo videtur, quod non: vt ff. de iniusto & rup. testa. l. filio. cõtra. Sol. illa corrigit istam.
[e] Testamento. scilicet per querelam, vt diximus. s. eo. §. siue igitur.
[f] Leges. vt C. de inoffic. test. l. omni modo. & l. scimus.
[g] Considerare. s. de hære. & Falc. §. his omnibus.
[h] Pulcherrimam. alias pulcherrima: vt sit proprium nomen. & alias pulcherrimam.
Inualida

Si liberis, vel vno ex his in furore constituto parentes eos curare neglexerint: omnia & hic obseruari præcipimus, quæ de parentibus furiosis superius disposuimus [a]. His casibus etiam cladem captiuitatis iniungimus: in qua si liberos detineri, & per parentum contemptum, vel negligentiam non redemptos ab hac luce transire contigerit: nullatenus eorum parentes ad facultates perueniant liberorum, de quibus filij testari potuerant: sed omnia in hoc quoque capitulo seruentur, quæ & de parentibus vel cognatis atque agnatis, qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis hæredibus suprà censuimus [b]. Si quis prædictis liberis orthodoxus constitutus senserit suũ parentem, vel parentes non esse catholicæ fidei: hæc & in eorum persona tenere, quæ suprà de parentibus iussimus [c]. Si tales igitur causas, vel certas, aut vnam ex his liberi suis testamẽtis inscripserint, & scripti ab eisdem hæredes aut omnes aut certas, aut vnã ex his probauerint: testamentum in sua firmitate [d], manere præcipimus. Si autem hæc omnia non fuerint obseruata, nullam vim huiusmodi testamentum quantum ad institutionem hæredum habere sancimus: sed rescisso testamento [e], eis, qui ab intestato ad hæreditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus: legatis videlicet, vel fideicommissis, & libertatibus, & tutorum dationibus, seu aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis siue fideicommissis & libertatibus & tutorum dationibus, aut quibuslibet aliis capitulis in aliis legibus inuentum fuerit constitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæ quidem exhæredationis, aut præteritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis causas contra prædictas personas statuendæ sunt: si quæ autem ex his inter crimina reputantur, earum authores etiã alias pœnas sentiãt legibus definitas.

Nemini licitum est hæredibus propinquis & affinibus & coniunctis defuncti, & eius fideiussoribus vllam inquietudinem vel molestiam occasione debiti defuncti, vel generaliter quacunque de causa, ad præfatas personas spectãte ante spatium nouem dierum inferre: quicquid autem factum est intra prædictum spatium, est inualidum: nullo tamen ex hoc creditori circa tẽporalẽ præscriptionẽ præiudicio finiendo. Bart.

Hæc autem disposuimus, vt & parentes & filios à testamentorum iniuria liberos reddamus. Cæterùm si qui hæredes fuerint nominati: etiã si certis rebus iussi fuerint esse contenti: hoc casu testamentum quidẽ nullatenus solui præcipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges [f] ab hæredibus impleri. Sola enim est nostræ serenitatis intentio, à parẽtibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. Considerare [g] nanque debent parentes, quia & ipsi filij fuerunt, & eadem à suis petentibus sperauerunt. Et similiter, qui nunc filij sunt †, debent studere parentum animos sanare: quia & ipsi parentes fieri desiderant, & à suis filiis optant honorari. Vnde & constat ad vtriusque partis vtilitatem atque cautelam, præsentem legem fuisse prolatam: quam ex hac occasione promulgandum esse perspeximus. In aliquo autẽ negotio disceptantes, inuenimus pulcherrimam [h] filiam gratam quidem à sua genitrice fuisse dictam, exhæredatam autem testamento nominatam tam in paternus, quàm in maternis facultatibus: & talem quidam scripturam, quia dolo eam & machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem hæredem patris ac matris iussimus fieri: sicut & in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium. Meminimus insuper legem à nobis fuisse prolatam, per quam iussimus nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturæ. Sed in præsenti quendam cognouimus cuiusdam mortui genitorem à sepultura sui filij redeuntem, nomine debiti tenuisse. † ideoq; pium & humanum esse perspeximus, talem crudelitatem hac lege piissima coërcere. Sãcimus † itaq; nulli penitus esse licentiam, aut hæredes, aut parentes, aut liberos, aut cõiugẽ, aut cognatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores

† Haloã. studeant parentum suorũ animos demereri officiis.

† Facit ad hunc §. c. ex parte iuncta glo. super ver. appellationẽ extra, de sepul.

ante nouem dierum spatium in quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocūque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocādi, siue debiti gratia quid à defuncto descendit, siue alterius cuiuscunque causæ nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si verò intra nouem dierum spatiū aliquis ausus fuerit quālibet de prædictis personis, aut conuenire, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fideiussionem exigere ab ea: hæc omnia inualida esse [a] decernimus. Post nouem autem dierū excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putauerit actiones, eas secundum leges exerceat: nullo videlicet præiudicio [b] actoribus ex hoc interuallo circa temporalem præscriptionem, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

Qui constituit, vel spopondit pro alio: si quidem personaliter est locutus dicendo, satisfaciam, obligatur in quantitate quam dixit. si dixit, satisfiet à me, & ab illo: illo non consentiente, pro rata est obligatus. Si verò alternatiuè, satisfiet, à me aut ab illo: illo non consentiente, ipse insolidum tenetur. Si verò constituens locutus fuit impersonaliter, nullus tenetur: salua tamen manente actione contra illos, contra quos de iure competit, his continentibus in quibuscunque casibus nondum finitis. Barto.

Ad hoc †, aliud capitulum ad pecuniæ constitutionem seu promissionem respiciens, hac lege præuidimus definire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro se, aut pro alia persona pecuniā constituerit, vel spoponderit, dicens fortè cuicunque, Satis tibi facio †. eum in quantitatem, quam dixit, modis omnibus obligari: atque promissionē seu sponsionem suam adimplere & debitum compelli persoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi satis à me & ab illo & illo, illis quidem, quos nominauerit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri præiudicium [c]: sed nec ipsum qui hoc dixerit, pro illis personis, quas nominauit, aliquam exactionem sustinere: pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantùm portione persoluere. Si autem dixerit, Fiet tibi satis aut à me, aut ab illo, & illo: tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri præiudicium: ipsum autem, qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi satis: eum, tali verbo vt impersonaliter [d] dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum seruari. Si quam autem contra nominatas personas putauerit sibi actionem competere, eam secundum leges aduersus eos proponere, & legis auxilio perpotiri. Hæc autem obtinere sancimus in causis omnibus quæ nondum iudiciali sententia, vel amicabili conuentione sopitæ sunt parens charissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua præsentem nostri numinis generalem cōstitutionem edictis quidem in hac regia ciuitate more solito proponendis, præceptionibus autem ad prouinciarū rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat peruenire.

TITVLVS XIII.

VT LICEAT MATRI [e] ET auiæ & aliis [f] parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerit residuā facultatem suam disponere, & alia capitula plura.

Contra voluntatem testatoris, vel contrahentis patri non acquiritur vsusfructus. quòd si testator nihil disposuit, aut à testatore electus decessit, iudiciarius cū cautione dabitur curator. Bal.

Impera. Iustinianus A. Theodoto præfecto Orientalium prætoriorum.

---

a Inualida esse. Imo maiores pœnas pati debet: vt ĩ. vt defun. seu fu. §. j col. v. quæ est contra. Sol. pœna amissionis proprij & alterius tanti & tertiæ partis bonorū locum habet, cum vel in moribūdum vel adhuc viuētem iniuriatur: vel quia prohibet exequias fieri. sin autē in cautionibus exigendis locum hæc authen. habeat. Azo. Et sic no. quod quædam causa funeris cōceduntur, quæ alias nō concederentur: vt hic, & C. de iure deli. l. fin. §. in computatione & C. de sepulc. viol. l. fin. & ff. de in ius vocan. l. ij. § pen. & §. fina.

Præiudicium non fit agere non valenti.

b Præiudicio. no. quod non fit præiudiciū agere non valenti: vt C. de præscript. xxx. anno. l. sicut in fi. & de anna excep. l. j. in fi. & C. quando actio de pe. est anna. l. pe. & ff. de collu. dete. l. ij. §. j. & ff. de iudic. l. ij §. pen. & ĩ. de san. epi. §. si verò episcopi. col. ix.

c Fieri præiudicium. nam non potest quis constituere alium soluturū: vt ff. de consti. pec. l. eum qui. §. sed & si quis constituerit. & insti. de inuti. sti. §. si quis alium. & ff. de duobus reis. l. his verbis. sic econtra alij non potest constitui: vt in ea. l. §. Iul. scribit. & ar. ff. de verb. obli. l. si mihi & Titio. in principio.

d Impersonaliter. sic dicendo simpliciter, satis fiet tibi: non valet. & sic nota certa & specificata valere, quę alias non valerent: vt ff. si quis cau. l. sed & si. §. quęsitum. & de acqui. hæred. l. si qs mihi bona. §. iussū. & ff si certum petat. l. fin. §. Labeo. & ff. de vsur. l. qđ

† Ex hoc §. extracta est authē. quę est super l. j. C. de consti. tu. pec. & incipit, si quando.

in stipulatione. & ff. quod cuiusq; vniuersita. l. item. §. j et & ff. man. l. qui mutuam. §. salarium.

e VT LICEAT matri &c.

Hæc prima pars expeditur vsq; ad §. ad hoc autem & illud.

† faciam.

f Et aliis. hæc expeditur abinde per totum.

Diuersis

Diuersis capitulis ad nos relatis, necessariũ esse ꝑspeximus, generali hac lege disponere [a]. Sancimus igitur licentiam esse & matri, & auiæ, aliisq; parentibus postquam reliquerint filiis partẽ, quę lege [b] debetur, quod reliquũ est suæ substantiæ, siue in solidum voluerint, siue in partem, filio vel filię, nepoti vel nepti, & deinceps descendentibus donare, aut etiam per vltimam relinquere voluntatem sub hac definitione atque conditione, si voluerint, vt pater, aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque vsumfructum, neq; quolibet penitus habeant participium [c].

Hoc enim & extraneis relinquere poterant, vnde nulla parentibus vtilitas nascereetur. Hoc itaq; non solùm parentibus, sed etiã omni personæ [d] licere præcipimus. Res autem ita relictas siue donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectæ sint ætatis: licet sub potestate sint, licentiam habeant, quo volunt modo disponere [e]. Si verò ætate minores sint: per quem perspexerit testator aut donator, hæc gubernentur, donec illi, quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam ætatem veniant: licentiam habente testatore vel donatore & matri & auiæ horum, quibus res collatæ sunt, ipsarum rerum, si voluerint gubernationem committere: licet maritis iunctæ sint memoratæ mulieres: ita tamen si & ipsæ huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si verò forsan is, qui relinquit aut donat, nullum his dispensatorem ordinauerit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit: aut moriatur ante, quàm illi perfectę fiant ætatis: iubemus iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiussione rebus talibus [f] ordine, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire donec illi ad perfectam (sicut dictum est) ætatem perueniant. In illis enim casibus legem, quæ vsum parentibus [g] præbet, volumus custodiri, quibus nõ inest specialiter huiusmodi conditio.

Liberi de libera muliere nati, cum qua nuptiæ esse poterant, si à patre nominati fuerint filij, nõ adiecto hoc verbo naturales, legitimi efficiuntur: & matrimoniũ inter illa verba proferentem, & mulierem ex qua nati sunt, intercessisse monstratur, & si pater vni ex filijs talia verba dixerit: omnibus prodest, qui ex eadem matre sunt orti.

Ad hoc autem [†] & illud sancire perspeximus, vt si quis filium aut filiam habens de libera muliere, cum qua nuptiæ consistere possunt, dicat in instrumento, siue publica, siue propria manu conscripto, & habente subscriptionem trium testium fide dignorum, siue in testamento, siue in gestis [h] monumentorum, hũc aut hanc filium suum esse, aut filiam, & non adiecerit naturalem: huiusmodi filios esse legitimos, & nullam aliam probationem ab iis quæri, sed omni frui eos iure, quod legitimis filiis nostræ conferunt leges: vtpote ipso patre (sicut dictum est) filios proprios eos vocante [i]. Ex hoc enim & cũ eorum

[a] Diuersis capitulis. Disponere.s. quid iuris sit in instis capitulis. Accur.

[b] Quæ lege. vt s. de triente & semisse. §. primo.

[c] Participium. nam & iure veteri hoc licebat: vt ff. ad Trebel. l. Imperator. & ff. de hæred. instit. l. quidã. licet nõ posset testator dicere, vt illud castrensis esset peculij, nisi illud esset verum: vt ff. de castrẽ. pecu. l si forte. quæ est ar. contra: quia sic ibi quoddam falsum inducit. sed hoc dic vt in summa huius ti. in princ. Sed nunquid etiam in naturali debito hãc cõditionem adiicere potest, vt patri nõ quæratur? Rñ. sic: cũ in hoc filius nõ grauetur, imo eius cõditio melior efficiatur. vt C. de inoffici. testa. l. filius matrem. Accur.

[d] Personę. s. extraneæ relinquenti. A.

[e] Disponere. ergo & testamentum facere secũdũ quosdam: quod non puto: vt ff. de do. causa mort. l. tam is. §. filiusfamilias. nam etiam in proprietate aduentitiorum filius non testatur: vt C. de bo. quæ li. l. fi. § filiis aũt. Acc.

[f] Rebus talibus. No. rebus dari cucuratorẽ: vt & quãdo patre recusante filius adit hæreditatem delatam ex aduẽtitia causa: vt C. de bo. quæ libe. l. fi. §. si autem patre. non autẽ personæ datur: vt C. de cur fur l fi. in prin. Accursius.

[g] Parẽtibus. quę est C. de bon quæ lib. l. cum oportet. & sic no. hic casus, in quibus vsusfructus in aduentitiis patri nõ quæritur. Primus qñ sub hac cõditione relinquitur vel datur à parente, vel ab extraneo: vt hic. Secundus si pater remittat vsumfructũ: vt C. de bon. quæ lib. l. cũ oportet. §. sin autem. Tertius in hæreditate fratris vel sororis in quãtacunq; parte admittit: vt j. de hær. ab intesta. §. si vero. Quartus in hæreditate, quã adit filius patre nolente vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. si autem patre. Quintus est in seruo filio legato, vt eũ manumittat: vt C. de bonis quæ libe. l. fi. §. fin. Sextus in lucro dotis vel donationis propter nup. quam lucrifaciunt filius vel filiafa. vt C. de bo. quæ libe. l. non sine. Sed hoc non placet. Idem videt in septimo scilicet in rebus, quæ filio obueniunt parentibus soluẽtibus matrimoniũ sine causa rationabili: vt infra, vt nulli iudices. §. quia vero aliquid. Item & in octauo quando scilicet vsusfru. filio relinquitur. nam in eo pater vsumfructum habere nõ potest, cũ seruitus seruitutis, &c. vt ff. de ser. lega. l. j.

[h] In gestis. in figura. s. iudicij.

[i] Vocãte. Ex hoc not. qđ patris professio in scriptis valet ad legitimationẽ: vt hic, & ar. s. qui. mo. nat. effic. sui. §. si vero. & §. generaliter. colla. vij sic & valet, vt seruus liber fiat: vt C. de

[†] Cõcor. cum hoc §. perturas. in gl. super verbo, appellauit ante med. ibi, item si pater filium. extra, qui filij sint legit.

C.de lati.lib.tol.§. simili quoque modo.& insti.de adoptio.§. fin. & sic in inuentario professio in scriptis valet:vt C.arb.tu.l.fi. & ad hoc.C.de nō nu.pec.l. generaliter.non autē prodest, vt de extraneo filios efficiat: vt instit.de adopt. in fi.& ff.de iu. patro.l. Caius Seius.

a Monstratur. i. fingitur. Accur.

b Muliere natis. No. beneficiū vni datū,& aliis simili bus datum videri: vt C.de diuer. re.l. j.& C.de aduoc. diuers.iudi.l. restituēdæ.§.ad hoc. & ff. de testa.tut.l.si quis ita. in prin. Sed ar. contra.C.de transact. l.j.& ff.de iu.l. cū prætor.in prin. & ff.de interro.act. l.ij.

c Consistere.sine dote & sine instrumento:vt hic fuit & s̄. quib. mo. na. effic.legi.§.pe. col. vij.& s̄.de nupt.§. nuptias.colla. iiij.

d Protulimus.vt s̄.quib.mod.nat.effic.legi.§.quantum vero in militiis. Accursius.

e Ad illustres.inclusiue & descensiue.Accur.

f Præcipimus.no. quod à principio valuit,non rumpitur,licet in eā causam veniat, à qua incipere nō potest: vt instit.qui. mod. test.infir.§. furiosi. & de leg.§.si quis debitori.

g Concedimus.i. remittimus.Acc.

h Decorari. sed quare maius priuilegiū eis concedit? Rñd. imo dedecus cū inter viriles cōputentur:vt j.reliquos autem,&c. & intelligo hoc de illis Barbaris, qui nobis subiecti sunt. alias quomodo in eos.l.faceret?hic ergo subiugati erant sub imperio Romano.Accur.

i Iubemus. Hic no.quod matrimoniū valet etiā sine scriptura & dote: vt hic, & s̄.proxi. not.hoc autē fallit in tribus casibus. Primus in illustribus & q supra eos sunt:vt in hoc.§.& j.eod.§.illo. Secundus si aliquis in dignitate positus libertam in vxorem accipiat:vt s̄. vt libe. decæ. §. si quis autē.coll. vj. Tertius est si quis concubinam in vxorē accipiat. vt C. de natu.li.l.cum quis. & vbicunq; lex de hoc facit mentionem. semper enim dicit cū dotalibus id est,cum dote & instrumēto,vel certe hoc fit ad filiorum legitimationem, nō autem ad matrimoniū: quia & sine his valet:vt hic dixi,& insti.de nup.§.fin. Item est & alius,vt quando scenicā vel aliquā meretricē quis accipit:vt C. de nuptiis.l. imperialis. §.j.in fi.

k Quia vero legem.scilicet. C. de repu.l.vlti. & s̄. de nup.§.si quis enim. col.iiij.

matre monstratur a legitimum habuisse matrimonium:vt neque ab ea pronuntiarum fide alia probatio requiratur. Si autē pater ex ipsa muliere multos filios habens,vni ex eis testimonium quodlibet ex prædictis præbuerit modis:sufficere ex eadem muliere natis b ad legitima iura patris testimoniū vni datum.

Liberi nati ex nuptijs legitimè contractis,licet non solēnibus, ad paternam hæreditatem pariter vocantur cum filijs natis ex nuptijs solenniter contractis: siue præcesserint eos,siue sequātur.B.

Hoc quoque præsenti cōstitutioni perspeximus adiiciendum,vt si quis ex non scripto per affectum nuptialem vxorem acceperit, & ex ea filios procreauerit:soluto aūt matrimonio contingat eū etiā aliam ducere coniugem cū dotalibus instrumentis, & ex ea similiter filios procreare:nullum circa paternam hæreditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis præiudicium fieri: sed cum aliis filiis ex secūda natis vxore, quæ cum dotalibus instrumentis copulata est,ad patris etiā illos hæreditatem vocari: cùm etiam ex solo affectu possit consistere c matrimonium. Quod similiter valere volumus,etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis iungatur aliquis vxori:post illam verò alteram ducat solo nuptiali affectu.

Maximis dignitatibus decorati vsque ad illustres inclusiuè & exclusiuè,sine dotalibus instrumentis nuptias non possunt contrahere,exceptis Barbaris. Inferiores autē cum dotalibus instrumentis & sine,nuptias contrahere possunt.Ang.

Quia verò † legem dudum protulimus d iubentem aut dotalia fieri documenta,aut alias probationes procedere factas apud ecclesiæ defensores,p quas nuptias competat confirmari,aut certè sacramenta præberi:in præsenti perspeximus melius disponere ea, quæ de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus eos, qui maximis dignitatibus decorati sunt,vsque ad illustres e non aliter nuptias celebrare,nisi dotalia scribantur instrumenta:nisi tamen aliquis antequam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit vxorem. Tales enim nuptias ante dignitates factas, & post dignitates legitimas manere præcipimus f, & ex his natos legitimos esse filios. Postquam verò honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus, nō aliter ducere vxores,nisi cū dotalibus instrumentis.Hanc autem legis subtilitatem † concedimus g subiectis nostræ reipublicæ Barbaris,licet dignitatibus huiusmodi decorati h sint,vt etiā sub affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias.reliquos autem omnes pręter eos,qui maximis (sicut dictum est) dignitatibus decorati sunt cuiuslibet sint dignitatis,aut militiæ,aut studij,si quidem voluerint,aut potuerint:non prohibemus eos cum talibus instrumentis ducere vxores. Si autem etiam hoc non custodierint:& ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus,& ex eis natos,legitimos esse filios iubemus i.

Vbi matrimonium est sine dote, & præmoriens est locuples,superstes laborans inopia ei succedit in quarta parte:quamuis tam ex illo,quàm ex alio matrimonio extent liberi,minori tamen numero tribus: quia tunc cum eis pro virili succedit.Alexander.

Quia verò legem k dudum posuimus Dota

Matrimonium an si ne dote & scriptum valeat.

† Cōcor. cum hoc §. glos. in c.Raynutius.super verbo,itarē.in med. ibi,quandoque testamē.extra, de testa.

† Haloā. remittimus.

præcipientem, vt si quis vxorē aliquando sine dotalibus[a] acceperit cum affectu solū nuptiali, & hāc sine causa legibus cognita proiecerit, accipere eam quartā partem substātiæ eius, & aliam post hanc fecimus legē decernentem[b], si quis indotatam vxorē per affectum solùm acceperit, † & vsque ad mortē cum ea viuens, præmoriatur: accipere similiter & eā quartam illius substātiæ portionē: ita tamē, vt nō trāscendat hoc centum librarum auri quantitatē: in præsenti melius[c] vtrāq; legem disponentes, sancimus, in vtroque[d] casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse, & ad paternā vocari hæreditatē: vxorē autem ex vtroque horum casuum, si quidem vsque ad tres habuerit[e] filios ei⁹ vir, siue ex ea, siue ex alio mrīmo. quartā partem ex substantia viri[f] accipere. Si autē amplius fuerint filij: tantum in vtroque similiter casu accipere[g] iubemus mulierē, quantū vni cōpetit filiorū: ita quippe, vt vsum solùm in talibus rebus mulier habeat dominiū autem illis filiis seruetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si verò talis mulier filios ex eo non habuerit: iubemus etiā dominij iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per præsentem iussimus legē. Quæ tamen irrationabiliter exclusa[h] est, in ipso tempore expulsionis partē iubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostrā legem ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus. Illo indubitanter obseruando, vt Leonis piæ memoriæ cōnstitutio in omnibus aliis casibus, qui non continentur præsenti lege, propriā habeat fortitudinem. Constantini verò piæ memoriæ legē ad Gregoriū scriptam, & super ea factam interpretationem à Martiano piæ memoriæ, per quā mulierū cōiunctiōes (quas Constātini lex abiectas vocauit) ad quosdam dignitatibus decoratos, prohibentur: nullo penitus modo valere permittimus[k] sed licentiam volentibus præbemus (& si quibuslibet magnis dignitatibus decorentur) huiusmodi mulieres cū dotalibus instrumētis sibimet copulare. Reliqui verò citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, siue scripto voluerint, siue solo affectu nuptiali: si tamen liberæ sint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

Diuortio celebrato liberi ad parentum hæreditatem nihilominus vocātur: & alendi sunt apud parentē, qui diuortij causam non præstitit, expensis alterius parentis committētis causam diuortij: nisi alius inops sit. Tunc enim apud diuitem alendi sunt, his pariter obtinentibus in parentibus & liberis. Barto.

Illud quoq;† disponendū esse perspeximus, vt si quādo inter maritū & vxorem nuptias solui contigerit: ex huiusmodi nati filij, nullo modo lædantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hæreditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis præbeat, & mater ad secundas non venerit nuptias[l]: apud matrem[m] nutriantur, expensas patre præbente. Si verò per causam matris ostendatur solutum matrimonium: tunc apud patrem maneant filij, & alantur[n].

[a] Dotalibus. s. documentis.

[b] Legem decernentem. vt s. de exhiben. §. quoniam verò.

[c] Melius. No. ergo quod corrigit vtranque. & sic nō dicuntur esse contrariæ.

[d] In vtroque. s. quādo eum reiicit, & quando prædecessit maritus.

† Haleā. sola affectione maritali duxerit.

[e] Habuerit. s. mulier.

[f] Ex substantia viri. s. quartam partem. s. si habet tres liberos vel pauciores. si verò plures: tunc virilem, vt dictum est.

[g] Accipere. scilicet quartam: vt in princi. huius. §. sed in alio casu accipit demum viro mortuo.

[h] Exclusa. i. reiecta vel repulsa.

[i] In talibus. Quæro an vtraquè prædictarum ll. corrigat: illa scilicet supra de nu. §. si quis enim. & illa. s. de exhib. §. quoniam verò. vt in neutro casu vir succedat vxori? Quidam ꝙ sic. & ꝓ eis est hæc litera, quæ dicit talibus casibus: quasi de vtroque prædictorum faciat mentionem. Tu dic, ꝙ tantū illam de nuptiis corrigit in eo quod de viro dicit hic: vt patet statim cum dicit secūdum hanc priorem nostrā. nam de illa de nup. dicit: sed corrigit per aliā, quæ dicis nō distinguēdū hoc casu, qn̄ vnus aliū sic reiicit: vt j. vt fra. si. §. si. colla. ix. & facit ad hunc §. j. vt nul. iud. §. & si quando. & C. de secund. nupt. l. cum aliis. Itē quęro hic, quid si nullus filiorum est, sed ascēdētes? Rn̄. præfertur vxor in summa cētum aureorum: vt etiā proprietatem habeat: in aliis rebus præferūtur parentes vxori: vt C. vnde vir & vxor. l. j. Item qd si nullus descendentium vel ascendentiū est, sed tantum trāsuersales? Rn̄. vxorem quasi iure accrescēdi in totum vocari secundum Bul. Sed Pla. contra. & * verum dicit per. d. l. j. vnde vir & vxor.

* Et id sequitur Ia. Bel.

[k] Permittimus. dictas constitutiones non habemus. nam lex illa. C. de inces. nup. l. humilē. quæ hoc dicit, est Valentini, non alicuius istorum: nō autem placet, vt dicat loqui de ea quę est. C. de pac. cōuen. l. ex morte. quia illa nihil de hac materia dicit.

[l] Nō venerit nuptias. secus si veniret: quia tunc non nutrirētur apud eā vt C. vbi pup. edu. deb. l. j.

[m] Matrem. quomodo hoc, cum dicat ius, quod sunt alēdi vbi pr̄ iussit: vt ff. de ven. inspic. l. j. apud eum? Rn̄d. ibi dicit, quādo pater decesserat, hic quādo viuebat. Itē hic præstitit causam diuortij, quod ibi non fuit.

[n] Alantur. addit Ir. matris locupletis expensis.

Egen

† Cōcor. capit. ij. in glo. super verbo, infidientur. post med. extra, de conuer. infi. vbi recitatur casus huius §.

Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem verò locupletem: apud eam pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus. quemadmodum † enim filij locupletes coguntur matrem egentem a alere, ita iustum esse decernimus et à matre locuplete filios pasci b. Quod autem de alenda matre & filiis indigentibus definiuimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis vtriusque naturæ valere præcipimus.

Marito atque vxori diuortium celebrare permittitur ex causis hic enumeratis. Barto.

Quia verò plurimas in veteribus c & nostris legibus d inuenimus causas, ex quibus facilè e nuptiarum solutiones fiunt. ea causa perspeximus f ex his abscindere aliquas, quæ nobis indignæ ad soluendas nuptias visæ sunt: & eas solummodo nominatim præsenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest siue vir, siue mulier repedium mittere. Nunc autem causas, ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, & dotem vxoris lucrari seruato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus: quibus non extantibus g, frui etiam proprietate, has esse decernimus: Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam vico suo non indicet. Si autem vir hoc à muliere denunciatum tacuerit: liceat mulieri per quācunque personam hoc declarare imperio: vt vir nullam ex hac causa repudij inueniat occasionem. Si de adulterio † maritus putauerit posse suam vxorem conuinci: oportet virum prius inscribere h mulierem, aut etiam adulterum: i & si huiusmodi accusatio verax esse ostenditur: tunc repudio k misso habere virum † super ante nuptias donationẽ, etiam dotem: & ad hoc, si filios non habeat, tantum accipere ex alia vxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur: vt eius proprietati & dos, & à nobis definita pœna applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio: iubemus etiam dotem (secundum quod de hoc censent lege) aliam q̃ mulieris substantiam filiis conseruari: & ita adulterum legitimè conuictũ, vnà cum vxore puniri: & si quidem habeat vxorem adulter: accipere eam & dotem propriam, & propter nuptias donationem: & si filios habeat, solo vsu mulier fruatur, donationis proprietate l secundum leges filiis seruanda: aliam verò mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus. filiis autem non existentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus: aliam verò mariti substantiam omnem fisco m secundum antiquas applicamus leges. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus consentiens, virò non indicauerit. Si cum viris extraneis nolente marito conuiuatur, aut cum eis lauatur. Si nolente virò foris domum manserit: nisi forsan apud proprios parentes. Si circensibus, aut theatris, aut amphiteatris interfuerit ad spectandum ignorante aut prohibente viro. Si verò contigerit aliquem citra vnam prædictarum causarum vxorem suam à domo propria expellere, & illa non habens parentes, apud quos possit manere, ex ne-

a Egentem. secus si locuples: vt ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. §. si impubes & l. vlti.

b Filio pasci. no. alimenta hincinde in necessitatibus p̃stari: vt hic, & C. de ali. præ. à pa. l. j. & ij. & iij. & s̃. neque virum quod ex do. §. fin. col. viij. & s̃. qui. mo. na. effi. sui. §. pe. coll. vij. & ff. de lib. agno. l. si qs à liberis. & C. de bo. quæ lib. l. fin. §. hoc proculdubio. Item not. haberi distinctionem personarum apud quem debeāt esse: vt hic, & C. diuor. fac. apud quē lib. l. j. & C. vbi pu. edu. deb. l. j. & s̃. de nup. §. eius. & C. de pa. po. l. filia. Hoc tamen no. quod vsque ad triēnium mater alere debet: vt C. de patria potesta. l. penulti.

c In veteribus. vt C. de rep. l. cōsensu.

d Legibus. vt s̃. de nup. §. si igitur. col. iiij. & C. de repu. l. pe. & fin.

e Facile. id est sine pœna.

f Perspeximus. sunt autem septem: vt subiicit. Itē tres aliæ adiiciuntur: vt j. eo. §. prædictis.

g Extantibus. s. filiis.

h Inscribere. si accuset iure extranei, non iure mariti: intra xl. dies accusanti non imponitur necessitas ĩscriptionis: vt C. ad le. Iul. de adulte. l. quāuis. Vel hoc nouū ius: illud autē vetus dicit. qđ est verius.

i Etiam adulterum. q. d. non ambo simul: quia hoc fieri non potest: vt arg. ff. ad leg. Iul. de adulte l. si maritus. §. fina.

k Repudio. olim prius debebāt repudiare, quam accusare: vt C. ad legem Iul. de adult. l. crimen. & ff. ad le. Iul. de adult. l. miles. §. volenti. quæ sunt contra. Sed hodie potest: vt hic, & j. vt nulli iudic. §. si quando verò. collatio. ix.

l Proprietate. no. hic lucrari virum, si contra vxorem inscribat. Sed videt monasterio dari in quod est mittenda hæc fœmina: vt j. vt nulli indi. §. adulteram. coll. ix. quæ est contra. Solu. illud quando includitur in monasterio, sed hoc nihil est: q̃a semper debet includi: vt dicitur ibi. Quare dicunt alij, quod hic in dote: ibi alia substantia mulieris dicit. Sed hoc non valet q̃a in fine illius. §. adulteram. dicit pacta seruanda viro circa dotem. Si em̃ lucraretur eam per leges, vt hic dicit, quare diceret ei in hoc seruari pactū? Dic ergo tu, quod hæc secundum illā intelligitur. Accur.

m Fisco. Sed hoc hodie corrigitur. nam non sunt confiscanda aliqua sic indistinctè: vt j. vt nulli iudi. §. Acc.

Alimenta hincinde in necessitatibus filiis præstantur.

† Cōcor. c. cū haberet. in glo. post med. extra, de eo q dux. ĩ mat. quā pollu. per adult. vbi est bona gloss.

† Cōcor. cum hoc text. capi. tuæ fraternitatis. in gloss. ij. in fin. extra, de procu.

† Cōcor. cum hoc tex. c. j. in gl. j. extra vt lit. non contest.

Existat

cessitate foris habitet nocte: iubemus nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere vxori, eò quòd ipse huius rei author existat [a]. Causas autem pro quibus rationabiliter potest viro à muliere mitti repudium, ex quibus potest & dotem recipere, & propter nuptias donationem exigere, similiter filiis seruanda donationis proprietate, aut filiis non extantibus habere etiam huiusmodi dominium, has esse solas disponimus: si contra imperium, aut ipse cogitauerit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicauerit imperio, aut per se, aut per quamcunque personam. Si quolibet [b] modo vir insidiatus fuerit vitæ mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestauerit vxori, & studuerit secundum leges vlcisci [c]. Si maritus vxoris castitati insidiatus, aliis etiam eam adulterandam tentauerit tradere. Si vir de adulterio inscripserit vxorem, & adulterium non probauerit: licere mulieri volenti etiam pro hac causa repudium destinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autem & antenuptialem donationem & pro huiusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secũdum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quãtum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit: iubemus omnem viri substantiam filiis conseruari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione aliis legibus continentur [d]; ita tamen vt etiam propter illatam adulterij accusationem, & non probatam, illis quoque maritus subdatur suppliciis, quæ esset passura mulier, si huiusmodi fuisset accusatio comprobata [e]. Si quis in sua domo, in qua cum sua coniuge commanet, contemnens eam, cum aliis inueniatur in ea domo manens, aut in eadem ciuitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere conuincitur, & semel & secundò culpatus, aut per suos parentes, aut per mulieris, aut per alias aliquas fide dignas personas, huiusmodi luxuria non abstinuerit [f]: licere mulieri pro hac causa soluere matrimonium, & recipere datam dotem & antenuptialem donationem: & pro tali iniuria tertiam partem æstimationis, quam antenuptialis facit donatio, ex eius substantia percipere: ita tamen vt si filios habuerit: vsu solo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione & pœna tertiæ portionis mariti substantiæ acceperit, dominio communibus filiis conseruando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio: habere eam talium rerum etiam proprietatem præcipimus.

Nuptiæ regulariter consensu non soluuntur, nisi castitatis concupiscentia, dote & donatione propter nuptias liberis seruata: altero autem vel vtroque alias nuptias postea contrahente, vel aliter luxuriosè viuente, delinquentis substantias ad filios debet peruenire, filijs minoribus per iudicem gubernatore dato. Filijs verò non extantibus ad fiscum eorum substantia debet peruenire. Barto.

Quia verò ex consensu aliqui vsque ad præsens alterna matrimonia soluebant [g]: hoc decætero fieri nullo sinimus modo, nisi fortè quidem castitatis [h] concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personæ filios habuerint, tam dotem, quàm antenuptialem donationem eorum filiis conseruari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan, aut vxor, postquam propter castitatem ex consensu soluerit matrimonium, inueniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriosè viuẽs: iubemus si quidem (sicuti dictum est) filij fuerint ex memorato coniugio, super dotem & ꝓpter nuptias donationẽ eis tradi † & proprietatem penè [i] substantiæ illius, quæ conuincitur deliquisse personæ. Si verò filij minoris sint ætatis: gubernari eos, & pasci ab illo parente præcipimus, qui nihil præsenti legi contrarium egerit. Si autem

† Haloã. & ꝓprietatem pœnæ ex substantia illius &c.

Culpa alterius non proficit ei qui causam præstitit.

Denuntiare quis cogitur.

[a] Existat. Nota. non proficit alterius culpa cum ego præstitero causam: vt hic, & C. de asser. tol. l. j. §. fi. & ff. de eo per quem fac. est. l. fin. §. fina. & s. de test. §. & hoc multoties. col. vij.

[b] Si quolibet. no. hic quem teneri ad denuntiandum: vt hic, & ff. loca. l. itẽ quærit. §. exercitij.

[c] Vlcisci. agendo iniuriarũ vt in publico crimine: vt ff. de iniur. l. j. §. itẽ aut. & instit. de iniur. §. patitur.

[d] Continentur. i. vt vxor habeat vsum, & proprietatẽ filij: vt C. de diuor. l. consensu. §. si verò filio. Accur.

[e] Comprobata. quod est generale in aliis accusatoribus: vt C. de accu. l. fina.

[f] Non abstinuerit. Nota primo alicui nuntiandum, vt de offensa satisfiat vel desinat: vt hic, & C. de iis qui latro. l. ij. & C. de pat. pote. l. iij. & ff. de ser. vrb. prædi. l. quidã hyberus. & C. de postu. lege, ꝓuidendum.

[g] Matrimonia soluebant. vt C. de repud. l. si cõstante.

[h] Castitatis. etiã si in monasterium nõ intrẽt: vt hic in auit. de hoc tamen plenius dic vt dixi supra de mona. §. si verò vxorem. Acc.

[i] Pene. philosophicum temperamentum. nam & sine fere habet. Azo. sed hodie aliter de his bonis disponi videtur: vt infra vt nul. iudi. §. quia verò. coll. ix. quæ est contra. & facit ad hoc. j. de san. episc. §. si verò constat. & §. sponsalibus. & j. e. §. prædictis. & s. de nup. §. mitiores. colla. iiij. Item nota hic cũ diu postea tradatur substantia,

ambo parētes in hmõiuitiũ incidant: tūc vtriusque parentis substantiā filiis applicari: dispensatorem autem iis, qui in minori sunt ætate constituti, ordinari prouidentia competentis iudicis, & aliorum, quibus hæc ex nostris legibus sunt commissa. Si aūt filij non sint, vtriusque personæ substantiam fisci rationibus applicari, & eos, qui talia deliquerunt, legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorũ fieri ex consensu, nulla ratione permittimus. Quod autem† à nobis sancitum [a] est de iis, qui in expeditionibus sunt & in militiis constituti, siue milites sint, siue fœderati, siue scholares [b] siue alij quidam sub alia quacunque militia armata constituti: melius ordinare perspeximus: & iubemus, quantoscunq; annos in expeditione manserint, sustinere [c] eorum vxores: licet nec literas, nec responsum aliquod à suis maritis susceperint. Si qua verò ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit esse mortuũ, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier, aut per se, aut per suos parentes, aut per aliam quācunque personam ad priores numeri chartularios, in quo huiusmodi maritus militabat, & eos seu tribunum (si tamen adest) īterrogauerit [d], si pro veritate mortuus est eius coniunx: vt illi sacris euāgeliis propositis, sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est: & postquam hæc gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post hoc iubemus manere eā per vnius anni spatium [e], vt etiam post hunc decursum liceat legitimas cōtrahere nuptias. Si autem præter hanc obseruationem mulier præsumpserit ad aliud venire matrimonium: & ipsa, & qui ducit eam vxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum iureiurando testati sunt, conuincantur etiam falsum postea [f] deposuisse testimonium [g]: ipsi quidem militia denudati, decem auri librarum pœnam compellentur exoluere illi, quem mētiti sunt mortuum esse: ipse verò licentiam habeat si voluerit, suam vxorem recipere. Si verò scholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio est: à primis scholæ & actuario: si autem fœderatus [h]: ab optione eius memoratam depositionem accipere eius vxorem: his obseruandis & circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

Matrimonium etiam ex tribus alijs causis superioribus additis distrahi potest: & exceptis hac constitutione numeratis: & ex nullis alijs matrimonia dissoluuntur. Bart.

Prædictis itaque causis [i] prospeximus etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia sine pœna licet transigere: hoc est de iis, qui non potuerunt ab initio nuptiarum misceri suis vxoribus, & quæ per naturam viris concessa sunt, agere: insuper de iis viris ac fœminis, qui consistente matrimonio sanctimonialem conuersa-

tia, quod non statim quando pater monasteriũ intrat. tenetur bona dare filiis.

[a] Quando aūt à nobis sancitum. vt s. de nupt. §. nouimus. vbi de decēnio dixit, sed antea per Constantinum statutum fuerat quadriennium. vt C. de repu. l. vxor.

[b] Scholares. Ordines sunt de armata militia: vt sequitur. j. eod. §. si verò scholaris. & s. vt neque miles neque fœde. & C. loc. l. fina.

[c] Sustinere. i. expectare, sed certe per quinquēnium tantum vt supra de nup. §. sed & captiuitatis. quæ est contra. Solu. hic cū est in expeditione ibi captus. vnde ibi per quinquenniū expectatur, cōputandū à tēpore quo cœpit dubitari: vt ibi dicit, & est pro hac solutione j. eod. §. prædictis. in fi. Sed nūquid in quacūq; militia sic obtinet q hic dicitur? Rñ. non puto nisi sit cōtra Saracenos vel cum principe contra hostes. alias serua regem antiquā. C. de repu. l. vxor. Sed iure canonum generaliter seruatur hæc authen.

† Cōcor. cum hoc §. capit. in presentia. extra, de sponsa. & matrimo. & c. ij. extra, de secun. nupt.

[d] Interrogauerit. Nota interrogari mulierem debere, si habet quem scit. sic ff. de bono. pos. l. in bonorum. & quis or. in bo. pos. seruetur. l. ij. §. fi.

[e] Spacium. post sacramentum prestitum, vt hic dicit. Sed videtur quod si iam tempora luctus cucurrerunt, q statim die sequēti potest nubere: vt ff. de infa. l. genero. in fin. quæ est contra Sol. quidem dicunt illam corrigi. Vel ibi quando certum erat mortuum esse: hic quādo dubium: licet vnus iurauerit cui non per omnia creditur. ar. C. de testi. l. iurisiurandi. Itē quia simpliciter iurat, est ar. quod testis tenetur dicere causam sui dicti: sed contrarium verius est: vt s. de testi. §. & licet. col. vij.

[f] Postea. i. postquam nupsit etiam post annum. & sic valuit matrimoniū vt s. ibi, & post hoc &c. quare ergo permittitur viro recuperare? Respon. q matrimonium tractum fingitur fuisse nullum, licet tenuerit vere, vt supra dixit: ibi, & post hoc &c. vel q hic mulier à marito, scilicet secundo sine pœna potest & etiam debet & tenetur diuertere: vt ita alienata per secundum matrimonium recipiatur à marito, scilicet primo. nam vxor duorum esse nō potest. alioq diuortij causam præstitisse videbitur primo marito, si à secundo se non separauit.

[g] Testimonium. No. ergo quòd sacramentum reuocatur prætextu periurij: vt j. vt lit. iur. §. si quis. in fi. & C. de rebus credito. l. fina. regulariter tamen contra: vt C. de rebus credi. l. ij. & ff. de in lit. iuran. l. finali. & ff. de re iudi. l. post rem.

Cōcor. c. in dolo. xxij. q. ij.

[h] Si autem fœderatus hoc nomē habuisti. s. vt neque miles.

[i] Prædictis itaque causis. quas dixi. s. eod. §. quia verò plurimas adiungit tres, quæ erant per ordinem, vt hic sunt in tribus §§§. supra de nu. §. secūdum occasionem. & §. per occasionem. & §. sed & captiuitatis. & eas cōfirmat. in hoc. §. Accursius.

Viro

tionem & monasterij habitationem elegerint, & de iis personis, quæ in captiuitate aliquanto tempore detinentur. in his enim tribus casibus, quæ de eis prioribus nostris legibus continentur, firma esse sancimus. Memoratas igitur omnes causas, quæ in præsenti nostra lege continentur, solas sufficere iubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus: nullamq; aliam causam citra eas, nominatim insertæ sunt huic legi, posse soluere legitimum matrimonium, siue nostris, siue veteribus legibus continentur.

Mulier & vir peccantes pœna legitima puniuntur, & iudices & officiales negligentes. Bartolus.

Quia verò quædã mulieres inhoneste volentes viuere, festinãt propria matrimonia soluere: sancimus, si quando mulier citra aliquam prædictarum à nobis causarum voluerit matrimonium soluere, licentiam quidem eam non habere hoc agere: si verò permanserit in huiusmodi impia voluntate, & repudium marito transmiserit: iubemus dotem quidem viro dari a, communibus filiis secundum legem seruandam.

Si autem filios non habuerit: lucrum fieri marito: mulierem verò periculo iudicis negotium audientis tradi episcopo ciuitatis in qua communiter domiciliũ habuerint: quatenus illius prouidentia in monasterium ipsa mittatur, vt quoad vixerit, debeat ibi consistere: etsi quidem filios habuerit b huiusmodi mulier duas partes propriæ eius substantiæ dare filiis: tertiam verò monasterio, in quod mittitur applicare iure proprietatis. Si verò filios non habuerit, sint autem ei parentes: duas partes quidem ipsius substantiæ monasterio præberi, vbi mittitur: tertiam verò partem illius parentibus dari: nisi tamen sub potestate eam habentes, irrationabili repudio consenserunt. In hoc enim consentientes, nihil eos penitus ex substantia filiæ habere permittimus: sed hæc omnia venerabili monasterio volumus applicari.

Porrò neque filiis, neq; parentibus existentibus ei, omnem similiter eius substantiam cõpetere monasterio. Si verò iudex, qui negotium examinat, hoc nõ fecerit, id est, tradiderit c † in hoc deprehensam ciuitatis episcopo: vt debeat in monasterium mitti, si quidem in hac felicissima ciuitate sit iudex: ipse quidem xxv. librarum auri pœnã exigatur: officium autem eius alias x. Si verò in prouincia sit huiusmodi iudex, & non egerit, quę à nobis in hac iussa sunt, x. librarum auri persoluat pœnam, & officium eius alias v. Si verò iudex fuerit non habens cingulum d: ipse quidem pœnam x. librarũ auri exigatur, ministrãtes autem ei quinque: quatenus mulcta, quæ hinc accedit à memoratis psonis, per comitem rerum priuatarum, & palatinorum scholam exigatur, & nostro asignetur ęrario. Si autẽ & vir † circa mulierẽ transigere studuerit matrimonium, & irrationabiliter repudium destinare: iubemus reddere quidem eum, quã susceperit dotem vnà cũ sponsalitia largitate, & tãtum ex alia eius substantia præberi mulieri: quantum tertiam partem spõsalitiæ faciat largitatis e, & si quidem ei filij sunt, solùm vsum & antenuptialis donationis & à nobis additæ tertiæ partis mulierem habere: proprietatem verò filiis conseruare. filiis autẽ non existentibus, habere mulierẽ super † vsum in ipsis rebus etiam proprietatem, & prędictas f quidem dispositiones dissolutis rationabiliter, aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus: & omnia de memoratis casibus secundum hãc nostrã constitutionẽ iudicari & decidi decernimus. Si quis autem propriam vxorem flagellis, aut fustibus cæciderit sine aliqua causarũ, quas cõtra vxores ad matrimonij solutionem sufficere iussimus g: matrimonij quidem solutionem ex hoc fieri nolumus h: virum autem, qui monstratur sine huiusmodi causa flagellis, vel fustibus cæcidisse vxorem suam, tantum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia vxori etiam constante matrimonio, quantum

a Viro dari. id est, data seruari. vel proprie si est data. Accursius.

b Habuerit. cùm olim de adulterio accusabatur à primo viro: vt C. ad legem Iul. de adul. l. penul. & facit ad hoc. C. de repu. l. iubemus. & j. vt fra. filij. §. fi. colla. ix. Ac.

c Tradiderit. repete, non.

d Cingulum. id est, adminstrationem. & ille dicitur magistratus.

e Largitatis. Hęc pœna de tertia parte non fuit imposita, scilicet in persona mulieris: sed detrudatur in monasterium. Hodie eadem vtrique imponitur pœna: vt j. vt fra. filij. §. penultimo.

f Prædictas. refert se non ad omnia quæ hac constitutione dixi. nã aliquãdo de licito diuortio, aliquando de illicito dixit: & hic dicit totum seruari sicut dixit.

g Sufficere iussimus. vt s. codẽ. §. qa vero plurimas. & §. prædictis. Et sic in illis casibus verberare permittitur, & facit. s. de nup. §. adscriptitio. Accursius.

h Nolumus. filius tamen potest dimittere patrẽ cogendo eum, vt se emancipet: vt ff. si à pat. quis fuerit ma. l. fin.

Ex scrip.

Vxoris castigatio viro permittitur.

† Alias, legitur, nõ tradiderit. Accur. repetendã particulam, non admonet. in glo.

† Halos. cõtra mulierem.

† Præter.

tertia pars antenuptialis facit largitatis.

Adulterium præsumptum iuris præsumptione probatum punitur, sicut & verum, vindicta sua marito quandoq; permissa. his obtinentibus in casibus futuris & pendentibus nondum finitis. Bartolus.

His quoq; † etiam illud adiiciamus, vt si quis forsan suspicatur aliquem velle suæ vxoris illudere castitati, & contestationes ei ex scripto [a] tres destinauerit habentes testimonia triũ virorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes inuenerit eum conuenientem † suæ vxori: si quidem in sua domo, aut ipsius vxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis; esse licentiam marito propriis manibus talem perimere [b], nullum periculum ex hoc formidanti. Si verò in alio loco talem inuenerit cum sua vxore loquentem: non minus tribus testibus fide dignis conuocatis, per quos probare possit, quod eum cum sua vxore comperit, iudici tradere [c] crimina examinãti. Illum verò pro veritate cognoscentem, post tres ex scripto contestationes cum tali muliere eum inuentum, talem quidem tanquam ex hoc solo adulterij criminis subiacentem, nulla alia ratione quæsita punire [d] licentiam autem exequi crimen [e]. Quia verò ita comperiuntur aliqui impij, vt etiam in venerandis domibus præsumant in talibus se miscere sceleribus, & ibi de peccatis tractare, vbi consueuerunt Deum timentes peccatorum veniam [f] postulare; iubemus, vt si quis talis inueniatur in locis venerabilibus alienæ vxori, de qua in suspicione est, post tres (sicut dictum est) contestationes loqui, licentiam esse eius marito, vtrasque personas defensori ecclesię, aut aliis clericis tradere: vt ad eorum periculum diuisim isti seruentur, donec iudex hoc cognoscens mittat ad episcopum ciuitatis, quatenus ei isti tradantur, vt debeant sustinere tormentum secundum leges [g], quæ interdicunt adulteros à sanctissimis ecclesiis vendicari [h]: nullam neque in hoc aliam iudice quærente de adulterio probationem, nisi tres (sicuti iam suprà diximus) contestationes: his enim tribus contestationibus ostensis, omnibus modis illi sicuti adulteri punientur. Non enim debent huiusmodi personæ in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt [i]: nam si eos, qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria cõmittunt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis [k] vendicari nostræ leges non sinunt [l]: quomodo illis qui in ipsa ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis inuenire? sed omnibus modis iudicibus eos † tradi, & pœnam sustinere, qua digni sunt, qui sanctissima loca violare præsumunt. Quis enim ibi delinquit, vbi salutem petat? Et generaliter disponimus, vt si quis inuenerit suam vxorem, aut filiam, aut neptem, aut sponsam in venerandis locis cum aliquo loquentem [m], & suspicatus fuerit turpis gratiæ causa eos colloqui, tradat eos defensori, aut aliis sanctissimæ eius ecclesiæ clericis, vt ipsi suo periculo vtrasque personas diuisim tandiu custodiant, donec iudex eos accipiat, & secundum leges causas decernat.

Quæ igitur per præsentem & in perpetuum valituram legem nostra definiuit tranquillitas, in omnibus prædictis casibus valere volumus: nisi tamen nondũ aut iudiciali decreto, aut amicabili [n] conuentione decisa sunt, quæ suũ robur habere

---

[a] Ex scripto. sic s. de tempore non sol. pe. §. cõtestatione. Accur.

[b] Perimere si talis sit, qui per legẽ Iu. potuerit occidi: vt C. de adulte. l. Gracchus. de quibus dicitur. ff. de adult. l. marito.

[c] Tradere. s. esse licentiã marito dicimus. Accur.

[d] Punire. no. hic aliquẽ ex præsumptione dãnari: vt hic, & j. vt nul. iu. §. penult. & C. de adul. l. si qui. Sed contra. ff. de pœ. l. absentem. in prin. Sol. hic est speciale in odiũ spernentis denũciationem. ar. ff. de ope. no. nun. l. prætor. §. j. Et no. quod vtraq; parte p̄sente dari debet sententia, nisi actor crimine probato recesserit ex cã: vt C. de adult. l. quamuis indubitati. & dãnatur reus ad mortẽ ad instar sacrilegij: vt C. de adul. l. quamuis. in fi. fœmina vero cõuicta per sententiã in monasteriũ mittitẽ verberata prius vt j. vt nul. iud. §. adulteram. col. ix.

[e] Crimen. scilicet volumus esse iudici.

[f] Procuratorũ veniam. no. in ecclesia potius quã alibi orandum: quæ gremium non claudit redeuntibus: vt C. de sum. tri. l. fin. licet alibi orare liceat: vt s. vt in prima, do. §. j. in princ.

[g] Leges quę. simplex est hæc relatio: vt ibi, mulier, quæ damnauit, saluauit. nam non eædem leges puniunt quæ interdicunt.

[h] Vendicari. id est defendi: & consequenter dicas. nam ex quo quis puniẽdus est, nemo eum defendere debet.

[i] Despexerunt. nõ debet quis eius in quem deliquit,

implorare auxiliũ vt ff. de mino. l. auxilium. in fi. & ff. si quis ali. test. pro. l. j. in princi. & ff. de arb. l. sed si seruum. in fi. & l. seq. & ff. de leg. ij. cum pater §. libertis. & C. de pactis. l. cum proponas. & de transa. l. siue apud acta. & l. si quis maior. Accursius.

[k] Ab eis. s. ecclesiis. Accur.

[l] Nõ sinũt. quominus extrahãtur. vt s. de man. princ. §. neq; autem. col. iij. Accur.

[m] Loquentem. præcedentibus denũciationibus: vt diximus in vxore: alias esset iniquũ. Accursius.

[n] Amicabili. hic not. de adulterio trãsigi posse amicabiliter. Sed contra C. de

---

† Facit ad hũc. §. ca. si quis cõtra, extra, de cohab. clerico. & mulie. vbi tractatur hęc materia suspicionis. Præsumptione dãnatur quis aliquãdo.

† Colloquentes.

Ecclesia proprius orandi locus dicitur.

Transigi potest super adulterio.

† Ex hac litera colligi potest delinquentem in ecclesia pro delicto ibidem commisso ex ea extrahi posse at pro extra commisso non posse cũ eò salutis cã confugerit: vt l. j. C. de his qui ad eccle. confug.

C. de transact. l. transigere. Sol. quod hic dicitur, non referas ad adulterij causam : de qua transigi nõ licet: sed ad cæteros superiores casus omnes, qui sũt in ista constitutione secundum Io. alij dicunt hoc ius nouũ, vel gratis fieri potest remissio accusationis non propter pecuniã, sicut in aliis capitalis. q̃ nõ irrogant pœnã sanguinis : vt ff. de iure fis. l. in fisc. & l. eius. Vel hoc trahitur ad præterita facta, vel fieri potest transactio ante lit. contest. vel caprã, non postea.

na. effi. sui. §. tribus. Accursius.

d Seruari. s. volumus. Accursius.

e Constituimus. tunc. s. Accur.

f Cognoscitur. vt hic, & ff. de gra. cogna. l. j. in prin. & insti. eo. §. j. Accursius.

DE HAEREdibus ab &c.

a Venientibus. Hic incipit collatio. ix. constit. j. sed quidam hñt in cõstitutione superiori principium huius col.

b Plurimas. Introducta nã vsque ad tẽpora huius legis inter descendentes erat differentia, vt emancipati iure ciuili non succederẽt licet iure prætorio sic: vt insti. de hæredit. quæ ab intesta. §. emancipati. Item qui erant nepotes ex filiabus, succedebant cum diminutione: vt C. de coll. l. illam. licet hoc etiam ante hanc sit correctum: vt s. de trien. & sem. §. neque. col iij. ex trãsuersali autem cognati iure ciuili nõ admittũtur: sed nec iure prætorio, nisi post agnatos: vt patet institut. de suc. cog in princi. & de bo. posses. §. cum de testamentis. & ff. si tab. test. nul. ex. l. j. in princ. omnes ergo prædictæ differẽtiæ & aliæ, si quæ sunt, hac constitutione tolluntur. Et no. quod hic appellat cognatos ex mare & fœmina merito: quia cõmune est nomẽ ad cognatos & agnatos: quia tamen quædam priuilegia dabat lex xij. ta. agnatis: vt certo nomine eos posset appellare: agnatos eos vocauit. sunt tamen ipsi cognati : vt patet ex diffinitione agnati: vt ff. de leg. tut. l. sunt autẽ. & insti. de le. agn. tut. §. j.

Cognatus large quid contineat.

c Vacantibus. s. quæ contra hanc legem facerẽt. nec enim alias corrigit quæ saluari possunt. vt s. qui. mo.

sancimus. Gloriosa igitur & eminentissima authoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis propositis ad notitiã perducat vniuersorum : in prouinciis autem per præcepta ad clarissimos prouinciarum iudices destinata hæc omnibus facere manifesta festinet: vt nullus penitus ignoret, quæ pro vtilitate nostrorum collatorum à nobis disposita sunt: ita tamen vt omnibus per propria præcepta pronunciet : quatenus sine quolibet iniusto dispendio nostris collatoribus præsentis legis fiat insinuatio.

TITVLVS I.

DE HAEREDIBUS ab intestato venientibus[a], & agnatorum iure sublato.

COLLATIO IX.

Si moriens descendentes reliquerit, præferuntur parentibus & agnatis & cognatis ex latere, & filij filiorum succedunt in stirpes, nõ in capita: sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, agnationis & cognationis. Ange.

Imper. Iustinianus A. Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum Orientis.

Plurimas & diuersas leges veteribus temporibus prolatas inuenientes, per quas non iuste differentia ab intestato successionis inter cognatos ex masculis & fœminis introducta[b] est : necessarium esse perspeximus, omnes simul abintestato cognationum successiones, per præsentem legem clara compendiosaq; diuisione disponere. Itaque prioribus legibus pro hac causa positis vacantibus[c], decætero ea sola seruari[d], quæ nũc cõstituimus[e]. Quia igitur omnis generis ab intestato successio tribus cognoscitur[f] gradibus, hoc est ascendentium, & descendentium, & ex latere (quæ in agnatos cognatosq;[g] diuiditur) primam esse disposuimus descendẽtium successionẽ[h]. Si quis[*] igitur descendentium fuerit ei, qui intestatus moritur, cuiuslibet naturæ aut gradus, siue ex masculorum genere, siue ex fœminarum descendens, & siue suæ potestatis, siue sub potestate sit: omnibus ascendentibus & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit : tamen eius filij cuiuslibet sexus, aut gradus sint, etiam ipsis parentibus[i] præponi præcipimus, quorum[k] sub potestate fuerit, qui defunctus est, in illis videlicet rebus, quæ secundum nostras alias leges patribus nõn acquiruntur[l].

g Cognatosque. cognati ex pte matris agnati ex agnate patris: vt insti. de le. ag. suc. in princi.

h Successionem. in hoc lex xij. tab. mutatur: vt insti. de hære. quæ ab intes. §. primo.

i Parentibus. nõ solũ agnatis & cognatis ex latere: vt hic, & C. de secun. nupt. l. si quis prioris. in prin. & C. de bo. quę li. l. qđ scitis. & instit. de gra. co. §. repetitis. sed cum pater sit in primo gradu, vt fi. ius: quare non sic cito admittit, vt filius? Respõ. propter cõmune votum naturæ, quod vult potius descẽdere quã ascendere : vt ff. de bon. dã. l. cũ ratio. & ff. si ta. te. nullæ ex. l. j. & vnde. lib. l. scripto hęrede. i fi. & ff. de inoff test. l. nã & si parẽtibus. & Paulus ait, si filius, ergo hęres per Deũ. Itẽ in quo peculio dices loqui in castrẽsi vel quasi? videtur qđ non, cum filio intestato moriẽte patre iure peculij occupet omnia bona : vt ff. de castrẽ. pecu. l. ij. Itẽ in aduẽtitio nõ, nã in eo etiã si expresse disponeret, dispositio nõ teneret : vt C. de bo. q̃ li. l. fi. §. filiis. multominus in profectitio qđ pater, vt peculium seruis occupat post filij mortẽ: vt insti. q. nõ est p. fa. testa. §. j. & sic in nullo? Rñ. i castrẽsi & quasi aduẽtitio loqtur. nec obstãt iura p̃dicta : q̃a in eo, q̃ dicũt partẽ occupare prædicto modo corriguntur per id quod hic dicit. in profectitio aũt nõ: vt j. eo. §. et sic nota. quod * hodie filiusfa. habet hęredem ab intestato descendentẽ: sed si non est descendens, habet ascendentem hæredem: vt. j. proximo. §.

* Cõcor. c. Raynutius. iũcta glo. super verbo clare. extra, de test.

* Filiusfamil. hodie hæredem habet etiam ab intestato descendens.

k Quorum. s. parentum.

l Acquiruntur. vt sunt castrensia & quasi aduẽtitia

ratione

† Ex hoc text. sumpta est auth. quæ est super l. si autem. C. de legi. hær. & incipit, post fratres.

ratione proprietatis: vt C. de bo. quę libe. l. cum oportet. in prin. & §. j. & ij. & institu. per quas perso. no. acquir. §. igitur. vsusfructus autem aduentitiorum patri dum viuit seruatur: licet filius decedat, vt hic subiicit.

a In vsu. i. in vsufru. nam nudus vsus minus esset: vt insti. de vsu & habi. §. minus.

b Nostras. s. prædictas cũ oportet: vt institu. per quas perso. no. acquir.

c Antiquitas. vt instit. de hære. quæ ab intest. §. cum filius. & de suis & le. l. ij. & sic in stirpes inter descendentes diuiditur hęreditas sed inter transuersales non. sed in capita: vt instit. de legi. ag. suc. §. hoc etiam in fin. §. & hoc iure veteri. Hodie verò vsque ad fratres & filios eorum in stirpes diuiditur, vltra in capita, & seruatur ius antiquum: vt j. eo. §. si autem defuncto.

d Descendãt. hoc non erat necesse dici: quia iã erat correctum per id quod est. s. de trien. & se. §. neque. col. iij. vt dixi. s. ea. in princi. Accursius.

e Potestatis. hic adiicit Irn. sola naturali causa inspecta. Vnde quæritur, an successio adoptiuorum sit sublata. Et dic quod non: quia verbum sola, tollit differentiam sexus & patriæ potestatis tm̃. sic & C. de iurisd. omnium. iudi. l. ij. Item not. quod hic corrigit totus ille titulus ff. de coniun. cũ emã. li. quo cauebatur, vt si habeo filiũ emancipatũ & ex eo nepotem in potestate quãuis iure prætorio solus filius mihi succedat inspecto iure ciuili, scilicet legis xij. tabu. solus nepos: vt institut. de hære. quæ ab intest. §. emancipati. tamen vtrunque simul vocauit tit. prædictus: vt ff. de coniun. cũ emancipat. li. in titulo. & l. j. §. j. nam cum hodie nulla sit differẽtia, vt hic dicitur: cessat prædictus titu.

† Cõcor. cum hoc tex. glo. j. in c. fi. extra, de pigno.

Nam in vsu [a] harum rerum qui debet acquiri aut seruari, nostras [b] de his omnibus leges parentibus custodimus: sic tamen †, vt si quẽ horũ descendentium filios, relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios descendentes, in proprij parentis locum succedere, siue sub potestate defuncti, siue suæ potestatis inueniantur: tantam de hæreditate morientis accipientes partem, quanticunque sint, quantam eorum parens, si viueret, habuisset: quã successionem in stirpes vocauit antiquitas [c]. In hoc enim ordine gradum quęri nolumus, sed cum filiis & filiabus ex præmortuo filio, aut filia nepotes vocari sancimus: nulla introducenda differentia, siue masculi, siue fœminæ sint: & seu ex masculorum seu fœminarum prole descendant [d]: siue suæ potestatis [e], siue sub potestate sint constituti. Et hæc quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens autem esse perspeximus, & de ascendentibus constituere, quomodo ad descendentium successionem vocentur.

Parentes succedunt descendentibus liberis ipsorum descẽdentium non extantibus, gradus prærogatiua seruata. Si verò parentes eundem gradum obtinent: æqualiter admittuntur: cum quibus fratres ex vtroque parente coniuncti defuncto vocantur: sed patri vsus fructus patronis eius filijs cõtingentis acquiritur. Barto.

Si igitur † defunctus descendentes quidem non relinquat hæredes, pater autem, aut mater, aut alij parentes [f], eis supersint: omnibus ex latere cognatis hos præponi sancimus: exceptis solis fratribus ex vtroque parente coniunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur [g]. Si autem plurimi ascendentium viuunt: hos præponi iubemus, qui proximi [h] gradu reperiũtur, masculos & fœminas, siue paterni, siue materni sint. Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hæreditas diuidatur: vt medietatem quidam accipiant omnes à patre ascendentes, quanticunque fuerint: medietatẽ verò reliquam à matre ascendentes, quantoscunque [i] eos inueniri contigerit. Si verò cum ascendentibus inueniantur fratres, aut sorores ex vtrisque parentibus [k] coniuncti defuncto: cum proximis [l] gradu ascendentibus vocabuntur. Si autem pater aut mater fuerint: diuidenda inter eos quippe hæreditate secundum personarum numerum, vti & ascendentium & fratrum singuli æqualem habeat portionem: nullum vsum [m] ex filiorum aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vendicare: quoniam pro hac vsus portione, hæreditatis ius & secundum proprietatem per præsentem dedimus legem: differentia nulla seruãda inter personas istas, siue fœminæ, siue masculi fuerint, qui ad hæreditatem vocantur: & siue per masculi, siue per fœminæ personam copulantur: & siue suæ potestatis, siue sub potestate sint eius, cui succedunt fratres †. Reliquum est, vt

f Parentes. quos accipe in infinitũ: vt ff. de in ius voc. l quique. §. parentes. licet quidam vsque ad tritauum. superiores verò maiores dicuntur, inspecta cõsuetudine Romanorum: vt ff. de gra. cog l. iuriscon sultus. §. parentes. Accursius.

g Declarabitur: vt j. eo. §. si verò cũ ascendẽtibus. Acc.

h Proximi. ergo auum maternũ excludit pater, cũ mater nõ supersit. sed aliud in descendentibus, si habeo filiũ & ex alio præmortuo nepotem: vt s. eod §. sic tamen.

i Quantoscunque. vnde si paternus auus ex vna parte est, ex altera maternus auus & auia: tantũ hic solus, quantum illi duo habet.

k Vtrisque parentibus. i. ex patre & matre.

l Proximis. proximum accipe quẽ nullus præcedit: vt ff. de verbo. signi. l. proximus. Sed quidam dicũt cum patre & matre tantũ, vt hi proximi tantum vocẽtur, & sic dicunt fratrẽ repellere auum: cũ pater cũ quo admittitur, repellat dictũ auũ: vt arg. ff. de diuer. & tẽp. præscri. l. de accessionibus. vt hic, & C. de legi. hę re. l. in successione. sed secũdum primũ dic illã. l. de successione esse correctã per istam.

m Vsum. i. vsumfructũ. Et sic no. q licet generaliter in aduenti

Proximus quis dicatur.

† In vestustis [?] temporis nõ habebant rex fratres. Vsumfructum habet pater in aduentitiis filij.

tertium ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in agnatos & cognatos diuiditur: vt etiam hac parte disposita, vndique perfecta lex inueniatur.

Non existentibus descendentibus, vel ascendentibus vocantur fratres vtrinque coniuncti: quibus non extantibus vocantur coniuncti ex vno latere tantùm: & existentibus vtrisque vocatur ex vtroque latere coniuncti ipsi & eorum filij, exclusis coniunctis ex vno latere tantum. Item filij fratrum vna cũ alijs vocantur: alij autem excluduntur. Angel.

Si igitur † defunctus neq; descendentes, neque ascendentes reliquerit, primùm ad hæreditatem vocamus fratres & sorores ex eodem patre & ex eadem matre natos [a]: quos etiam cum patribus ad hæreditatem vocauimus [b].

His autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno parente coniuncti sunt defuncto, siue per patrem solùm, siue per matrẽ. Si autem defuncto fratres fuerint [c], & alterius fratris, aut sororis præmortuorũ filij: vocabuntur ad hæreditatem isti, cùm de patre & matre theiois [d] masculis & fœminis, & quanticunq; fuerint, tantum ex hæreditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, si superstes esset. Vnde consequens est, vt si fortè præmortuus frater cuius filij viuũt, per vtranq; partẽ nunc defunctæ personæ iungebatur, superstites autem fratres per patrem solùm forsan, aut matrem ei iungebantur: præponantur istius filiis propriis theiois, licet in tertio sint gradu, siue à patre, siue à matre sint theioi: & siue masculi, siue fœminæ sint, sicut eorum parens præponeretur, si viueret.

Ex diuerso siquidem frater superstes ex vtroque parente cõiungitur defuncto, præmortuus autẽ per vnum parentem iungebatur: huiusmodi filios ab hęreditate excludimus: sicut ipse si viueret, ab hæreditate excludebatur. Huiusmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrũ masculorum & fœminarum filiis, aut filiabus, vt in suorum parentum [e] iure succedant. Nulli [f] alio omnino personæ ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. Sed & ipsis † fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quãdo cum propriis vocãtur theiois masculis & fœminis, siue paterni, siue materni sint.

Licet fratres ex vtroque latere coniuncti vnà cũ ascendentibus vocentur: tamẽ filij fratrum non succedunt. Ange.

Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes (sicut iam diximus [g]) ad hæreditatẽ vocantur: nullo modo [h] ad successionẽ ab intestato fratris aut sororis filios vocari permittimus, neq; si ex vtroque parente eorum pater, aut mater defuncto iungebatur. quandoquidem [i] fratris & sororis filiis tale priuilegiũ dedimus, vt in proprium parentũ succedentes locũ, soli in tertio constituti gradu, cũ iis, qui in secundo gradu sunt, ad hæreditatem vocentur.

Illud palàm est, quia theiois defunctis masculis & fœminis, siue à patre, siue à matre, præponuntur, si etiam [k] illi tertium cognationis similiter obtineant gradum.

Si non sunt fratres, nec filij fratrũ: vocantur cæteri agnati & cognati secundũ gradus prærogatiuã in capita: sublata differẽtia agnationis & cognationis. An.

Si verò neq; fratres, neq; filios fratrum (sicut diximus) defunctus reliquerit: oẽs deinceps à latere cognatos [l] ad hęreditatẽ

---

aductitiis patri q̃ratur vsusfructus: vt C. de bon. quæ lib. l. cum. oportet. tamen hic fallit: & alias vt dixi. s̃. vt liceat matri & auiæ. in fi. j. respon.

Iura duo fortiora sunt vno.

a Natos. potiores sunt ergo q̃ duplici iure vtuntur, quàm qui vno: vt s̃. de consan. & vteri. fratribus. §. j. & §. fi. colla. v.

b Vocauimus. vt s̃. proxi. §.

c Fratres fuerint. Not. si fuerint fratres. per hoc notatur, q̃ filij fratris defuncti vocantur in stirpes, quando cum patris succedunt suo patruo. si vero nullus frater superest defuncto, sed filij fratrum: hi forte in capita vocabuntur. Azo. * Sed cõtra dico: vt arg. j. eo. §. si vero. in princ. nã innuit idẽ esse si soli sunt fratrum filij in eo, quod dicitur, si vero neq;, &c.

Ex hoc §. tracta est authẽ. cessante quæ est. C. de legi. hære.

* Adde q̃ idem tenet Azo ipse in authen. cessante. C. de leg. hær. quod nõ omnino displicet. Gloss. in §. hoc etiã. insti. de leg. ag. suc. Cõtra vero sentiunt Dy. Cy. Sa. ab Aret. in d. authenti. cessante. quos hic sequitur Bart. quẽ videto, & Salice. in d. authen.

d Theiois. i. patruis vel auũculis. sed videtur fratres solos vocari vt insti. de leg. agn. suc. §. hoc etiam. in fin. qui est cõtra. Solu. hæc illam corrigit.

e Parentum. & ita in stirpes. Sed contra insti. de leg. ag. suc. §. hoc etiam in fi. vbi dicit in capita. Solu. hæc corrigit illam, &c.

f Nulli. sic ergo priuilegiũ ad aliũ non transit: vt ff. quod cum eo. l. sed si. §. soli. & ff quarum rerum ac. non datur. l. j. §. penul. & ff. de re iudica. l. & si fideiussor. & ff. pro socio. l. verum. in fi. j respon.

g Sicut iam diximus. vt s̃. e. §. si vero cum ascendentibus.

h Nullo modo. sed hodie vocãtur etiam cũ theiois & auis: vt in authen. vt fra. fil. j. rñ. quæ est contra. Solu. hic corrigitur.

i Quandoquidẽ. id est, quia. ratio enim erat, q̃a vocatur frater cũ ascendentibus: quod est contra ius cõmune huius constitutionis, quæ tres tantũ facit ordines succedendi: vnde ad consequentiam nõ producũtur. & hoc hic dicit: arg. ff. de legi. & senatuscon. l. q̃ vero cõtra rõnem.

k Si etiam. i. quãuis. sed quare, cum in eodem sunt gradu? Rñ. isti vocantur cum fratribus defuncti, q̃ pro certo repellunt patres patruos, & auunculas, & amitas, & materteras. ergo & isti nepotes debent repellere.

l Cognatos. sed vsque ad quem gradum? nunquid septimum, vt olim? Rñd. quia sic esset differentia inter agnatos, qui vsq; ad x. vocantur, & cognatos: sed trahe omnes ad x. cum debeas successiones dilatare: vt insti. de succes. co. §. fi. & de bo. poss. §. adhuc autem.

† Pugnãt hoc loco vulgata cum Grẹcis. s̃. eo. §. si igit cũ. & §. si cum ascendentibus. sed cui potius habẽda fides, pronunciare nõ ausim. certe Græca videntur æquitatis ratione niti.

Cogna

vocamus secūdum vniuscuiusq; gradus prærogatiuā, vt viciniores gradu, ipsi reliquis præponantur. Si autem plurimi eiusdem gradus inueniantur, secūdum personarum numerum inter eos hæreditas diuidatur: quod in capita nostræ leges appellant. Nullam verò volumus esse differentiam, in quacunq; successione, aut hęreditate inter eos, qui ad hæreditatem vocātur, masculos ac fœminas, quos ad hæreditatem communiter definiuimus vocari: siue per masculi, siue per fœminæ personam defuncto iungebātur: sed in omnibus successiōibus agnatorum cognatorumq; differentiam vacare præcipimus, siue per fœmineam personam, siue per emancipationem, siue per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur & omnes sine qualibet huiusmodi differentia secundum proprium cognationis [a] gradum ad cognatorum successionem ab intestato venire præcipimus.

Tutela legitima defertur secundum gradum & ordinem, quò ad hæreditatem vocantur, si idonei sunt: agnationis & cognationis differentia sublata, regulariter mulieribus expulsis, exceptis matre & auia: quæ omnibus ex latere venientibus præferuntur, solis testamentarijs eas præcedentibus, pluribus autem in eodem gradu existentibus, magis idoneus eligendus est, tutelæ periculo omnibus imminente: legibus, quæ de hæreticorū successione loquuntur, firmis manentibus. Bar.

Ex his † autem, quæ de hæreditate diximus, & disposuimus: & quæ de tutela sunt, manifesta consistunt. Sancimus enim, vnumquenq; secundum gradum & ordinem quo ad hæreditatem vocatur, aut solum, aut cum aliis etiam functionem tutelæ suscipere: nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum [b] seu cognatorum iure: sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quique ex masculorum, quiq; ex fœminarum prole descendunt minori conjuncti. Hoc autem dicimus, si masculi, & perfectæ ætatis sint, & nulla lege prohibeantur tutelam suscipere: neque excusatio ne competente sibimet vtantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ subire officium, nisi mater † aut auia [c] fuerit. His enim solis secundum hæreditatis ordinē [d] & tutelam subire permittimus, si inter gesta [e] & nuptiis aliis, & auxilio Velleiani senatusconsulti renunciant [f].

Hæc enim seruantes [g] omnibus à latere cognatis, quò ad tutelam præponuntur, testamentariis solis tutoribus præcedentibus eas. defuncti nanq; voluntatem & electionem præponi volumus. Si autem [h] plurimi eundem cognationis gradum habentes, ad tutelam vocantur: iubemus communiter conuenientibus apud iudicem, cui huius partis solicitudo est, vnum aut plures, quanti ad gubernationem substantiæ sufficiant, ex ipsis eligi [i], & denunciari: & eum vel eos minoris res gubernare, tutelæ periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, & substantiis eorum [k] minori ætate tacitè subiacentibus pro huiusmodi gubernatione. Hæc autem † omnia, quæ de successionibus sancimus, obtinere in illis volumus, qui catholicæ fidei sunt. in hæreticis autem iam à nobis positas leges firmas præcipimus esse, nullam nouitatem aut immutationem ex præsenti introducentes lege. Quæ igitur per hanc constitutionem in perpetuum obseruandam sanciuit nostra tranquilitas, in illis volumus obtinere casibus, qui à principiis Iulij mensis præsentis sextæ indictionis seu venerunt, seu post hac emergent. Præcedentes nanque casus, qui vsque

[a] Cognationis. quæro ergo an dominus cognato serui sui succedat, cū nihil nisi natura spectetur? Rñ. non: quia neq; per prætorem vocabatur, qui solam naturalem causam intuebat: vt ff. de grad. l. ij. & institu. de ser. cog. in princ. & in fine. & repetas hic quæ dixi diligēter. s. de consangui. & vteri. fra. in illa gl. hic distingue, &c. col. vj. Accur.

[b] Agnatorum. olim autem agnatis tantū dabatur: vt C. de legi. tut. l. j. quæ est cōtra: sed hic corrigit.

[c] Aut auia. de matre etiā iure veteri dicitur: vt C. quando mu. offiç. tut. l. ij. sed de auia hic addit.

[d] Ordinem. primo ergo mater, & postea auia admittitur. Sed an idem erit in cura, quod hic in tutela dicit? rñ. sic: cū sit eadem ratio: vtar. C. de cura. fur. l. cum repudiāte. Item nūquid hæc mater est legitima tutrix vel datiua? videtur legitima: vt C. ad Tertyl. l. omnem. sed à iudice dat: vt hic, cum legitimos nemo det: sed lex xij. tabu. eos vocat: vt ff. de legit. tut. l. legitimos. Sed dic dici legitimam: id est secundum legem à iudice datam.

[e] Gesta. scilicet coram iudiçe.

[f] Renunciant. & omni alij auxilio: vt s. vt sine prohi. ma. §. qa verò multā. col. vij. quæ renunciatio quo ad matrimonium nō præiudicat. vt prædicto. §. Sed quoad Velleianum sic: vt ff. ad Velleia. l. pe. Sed cū fiat iudici, quomodo agenti proderit? Rñd. si actio quęratur ex stipulatione iudicis, multo magis replicatio: vt si opponatur de Velleiano, & replicet aduersarius de renūciatione: vt ff. rē pu. sal. fo. l. nō quasi. Item cōtra. C. de procu. l. alienam. Sol. hic speçiale. Accur.

[g] Seruantes. id est, his renunciantes mulieres.

[h] Si autem. nūc redit ad materiam superiorem. Accur.

[i] Eligi hęc electio propter cōmodiorē administrationē fit vt cōmunis hic, & ff. de administ. tuto. l. ij. Accursius.

[k] Eorum. tacite obligationis. C. de admini. tu. l. pro officio. Accur.

Veteres

† Ex hoc §. sumpta est authē. quæ est super. l. ij. C. qñ. mu. tu. offic. fun. pōt. & incipit, matri et auię. & cōcor. glo. vnica ante med. in cap. ex parte M. extra, de appel.

† Cōcor. gl. in c. dilecti. circa fin. extra, de arbi. & quę hic dicuntur, recitātur in c. ex parte M. in glo. vnica ante me. ibi, hodie tamen per authen. de appella.

† Fac[it] ad hūc §. c. excōmunicamus circa me. ca. extra, de hæreti. vbi exclu[d]untur a successionib[us] & puni[un]tur hære[tici] alijs pœnis in d. c. contentis.

a Veteres leges. vt supra, vt cum de appella. cog. §. si quis de prædictis. & §. generaliter.

d Fiat. hoc pactum scilicet quatenus &c. Accurs.
e Conscribat. s. vir.
f Testari. quod est in quatuordecim annis: vt ff. de test. l. qua ætate. & C. de testa. l. si frater.
g Lege. Aelia Sentia: vt inst. qui ma. non poss. §. eadem lege, & iure medio: quod ibidem dicitur. Et nota quod hic loquitur in vltima volũtate: & liber institutionũ similiter. vnde patet legem Aeliam Sentiam non esse correctam etiam inter viuos facta manumissione à minore.

VT SPONSALITIA LARGITAS specialis sit contractus, & de diuersis capitulis.

Sponsalitiã largitatẽ. Sponsalitia largitas dicitur hic impropriè. i. donatio propter nuptias. propriè enim diceretur quod donaret sponsus sponsę: sed hæc fit ad recompẽsationem dotis: vt hic subiicit, & s. de æquali. do. §. j. cum ergo hic fit, dicitur specialis contractus: vt hic, & s. de nat. lib. in curia depu. in princip. ij. col. ibi, excipimus autem &c. hoc est per se contractus. item & quod in se habet speciale aliqd. nam cũ alię donationes exigant insinuationẽ, si fiant vltra quingẽtos solidos: vt institu. de don. §. aliæ. & hæc eadẽ exigebat: vt C. de do. an. nup. l. fi. §. similique modo. nisi esset minor aut fœmina: vt C. de do. an. nup. l. minoribus. tamẽ hæc hodie nõ exigit. & sic aliis nõ connumeratur. i. assimilatur in hoc. Itẽ nec in hoc: quia alia est simplex: hæc ob causam: vt ff. de dona. l. j. Ac.

Donatio quingentos aureos excedens debet insinuari.

c Apud virum. Quid est hoc dicere apud virũ? Rñ. quod reuocare nõ potest. Item si factum est hincinde factũ in casu alicuius eorũ premorientis: lucrabitur qlibet secũdũ pactum: siue fuerit insinuatũ, siue nõ, per hãc authẽ. sed in hoc hodie corrigitur. nã si vir nõ insinuet, & pacta dotalia cedant parti viri: nullã habẽt exactionẽ pro eo quod excesserit & insinuatũ nõ fuit: vt j. vt frat. fil. success. §. illud quoque.

ad memoratum tempus pertransierũt, secundum veteres leges [a] incidi precipimus. Tua igitur gloria per præsentẽ legem à nobis disposita, ad omnium cognitionẽ venire procuret. in hac enim regia ciuitate edictis cõsuetè propositis: in prouinciis autẽ præceptis dirigẽdis ad clarissimos presides earum: vt nulli nostri imperij subiectorum sit ignota nostræ circa eos mansuetudinis prouidentia: ita tamen, vt sine omni dispendio ciuiũ, aut prouincialium, in omni loco præsentis legis fiat insinuatio.

TITVLVS II.

VT SPONSALItia largitas specialis sit contractus, & de diuersis capitulis.

Sponsalitia largitas, quæ est specialis cõtractus, ex omni parte valet, cuiuscunque sit quantitatis, etiam sine insinuatione. Bartolus.

Imp. Iustinianus A. Petro gloriosiss. præc. præfec.

SPõsalitiã largitatẽ [b] contractũ specialem esse, & iudicari, & non aliis donationib⁹ eã connumerari per præsentem sancimus legẽ: quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Siue igitur fiat sub gestis monumentorum eius insinuatio, siue etiam nõ: iubemus, eam per omnia suũ robur habere, tã apud mulierem, quàm apud virum [c], siue ab ipso viro, siue ab altero aliquo mulieri detur seu conscribatur, vel in viri personam donatio fiat [d], quatenus ipsas res in nuptialẽ donationem conscribat [e], & hoc valere præcipimus cuiuscunque sit donatio quantitatis: vel non (sicuti dictum est) insinuetur †.

Minores ex quo possunt testari, possunt libertates relinquere, antiqua lege cessante. Bartol.

Et hoc quoque præsenti constitutione sancimus, vt licentia sit minoribus in ipso tempore, in quo licet eis testari [f] de alia substantia, etiã suos seruos in vltimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento ætatis faciendo: sed vacante lege [g], quæ hoc primitus prohibebat.

Si vnum instrumentorum facit mentionem alterius instrumenti, in eo quod de alio instrumento mentionem facit, & non editur, non probat, nisi originale producatur: vel per alias probationes comprobetur. Bart.

Et hoc † insuper iubemus, vt si quis in aliquo documento [h] alterius faciat mentionẽ documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi aliud documentum [i], cuius memoria [k] in secundo facta est, proferatur: aut alia [l] secũdum leges probatio exhibeatur [m]: quia & quãtitas [n], cuius memoria facta est, pro veritate debetur. hoc enim etiam in veteribus legibus [o] inuenitur.

Appellationis tempus ipso iure non concurrit, si per iudicem stetit quòminus causam examinet, & sententiam proferat. Bartolus.

h Documento. priuato. secus forte si publicum alterius publici faciat mentionem secundum Al. quia tunc creditur exemplo. arg. j. vt fra. fil. §. illud. & ff. de admi. tu. l. chirographis. Sed tu dic secundũ Ioann. etiam si publicum sit exemplificatum. nã ad hoc creditur exemplificatio: quia si contineatur in alio, & potest esse quod in originali erãt aliæ literæ vel cancellationes, quæ non continentur in exemplo, vnde non probatur plene per exemplum: vt hic, & C. de edend. l. procurator. & ff. familiæ erciscun. l. si quæ. & l. Pomponius Philadelphus. & de fide instru. l. ij. nisi originale sit officio iudicis ordinarij publicatum. & sic intelligitur. j. vt frat. fil. §. illud. & ff. de admini. tu. l. chirographis. Acc.
i Aliud documẽtũ. s. originale. Ac.
k Memoria. id est mentio.
l Alia. puta per testes.
m Exhibeatur. hoc quod &c.
n Quia & quantitas. scilicet hæc.
o Legibus. vt ff. fa. erc. l. si quæ cautiones. & ff de fide instru. l. ij. & C. de edẽ. l. procurator. & ff. quemadmod. testa. aper. l. fi. Acc.

† Multa hoc loco desunt, quæ ex Haloan. versione supplenda sunt.

† Facit ad hunc §. c. j. extra, de fide instr. & ex hoc §. extracta est authen. C. de eden. super l. procurator. & incipit, si quis in aliquo.

Hoc quoq; sancimus, vt si quando appellatione secura, in nouissima induciarū [a] dieb [b], aut pars vtraq;, aut solus, qui appellatione vsus est, occurrerit, & suā præsentiam manifestauerit iudici futuro appellatiōis examinare [c] iudiciū, aut cōsiliariis eius, aut qui lites intromittunt, & iudex eum in definitis diebus suscipere differat: nullū præiudicium [d] partibus †, aut vni earū ex hoc penitus fieri, sed & post hoc examinari [e] appellatiōes huiusmodi, & sententia legitima terminari.

A sententia præfecti prætorio appellari non licet: sed supplicari intra decem dierum numerum. quæ sententia executioni mandari debet fideiussione præstita, supplicatione porrecta: aliter non, retractationis iure illi seruando, qui se grauatum putauerit. Bartolus.

Aliud † ad hoc capitulū nostra indigens [f] prouidentia prospeximus emendare. quia enim nostræ [g] leges decernunt, si quādo gloriosissimi præfecti sacrorū prætoriorū sententiam protulerint, nullā appellationē aduersus eā offerri: sancimus, quoties sententia gloriosissimorū præfectorum cuiuscunq; regionis proferatur, & vnus forsan litigantiū putauerit se grauari: habere eū licentiam petitionem [h] offerri gloriosissimis præfectis, qui sententiam protulerunt, aut eorū consiliariis, aut causas introducētibus [i], intra decē dierum inducias post [k] prolatam sententiam: vt hoc subsecuto, non aliter executioni sententia cōtradatur, nisi prius fideiussiones dignas præbuerit victrix pars tātæ q̄titatis, quāta fuit condēnatio: vt si post hāc retractationē modo legitimo procedente sententia resoluat̄: res ei cū augmētis legitimis restituatur. Si verò intra memoratas dece dierū inducias post prolatā sententiam non obtulerit libellū is, qui putat se læsum: iubemus, causę executionem sine fideiussore procedere: retractationis iure seruando [l] illi, qui se grauatum putauerit.

Si minor restitutionem petit, vt se ab hæreditate abstineat: creditores in presentia constituti vocandi sunt: omnibus autē vel quibusdam in absentia constitutis, & legitimè expectatis, restitutio nihilominus indulgenda est, curatore bonis dato, & bonorum inuentario facto. Barto.

Ad hæc quoque sancimus, vt si contigerit minores velle se abstinere ab hęreditate in se deuoluta, & à se suscepta [m]: si quidē omnes creditores præsentes fuerint in illis locis, in q̄bus in integrū restitutio postulat̄, vocētur à iudice creditores [n], & præsentibus oībus † ab huiusmodi hæreditate se minores abstineant. Si verò omnes, aut aliq [o] creditorum absentes fuerint: iubemus minores volentes hoc agere, locorum iudicē, in q̄bus ipsi degunt, adire: illum verò per consuetas citationes vocare creditores. & si intra spatiū triū [p] mēsiū nusquā [q] appareant creditores, licere minoribus

[a] Induciarum. i. fine biennij.
[b] Die. s. anno secundo in fi. & hoc innuit verbum illud inferius. s. in definitis diebus.
[c] Examinare. scilicet velle.
[d] Præiudicium. siue ergo stet per Imperatorē qui iudex sit appellationis: vt s. de ap. §. j. siue per alium iudicem: vt hic nō currit tempus quantū ad effectū: quia datur restitutio: vt. ff. quibus ex cau ma. l. sed & si per. §. ait prætor. & hoc in causa appellatiōis. In causa verò principali triennio tantum durat, q̄cquid contingat: vt C. de iud. l. properandū. Sed quid si steterit per aliū? Rñ. nihilominus currit tēpus, sed agitur contra eū de dolo: vt ff. de do. l. arbitrio. §. dolo. sed si ille nō esset soluendo, restitueretur ad li. vt ff. de eo per quem fac. erit. l. fi. Acc.
[e] Examinari. imo videtur q̄ nō: vt s. de iis qui ingre. ad app. quæ est cōtra. Sol. ibi per partes stetit, hic per iudicem. arg. ff. qui. ex cau. ma l. j. §. pe. & l. sed & si. §. ait prętor. & ff. de dā. infec. l. si finita. §. eleganter. & ff ne vis fi. & qui. l. fi. §. fi.
[f] Indigens. scilicet capitulum.
[g] Nostræ. vt ff. de offi. præ. præto. l j. §. j. & C. de sent. præf. præt. l. j.
[h] Petitionem. id est, libellū. sed supplicatio tātū principi sit facienda: & sic correctæ sunt leges quæ dicūt supplicari pręfecto: vt C. de p̄ci. impe. off. l. si quis. & de sent. præ. præto. l. j. Sed dico q̄ inter hanc petitionē & illam supplicationē nulla sit d̄ria: nec sit necessari⁹ libellus.
[i] Introducentibus. qui referendarij dicūtur: vt j. vt litig. iur. §. fi. & s. de referen. sed an ipsi cognoscent de appellat? Resp. absit: cum sint minores: vt s. de ap. §. fi. sed princeps tantū vel cui ipse cōmittet: vt ff. de mi. l. minores. in princi. & §. pe. Ac.
[k] Inducias post. mādatur ergo sententia executiōi interim. sed cōtra in appellatiōe seruat̄: vt ff. nil inno. app. penden. & in tit. & in tex. nisi in casu: vt j. de sanc. epis. §. œconomus. est & alia differētia quare pōt bis appellari: sed supplicari semel tantū: vt C. de preci. imper. offe. l. si quis aduersus.
[l] Seruādo. intra bienniū: vt C. de sentē. præfe. præto. l. j. quæ est contra. sed ibi biennium post sentētiam datur, & post publicationē: hic autem dantur decē dies ante supplicationem. Acc.
[m] A se suscepta. q̄ faciunt quandoque: vt C. si minor se ma. di. per totū: vt quia sit litibus & sumptibus impedita: vt ff. de mino. l. minor. xxv. ann. Accurs.
[n] Creditores. idē in legatariis: quia eos hæc res tangit: argu. s. de hære. & Falcid. §. hinc nobis. & C. de authorita. præstan. l. fin. alias non valet restitutio: vt ff. de mino. l. etiam. §. fi.
[o] Aliqui. nō ergo præiudicat̄ p præsentes plures absentib⁹ paucioribus. Argu. contra. ff. de pac. l. maiorem. & l. rescriptum. & de curator. bonorum dan. lege secunda. Sed & hoc dici potest vt absentibus per pręsentes præiudicetur, dūmodo vocentur absentes. Acc.
[p] Trium. Quare trium? Rñdeo, sic video & alias: vt s. de litigatoribus. §. omnem. & s. vt cum de appel. cogno. §. sed hoc præsenti.
[q] Nuāquam. aduerbium loci.

† Cōcor. in c. si autem. iūcta gl. penult. extra, de rescriptis.

† ex hoc §. est extracta authē. quæ est super l. si q̄s. C. de precib. impe. of. & incipit, quæ supplicatio. & concor. ca. ad audiētiā. in glo. sup verbo, in irritū. ibi, ni fuerit appellatū. extra, de rescriptis.

Appellari potest bis.

† Cōcor. c. j. cū glo. super verbo, cōstiterit extra de testi. Absentibus per præsentes præiudicetur.

Nobi

ſine periculo ab huiuſmodi hęreditate abſcedere iudice prouidente, apud quem igitur in integrum reſtitutio, vbi debeat hæreditariæ res mobiles [a]: & immobiles cuſtodiri [b]: quãtitate quippe harum, publica deſcriptione ſub geſtis monumentorum manifeſtanda.

Habens titulum & bonam fidem à malæ fidei poſſeſſore præſcribit inter præſentes ſpacio x. annorum, & xx. inter abſentes, ſi verus dominus hanc poſsidere ſciuit, & ipſum nõ inquietauit. Sin autem ignorauit: tunc non præſcribit niſi ſpatio xxx. an. Item ſi quis fuerit præſens certis annis, & certis abſens: ſuprà decennium ad præſcriptionem complendã adijci debent tot anni, quot fuit abſens. Angel.

Rurſus ſancimus †, vt ſi quis mala fide rem poſſidens, aut per venditionem, aut per donationẽ, aut aliter hanc rem alienet: qui verò putat eaſdẽ res competere ſibi, hoc agnoſcens [c] intra decẽ annos inter præſentes, & viginti inter abſentes non conteſtatus [d] fuerit ſecundum leges emptorẽ, aut donationem accipiẽtem, aut illum, ad quẽ res alio quolibet modo tranſlatæ ſunt: eum, qui tales res habet, firmè eas habere, poſt decennij videlicet inter præſentes, & vicennij inter abſentes diſcurſum. Si autem ignorat verus alienatarum rerũ dominus, & quia res ei competunt, & quia alienatio facta eſt, nõ aliter excludi hũc, niſi per trigennalem præſcriptionem non valente dicere eo, qui res hoc modo poſsidet: quia ipſe bona fide poſsidet [e], quando ipſe à mala fide poſsidente hoc accepit.

De præſcriptione verò decennij hoc ordinare proſpeximus, vt ſi quando quiſpiam in prædicta decennij temporali præſcriptione in quibuſdã quidem annis præſens ſit, in quibuſdã verò abſens: alios tantos ei annos ſuper decennium adiici, quantos ex ipſo decennio abſens fuit [f]. Hæc autem omnia, quæ de temporali præſcriptione decreuimus, non in pręteritis, ſed in futuris tantùm poſt præſentem legem negotiis atque cauſis valere præcipimus.

Teſtamentum ſuas vires obtinet, ſiue teſtator per ſe ſiue per alium nomen hæredis ſcribat, vacante lege, quæ contrarium aſſerebat. Bart.

Quia verò ante hanc legem [g] protulimus, vt teſtator aut manu propria aut per teſtes nomina hæredũ ſcribat in teſtamento: agnouimus aũt ex huiuſmodi ſubtilitate plurima teſtamẽta deſtructa, teſtatoribus non valentibus huiuſmodi cuſtodire ſubtilitatẽ, aut forſan nolentibus ſcire aliquos ſuam voluntatem [h]: iubemus licentiam quidẽ eſſe volentibus hoc ſeruare in propriis teſtamentis. ſi enim hoc non obſeruant, ſed ſecundum priſcam [i] conſuetudinem teſtentur: etiam ſic firmum teſtamentum eſſe ſancimus: ſiue per ſę aliquis, ſiue per alterius perſonam nomen hæredis inſcripſerit [k]: ſi omnino reliquam legitimam obſeruationem in teſtamento teſtator obſeruauerit.

Res ab eccleſia in principem translata poteſt à principe in alium transferri non obſtante lege in cõtrarium loquente. Bartol.

Legem verò [l], per quam ſancimus non transferri ad alias res, quæ ad noſtrã domũ ex venerabili eccleſia peruenerũt [m],

† Tractatur de hac materia in cap. ij. extra, de offic. iudi. vbi de hoc vide in gl. ſuper verbo proponitur.

† Ex hoc §. ſumpta eſt authẽt. quæ eſt ſuper l. j. C. de præſcr. long. tẽp. & incipit malæ fidei poſſeſſore & facit ad hũc §. glo. ij. in med. in ca. vlti. extra, de præſcript.

Mala fides venditoris emptori nocet.

a Mobiles. niſi quædam perierint per imbecillitatẽ ætatis: vt ff. de mino. l. ait prætor. §. fin.

b Cuſtodiri. ſ. cuſtodiendo curatorem: vt ff. de curat. bo. dan. l. j.

c Agnoſcẽs. quocunque modo ſciat. ff. de pe. hær. l. item veniũt. §. petitam. in fi. Et ſic no. ſciẽtiam ſuam ei nocere: vt ar. C. de nup. l. ſi vicinis. ſed ex quo tempore hoc tẽpus x. & xx. an. computatur? quidã diſtinguunt ſi poſſeſſor velit vti acceſsione ſui authoris: tunc ex tẽpore quo poſſedit anteceſſor qui fuit malę fidei: & tũc xxx. an. nõ ex tempore ſciẽtiæ domini. ar. C. de præſcr. long. tẽp. l. j. & ff. de acq. poſ. l. Pomponius. §. cũ quis. Alij dicunt quod etiam ſi quandocunque dominus ſciat hoc, decennio vel vicẽnio ſibi noceat. & hoc dicunt ex hac litera, quæ dicit: intra x. ann. &c. Sed ſecundũ hoc, quid ſi in vltima die ſciat: & iudicis copiam non habet? hoc aũt tempus cõtinuum eſt: vt ff. de vſucapio. l. nunquam. §. j. q. d. iniquitas occurrit. Di ergo primum verius eſſe: vt ex tẽpore ſcientiæ domini cõputetur.

d Conteſtatus. etiã ex miſsiõe executoris: vt C. de præſcri. xxx. an. l. cum notiſsimi. & l. ſicut. & de his hic fit mẽtio.

e Poſsidet. ſ. qđ præſcripſerit, & qđ ſubiicit quando. i. quia, vel temporaliter. Et ſic not. hodie, quod mala fides venditoris emptori nocet hoc caſu olim cõtra: vt ff. de publica. l. eã. §. prætor. & C. de præſcri. long tempo. l. j. & de peri. & cont. rei vẽdi. l. dolũ. Accur.

f Abſens fuit. vt duplicetur tempus abſentiæ: vt ſi abſens fuit quinquennio, ei dentur iterũ quinque anni poſt reuerſionẽ: & hoc quando ex volũtate abeſt. ſi autẽ ex neceſsitate: tunc ipſo iure nõ currit vel reſtituitur: & dic de qua abſentia hic loquatur. ſ. de ea, quæ eſt de vna in aliam prouinciam: vt C. de præſcrip. long. tẽp. l. fi. & facit ad hũc. §. ff. quibus, ex cau. ma. l. necnon. §. ſi quis ſæpius.

g Hanc legem. vt C. de teſta. l. iubemus.

h Voluntatem, quod eſſet neceſſe, ſi teſtaretur per nuncupationem.

i Priſcam. vt in l. illa quæ eſt. C. de teſt. l. hac conſultiſſima. nam per illã nõ cogebatur ipſe vel teſtes ſcribere nomen hæredis.

k Inſcripſerit. dũ modo ipſe expreſſerit: quod eſt ſcribendum ſecũdum quoſdam. ſi igitur nutu exprimat, nõ valet ſecundũ eos. Ar. cõtra. ff. de leg. iij. l. nutu. ſatis enim exprimit, cum annuit.

l Legem vero. ſic eſt. §. in collat. v. in conſtit. vj. vt de cætero commutationes. cõtra. Sol. hæc corrigit.

m Peruenerunt. ne per conſequentiam res eccleſiæ alienentur.

Aliena

a Alienari. hoc præceptum est seruandum: & C. de reb. alie. l. fi.

b Alienationem. alienaret aũt legatarius in heredem, hærede Falcidiã retinente. sed certe imo videtur quod non: quia Fal. ipso iure remanet in bonis heredis, & in reliqua parte legati dominium in legatarium transit: vt C. ad leg. Fal. l. fi. Respon. hoc facit hic voluntas expressa testantis: ne fiat alienatio. Et sic no. vnũ casum, vbi cessat Fal. Sunt & alij vt si est relictum ad pias causas: vt j. de eccl. tit. §. si autẽ hæres. Item quãdo testator expressim vetuit: vt s. de hær. & Falci. §. si verò expressim. colla. j. Itẽ quãdo quibusdam in solidum soluit hæres: vt s. de hær. & falci §. non autẽ. alias generaliter habet locũ: vt C. ad l. Fal. l. ij.

Falcidia in multis locum nõ habet.

DE ALIENA TIONE.

MVltis. Legibus. s. prolatis: & sic sunt ablatiui absoluti: & dicit de illa, quæ est supra, de non alie. collat j. Item & de illa, de eccl. re. immo. alie. coll. v. Item de illa s. cõst. quę ex adsc. §. fi. Itẽ de illa. C. de sac. sanc. eccl. l. sancimus. & de illis quas nõ habemus.

d Reliqs. subaudi & aliis cõtractib[9], q sunt reliqua administratiõis earũ rerũ. & hoc in titu. nã alienatio pertinet ad administratorẽ. vt ff. ad Treb. l. mulier. Azo. arg. cõtra. ff. de offi. pcõ. l. j. §. j. & hoc si habes in litera, & reliqua administratiõis, &c. si aũt habes, & reliqs admi

vacare sancimus tam in iis, quæ iam ad nostram domum legitimè peruenerunt, quàm quæ postea peruenire futura sunt.

Falcidia cessat re à testatore alienare prohibita: his obtinentibus in casibus præteritis in nondum finitis. Bart.

Si quando autẽ aliquis testamenrum faciat, & aliquam rem immobilẽ suæ familię, aut alteri cuicunque personæ nomine legati reliquerit, & specialiter dixerit nullo tempore hãc rem alienari [a], sed aut apud hæredes, aut apud successores illius, cui relicta est, permanere in hoc legato, iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere: quoniã alienationem [b] eius testator ipse prohibuit. Hæc autem obtinere præcipimus in illis, casibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilẽ conuentum, aut quolibet modo legitimo decisi sunt. Eminentia igitur tua, quæ per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit trãquilitas: edictis quidẽ in hac regia ciuitate propositis præceptis autem ad omnium prouinciarum iudices destinatis, ad omnium notitiam venire procuret.

TITVLVS III.

DE ALIENATIONE & emphyteusi, & locatione & hypotheca, & aliis diuersis contractibus in vniuersis locis rerum sacrarum.

Nulla ecclesia ciuitatis Constantinopolitanæ exceptis quibusdam, quibus conceditur, potest res immobiles, vel quæ inter immobilia computantur, donare aut alienare: nisi fiat alienatio imperiali domui. Ange.

Imper. Iustinianus A. Petro gloriosiss. Orientalium prætoriorum præf.

MVltis & diuersis legibus [c] super alienationibus, & emphyteusibus, & locatiõibus, † reliquis [d] administratiõibus ecclesiasticarũ rerũ, & de plantantibus [e], præuidimus omnes [f] præsenti comprehendere lege. Sãcimus igitur nullã habere licentiam [g] ordinatores rerum huius regiæ ciuitatis sanctissimæ maioris ecclesiæ, aut orphanotrophij, aut nosocomij, aut xenodochij, aut ptochotrophij, aut alterius venerabilis domus in hac regia ciuitate siue in eius finibus constitutæ, exceptis venerabilibus monasteriis [h], aut vendere, aut donare, aut commutare, aut sub alterno [i] dono dare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilẽ, aut ciuilem annonã, aut rusticum mancipium, nisi ad imperialẽ [k] domum cõmutatio sola facta est. Sed neq; de colonis [l] iustè dari [m] quidem concedimus. [n] Emphyteuses verò à prædicta sanctissima maiore ecclesia regię ciuitatis & commemoratorum [o] locorum fieri iubemus [p] in personã eius, qui accepit, & aliis duobus deinceps hæredibus & non amplius de sexta parte instantis [q] canonis dimittimus [r] ei, qui emphyteusis iure acceperit.

nistrationibus planum est.

e De plãtãtibus. s. ipsas ecclesias forte.

f Omnes. s. prædictas leges.

g Licentiã. hoc tenaciter in reb. eccl. obserua secundũ cõsuetudinẽ: vt fieri debeat earũ alienatio cõsensu patroni, si qs ibi fuerit: vel plebani, si capella plebanũ habeat. alioqui cum authoritate episcopi: & si non faciat reuocatur: cã tñ cognita. s. an decepta sit in contractu ecclesia. Itẽ an pretiũ sit in eius vtilitatẽ cõuersum, donare quoq; põt amicis bene merẽtibus secũdũ Al. Itẽ secũdũ cõsuetudinẽ regni etiam sine eius cõsensu vel authoritate solus prælatus dat in feudum.

Patroni in alienatione ecclesiasticarum rerum debet consentire.

† Habi... quia... ecclesia... carum ad... ministra... tione p... mulgati...

[i] Sic et... potest m... numite... bene me... rẽtes vt... c. iij. in g... j. extra e... dem.

h Monasteriis. id est, monasteria possunt alienari secundũ hoc: vt j. eod. §. hoc quidem ibi, in aliis.

i Sub alterno. i. pari donatione: vt in nouellis. eo. tit.

k Ad imperialẽ. vt s. de non alie. §. finimus. colla. ij. & supra, vt decæ. cõmu. in princ. col. v. & sic not. quod priuilegiatus à priuilegiato accipit. Ar. contra. ff. de rebus eo. l. si pupillorum. circa princ.

l De colonis. i. ad scriptitiis.

m Dari. id est vẽdi vel donari, vel alio modo.

n Concedimus. quia inter mobilia computantur: vt s. de non alie. §. j.

o Commemoratorum. alias memoratorum subaudi, & prælatos.

Coloni inter immobilia computantur.

p Iubemus. i. permittimus.

q Instãtis. s. præsentis pensionis, siue reditus.

r Dimittimus. alias diminuimus.

Pro

De competentibus verò proastiis [a] ipsi sanctissimæ maiori ecclesiæ, & nominatis [b] venerabilibus domibus in regia hac ciuitate, aut in eius regione, aut mansione constitutis: iubemus, siquidem hic reditus [c] habeant, integro canone ab iis ordinatoribus, qui regunt ipsa venerabilia loca, emphyteusim hanc secundum prædictum modum accipienti, & aliis duab⁹ successionibus dari, & nullam omnino releuationem, sed augmentum [d] fieri. Si verò non habeant ipsa proastia aliquos omnino reditus: licentiam præbemus ordinatoribus venerabiliũ locorum in alia quantitate [e] hoc (sicut prædictũ est) in emphyteusim dare. Si verò cõtigerit quãlibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam, aut in imperialem domũ [f], aut in sacrum nostrum ærarium, aut in ciuilitatẽ aliquã, aut in curiam, aut in aliquam venerabilẽ aliam domum peruenire [g]: licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorũ, à quibus à principio emphyteusis facta est, mox vt peruenerit in vnam prædictarum personarum [h] ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium: & aut ab his derelinqui eandẽ rẽ, ad quos [i] peruenit, & annuã pensionem, quæ pacto continetur, inferri, aut hoc recipere [k] emphyteusi soluta [l], eò quod hoc sibi prodesse existimant [m]. Si verò † quædam [n] sunt loca, aut ipsi sanctissimæ ecclesiæ maiori, aut alicui venerabilium domorum [o] cõpetentia, in quibus antiquæ habitationes, depositæ [p] sunt, & ex quibus nullus præbet reditus: prædictæ verò venerabiles domus, quibus competunt hęc loca, re ædificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus earũ in emphyteuses [q] perpetuo [r] iure tradere ipsa loca: ita tamẽ vt emphyteusis in tertia parte [s] pensionum, quæ ex habitationibus adhuc stantibus colligebantur, ex principiis temporis emphyteuseos procedat [t]: aut si emphyteuta maluerit, magis sub isto pacto accipiat loca, vt primitus ædificet, & ex adiectis illic per æstimationem pensionibus medietatem partis dari venerabili domui, à qua ipsa loca accepit: & hoc fieri concedimus. Vtatur ergo huiusmodi emphyteuta, & illic inuenta de depositis habitatiõibus materia. Si verò aliquis valuerit quanlibet rem immobilem nomine vsus accipere à sanctissima maiore ecclesia regię ciuitatis, aut vnius memoratarũ venerabilium domorum [v]: non aliter hoc accipiat, nisi aliam rem mox dominij iure præbuerit, ex quo eandem rem accepit, tãtum habentẽ reditum, quantum habeat res, quæ ei datur, & non maioribus fisci prestationibus prægrauatum: vt post eius mortẽ, aut post tempus, in quo datio vsus conuenit, non transcendentem videlicet accipientis vitam: vtraque res integra, & in dominium, &

[a] Proastiis. de proximæ villæ agris, vt dicunt: sed magis videtur de remotis dicere: à pro, quod remotionem * significat: vt dicimus in procõsule. Sic enim licere à nominis interpretatione argumẽtari: vt insti. de do. §. est & aliud. Sed primũ verius est, vt innuit litera seq.

* Imo viciniam & admotionem significat. Est enim proastiũ suburbium.

[b] Nominatis. repete & nominatis.

[c] Siquidem hic reditus. i. proastia. Alb.

[d] Augmentum. s. fieri potest.

[e] Quantitate. non dicit de qua. vnde ad arbitrium boni viri dico faciẽdũ. hoc enim quod sequitur, sicut prædiximus &c. vult quod in sextã partem fiat diminutio. nã illud locum habet quãdo aliquos habet reditus: vt s. de non ali. §. si verò cõtra. secundũ Al. sed hoc stare nõ potest: quia ille. §. si verò. expresse dicit quando nullos habet reditus, fieri tamen cõputationem intra xx. ann. nisi diceres hic in ecclesia Constant. ibi in aliis. Vel dic quod hic dicit sicut prædictum est subaudi. s. in illo. §. si verò. qui est supra, de non alie.

[f] Domum. s. priuatam, vt differat à sequenti.

[g] Peruenire. à Titio puta.

[h] Personarum. i. domorum.

[i] Ad quos. eis subaudi ad quos &c.

[k] Recipere. scilicet rem ipsam.

[l] Soluta. id est, dissoluta.

[m] Existimant. alias existimauit.

[n] Si verò quædã. licet materia præsens vsque ad §. & hoc quidem. sit de ecclesia tantũ Constantinopolitana: vt j. eo. §. hoc quidem. tamen iste generalis est, vt ex hac litera colligitur: vt j. eo. §. quacunque ideo. cũ no.

† Ex hoc §. sumpta est authẽ. quę est super l. iubemus nulli. C. de sac. san. eccle. & incipit si quas ruinas. quæ authẽt. est canonizata ix. q. ij. §. si quas ruinas.

[o] Domorum. prædictarum.

[p] Depositæ. s. destructæ ad terram.

[q] In emphyteuses. perpetuas. alias in emphyteusim.

[r] Perpetuo. hoc expone, vt diximus. s. de non alie. §. alienationis.

[s] In tertia parte. distinguũt hic quidam, an ille qui accepit in emphyteu. rẽ ruinosam, vult soluere statim, an postea quàm reędificauerit: vt in primo casu fiat diminutio in vj. parte ab eo quod poterat colligi habitatione constante. quod intelligunt R. & Py. vt tertia pars præstet, & duæ remittantur. Io. econtra s. vt duæ pręstẽtur: & tertia remittatur. si autẽ à principio soluere nõ vult, tũc præstet medietatẽ adiũctę pensionis: vt si tunc reddebat x. cum erat ruinosa: & nũc lx. additio est in quinquaginta. & sic xxv. dabit annis singulis: vt hic dicit. & hoc eodẽ casu dabit cõstantem. s. x. & sic xxxv. dabit: vt s. de non alie. §. si verò minui. quæ videtur cõtra. nam cum in hoc eodem casu loquatur, vt hic dicit: videtur cõstantẽ nunc pensionem solui. Sed solue vt dictũ est. Sed nõne secundũ prędicta magis grauatur, qui soluit statim, cum tãtum ei tertia remittatur, huic autem medietas? Rñ. hoc sibi videtur melius & leuius quod elegerit: vt insti. de act. §. huic.

[t] Procedat. hinc sumitur authent. si quas ruinas.

[v] Domorum. nam l. iubemus. C. de

in vsum, in eandem venerabilem domum perueniat. Locationes [a] verò ab ipsis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoscunque cõtrahẽtibus annos placuerit, non transcendentibus videlicet triginta annorum temporibus.

Si verò [b] contigerit aliquam prædictarum venerabilium domorũ nomine fiscalium tributorum, aut alterius cuiuslibet superuenientis necessitatis venerabili domui, pecuniis egere: liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut supponere, aut dare in speciale [c] pignus: & creditor possideat, eandẽ rem, & eius fructus colligat: & reputet sibi tam in his creditis pecuniis, quã in vsuris, nõ autem maioribus, quàm quartam partem centesimę. Si verò persoluerint debitum præpositi eiusdẽ venerabilis domus, aut ex fructibus ad impleatur [d] creditum: redeat iterum res ad venerabilem domum ex qua data est. Emphyteuseis verò & hypothecas & vltra quinquennium volumus fieri à sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis cõscientia & consensu beatissimi huius ciuitatis episcopi & patriarchæ, iurantibus præsentibus Deo amabilibus œconomis & chartulariis [e] eiusdem sanctissimæ maioris ecclesiæ, ꝙ non ad præscriptionẽ iuris eius contractus efficiatur. In aliis verò venerabilibus domibus [f], siquidem sint chartularij, ipsos æquali modo iurare præsente eo, qui pręest venerabili domui. Si verò non sint chartularij, ab his, qui præsunt venerabilibus domibus propositis sanctis euangeliis, contractũ fieri in scriptis cum iureiurando addito huiusmodi instrumentis, ꝙ non ad læsionẽ aut præscriptionem venerabilis domus contractus efficitur. Oeconomis verò, & orphanotrophis, & reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, necnon omnibus chartulariis, & parẽtibus eorum, & filiis & aliis, qui per genus eis, vel nuptiarum iure coniuncti sunt, interdicimus emphyteusim & locationes, siue hypothecas rerum ipsis venerabilibus domibus competentium, aut per semetipsos, aut per interpositam personam accipere [g]: scientibus eis, ꝙ si tale aliquid fiat, & hoc inualidum erit: & omnem substantiam, tam eorum, qui accipiunt, quàm œconomorum & chartulariorum, & ordinatorum: quibus secundum prædictũ modum coniuncti sunt: in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, post obitum eorum peruenire iubemus. Et hoc quidem super iis, qui maioris ecclesiæ sunt & prædictarum venerabilium domorum, quæ sunt in hac regia ciuitate vel eius circuitu adhærentium disposuimus. In aliis verò sanctissimis ecclesiis, & monasteriis, & xenodochiis, & nosocomiis, seu reliquis venerabilibus domibus [h], quę in omnibus prouinciis nostræ reipublicę positæ sunt, verum etiam monasteriorũ in hac regia ciuitate & eius circuitu adhærẽtium, consequenter definire prouidimus. Licentiã igitur damus prædictis venerabilibus domibus, non solũ ad tempus emphyteusim facere immobilium rerum sibi competentium, sed & perpetuè [i] hæc eis emphyteutico iure volentibus dari. Et siquidem sanctissimæ ecclesiæ sint vel alię venerabiles domus, quarum gubernationem loci sanctissimus episcopus aut per se, aut per venerabilem chorum clericorum faceret, cum voluntate eorũ & consensu [k] fieri huiusmodi cõtractum iurantibus præsentibus œconomis & administratoribus & chartulariis [l] ipsis venerabilis domus [m], quod ex hac emphyteusi nullum damnum eidem venerabili domui infertur. Si verò ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut reliquæ venerabiles domus sint propriam administrationem habentes: siquidem venerabilia oratoria esse contigerit, cum voluntate maioris partis ibidem ordinan-

de sacrosan. ecc. in Constant. ciuitate habet locũ sed hęc in aliis ibidem adiacentibus. sed hodie idem est vbiꝗ: vt j. e. §. quæcunꝗ. & facit ad hunc. §. C. de sa. san. ec. l. iubemus. §. fi. & s̃. de non alien. §. si quis autem voluerit.

[a] Locationes. s. simplices.

[b] Speciale. multò magis generale. nã & per superiorem legem de non alie. specialiter prohibetur: vt ibi dicitur. §. alienationis. & §. si enim. Ac.

[c] Adimpleatur. quæ debet fieri: vt hic, & C. de pign. act. l. j. & ff. de pig. l. si is. §. j. & de distra. pig. l. j.

[d] Et chartulariis. illi qui scribebant ecclesiastica acta, et erant de ipsa ecclesia, & habebant omnia ad manus melius quã alij. arg. ff. de ed. l. argẽtarius. §. j. Et sic no. ꝙ in omnium pręsentia fit etiã venditio rei ciuitatis & c. pſentibus euangeliis: vt C. de ven. re. ad ci. perti. l. fin. lib. x.

[e] Domibus. id est monasteriis nã in his exceperat: vt s̃. eo. in princ.

[f] Accipere. non admittũtur vt quilibet: quod dic vt j. ea. §. œconomus.

[g] Domibus. in prouinciis cõstitutis, de qbus modo incipit tractare.

[h] Perpetuè. Hic dic vt dixi s̃. de nõ alie. §. alienatiõis.

[i] Et consensu. sic venditio rei ciuitatis: vt s̃. dixi, & C. de vẽ. re. ad ci. perti. l. fi. in fi. & idem in vẽditiõe rei, quę fuit curialis, quę fit à curia, vt C. de prędiis curia. l. ij.

[k] Chartulariis. i. tabellionibus vel scriptoribus.

[l] Domus siue oratoria. i. ecclesia: vt differat à supiori.

Ordin.

† Sumpta est ex hoc §. authen. quę est super l. iubemus nulli. C. de sac. san. eccle. & incipit. Item prædium. quę authẽt. est canonizata. x. q. ij. §. itẽ prædium.

Venditio rei ciuitatis fit in omnium præsentia.

tium [a] clericorum, necnon & œconomi. Si verò xenones, aut ptochium, aut nosocomium, aut alia sit venerabilis domus: apud præpositum ipsius fieri contractum, iurantibus ordinatoribus earundem [b] venerabilium domorum in præsentia Deo amabilis episcopi, à quo præponuntur, aut ordinantur. quòd nihil ad læsionem [c], aut præscriptionem ipsarum venerabilium domorum de huiusmodi contractu efficitur. In venerabilibus verò monasteriis primates eorum cum ampliore & maiore parte ibidem deseruientium monachorum contractum efficiant. In prædictis verò omnibus iubemus inscribi instrumentum cum iureiurando, quòd non ad læsionem, aut præscriptionem earundem [d] res agitur [e]. hac verò obseruatione huiusmodi præcedente, releuationem non amplius fieri à sexta parte reditus, quem habet res [f], quæ in emphyteusim datur. Quæcunque verò de lapsis domibus competentibus venerabilibus domibus quæ in regia sunt positę ciuitate, superius [g] disposuimus hæc in his [h] venerabilibos domibus valere præcipimus. Hoc etiam super ipsis venerabilibus domibus definire præuidimus, vt si quidam ex eis, siue pro publicis collationibus [i], siue pro alia necessaria causa eiusdem domus debitis obnoxij [k] fiant, & non est possibile de rebus mobilibus eadem persolui debita: & primo quidem ordine in speciali [l] pignore dari rem immobilem creditori, vt eius fructus colligens, reputet sibi tam in ipsis debitis mutuis pecuniis, quàm in vsuris [m], non amplius quarta parte centesimæ [n].

Si verò noluerit [o] isto modo debitum transigere: iubemus, per eos quidem, qui à sanctissimo patriarcha ordinantur, siue metropolitæ, siue alij episcopi sint, siue archimandritæ, siue orphanotrophi, aut nosocomi, aut xenodochi, aut aliarum venerabilium domorum ordinatores apud sanctissimos patriarchas [p], à quibus ordinantur, aut præponuntur, monumenta fieri, & cum iureiurando ordinatorum, & consensu amplioris partis in eis [q] deseruientium debitum [r] manifestari: & quia non est possibile [s] de rebus mobilibus istud persolui. per eos verò, qui à metropolitis ordinantur, siue episcopi sint, siue archimandritæ †, siue orphanotrophi, siue ptocotrophi,

[a] Ordinantium.i.ordinatorum. alias ordinãtium. id est, seruientium. Acc.
[b] Earundem.s.domorum venerabilium.
[c] Ad læsionem. Nota aliqua permitti fieri ad vtilitatem, quæ ad damnum non permittuntur: vt hic & ff. de transa. l. cũ hi. §. eam. & institu. de autho. tut. in prin. & ff. de bo. autho. iud. poss. l. prætor. §. meum. Acc.
[d] Earundẽ.i.domorũ venerabiliũ.
[e] Res agitur.i.cõtractus. Al.
[f] Res.si habet modo talem vel maiorem reditũ quam tunc quãdo ad venerabilem domũ deuenit, alias si minorem parum, tũc tẽpus quod venit cum ea diminutione, de qua hic dicit: vt s. de non alienã. §. qa vero Leonis. si vero multũ diminuta substãtia est ob cladem: tũc serua quo dicitur j. proxi. §. quæcunque, &c. & s. eo. §. si vero. Et not. quod hic sumitur illa authen. perpetua, &c. vsque illuc soluto, &c. reliqua sumitur. s. de non alien. §. quia verò Leonis. & §. si vero. Accursius.
[g] Superius. vt s. e. §. si vero quædã.
[h] In his.i.in omnibus aliis per prouinciam cõstitutis.
[i] Collationibus. ad quę tenentur ecclesiæ: vt C. de sacrosanct. eccl. l. placet. sed hodie non per l. Friderichi. ad decorẽ. §. j. co. x.
[k] Obnoxij. alias obnoxiæ. Acc.
[l] In speciali. olim tãtũ generale permittebatur: vt s. de nõ alienan. aut p. §. alienatiõis. & §. si enim. quę sunt cõtra. sed hoc corrigitur & permittitur etiam speciale.
[m] In vsuris. hoc est in omni debitore & creditore: vt C. de pigno. acti. l. j. & de distract. pig. l. j. & caue tibi: quia licet hic permittat in sorte, potest tamen prius in vsuris percipere creditor: vt C. de sol. l. j. & sic nõ seruatur ordo scripturæ: vt institu. de leg. §. ante hæredis. vel dic speciale in ecclesia: vt hic.
[n] Centesimæ. cẽtesima dicitur quæ anno sorti æquiparatur, quasi rotunda: vt centenarius numerus est rotundus & hoc raro permittitur. quarta ergo dicitur, quæ quatuor annis æquiparatur, & sic si bene cõputes, facit quinque denarios pro qualibet libra & quolibet mense.
[o] Si verò noluerit. id est, creditor, non vult huiusmodi pignus sic accipere. Accur.
[p] Patriarchas. & sic quilibet apud suũ ordinatorem: vt hic, & infra ibi, per eos vero, &c. in casu tamẽ fallit, s. cum archiepiscopus vendit. nam de sua synodo duo debẽt interuenire episcopi: vt s. vt nullus fabric. orato. do. §. fin.
[q] In eis. No. duo, & maiorẽ partem, & deseruiẽtiũ. maior aũt pars attenditur primo in numero: secundo in dignitate: vt ff. de pactis. l. maiorem. deseruientiũ autẽ ideo: qa si qui monachi sint de eodẽ monasterio, nõ tamen ibi deseruiũt sed in suis cellulis stant, nõ exigitur consensus eorum. litẽ neq; absentiũ: oportet tamen esse pręsentes duas partes omniũ ordinatorum: vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. ij. & ff. qd. cuius. v. ni. l nulli. & l. plane. & maior pars illarum duarũ partium debet consentire, vt C. de decu. l. nominationem. & de prædi. cu. leg. ij. lib. x.
[r] Debitum. s. per eos: vt s. posuit. Sed qd si nesciunt: qa nouiter fuit electus: & sic non interfuit, quia parũ est, qd fuit electus? Respon non compellitur peierare. ar. ff. de in lit. iur. l. videamus. sed forte iurabit œconomus, vel alius qui ibi maior sit: arg. s. eo. §. licentiam. in fi. §.
[s] Possibile. i. commode: vt ar. ff. de verb. signif. l. nepos Proculo.

Vtilitatis gratia quædã licent, quæ alias non.

Ordo scripturæ quandoq; non seruatur.

Maior pars quãdo dicatur.

† Archimandritæ pprie sunt greges vel agminis principes siquidẽ apud Grecos μάνδρος spelũca est siue cubile. At Imperat. pro pontifice nonnunquam sumit: hic vero ab episcopo separat archimãdritam. Sunt & archimandritæ Abbates, ab eo qd in speluncis & mõtium cauis olim inhabitabant. vel à greges pascendo, dicuntur vt præmonitum est. Nã & prelati pastores dici nõ verent. cum prius id nomen vero pastori Christo nõ displicuerit.

aut aliorum venerabiliũ locorũ ordinatores, apud eos similiter metropolitas episcopos huiusmodi monumenta conscribi. ab illis verò episcopis, qui aut à patriarchis, aut à metropolitis episcopis ordinantur, & habẽt sub propria iurisdictione, aut monasteria, aut ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut alias venerabiles domos, sub similẽ modum fieri gesta, ita tamẽ, vt siue apud patriarchas siue apud metropolitas siue apud episcopos alios huiusmodi gesta fiant, nullum pro his dispendium, aut expensam venerabiles domos sustinere b. Propterea enim volumus c decætero apud iudices prouinciarũ, aut defensores locorũ huiusmodi monumenta à memoratis personis siue domibus agi, vt nullum dispendium sentiant postquam verò ista subsecuta fuerit apud memoratos sanctissimos, aut patriarchas, aut metropolitas, aut alios episcopos: tunc per prædictos ordinatores debitricis domus venerabilis inscriptis in publico ciuitatis loco proponantur per viginti dies: & isto modo hortentur eos, qui emere voluerint immobilem rem: vt qui plus præbet, aliis præponatur. His verò omnibus præcedentibus, venditionem fieri pretio modis omnibus d pro debito dando e: vt non aliter habeat emptor munitionem, nisi pretium pro ipso debito persoluatur. & hoc euidenter inscribatur, quod nihil ad læsionẽ aut præscriptionem eiusdem venerabilis domus efficitur. Si verò secundum prædictum modum emptor huiusmodi rei nõ inueniatur: iubemus creditorem ex iure prædictarum venerabiliũ domorum, quod pro soluto dicitur, eandẽ accipere possessionem, iusta & districta æstimatione facta: & addita in pretio decima f parte vniuersæ æstimationis, in ipsa quantitate accipere rem creditorem pro solutione certo dominio possessurum: ita tamen vt ordinatores debitricis venerabilis domus & amplior pars deseruientium huiusmodi vẽditionibus cõsentiant. Quod autem præbetur in hoc g immobilis res, non per electionem h creditoris detur, sed secundũ æquitatem: aliud quidẽ fructiferarum, aliud verò possessionum steriliũ eiusdem venerabilis domus, & in reditu earum, & in fiscali solutione, & reliquæ ordinationis. Si verò qs aut episcopo i, aut œconomo, aut ordinatori cuiuslibet venerabilis domus, siue in regia ciuitate, siue in ꝓuinciis constitutæ pecunias credidit. aut postea crediderit k: iubemus neque eis l hoc reputari pro venerabili domo, nisi primitus ostenderint, quòd in vtilitates prædictæ venerabilis domus ista profecerunt, neq; ipsum creditorem, aut hæredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipsis actionem: nisi monstrauerint, ꝙ in vtilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniæ profecerunt m: sed contra mutuas accipientem pecunias, aut hære-

a Metropolitas. i. archiepiscopos. Accur.

b Sustinere. s. debeant. sic nihil dabitur tabelliõi: vt C. de epis. audien. l. tam dementis. Ac.

c Volumus. alias non volumus. Ac.

d Omnibus fieri. supra, de nõ alien. aut per. contra. §. nos igitur. Sol. ibi regulare, hic specialiter permittit.

e Dãdo. emptor enim soluet creditori. vt ff. de rebus eo. qui sub tu. l. magis. §. ne tamen. & s. de eccl. re. immo. alie. §. sancimus. A.

f Decima. s. si res valeat decẽ, detur pro xj. alij, si valet xj. detur pro x. sed tunc non decima. sed nona adderetur. Azo. Alij, vt si res valeat decem, detur pro nouem: quia cũ in vno grauet, quod accipit eã inuitus, in alio releuetur. arg. s. de trien. §. studio. col. iij. Sed prima verior est: vt arg. j. de eccle. tit. §. si autẽ annale. Acc.

g In hoc, id est, in solutione.

h Per electionẽ. imo ad electionem creditoris: vt s. de fideius. §. quod aũt. quæ est cõtra. Sol. ibi creditor pretiosius metallum, s. aurũ mutuauerat. vnde in rebus pretiosioribus solutionem debet recipere. vel hoc speciale in ecclesia qđ est verius.

Aurum est pretiosius metallum.

i Aut episcopo. nec sufficit, quod is qui accipit, solitus erat in vtilitatẽ ecclesiæ vertere: vt ff. de in rem verso. l. quod si. §. quod tamen.

k Crediderit. s. aliquis creditor in præterito vel in futuro credet: vt subiicit.

l Neque eis. s. creditoribus. Accur.

m Profecerunt. No. credentem ecclesiæ debere probare in vtilitatẽ ecclesiæ conuersum, vt hic: sic & credẽtem minori: vt C. si aduer. cre. l. j. sic & agens de in rem ver. vt ff. de in rem ver. l. iij. §. sed etsi. sed agens exercitoria, sufficit si ꝓbat nauẽ indigere eo tempore quo mutuat: vt ff. de exerc. l. si. & intellige versum siue à prĩcipio vertit alẽdo familiã, vel soluẽdo creditori: vt ff. de in rẽ vers. l. j. & ij. §. j. siue ex post facto: vt ff. ad Mac. l. sed Iulianus. §. proinde. & §. si ab initio. Sed quid si solitus erat hic prælatus vertere in vtilitatem ecclesiæ & diligẽs esse? Videtur, quod hic præsumitur vertisse: ar. ff. de prob. l. cum de indebito. §. j. & ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. Sed dico cõtra: vt hic, & ar. ff. de in rem ver. l. iij. §. sed & si. in fin. §. Itẽ not. hic factũ personæ in dãnum ecclesiæ non redundare. hoc tamẽ fallit in tribus casib. Primus est de hæreditate hæretici: vt s. vt cũ de ap. cog. §. si verò liberi. Secundus est de hæreditate raptoris: vt j. de sanc. epis. §. pe. Tertius est in naue extructa contra felicem ambolam: vt C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus. & hæc sunt contra. huic. sed certe non cõtra hẽdo. sed delinquendo illud euenit. Itẽ qđ si mutuauerit pecu. totũ capitulo: adhuc dico habere locũ qđ hic dicit, vt melius debeat probare, licet quidam dicant contra. sed Azo. dicit probari posse ꝑ præsumptionẽ. per. l. si. ff. de exercito. vel quia sit diligẽs, per l. ff. de probat

Mutuans ecclesiæ in eius vtilitatem versum probare debet.

Personæ factum in damnũ ecclesiæ non redundare.

des [a] eius proprias moueant actiones.

Omnes ecclesiæ excepta maiore Constantinopolitana, & venerabilibus locis ei subiectis permutare adinuicem possunt vtriusque ecclesiæ indemnitate seruata: ea verò, quæ ab imperiali domo processerunt, nullo modo alienari possunt nec etiam monasteria. prædium autem inutile propter onus tributorum fiscalium alienari permittitur, excepta maiore ecclesia, & exceptis œconomis & propinquis, quibus acquirere est prohibitum. Bart.

Hoc verò iubemus, vt excepta sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis, & venerabilibus orphanotrophis, xenonibus, & ptochiis, quæ sunt in regia ciuitate, sub eius constitutis ordinatione: licentiam esse omnibus sanctissimis ecclesiis & venerabilibus domibus necnon & monasteriis tã in regia ciuitate, quàm in diuersis prouinciis cõstitutis permutatiões ad inuicem facere [b], quãdo vtrique venerabili domui seruatur indẽnitas: consentientibus in scriptis aut per depositiones huiusmodi contractui nõ solùm ordinatoribus vtriusque venerabilis domus, sed etiam ampliore parte in eis deseruientiũ.

Ea verò, quæ ab imperiali domo in quanlibet venerabilem domũ peruenerunt, aut postea peruenerint, nullo modo vendi, aut pignori supponi, aut permutare, aut omnino alienari cõcedimus [c], neque si ad alteras venerabiles domos tale aliqd egerint. Et quoniam cognouimus ab aliquibus fieri alienationes monasteriorum, vt hæc à sacra figura in priuatarum cõuersationem transferantur: & hoc omnibus modis prohibemus. Si verò tale aliquid factũ deprehendatur: licentiam præbemus sanctissimo loci episcopo hoc monasteriis vendicare [d], & in antiquam figuram reducere. Si verò quis de prædictis venerabilibus domibus, quæ in hac regia ciuitate, siue in aliis prouinciis sunt (excepta sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis) prædiũ habeat plurimis fiscalibus tributis grauatũ [e], ex quo nullus infertur reditus venerabili domui: licentiam prębemus eiusdem venerabilis domus ordinatoribus tale prædium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam securitatem eiusdem venerabilis domus, gestis monumentorum videlicet in huiusmodi alienatione conficiendis ab illis, à quibus ordinatores talium locorum præponuntur, siue ordinantur: & iurantibus in sanctis scripturis [f] pręsente [g] eiusdem venerabilis domus & ampliore parte in ea deseruientiũ, quòd neque [h] per proditionem, neque per gratiam, aut quanlibet [i] pręscriptionẽ alienatio fiat, sed vt seruetur immunitas [k] eidem venerabili domui. Oeconomis verò & ordinatoribus clericorum & chartulariis vbicunque venerabilium domorum constitutarum, aut parentibus eorum & filiis, & quibus secundum genus, aut secundum matrimonij iura coniunguntur, locationes aut emphyteuseis aut emptiones, aut hypothecas rerum immobilium ipsis venerabilibus domibus competentium subire, aut per se, aut per interpositam personam [l], secundum quod & iis, qui in regia ciuita-

bat. l. cũm de indebito. §. j. vel q̃a omnibus simul sit data. per l. C. de sac. san. ecc. l. iubemus. sed in delicto loq̃tur: vt ibi dixi. pręterea hæc litera vult subtiliter p̃bari sicut in rẽ ver. vt dixi per. l. ff. de in rem ver. l. iij. §. sed si sic.

[b] Aut hæredes. vt s̃. de non alie. §. œconomum. coll. iij. & argu. ff. certũ pet. l. ciuitas.

[c] Facere. Permutas ergo cum ecclesia vel cum alio venerabili loco: vt hic, & s̃. consti. quæ ex adscrip. §. si. co. v. Item cũ principe: vt s̃. de non alienã. §. finimus. & s̃. vt decæ. non fiant pigno. §. j.

Concedimus. Hic not. quinque casus, in quibus ecclesia nullo modo alienat. Primus qñ à principe res data est, vt hic. Secũdus quãdo ipsum monasteriũ, vel ecclesia alienatur: vt infra. §. proxi. Tertius quando ipsemet emeret, vel cognato venderet: vt j. eod. §. œconomus. Quartus quãdo sub hac conditione ecclesiæ res data est, ne alienetur: vt j. e. §. sanctissimas. Quintus est, quia hæretico non alienat: vt j. de ecclesiasti. tit. §. iubemus. His enim casibus prohibetur alienatio etiam si tali modo fieret, in quo aliàs permitteretur. permittitur autem alienatio in sex casibus: quod dic: vt s̃. de non alienã. §. nos igitur. in fine.

[d] Vẽdicare. Quomodo vendicãtur ecclesiastica, sicut hic dicit, & C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. sane. in fine. §. maxime ipsũ monasteriũ vt hic dicit, & s̃. de non alien. §. quia vero cognouimus cũ vẽdicatio dño detur: & ideo cũ in talib. dominum quis nõ habeat cessare debeat vendicatio: vt ff. de rei vendicat. in l. rem. §. loca. quæ est contra? Respon. vendicatur vtili, non directa. vel dic nõ quasi sua vendicat, sed quasi ecclesiæ & eius nomine: vt & tutor nomine pupilli.

[e] Grauatum. Sed hic quæritur, nõne tributa propter sterilitatem minuuntur: vt C. de alluuio. lege secunda? Rñ. propter prætерita tributa nõ soluta dicitur inutile. nam à possessore semper petũtur: vt ff. de publica. l. imperator.

[f] Scripturis. Scilicet supra sancta euangelia.

[g] Præsente. s. episcopo. Al. vel alio prælato vendente.

[h] Quod neq̃. nũc computat sacramentum.

[i] Quanlibet. scilicet pecunia accepta.

[k] Immunitas. i. indemnitas.

[l] Per interpositã. personã. Not. non admittuntur isti vt q̃libet. vt & iudex de officio suo. vt ff. de cõtrahẽ. emp. l. nõ licet. & tutor de tutela: vt ff. de author. tutor. l. pupillus. & de re. e. l. quamuis. & creditor &

Ecclesia in quinq̃ casibus alienare nõ potest.

te sunt prohibemus [a].

Si conductor vel emphyteuta rem acceptam deteriorem fecerit, vel canonem per biennium non soluerit, potest reiici de re, & dānum & pensionem soluere cogendus est, nulla actione pro melioratione competente. ecclesia autem repellere nolente exigere potest, quod ei debetur. Bar.

Si verò quis † aut locator, aut emphyteuta, cuius [b] rei competentis, aut sanctissimæ maiori ecclesiæ, aut alteri venerabili domui in quolibet loco nostræ reipublicæ constitutæ, aut deteriorem faciat rem, quam quidem aut accepit, aut post hoc acceperit, aut per biennium [c] nō intulerit (quod ab eo promissum est) emphyteuticū, aut locationis canonē, damus licentiam venerabili domui ex qua locatio, aut emphyteusis facta est, & quę debentur solùm pro præcedente [d] tempore, & antiquum statutum locatæ siue emphyteuticę rei exigi, & eiici de emphyteusi siue de locatione, non valētem de emponematis † actionem aliquam cōtra venerabiles domos mouere. Si verò noluerint prædicti ordinatores expellere eum: exigi quidē eum præcipimus, quæ pro locatione siue emphyteusi debere cognoscitur vsque ad definitiuum verò tempus completum, sibi datā rem tenere eum, & quæ placita sunt dare [e]. Si verò refugiat, licētiam præbemus præpositis eorundem venerabilium locorum indemnitatem venerabilibus domibus de eiusdem rebus fieri non valente neque hic de emponematis [f] † aliquid prætendere.

Immobiles res ecclesiæ possunt alienari pro redemptione captiuorum, nisi earum alienatio ecclesiæ fuerit expressè interdicta. Item Hierosolymorum ecclesia res immobiles alienare legitimè potest pretio statuto. Bar.

Sanctissimas verò ecclesias omnes seu œconomos ciuitatum [g] præcipimus alienare res immobiles pro captiuorū redēptione: nisi sub hac conditione possessiones aliqui eis dederint, vt nullo modo has alienant [h]. Hoc autem concedimus vt Hierosolymorum sanctissima ecclesia licentiā habeat domos competentes ei non positas in eadem sancta ciuitate vendere, non minori pretio, quàm de pēsionibus eius in quinquaginta [i] annis colligitur: vt ex earum pretio reditus meliores emat. Si verò quidam cuilibet venerabili domui, siue in hac regia ciuitate, siue in prouinciis positæ, steriles possessiones donauerint, aut vendiderint, aut alio modo cōcesserint [k], aut dereliquerint [l]: iubemus pro talibus rebus nullam læsionem sustinere venerabilem domum, in quam huiusmodi possessiones peruenerunt, aut fiscaliū nomine [m], aut alterius cuiuslibet causæ gratia prægrauari: sed omne huiusmodi onus in dantes & eorum hæredes recurrere, necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones, & restituere de propria facultate venerabili domui omne damnū, qđ ex huiusmodi occasione ei cōtigerit. Si verò etiā talis dolus in re subsecutus est, vt aliquæ pecuniæ pro hoc venerabili domui darentur: & eas iubemus in

tor & emptor in emptiōe pignorū: vt C. de distract. pigno. lege, qui sub imagine. nec fideiussor: vt C. de do. l. j. sed videtur, qđ clerici possunt accipere: vt j. de sancti. epis. §. si autem. Sol. ibi de clericis subditis, hic de prę latis.

[a] Prohibemus. i. sicut prohibuimus de rebus ecclesiæ regiæ ciuitatis: vt s. eod. §. emphyteusis. ita in aliis ciuitatibus. Accur.

[b] Cuius. id est, alicuius.

[c] Per biennium. No. hic in emphyteusi ecclesię vel cōductore biennium, vt hic, in emphyteusi priuati triennium: vt C. de iure emphyt. l. ij. in colono priuati biennium: vt ff. locati l. quæro. §. inter. Sed quid si ecclesia habeat? Rñ. seruabo quod hic dicit ar. C. de fructibus. & lit. expen. l. fin.

[d] Præcedēte. hoc ideo, qa cōtractus à princ. secundū legē est initus: alioqui etiam pro futuro tempore soluit: vt s. de non alienā. re. ecclesi. §. si vero quispiam. colla. ij. Azo. quæ est contra. & j. eod. §. si vero emphyteusis. q̄ est contra. & si eo casu locupletaret ecclesia cum aliena iactura. sed sibi imputaret cum qs sua culpa damnū sentiret, &c. vt ff. de regu. iur. l. quod quis.

[e] Dare compellitur recōducere vel tenere cōductionē. sic. ff. de pub. & vectig. l. cotē. §. si. arg. contra in eod titu. de publica. l. locatio. §. j. & de iure fisc. l. iij §. cū quinquennium. Accur.

[f] De emponematis. i. de meliorationibus. Et sic nota, quod si deiicitur propter nō solutā pensionē, nihil obiicit de huiusmodi meliorationib. secus in colono priuati hoc eodem casu: vt ff. loc. l. colonus. quæ est cōtra. Accur.

[g] Ciuitatum. i. ecclesiarū, quæ sunt in singulis ciuitatibus. & est ad hunc §. C. de sacrosanct. eccle. l. sancimus. in fin. vbi dicit quod animæ hominum, & cætera.

[h] Alienent. quod pactū est seruandū: vt. C. de re. alie. nō ali. l. fi. & de pact. inter empt. l. fin. & supra, vt spon. larg. §. fin.

[i] Quinquaginta. sic & aliàs pretium ex reditu constituitur: vt infra, de eccl. tit. §. si autem annale. & supra. e. §. quod autem præbetur.

[k] Concesserint. s. inter viuos.

[l] Dereliquerint. in vltima voluntate: & hoc declarat verbum relinquere: vt ff. de tab. exhib. l. j. in fi.

[m] Nomine. nō futuri tēporis nomine: quia nō pōt cogi amplius præstare quā percipiat: vt C. de allu. l. ij. & sic nullum esset priuilegium: sed præteriti, cuius nomine possessores tenētur: vt ff. de pub. l. imperator. & concordat ad hunc §. s. de non alien. §. sicut autem. in fin. titu. col. ij.

† Cōcor. cū hoc. §. c. vlt. cum suis gl. extra, de loca. & condu.

† Emphiteumatibus. vide pium Anto. Barto. in annot. ad ll. cap. xlvj.

† Emph teumatibus.

Dispo

a Dispoſuimus. vt ſupra, eodem ſi verò aliquis.
b Redemptione. hoc autem idem erat iam conſtitutũ: vt C. de ſacr. ſanct. eccl. l. ſancimus. & ſupra, de non alie. §. iiſdem.
c Conſtare. id eſt confringere, & ſic vendere, quod ſequitur. ſ. cuicunq;.
d Eidem. & ſic hoc caſu & ſequentibus lucratur cum aliena iactura. et ſic eſt contra. ff de cõdi. indeb. l. nam natura. Solu. eccleſia non iniuria, ſed iure ſit locupletior: quia emphyteutæ ſuo poteſt obiici culpa: vt ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. & dixi ſ. eo. §. ſi verò quis. & cõcordat huic & ſeq. §. quod eſt. ſ. de nõ alien. §. quia verò Leonis. cum ſequen. & quæ ibi diximus, hic poſſunt repeti.
e Tale. ſcilicet illicitum.
f Loquebantur. ſ. ſi contra legem iſtam loquantur.

proprium lucrum venerabilẽ domũ habere, ſteriles verò res ei, qui dedit & hæredibus eius omnino reſtitui. Ad hoc iubemus, vt nulla neceſsitas ſanctiſsimis eccleſiis vel venerabilibus locis tam in regia ciuitate, quàm in omnibus reipublicæ prouinciis poſitis inferatur poſſeſsiones ſteriles, aut frugiferas vbilibet conſtitutas emere, vt nõ inueniantur per hanc occaſionem & quas habent perdere, aut debitis obnoxiare. Si verò quis voluerit rem immobilẽ nomine vſus accipere ab aliqua prędictarum venerabilium domorũ (ſecundum q̃ ſuperius de venerabilibus domibus, quæ in regia ciuitate ſint poſitæ, diſpoſuimus [a]) non aliter hoc accipiat, niſi aliam mox rem dominij iure præſtiterit venerabili domui, à qua eãdem rem acceperit, tãtum habentem reditum, quantum habet res, quę ei datur, & non maioribus tributis grauatam quatenus poſt eius tranſitum, aut tempus in quo datio vſus eſt placita, nõ tranſcendens ſcilicet eius, qui acceperit vitæ tempus: vtranque rem integro iure & ſecundum dominium & ſecundum vſum in ipſam venerabilem domum peruenire. Et hoc quidem de immobilibus rebus iubemus. De ſacris [†] autem vaſis competentibus ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ regiæ ciuitatis, aut aliis venerabilibus oratorij domibus in qualicunq; loco noſtræ reipublicæ poſitis generaliter conſtituimus, vt non aliter hæc vendantur aut ſupponãtur, niſi pro captiuorum redemptione [b]. Si verò ſunt plura vaſa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum neceſſariũ vſum facientia, & contigerit huiuſmodi venerabilem locum debitis aggrauari, & non ſint aliæ manifeſtæ res, de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus, geſtis monumentorum (ſicuti ſuperius dictum eſt) conſtitutis, prædicta ſuperflua vaſa aut aliis venerabilibus locis neceſſaria non habentibus vendere, aut conflare [c], & ſimiliter vendere: & eorum pretium in debitum præbere: vt non immobiles res alienentur.

† ex hoc §. eſt ſumpta authẽ. quę eſt ſuper l. ſancimus nemini licere. C. de ſacroſanct. ec. & incipit, Præterea ſi habet.

Contrahentes cum eccleſia contra vel præter formam huius conſtitutionis, pœna hic inſerta puniuntur, & etiam tabellio, quia talia contractuum inſtrumenta conſcripſerit. Bartolus.

Si verò præter hæc, quæ inſerta ſunt præſenti legi, contractus fiat ſuper competentibus rebus mobilibus & immobilibus vni memoratarum venerabilium domorum: reddi quidem eidem [d] ſanctiſſimæ eccleſiæ ſiue venerabili domui rem ſemper, quam tale [e] aliquid ſubſecutum eſt, cũ medij temporis fructibus: maneat autem apud eam & pretium aut antidorum, aut quod pro permutatiõe, aut alia qualibet occaſione datum eſt ei. Si verò emphyteuſis agatur præter hæc, quæ diſpoſita ſunt à nobis: reddi ſanctiſsimæ eccleſiæ ſiue venerabilibus domibus vel locis eandem rem iubemus, & emphyteuticum, ſecundum quod placitũ eſt, dare: & pactum finiri ſecundũ virtutem emphyteuticalium inſtrumentorum. Si verò donetur res eccleſiaſtica, aut alterius venerabilis domus: & hãc reddi ſanctiſsimę maiori eccleſię, aut aliis venerabilibus domibus cum medij tẽporis fructibus, & tantum aliud, quantũ valebat ipſa res. Si verò hypothecæ cõtra hæc dentur: creditor quod ei debetur, perdat: & res venerabili loco reddatur, tabellionibus pręſumentibus pręter hanc noſtrã legem talibus adminiſtrare inſtrumentis, perpetuo exilio condemnandis. Si verò aliquid ante hanc noſtram legẽ ſecundum antiquas cõſtitutiones factum eſt: hoc iubemus omnibus modis propriã virtutem habere. Omnia verò, quę cõtra antiquas leges facta ſunt, reuocari ſancimus: & res, quæ cõtra virtutem earũ data eſt, venerabilibus domibus reddať, & decætero ſecundũ præſentem legẽ omnia fieri diſpoſuimus: vacãtibus poſthac aliis oĩbus cõſtitutionibus, quæ ſuper talibus caſibus dudũ loquebãtur [f]. Eminentia igitur tua, quæ præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquilitas, inconuulſa obſeruare feſtinet: edicto in ſolennibus & legitimis locis per decẽ dies propoſito, & nullo pro tali occaſione in prouincias deſtinando. Nos enim prouidemus quali mo-

VT IVDI-ces non expe-ctent &c.

Q Vo-niã. a Trã-quili-tatẽ. vt se exonerent nisi ꝑ defectu iurisdictionis: vt ff. de off. proc. & leg. l. solẽt. & l. si quid. & C. de fal. l. vbi. vel nisi ꝑ dubitatione iuris: vt. ff. de iud. l. j. §. si. & non facti: vt ibi dixi per. l. ff. de iu. l. eum qui.

b Examinationis. quia oporteret ꝙ princeps per se vel per alium à capite videret.

Maior numerus trãscendit minorem. c Sententiam. Nota ꝙ quilibet debet iudicare: & plurium sententia tenet * si sunt impares: vt. ff. de re iudic. l. duo ex tribus. & de abitri. l. item si vnus. si verò pares in causa liberali, pro libertate in aliis autẽ pro reo valet: vt. ff. de re iu. l. inter pares. & l. Pomponius. & hoc in ordinarijs: in delegatis paribus expectatẽ declaratio delegãtis. vt ff. de re iudica. l. duo. Acc.

* Vide in hac gloss. abunde in c. fi. de regu. iur. & ij. q. vj. §. diffinitiuna. versic. Item plures: secundum Bar.

VT LITI-gantes iu-rent &c.

Hic debet esse, vt iudices non expectent sacras iussiones.

a Iurent. Hęc prima pars expeditur infra, eodem. vsq; ad §. hoc.

f De sportulis. Hæc secunda expeditur. j. e. §. & hoc quoque.

g Et vt quę. Hæc expeditur. j. eod. §. qa verò. vsq;. ad fi.

P Ræsentem.

h Suffragium. id est, pecunia pro suffragio data. Acc.

Iuratur de calumnia in causa appellationis. i Litis. principalis.

k Appellationes. sic ergo iuratur de calumnia in causa

do sine collatorum læsione omnibus præsens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

TITVLVS IIII.

VT IVDICES non expectent sacras iussiones: sed quæ videntur eis, decernant.

Iudices vt exonerent se, & ratione odij euitandi, relationem ad principem facere non debent, sed ipsi per se debent secundum iustitiam pronunciare: & si fuerint duo vel plures iudices, & discordant, omnes suam debent ferre sententiam. Bart.

Imperator Iustinianus Augustus Gabrieli gloriosissimo præto. præfe.

Q Voniã quidam iudicantiũ post multa litis certamina, & plurima à litigantibus facta dispendia in negotiis apud eos, motis suggestionibus vtuntur ad nostrã tranquilitatem [a]: præsenti generali lege hoc perspeximus emendare, ne dilationes negotiis ex hoc fiant, & aliud rursus principium examinationis [b] accipiant. Iubemus igitur, nulli iudicantium quolibet modo, vel tempore pro causis apud se propositis nunciare ad nostram tranquilitatem sed examinare perfectè causam: & quod eis iustũ legitimũq; videtur, decernere. & si quidem partes cessauerint in iis, quæ decreta sunt: executioni tradi sententiam [c] secundum legum virtutem. Si autem aliquis putauerit explorata nouissima sententia se lęsum, appellatione vtatur legitima: & hoc secundum ordinem legibus definitum examinetur & perfectũ suscipiat terminum. Si autem duo vel amplius fuerint cognitores litis, & aliqua inter eos emergat dissonãtia: etiam sic iubemus vnumquenque eorum secundum quod videtur ei, dare suam sententiam. Quæ igitur per pręsentem legem in perpetuum valiturã nostra tranquilitas definiuit, tã tua celsitudo, quàm omnes aliis iudices maiores & minores custodire festinent: vt nullus penitus ignoret, quæ pro vtilitate nostrorum collatorum à nobis disposita sunt: ita tamen, vt vniuersis interdicatis proprio præcepto, quatenus sine vllo iniusto dispendio nostris collatoribus insinuatio legis præsentis fiat.

TITVLVS V.

VT LITIGANTES IVrent [e] in exordio litis, quia neque promiserunt dare iudicibus, neque dabunt: & de sportulis [f]: & vt quę [g] iubentur, referendarij compleant, & non misceant semetipsos causis, & per se exequantur.

Principalis nullus sportulas potest exigere vltrà modum à lege statutum: contrà faciens ablatum parti restituet, & triplum ærario nomine pœnæ soluet: & si iudex in prædictis vendicandis fuerit negligens: comes rerum priuatarũ ipsum coget ad dictã pœnã soluendam.

Imperator Iustinianus A. ... gloriosissimo sacrorum prætoriorum præfecto.

P Rę̨sentem legem proferimus vt & iudicum puritas appareat, & non valeat litigantiũ suffragium [h] circumuenire leges. iubemus igitur, quoties apud quoscunq; iudicantes, aut administratores litis [i], aut appellationes [k] examinantur: præ omnibus principales litigantiũ personas, aut illos, ad quos in mediũ negotiũ fortè [l] migrauerit, in præsentia iudicũ tãgentes sancta euangelia, iurare ꝙ nihil penitus iudicibus, aut patrocinij causa ipsis, vel alij cuicũq; ꝑsonæ pro

appellationis: et sic est i alia causa? Respõ. est alia causa, sed quod dicit iuratur, intellige si primo non fuit iuratũ: alias non: & j. de iis qui ingre. ad ap. §. fin. & iuratur ideo tunc, quando non fuit primo iuratum: quia & probatio calumniosè posset dari, cũ partibus de nouo probationes inducere permittaẽ: vt C. de appellat. l. eos. §. si quis. & de tempor. ap. l. per hanc. Sed quo ad hunc articulum, ꝙ nihil dabit iudici: dico q̃ iuret licet iurauerit prius, cùm alius sit iudex: vt C. de appel. l. eos.

l Fortè. vt sunt hæredes: vel forte procuratores, aliàs s. in rem suã: alias de calumnia nõ iurant. ꝙ plenè dicitur. C. de iura. calumn. l. ij. §. sinautem.

Perso

hac cauſa quolibet modo dederũt †, aut promiſerunt, aut poſtea dabũt, vel ꝑ ſe, vel per aliã quancunqꝫ mediam perſonã: exceptis iis, quæ propriis aduocatis pro patrocinio præſtant, aliisqꝫ perſonis [a], quibus [b] noſtræ leges dari diſpoſuerũt. Hęc autẽ ſeruari præcipimus & in ſacro noſtro conſiſtorio, quando conſultationes [c] intromittuntur, vt ſub præſentia ſacri ſenatus memorata ſacramẽta præſtentur. Si autẽ (vt contingit) aliqui litigantium nequeunt ad iudices venire [d]: tunc iubemus præſentes quidem iurare prædictũ iuſiurandum: ad abſentes autem dirigi ex officiis miniſtrãtibus aliquos cum aduerſa parte, vt eis præſentibus memorata ſacramenta ſimiliter præbeantur. Si verò mulier fuerit, quę propter honeſtatem vitæ extraneis viris ſe demonſtrare non conſueuit: tunc & abſente aduerſario, ex officio miſſos memorata ſuſcipere ſacramenta [e]. Si autem abeſſe partes in aliis locis [f] contingat, aut vnam earum: præcipimus abſentem in prouincia in qua degit, iuſiurandum modo à nobis dicto ſub geſtis monumentorum apud iudicem prouinciæ, aut apud locorum defenſorem prębere. Illo videlicet † generaliter obſeruando, vt ſi quis litigantium abſens, vel præſens huiuſmodi iuſiurandum præbere noluerit, & hoc manifeſtetur iudici: per ſentẽtiam eius [g] actor quidem caſum actionis, reus autem condemnationem ſuſtineat [h].

Litigator pœnitentia ductus, ſi perſonam declarauerit, veniam meretur: ſed ille, qui dationem vel promiſſionem ſuſcepit, pœna hic inſerta punitur. Litigator autem ſi probare nequiuerit, etiam punitur, iureiurando ab eo præſtando, qui dicebatur ſuſcepiſſe: ſed periurio poſtea detecto periurus de periurio poſtea eſt puniendus: tutoribus & curatoribus iuriſiurandi neceſſitate & pœnæ periculo imminente. Bart.

Si quis autem ex litigatoribus dixerit ſe dediſſe alicui, aut promiſiſſe, & perſonam declarauerit, & hoc probauerit: ipſe quidẽ in euentu litis [i] veniam mereatur: qui verò accepit [k] †, aut promiſsionem ſuſcepit, aut ei probetur: ſi quidẽ pecuniaria ſit cauſa: quicqd datur, triplũ: quod verò promittitur, duplum à comite rerũ priuatarũ [l] exigatur, & dignitatem ſeu cingulũ qđ habet in vtroque [m] caſu amittat. Si autẽ criminalis ſit accuſatio, cõfiſcationẽ proprię ſubſtãtię patiatur: & mittatur in exilium, qui propter acceptilationẽ alienum crimen in ſe tranſponi feſtinauit. Si autẽ datũ aut ꝓmiſſum litigator probare nequiuerit, iure perſona, quæ datũ aut promiſſum dicitur ſuſcepiſſe: quia neqꝫ per ſe, neqꝫ per aliam perſonã aut accepit, aut ꝓmiſionẽ habuit: & hoc præbito ſacramẽto [n], ipſe quidẽ liber ſit: litigator aũt, qui nõ potuit [o] oſtendere, in pecuniariis quidẽ cauſis æſtimationem litis à comite rerũ priuatarũ exigatur: lite quippe euentum [p] proprium ſuſtinẽte. In criminalibus aũt cauſis confiſcationẽ ſuarũ rerum ſuſtineat, & cauſæ apud competentes iudices ſecundum ordinẽ legum terminentur. Si autem à litigatore manifeſtetẽ perſona, quæ memoratum refutauerit iuſiurandũ: tam in criminalibus quàm in pecuniariis cauſis memoratis ſubiaceat pœnis. Si quis autẽ litigantiũ iurauerit non dediſſe, aut non promiſiſſe, intra decem verò menſes poſt prolatã ſententiam numerãdos, oſtendatur dediſſe [q]: memoratæ pœnæ & contra dantes & contra accipientes habeant locum. In cauſis autẽ, quæ per tutores aut curatores aguntur, ſacramenta quidem tutores aut curatores præſtent [r]. Si qua verò memoratarũ pœnarum locũ habuerit per talia ſacramen

† Haloã. vel promiſsiõem acceptaſſe commonſtratur.

[a] Perſonis. vt executorib. ſportulæ.
[b] Qui. alias, quę.
[c] Conſultatiões. i. lites. Accur.
[d] Ac iudices venire. propter infirmitatem: licet ſit in ciuitate: vt differat à §. ſi autẽ abeſſe.
[e] Suſcipere ſacramenta. forſitan, ſi hoc iudex proſpexerit vt iuret abſente aduerſario: vt C. de iureiur. ꝓpter calum. dã. l. ij. Al. & §. ſimili quoque modo. & facit j. vt nulli iud. §. neceſſarium. & C. de off diuer. iudi. l. j.
[f] Locis. ſcilicet, remotis.
[g] Eius. iudicis. ſ. & quam longiſsime expellantur: vt C. de iuramen. calum. l. ij. §. quod ſi actor.
[h] Suſtineat. hic adiunge §. j. eo. in cauſis. & habebis authen. quod hic ſumitur in C. de iur. cal. l. ij. in princ.
[i] Euentum litis. parcitur ſponte cõfitenti: ſic C. de iis q ſe def. l. j. & ff. de iur. fiſc l. edicto. & C. de tut. vel curat. lege j. & ff. de re milit. l. nõ omnes. §. ſi.
[k] Accipit. & hoc conſtat. quia cõſitetur tunc.
[l] Priuatarum. comes palatij erat iſte.
[m] In vtroqꝫ. & cum accepit, & cũ ſtipulatus eſt. Acc.
[n] Præbito ſacramento. ſimile ſacramentum eſt ff. de eden. l. prętor. §. ſed & ſi. & de arbitr. l. ſi de meis, alias incipit idem Põponius ſcribit, ſi de meis. §. arbiter. & C. de ſi. inſtr. l. fin.
[o] Nõ potuit. No. qui non probat, calũniari videtur [x]: ſic. C. de aduoc. diuer. iudi. l. j. Sed ar. contra. ff. ad Turpil. l. j. Sol. ibi loqtur in caſibus vbi calumnia non punitur, vt in marito vt C. de adul. l. quã & ibi... uis. & aliis caſibus no. in ſum. ad Turpii. Accur.
[p] Euentum. licet incertus ſit: vt ff. de pec. l. quod debetur ſeruo.
[q] Oſtẽdatur dediſſe ſpeciale eſt hic vt periuriũ: ar. quia à iudice delatum fuit ſacramentum: ſic vt ff. de iureiur. l. admonẽdi. alias contra: vt C. de reb. cred. lege j.
[r] Præſtent. vt C. de iureiur. propter ca. l. ij. §. ſi autem.

† Cõcor. cum hoc text. c. j. in glo. ſuper ver. iuramẽtum. in me. extra, de iur. cal.

† Cõcor. ca. vlti. §. vlti. cũ gl. fin. extra, de iur. cal. qui. §. eſt ſumptus ex hoc. text.

Calumniatur qui non probat.

[x] Quãdo autẽ etiam non probans calũniari videatur, docet Felyn. in c. ij. iij. col. ver. in gl. ij. cum ſeq. de ca. & ibi... an qui pe... vnum teſtem duntaxat probat calumniator dicatur post princip. c. verſi. not. quod ille qui.

Suſtin

a Sustineant. vt §. de trien. & semis. §. studium in fin. & C. vnde vi. l. meminerint. in fin.
b Praefectianis. genera sunt executorum, vt innuit litera sequens.
c Legibus. nostris sed quibus nostris. cum nullas dicat? sed omnes dicunt vt ista facientes de aliis mentionem: vt supra de mand. princ. §. deinde coll. ij. & §. vt iud. sine quoquo suffra. §. volumus. coll. ij. & infra, vt differ. iudi. §. fina. Dic ergo, quod has leges de quibus fit hic mentio, non habemus. Vel dic earum sensus est talis, vt dicitur supra de iud. §. nullo. in clericis autem hodie certe sportule constitute sunt: vt infra de sanct. episc. §. sportularum. & de his dices vt dixi. instit. de ac. §. tripli Accur.
d Modum. & sic iudex tenetur: vt ff. de damno infect. l. iiij. in eum.
Priuato datur resistendi facultas. e Resistendi. No. dari priuato licentiam resistendi: vt C. de iure fis. l. prohibitum est. & C. de appellat. l. quoniam.
f Etiam nostrae. istae leges erant in primo libro. C. qui fuit ante illum, quem habemus: vt in nouell. 20. tit.
g Sed etiā secundum dictū praedictarum legum, que duo dicebant.
h Exponere. vt ff de lega j. l. huiusmodi. in fine. contra sed ibi non est pactum vel transactio: quia nec adinuicem habebant rixā licet vnus vna actiōe. alius alia rē petere, à quodam tertio. praeterea ibi iudex erat competens: hic non.

i Titulus. id est, dignitas. Item titulus. i. scriptura quedam: vt C. de iis, qui poe. no. l. j. Item titul[us]. i. subscriptio, quae sic vulgo appellatur. Item titulus. i. priuilegium, & sic hic accipit: & quod subiicit, & priuilegiis, & p[er] i. priuilegiis, &c.

ta hanc tutores aut curatores sustineant [a], nullo ex hos praeiudicio generando iis, qui sub tutela aut cura esse noscuntur.

Iudices prouidere debent, ne sportulae à litigatoribus illicitè exigantur, pœna eis imminente si tale delictum vindicare neglexerint. Item ipsis litigatoribus, à quibus sportulae licitè exiguntur, licet contra exigentes propria authoritate resistere. Bart.

Et hoc quoque praecipimus ab omnibus iudicibus tam militaribus, quàm ciuilibus in omni loco nostrae reipublicae custodiri: vt neq; magisterianis, neq; praefectianis [b], neq; alij cuicunque executori concedant aliquid amplius à quacunque persona sportularum nomine percipere, quàm nostris legibus [c] declaratum est, nec si sacram nostrae tranquilitatis proferant iussionē. Sed si quidem inuenerint aliquid amplius exigentem: licētiam habeant & comprehendere hunc, & includere: & quadruplum exigere, quod plus acceperit: vt simplum quidē damnum passo reddatur, triplum verò inferatur ęrario. Si autem ciuilis aut militaris iudex siue interpelletur, seu quolibet modo neglexerit laesum (sicut diximus) vindicare: ex sua substantia quadruplum secundum praedictū exigetur modū [d]. Ipsam verò pœnam exigi iubemus per comitem nostrarum rerum priuatarum. Et competentes iudices si cognouerint aliquos ex suis officiis executores sportularum nomine cōtra nostras leges aliquid exigere, & hoc neglexerint vindicare: damus licentiā exactis nihil amplius exigentibus, quàm ex nostra constitutione definitum est, dare. & si q[uo]d amplius egigere eos voluerint licentiam habeant eis resistendi [e].

Iudex vel referendarius nullū cogere potest ad pacta, vel transactiones faciendas cum aduersariis: Et si quis coactus hoc fecerit, nullum praeiudicium sibi generatur. Angel.

De regu

Quia verò lex tam piae memoriae patris nostri, quàm etiā nostrae [f] tranquilitatis disposuit nullo modo iudices suis sententiis inscribere tanquā ex imperiali verbo ex nō scripto procedente, iussum sit aliquos adhiberi, aut praesentari, sed etiā [g] spectabiles referēdarios nostras iusiōes secundū quod cōpetit, facere manifestas: easdē leges firmātes, iubemus spectabiles referēdarios in causis, quas docēt, seu referunt ad nostrā tranquilitatē, nullā habere licentiā eos, aut adiutores eorū, vel per se, vel per aliā quācunq; personā tenere aliquē, aut sub fideiussoribus facere, aut aliquid exigere, aut cogere trāsactiones, aut pacta quaedā, cum suis aduersariis exponere [h], aut quolibet modo in quacunque causa se permiscere. Nihil enim aliud facere eos cōcedimus, nisi solas nostras iussiones in quocunq; negotio, aut ex scripto, aut nō scripto prolatas, cōpetentibus, aut deputatis insinuare iudicibus. Si quid autem praesenti legi cōtrariū aliquis eorum pręsumpserit agere: is quidē, qui damnū aliquod, aut circumuentionē in suis rebus pertulerit, nullum praeiudiciū penitus circa ius proprium sustinebit. Qui verò tale aliquid egerit, ex sua substātia damnum laesae personae delatū, per cōpetentē iudicē restituere cōpelletur, & super hoc cinguli & dignitis sustinebit amisionē. Haec aūt omnia iubemus non solùm in futuris causis, sed etiā in iis, quae iam inchoatae, nondum tamen sunt terminatae seruari. Tua igitur eminētia praesentem legē in perpetuum valiturā, edictis solēnibus in regia ciuitate propositis ad omniū notitiā venire procuret: vt omnes agnoscant, quae pro cōi eorū beneficio à nobis disposita sunt.

TITVLVS VI.

DE ECCLESIASTICIS TITVLIS [i], & priuilegiis, aliisq; capitul.

Princeps sacras regulas in sanctis quatuor cōcili[is] expositas cōfirmat, & praecepit pro legib. obseruari: & sedes

DE ECCLE[SIASTICIS TITVLIS] aliisq[ue capitu]lis.

DE regulis ecclesiasticis.

ordinat & disponit, omniaque priuilegia ecclesijs & venerabilibus locis indulta confirmat. B.

Imp. Iusti. A. Petro glor. præf. sacror. prætorio.

DE regulis ecclesiasticis et priuilegiis, aliisque capitulis ad sacrosanctas ecclesias & reliquas venerabiles domos pertinentibus præsentē proferimus legē. Sancimus igitur, vicem legū obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quatuor conciliis expositæ sunt, aut firmatæ, hoc est in Nicæna trecentorum decem & octo, & in Cōstantinopolitana sanctorum centū quinquaginta patrū, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonia, in qua Eutyches cū Nestorio anathematizatus est. Prædictarū enim quatuor synodorum dogmata, sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut † leges obseruamus [a]. Ideoque sancimus secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romæ papam, primum esse omnium sacerdotum [b]: beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Romæ, secundum habere locum post sanctā apostolicam senioris Romæ sedem: aliis autem omnibus sedibus præponatur: per tempus autem beatissimum primæ † Iustinianeæ nostræ patriæ archiepiscopum [c] habere semper sub sua iurisdictione episcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ: & Daniç ripēsis, item Tribalneæ, & Dardaniæ, & Mysiæ superioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari: ipsum verò à proprio ordinari concilio & in subiectis sibi prouinciis locum obtinere eum [d] sedis apostolicę Romę secundum ea, quæ definita sunt à sanctissimo papa Vigilio. Simili quoque modo ius pontificis, quod episcopo Iustinianeę Carthaginis Aphricanæ ciuitatis dedimus, ex quo Deus hanc nobis restituit, seruari iubemus. Sed & aliæ ciuitates & earum episcopi, quibus in diuersis locis metropoliticum ius præstitū est, huiusmodi priuilegio in perpetuum potiantur. Omnia priuilegia, vel solatia, quæ ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo sanctissimis ecclesiis, aut aliis venerabilibus domibus & locis collata sunt, firmè eis per omnia conseruentur.

Ecclesiæ habent immunitatem à sordidis & extraordinarijs muneribus: exceptis ijs quæ pertinent ad refectionem & reædificationem itinerum viarum & similium: & liberæ sunt à lucratiuorum descriptione. Bartolus.

Ad hæc sancimus omnium sanctarum ecclesiarum & omniū venerabilium domorū possessiones, neque sordidas functiones, neque extraordinarias descriptiones sustinere [e]: tamen itineris sternendi, aut pontium ædificij vel reparationis [f], si opus fuerit, ad instar aliorum possessorum huiusmodi opus & sanctas ecclesias & venerabiles domos complere, dum sub illa posident ciuitate, sub qua tale fit opus. Si quæ verò res ex curialium substantiis ad quanlibet sacrosanctam ecclesiam aut aliam venerabilem domum secundum leges venerunt [g], aut postea venerint: liberas eas esse sancimus [h] descriptione lucratiuorum [i].

Omnes præscriptiones triginta annis aduersus priuatos currentes in ecclesijs ad quadraginta annos extenduntur: hoc obtinente & in legatorum & hæreditatum exactione, & ad pias causas relictorum. Bar.

---

[a] Obseruamus. Nota canones pro legibus obseruandos vt hic, & infra quomodo opor. epis. §. j. & §. sed etiam. sic & de mon. §. fi. & §. si verò relinquens. & infra vt cle. apud pro episco. §. fi. & propter hoc cū canones dicāt prohiberi vsuras, intelligūtur per l. prohibitæ. In hac opiniōe fuit dominus meus Azo. nec obstat, quod dicunt quidam alij hic cōfirmari tantum illos canones, qui sunt de quatuor cōciliis, nam in illis etiam cōciliis prohibitę sunt vsuræ, vt in Nicæno, vt xlvij. distin. capitul. quoniam. præterea si nullus canon diceret, nec hoc lex, videt, quod non possunt: quia sunt contra legem Dei: & inferior nō potest legem superioris tollere: vt ff. de arbi. l. nam magistratus. & ad Trebell. l. ille à quo. §. tempestiuum. Item Paulus, Durū est tibi contra stimulum calcitrare. Pręterea cum hæc lex sit de vltimis Iustiniani, quasi iā conuersus hoc voluisse videtur. Sed contra. j. de nauti. vsu. sed illud speciale est in nautico fœnore. Itē contra. j. e. §. si autem distulerit. So. ibi speciale fauore vltimę voluntatis, & ad pias causas.

[b] Sacerdotū. vt supra, vt Ro. eccle. cen. an. gau. pri.

[c] Archiepiscopū. & patriarcham.

[d] Eū. s. archiepm.

[e] Sustinere. hoc idē erat iure codicis: vt C. de sa. san. ec. l. placet. & l. neminem. & de epis. & cler. l. ij. Item ad pontes & ad similia conferebant: vt hic subiicit, & C. de sac. san. eccles. l. ad instructionem.

[f] Reparationis. pontium.

[g] Venerunt. forte per successionem.

[h] Sancimus. Nota priuilegium dari hæredibus quod defuncto non competebat: sic ecōtra hę redibus non datur quod defuncto dabatur: vt C. de priuil. do. l. j. sed regulariter hęres etiam priuileg. defuncti vti debet: vt ff. de iure fis. l. fiscus. quæ est ar. cōtra. & fac. C. de sac. san. ecc. l. pe. in fi. & C. de imp. lu. descri. l. j. lib. x.

[i] Lucratiuorum. mos erat & lex, quod si curialis donabat aliquid ecclesiæ, quarta eius dabatur curiæ: quod hęc lex tollit. & d. l. C. de sac. san. ecc. l. pe.

Canones pro legibus obseruari debent.

Inferior superioris legē tollere non potest.

† Cōcor. c. vlt. cum gl. vltima extra, de secū. nup. & in capi. j. de noui oper. nunciа.

† De Salona Dalmatiæ intellige quod ex gl. obserues. vij. q. j. c. scripsit. vt vehementer peccent, qui Iustinianū per contumeliam Tracem appellant.

Priuilegium hæredib. datur, quod defuncto non competebat.

Quad

Pro temporalibus autem præscriptionibus decē & viginti & triginta annorū, sacrosanctis ecclesiis & aliis vniuersis venerabilibus locis solā quadraginta [a] annorū [b] præscriptionem opponi præcipimus: hoc ipso seruando & in exactione legatorum & hæreditatum, quæ ad pias causas relicta sunt.

Monasterium & oratorium per episcopum orationibus & cruce ibi fixa inchoari debent, & ipsi fabricatores & eorum hæredes compellendi sunt adimplere. Bartolus.

Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratoriū aut monasterium [c] præcipimus non aliter inchoādam fabricam, nisi locorum sanctissimus episcopus † orationē ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem. Si verò semel cœperit, aut nouā ædificare basilicā, aut veterem renouare: modis omnibus cōpellatur à beatissimo locorum episcopo, & œconomis eius & ciuili iudice eā explere. & si is distulerit, hoc moriente: hæredes eius opus inchoatum adimpleant.

Qui in domo vel suburbano prædio ecclesiasticū ministerium celebrare præsumpserit aut alij celebranti consenserit sine clericis, dominium amittit, & ecclesiæ applicatur, sed si domino rei ignorante aliquis permiserit, ipse debet puniri, & non dominus. Bartolus.

Si quis in sua domo, aut in suburbano ecclesiasticum ministeriū ministrare præsumpserit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subiacentibus [d]: iubemus hanc domum, aut suburbanum, aut prædium, vbi tale aliquid delinquitur, locis illius sanctissimæ ecclesiæ vendicari per Deo amabilem episcopum & œconomum eius, & ciuilem iudicem locorum. Si verò † nesciente locorum domino eius curatores, aut cōductores, aut emphyteutæ contrarium aliquid exerceri permiserint: dominum quidem loci nullū præiudicium, aut dispendium sustinere: eos autem, qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex prouincia, vbi hoc commissum est, expelli, rebus [e] eorum loci illius sanctissimæ ecclesiæ vendicandis.

Legatum vel hæreditas relictum simpliciter sub nomine magni Dei, debetur ecclesiæ illius ciuitatis, vbi testator habet domicilium. Ange.

Si quis in nomine magni Dei [f] & saluatoris nostri Iesu Christi hæreditatem aut legatum reliquerit: iubemus ecclesiam loci illius in quo testator domicilium habuerit, accipere, quod dimissum est. Si quis autem vnū sanctorum hæredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, & non specialiter nominauerit locum, in quo est venerabilis domus [g], inueniantur autem in eodem loco, aut ciuitate plura oratoria eiusdem sancti, illi magis domui, quæ pauperior [h] est †, quod relictum est, præbeatur. Si autem non est in ciuitate Basilica nominati sancti, inueniatur autem in territorio eius: illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiusmodi domus: tunc ecclesiæ ciuitatis, in qua testator domicilium [i] habuerit, quod dimissum est, præbeatur.

[a] Quadraginta. nisi in casibus: vt s. vt cum de appel. cog. §. si verò liberis. coll. viij. cōtra. & j. de san. episc. §. si quis rapuerit. in princi. Acc.

[b] Annorū. quid si ecclesia cōtra priuatum velit se tueri? Rñ. eo modo se tuebitur, quo & alius priuatus: nec obstat. quod est in ff. quod quisque iur. l. j. qa ex liberalitate nō per impetrationē fuit ecclesiæ cōcessum, vt in eo. tit. l. iij. Item quid si ecclesia contra ecclesiam? Resp. quadraginta anno. secundum Io. arg. cōtra ff. quibus ex causis maio. l. vlt. & ff. de mi. l. verum. §. pen. Nec obstat quod est in C. de inoffi. test. l. in arenā. ibi enim turpitudo est impedimento. Itē nōne hæc superflua est per illam. s. hæc const. inno. consti. Resp. non: quia in ea nihil dicitur de præscriptiōe x. vel xx. an. sed xxx. tantū. quæ ad xl. reducitur. Item quid de redhibit. & quāto minoris, & cæteris similibus? dic quod remanent in suo statu: vt s. hæc consti. in fi. Sed nunquid restituitur ecclesia, cū vsucapio & cæteræ minores præscriptiones currāt contra eam? Resp. sic: vt minori secundum omnes. Sed vsque ad quod tēpus? Resp. quidam dicunt vsque in infinitum: alij vsque ad quadriennium ex quo læsa est.

Turpitudo actionē tollit.

† Cōcor. cum hoc tex. ca. ad audiētiā. j. & ij. extra, de eccle. ædifican.

[c] Aut monasterium. idem in qualibet ecclesia: vt s. de monachis. §. j. et s. vt nullus fabric. ora. do. §. j. coll. v.

[d] Subiacētibus. Nota nō licere sacra ministeria fieri nisi in ecclesiis, licet orare alias quis possit. alīs domus perditur: vt hic, & s. vt in princ. do. §. j. & ij. & C. de hær. l. quicunque. §. vniuersi. & §. seq. sic et publicatur locus, in quo aliquis fit eunuchus: vt C. de eunuc. l. j. & in quo prostibulatur: vt s. de leno. §. fi. & vbi falsa moneta cuditur: vt C. de fals. mo. l. j. §. pe. & §. fi.

Sacra ministeria in ecclesiis fieri debent.

[e] Expelli rebus. Nota tutorem pro facto, quod pro pupillo faciebat puniri: sic & miseri puniētur, qui eorum pupillorum pecunias fœnerāt: ad quod nō tenentur: vt ij qui ob. per. §. quoniā autē. nec enim bonam fidē agnoscere prohibentur: vt ff. de admini. tut. l. quoties. §. sicut. in fin. §. & facit. C. de fal. mone. l. j. in fin. & ff. de publi. l. cotem. §. dominus.

[f] Magni Dei. i. ipsi Christo. Acc.

[g] Venerabilis domus. consecrata in honorē sancti, cui reliquit.

[h] Pauperior. Nota prodest paupertas: vt hic, & ff. mand. l. si procuratorem. §. si ignorātes: vt ff. de transa. l. cum hi. §. in persona. & l. si in annos. & C. de oper. liber. l. j & ff. qui & à qui. l. si quis hæres. & de epi. & cle. l. si quis ad declinādam. §. sin autē. E contra nocet: vt s. de testib. §. sancimus. & ff. de excusa. tut. & cur. l. spadonem. in fi.

[i] Domicilium. Nota domicilium testa

Si quis oratorium iusserit ædificari, debet intra quinque annos compleri: sed xenodochium intra annum: & hæredes adimplere cogendi sunt, & etiam designata persona per testatorem: episcopus autem loco inutilium personarum alium exigere debet. Bart.

Si quis ædificationem venerabilis oratorij, aut xenodochij, aut ptochij, aut orphanotrophij, aut nosocomij, aut alterius reuerendæ domus in nouissima voluntate fieri disposuerit: oratorium quidem intra quinque annos compleri iubemus prouidentia locorum episcopi & ciuilis iudicis. xenodochium autem, aut ptochiū aut aliam venerabilem domum intra vnum fieri annum †. si autem intra annum non fecerint hæredes xenodochium, aut quamlibet venerabilē domum à testatore dispositam fieri: iubemus eos domum aut comparare, aut locare [a], vbi possint, quæ iussa sunt adimplere [b], donec huiusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreuerit, qui debent xenodochi fieri, aut ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, siue suis hæredibus huiusmodi electionem commiserit: iubemus modis omnibus hæredes eius, quæ ab eo definita sunt, adimplere: locorum beatissimis episcopis inspicientibus, si gubernatio rectè procedit. & si inuenerint non vtiles existentes rectores: licentiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos efficere.

Legato vel hæreditate pro redemptione captiuorum aut alimentis pauperibus derelictis persona à testatore designata secundum testatoris voluntatem debet omnia adimplere: persona autem non designata episcopus vel œconomus adimplere debet, quod testator aut donator probauerit. si verò persona designata semel & secundò monita adimplere distulerit, omni lucro priuatur: & episcopus vel superior secundum testatoris voluntatem distribuere debet. Bartol.

Si quis autem pro redemptione captiuorum, aut alimentis pauperum hæreditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, siue semel, siue annale: & hoc modis omnibus secundum testatoris volūtatem [c] ab iis, quibus iussum est hoc facere, compleri [d]. Si aūt specialiter non dixerit †, quomodo pauperibus hoc reliquit: præcipimus sanctissimū episcopum ciuitatis, in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, & eius ciuitatis pauperibus errogare [e]. Si autē pro redēptione captiuorum aliquid relinquatur, & non nominatim testator dixerit, per quē oporteat fieri redemptionem captiuorū: etiā sic iubemus res ad hoc relictas, locorum episcopum & eius œconomos accipere, & huiusmodi pium opus implere. in omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorum † episcopos volumus prouidere, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant: licet [f] præcipuè à testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium. Si autem qui hoc facere iussi sunt, semel & secundò [g] à beatissimo locorum episcopo, aut eius œconomis per publicas personas admoniti distulerint, quæ disposita sunt, adimplere: iubemus eos omne lucrum relictum eis ab eo, qui hoc præceperit, amittere [h], & locorum episcopos omnes res cunctis (sicuti dictum est) piis causis distributas cum fructibus & augmentis medij temporis & memorato lucro vēdicare: & quæ testator disposuit, implere: re: scientes quia si neglexerint: pro his omnibus rationem Deo persoluent. Si autem sanctissimus locorum episcopus reliquerit [i] aliquid horū, quæ à nobis dicta sunt: liceat sanctissimo eius metropolitæ hæc omnia exigere & complere: & omni alij licētia sit huiusmodi mouere quæstionem, & studere, vt modis omnibus causæ piæ compleantur.

Falcidia cessat in relictis ad pias causas: & hæres soluere recusans intra sex menses ab insinuatione te-

testatoris in dubio sequi: vt ff. de condi. & demonstra. l. quæ conditio. §. j.

[a] Cōparare aut locare. id est, conducere. nā promiscue vtimur: vt ff. de actio. emp. l. veteres. Accur.

[b] Adimplere. sic & eius seruatur voluntas in dispositione tutoris, qui administret: vt ff. de admini. tut. l. iij. sic & in funere à quo debeat funerari: vt ff. de religio. l. si quis sepulcrū. §. & hoc edictum.

[c] Voluntatem. qui dixit tantū talibus pauperibus, tantum talibus religiosis.

[d] Compleri. isti sunt quos vulgo Bononienses commissarios appellāt. Sed an habeant hi aliquam actionem contra hæredem, si hæres recuset? Rñ. sic vel condi. ex lege: vel offi. iudi. ex hac. l. cum enim ipsi teneantur: vt j. eo. tit. §. si autem qui hoc facere. debent habere ius cōtra hęredem: vt C. de epi. & cle. l. nulli.

[e] Erogare. forsitan, cum non sint xenones vel ptochotrophia in ea ciuitate vel eius territorio: vt C. de san. episc. l. si quis ad declinandam. & s. eo. §. si quis. & hoc secundum Al. licet alij dicant. l. codicis inouatam esse.

[f] Licet. hinc sumitur quod est C. de episco. & cler. l. nulli autē licet. Accur.

[g] Secūdo. dic vt s. de hære. & Falc. §. si quis autem diximus.

[h] Amittere. not. amitti lucrū si defuncti voluntati non paret: vt hic. & ff. de excusa. tuto. l. Nesennius. in prin. & C. de lega. l. pen. in fi. & ff. vbi pup. edu. de. l. j. in fin. & ff. de relig. l. si quis sepulcrū. §. & hoc edictum.

[i] Reliquerit. id est, non compleuit prædicta, quæ sunt ab eo complenda: vel proprie lege.

Ad pi

† Simile habes in c. iij. extra, de testa. vbi testator pręceperat construi monasterium per hæredes.

† Haloā. cuius loci pauperibus hęc reliquerit.

† Cōcor. c. tua nobis. cū gl. j. extra, de testa. vbi verba huius tex. recitātur in glo. super verbo piis voluntatibus.

a Ad pias. s. eccle siæ, orphanotrophio. nosocomio, xenodochio, vel pauperibus: vt C. de sacrosan eccle. l. illud. & s. eod. §. si quis autem.

b Falcidia. quia forte locum habet, cũ hæres q̃ ad pias causas relicta sunt ab initio forte implere noluit. si enim spõte testatoris voluntati paruisset, Falcidiam habere posset: vt ff. ad leg. falci. l. j. §. ad municipium. & C. ad le. Fal. l. ij. secundum Al. & secundum R. Vel distingue vtrũ ecclesiæ simpliciter id est, Deo: quo casu locum habet Falci. aut ecclesiæ & ad causam piam aut pro redemptione captiuorũ: quo casu locum non habet, vt hic & ibi: vel melius fauore ecclesiæ dic correctum.

† Cõcor. cum hoc tex. glo. in c. cũ esses. super ver. improbamus post princi. extra de test. & vlti vo lunt. & gl. fi. in c. fin. eo. tit.

c Sex mẽses imo intra annum videtur: vt s. de hæred. & Fal. §. illud contra. Sol. hic est speciale.

d Vsuræ. hoc est contra. s. in princ. Sol. vt ibi.

e Præberi. puta fundum, vel vineã.

f Quantitatis. sic s. de ali. & emphy. §. si vero secundũ prædictum. & facit ff. de transac. l. cum hi. §. eam transactionem.

g Competere. o. sim in omnibus poterat testari: vt C. de episc. & cle. l. sacrosanctæ. quæ hic corrigitur. Accur.

h Probantur. est ergo præsumptio pro ecclesia. sic. C. de do. inter virum & vxo. l. etiam. & ff. de dona. inter virũ & vxor. l. quintus. arg. contra. C. arbi. tut. l. si defunctus. Itẽ not. quod ecclesiæ reseruare tenentur: vt & s. de testi. §. j. col. viij.

i Deuolutæ sunt etiam per donationes inter viuos factas secundum. Io.

k Ad quartum. de quarto gradu ideo dixit: qa vsq; ad eum gradum verisimile est, q̃ à talibus cognatis habẽt, non occasione rerum ecclesiæ, sed in remotioribus cõtra est. Azo. si ergo vltra gradũ istũ daret sibi quis, & nõ occasione rerum ecclesiæ: idẽ, vt sit tantum iuris præsumptio secundũ Al.

l Xenodochis. ni si forte renunciauerint seculo. nã tũc non possunt facere de aliquo testamentum: vt s. de mona. §. illud. col. j. & no. hanc. l. de prælatis. de subditis autem dices. j. de sanctis. episco. §. presbyteros.

† Cõcor. cũ hoc §. c. j. cũ glo. super ver. bo, auc. extra, de tum: testi. quod tũ supra ex hoc. §. vt eius verba manifestant.

m Ecclesiæ. & sic ecclesia vt vxor præfertur fisco: vt C. vnde vir & vxor. l. j.

stamenti numerandos ad vsuras & fructus tenebitur: & annale legatum alienari non potest, nisi in prouincia remota fuerit relictum. Barto.

Si autem hæres, quæ ad pias [a] causas relicta sunt non impleuerit, dicens relictam sibi substantiam non sufficere ad ista: præcipimus omni Falcidia [b] vacante † quicquid inuenitur in tali substãtia proficere pro iussione sanctissimi locorum episcopi ad causas, quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur causas: iubemus intra sex menses [c] ab insinuatione testamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi, quibus relictum est. Si autem distulerint, qui in hoc onerati sunt, huiusmodi præbere legatum: fructus & vsuræ [d] & omne legitimum exigatur augmentum à tempore mortis eius, qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquatur: siquidem qui hoc dare iussi sunt, aut locus, ex quo iussum est hoc præberi [e], in ipsa aut vicina prouincia fuerit: iubemus nullo modo legatum alienari. Si verò loca aut personæ, ex quibus hoc dari præceptum est, longius fuerint: tunc liceat illis, quibus hoc relictum est, si & pars obligata consentit, commutare legatum & pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmento non minus quartæ partis relictæ quantitatis [f], & neque plurimis tributis fiscalibus prægrauatos, aut vendere si voluerint huiusmodi legatum, & non minus pro pretio percipere, quã ex tali legato intra viginti quinq; annos colligitur: ita tamen, vt huiusmodi pretium ad vtilitatem prædictæ venerabilis domus, vbi relictum est, proficiat.

De bonis post adeptam dignitatem quæsitis episcopi testari prohibentur, nisi præsumantur quæsita intuitu personæ, non ecclesiæ: in pias tamen causas possunt expẽdere. Bald.

Interdicimus † autem sanctissimis episcopis res mobiles aut immobiles se seque mouentes, quæcunque post episcopatum ad eos quoquo modo peruenerint in proprios cognatos, aut in alias quascunq; transferre personas. In captiuorum verò redemptionem & egentium pabula, & alias pias causas, aut pro vtilitate propriæ ecclesiæ ex his expendere licentiam habeãt: & quicquid ex huiusmodi rebus post obitum eorum in ipsorum facultate remãserit, iubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum, quarum sacerdotium habuerunt, competere [g]. In illis enim solummodo rebus licentiã eis alienandi, aut relinquendi, quibus voluerint, damus, quas ante episcopatum probantur [h] habuisse: post episcopatum verò, quæ ex genere sibi coniuncto ad eos deuolutæ sunt [i], quibus ab intestato vsq; ad quartum [k] gradum succedere poterunt. Hæc autem omnia, quę diximus de rebus, quæ post episcopatum deuolutę sunt ad sanctissimos episcopos, & in reuerendissimis orphanotrophis, & ptochotrophis, & nosocomis, & xenodochis [l], & gerontocomis, & omnibus aliis rectoribus venerabilium domorum valere sancimus in rebus, quæ in tẽpore propriæ administrationis secundum prædictum modũ ad eos peruenerũt. Si quis autem † episcopus aut clericus, aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister, aut ecclesiæ diaconissæ moriãtur sine testamentis & legitimis successoribus horum successio ecclesiæ [m] competat, in qua constituti fuerint.

† Cõcor. cũ hoc c. requi ri. in fi. glo. in c. extra de testi. & ca. ... in glo. per verb. bonorum in fi. extra de suc. ab intesta.

Hæretici res ecclesiarũ ab ecclesijs nullo modo recipere possunt. Itẽ hæretici & Iudæi synagogã & speluncam

Hæret

a Hæreticorum. Not. hæreticos ab actibus huiusmodi prohiberi. quod facit ad id, quod est C. de iure emphyt. l. fi. §. sinautẽ. & facit ad hunc. §. C. loca. & cõdu. l. curialis. & l. milites. & l. finali.

b Et sancta ecclesia. s. si ita est. & facit. C. de hære. l. si quis orthodoxę. in prin. Accur.

c Vẽdicari. s. præcipimus.

d Indemnem seruari. sic. ff. loca. l. si quis ignorans.

e Sine satisdatione. iudicatũ solui.

f Alienare. s. præcipimus. & concordat. C. de episco. & cler. l. orphanotrophos.

g Subiacere. imo hodie contra: vt j. de sanc. epis. §. œconomus. vel illa in œconomis & aliis gubernatoribus.

h VT FRAtrum filij &c.

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur. l. j. infra eo. expeditur vsque ad §. illud. Secũda abinde vsq; ad. §. quia verò mulieres. Tertia abinde vsq; ad §. fi. Quarta in §. fi. prima est, vt fratrum &c. secunda, & vt mulieres & cætera. tertia, & rursus &c. quarta, & vt similes, &c.

† Acephali, hæretici sunt. de his habetur xxiij. q. iij.

cõstituere non debent. Item etiam ab alijs quàm ecclesijs per emphyteusim vel conductionẽ possessiones accipere prohibentur. Barto.

Iubemus autem nullum hæreticorũ [a], neque per conductionẽ, neque per emphyteusim, neque per emptionẽ, aut alio quolibet modo res immobiles accipere à qualibet sancta ecclesia, aut alio venerabili loco. si quid verò hæreticus pro tali causa præbuerit, amittat: huiusmodi verò res venerabili loco, à quo etiam datæ sunt, vendicentur, rector autem domus, qui ipsas res dedit hæretico, omni gubernatione remoueatur, & in monasterio recludatur, & vno anno à sancta communione segregetur: cùm hæreticis prodiderit Christianos. Si autem orthodoxus possessionem habens, in qua est & sancta ecclesia [b], alienauerit, aut reliquerit, aut per cõductionem, aut quamlibet gubernationem hanc dederit Iudæo, aut Samaritano, aut Arriano, aut aliĳ hæretico: sancta ecclesia eiusdem vici huiusmodi vẽdicet proprietatem alienationis. Si quis autem hæreticorum (quibus etiam connumeramus Nestorianos & Acephalos † Eutichianistas) præsumpserit speluncam suæ incredulitatis ædificare, aut Iudæi nouam synagogã constituere: locorum sancta ecclesia ædificia suæ proprietati defendat. Si verò quis per emphyteusim, aut conductionem, aut etiam per quancunq; aliã gubernationem dederit possessionem huiusmodi personæ: siquidẽ sciebat dominus possessionis eius, quia hæretico hanc commisit: omnes reditus illius temporis, quod in cõtractu transiit, ecclesiæ ciuitatis, sub qua possessio cõstituta est, vendicari [c]. Si verò ignorabat dominus possessionis, quia hæreticus erat, cui hæc commissa est: ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnem seruari [d]: hæreticum verò in vtroque casu expelli de possessionibus, & eius substantiam applicari fisco.

Orphanotrophi sunt similes tutoribus & curatoribus: & debent conficere inuentarium sub gestis personarum publicarum. Bart.

Orphanotrophi verò, tutorum & curatorum fungantur officio †, ita tamen vt etiam sine satisdatione [e] conueniantur de rebus orphanotrophiis, & ipsis propriis orphanis cõpetentibus. Res autem competentes alicui orphanorum, publicis præsentibus tabulariis, aut sub gestis monumentorum in hac quidem regia ciuitate apud magistrũ censuus habitis: in prouinciis autem apud iudices earum, aut defensores locorum orphanotrophiis accipere & custodire: et si necessarium putauerint, etiam alienare [f], & pretia earum orphanis conseruare, aut alias res pro illis emere, non autem subiacere [g] tutelaribus, aut curatoriis rationibus. Seruari autem iubemus venerabili orphanotrophio huius regiæ vrbis, & xenodochio, quod vocatur sanctæ Mariæ Sanso, & sub eius gubernatione constitutis oratoriis, aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia priuilegia quæcunq; habet maior sanctissima ecclesia Constantinopolitana. Quæ igitur per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit trãquilitas, tua celsitudo edictis solenniter in hac regia vrbe propositis ad omnium studeat peruenire notitiã. Nos enim prouidebimus, quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in prouinciis manifesta.

† Facit gloss. in c. auditis. su per verbo minoris. post prin. extra, de in integr. restitu.

TITVLVS VII.

VT FRATRVM FILII [h] † succedant pariter ad imitationem fratrũ etiam ascendentibus extantibus. Et vt mulieres non insinuata antenuptiali donatione non lædantur: nõ insinuans autem vir, vel si compererat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rursus, vt mulieres non secundò nubentes dominæ sint partis sponsalitiæ largitatis, quantũ pars facit vnius filij. Et vt similes sint pœnæ vtriusque sexus, dum sine causa rationabili repudium mittitur.

† Quæ ad constitutione promulgãtur ea pene omnia habentur inserta in nouella constitu. Gręca. cxviij. & cxix.

Filij fratrum ex vtroque latere coniuncti succedũt vnà cum fratribus defuncti, & etiam cum ascendentibus, sublata lege, quæ contrarium disponebat. Ange.

Idem A. præfecto prætorio.

NOstras leges emendare nos non piget [a], vbique vtilitatem subiectis inuenire volentes. Meminimus igitur scripsisse legem [b], per quam iussimus, vt si quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui: ad similitudinem fratrum, & præmortui fratris filij ad hæreditatem vocentur, paternum adingredientes gradum, & illius ferentes portionem. Si verò moriens relinquat ascendentium aliquos, & fratres ex vtriusque parentibus coniunctos sibi [c], & filios ex præmortuo fratre: fratres quidem iussimus per ipsam legem cum parentibus vocari: fratris verò filios exclusimus. Hoc itaque iustè corrigentes, sancimus, vt si quis moriens relinquat ascendentium aliquē, & fratres, qui possint cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios: cum ascendentibus & fratribus vocētur, etiam præmortui fratris filij, & tantam accipiant portionem, quantam eorum futurus erat pater accipere, si vixisset. Hoc verò sancimus de illis filiis fratris, quorum pater ex vtroque parente iungebatur defuncto, & absolutè dicimus ordinem, quando cum solis vocātur fratribus, eundem eos habere, iubemus & quando cum fratribus vocantur aliqui ascendentium ad hæreditatem [d]: hoc iubentes ex calen. Ianuar. præsentis indictionis vndecimæ. Illud quoque dignum correctione aliqua esse iudicantes, partem hoc præsentis facimus legis: ex ipso enim rerum inuenientes experimento necessarium esse mulieribus, actis monumentorum ante nuptias donationes insinuari: vt si principalia instrumenta pereant (quod facilè est) per monumenta [e] matrimonij eius probatio maneat: sancimus necessitatem habere viros ipsos, aut etiam, qui pro eis [f] ante nuptias donationes scribunt, si quingentorum solidorum transcendit quantitatem, insinuare eam in actis monumentorum, in regia quidem ciuitate apud magistrum census † : in prouinciis autem apud vniuscuiusque ciuitatis defensorē, aut apud quos omnino talia documenta confici [g] possunt. Si verò non insinuent eas: quantum quidem ad partem mulieris etiam sic eas valere iubemus: & si tempus fiat exactionis [h], donationis [i] & [k] partis eius: non opponi mulieri non insinuatam fuisse [l] donationem. Si verò dotalium pacta & horum euentus parti viri concedunt actionem dotis, aut etiam eius partis [m]: nullam eum habere iubemus actionem [n], si non donationem insinuauit, in actis monumentorum, sicut dictum est, viris enim habentibus potestatem insinuare donationes, pro non insinuatis periculum mulieribus imminere, ineptum nobis esse videtur. Quia verò & mulieres ad secundas nuptias non venientes portione aliqua dignas vltra eas, quæ secundò nubunt, esse putamus [o]: si qua amisso viro, alterius abstineat nuptiis: habere quidem eam vsum antenuptialis donationis, sicut prius sancimus [p]. habere verò eā & ꝓprietatis tm̄, quantū filiorū quātitas faciat: vt secūdū ꝓprietatis rōnē vnius & ipsa filij personā obtinere videaē [q]. Hoc verò valere non in m̄ribus solis iubemus, sed etiā in p̄ribus & aliis ascendentibus volumus ad scđas nō veniētibus. Quia verò interdiximus dudum per nostrā legem & viris [r] & mulieribus repudia mittere, & trāsigere [s]

Corrigere se est honestius quàm ab alio corrigi.

[a] Nostras. Non piget. melius est seipsum corrigere, quā ab alio corrigi expectare: vt s̄. de nup. §. ij. colla. iiij.

[b] Legem. s̄. de hære. ab intest. §. si igitur defunctus. in fi. quam corrigit hic.

[c] Sibi. s. similiter reliquerit.

[d] Ad hæreditatē q.d. idem est ordo casus & ius. siue hi nepotes cum solis theiis vocātur, siue cum theiis & superioribus.

Exemplo credēdum est.

[e] Monumenta. i. exēpla primi īstrumēti, & exēplificata corā iudice creditur ergo exēplo. vt C. de re iudic. l. fi. & sic est contra. s̄. vt spon. larg. §. ad hæc. Sol. hic fuit facta insinuatio corā ordiario iudice: vt patet ex sequentibus: quia sic dicit, quod debet fieri, tūc enim exemplū valet: vt hic, & ff. ad admi. tut. l. chirographis. & C. de testa. l. publicati. alias si non sic insinuetur, non valet: vt in contrario.

[f] Pro eis. Puta patres. Accur.

[g] Confici. vt coram defensore ciuitatis: vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. & C. de dō. l. in hac.

[h] Exactionis. qa extitit casus, quo mulier pacta est de lucranda donatione propter nup. puta præmortuo marito, secundum Io.

[i] Donationis. s. totius. Accur.

[k] Et. pro id est.

[l] Insinuuatā fuisse. hic innouat: vt s̄. vt spon. lar. in prin. et sumitur hic quod est. C. de dona. ante nup. l. fi. & authen. eo decursum. in fi.

[m] Partis. i. datum ei lucrum casu existente. de quo pactus est de lucrāda dote: vt puta præmortua vxore, secundum Ioan.

[n] Actionem. s. in eo, quod excedit eā quantitatē: quæ nō debet insinuari secundum Io. vt arg. C. de do. l. si quis argentum. §. sed in omnibus. et hoc ideo dico, quod vir vel mulier debet lucrari ex pacto in alio, in quo non est pactum lucrari: cum non sit simplex donatio, & non est necessaria insinuatio.

[o] Putamus. vt s̄. de nup. §. hinc nos. & C. de secun. nup. l. generaliter.

[p] Sancimus. per l. illam. s̄. neque virum, quod ex dot. §. præterea.

[q] Videatur. corrigitur ergo quod est. s̄. neque virum. §. præterea. vbi nō distinguebat.

[r] Viris. quæ est. s̄. vt lic. mat. & auiæ. §. quia verò legem dudum.

[s] Transigere. id est soluere.

Differen

† Glo. in ca. cum in iure. super verbo, sedis in me. in versi. & si sentētia redacta est extra, de offi. deleg. at. inducit hunc textum ad hoc, quod si sentētia delegati sit redacta in publicā formā, quod facit plenam fidem absque ostensione commissionis superioris.

a Differentiam. quãtum ad pœnã.
b Cognita. quæ causæ sunt in prædicta cõstitutione: vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero plurimas.
c Hoc. scilicet separare matrimonia sine causa legitima cognita.
d In viro. contra §. vt lic. ma. & auię. §. quia vero legem dudum. Solu. hic illam corrigit: vt ibi diximus. Alij dicunt hic æquiparare corporales pœnas, non pecuniarias: quod nihil est.
e Proximas. no. par delictum parẽ exigere pœnam: vt C. de epis. & cle. l. si quẽquã. fallit ff. de pœ. l. quædã. & de inc. rui. nau. l. Ped.

Pœnam similẽ par delictum exigit.

§ DE RESTITVtione &c.

Huius sensum accipe ex titulo: & ponit tantum de vno testamento, in quo multa sunt dispositâ: & de quodam codicillo: & literam nõ lego, nisi vt notem: argu. infra. §. eodem. manifestum.

Anta nobis. Aut

matrimonia (nisi tamen quædam sit causa nostræ legi cognita) & pœnas hoc facientibus & viris & mulieribus imposuimus: mutationem quandam circa pœnas viri ac mulieris facientes, & ad melius hoc transformantes, sancimus, nullam esse differentiam [a] quantum ad pœnam inter virũ & mulierem hoc præsumentes: sed iisdem pœnis, quæ cõtra mulieres à nobis definitæ sunt, si sine causa nostræ legi cognita [b] matrimonia distrahunt, etiã viros subdi hoc [c] præsumentes, & similes pœnas esse in viro [d] & in muliere. In delicto enim æquali proximas [e] eis imminere pœnas, iustum esse putamus. Præsentem igitur generalem legem nostram manifestam tua gloria faciat per edicta solennia & iis, qui hanc maximam ciuitatẽ, & qui prouincias habitant: vt nullus hominum, quæ ad salutem communem sancita sunt à nobis, ignoret.

TITVLVS VIII.

DE RESTITVtione fideicommissi, & nomine familiæ, quod vsque ad quartum gradum locum habet, & quod familiæ nomine nurus etiam continetur.

Alienationis prohibitio perpetua vltra quartam generationem non extenditur, nominalis autem alios nõ continet: & vltimus de familia superstes res ad eum venientes in quancunq; personam alienare potest: appellatione quoque familiæ nurus continetur. Bar.

Imp. Iustinianus A. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.

Tanta nobis humanitatis cura est, vt neque priuatas cognitiones, quæ videntur nobis quæstionem excedere iudicialem legibus nostris definire dedignemur: neque cognitionem priuatam excedentem audire iudicia, per circuitus longos litigantes tradere afflictioni. Alexander igitur gloriosus suggessit nobis multoties Hierium gloriosæ memoriæ patrem suum scribentem testamẽtum nominibus istis vsum, Volo autem & iubeo meos hæredes Constantinum quidem virum clarissimum deputatam ei domum cum omni (sicut superius scriptum est) coniuncto ei iure: & proastiũ † quod in cupariis est, cũ omni (sicut superius dictũ est) competenti ei iure, & domum, quæ in Antiochia est, † Catamianum, Antimium verò dulcissimum proastiũ, quod in Blacernis est, † Cataeugeniũ & Iulianum gloriosæ memorię viros, proastium, quod in summitate sinus substenticij est quondam Cataarchalirium gloriosæ memoriæ. Callipium verò virũ clarissimum proastium bytharium siue philotheum. Alexandum virum gloriosissimum proastium, quod in Venetis est, non alienari non per venditionem, nõ per donationem, nõ per commutationem, non aliter quolibet modo, neque eiici neque alienari ipsam domum aut suprascripta proastia à meo nomine & mea familia: sed si (quod orandum est mihi) fiãt eis filij, † & in filiis & in nepotibus legitimis aut naturalibus, si defuncti sunt, relinquere vnumquenque eorũ, quod deputatum est proastium, & domus tam in adiacentibus huic regiæ ciuitati, quàm in Antiochis filiis & nepotibus singulorum legitimis ac naturalibus. credo enim, quod non deponant neque supernaturalibus filiis aut nepotibus meã dispositionem & voluntatem. Si verò omnino sine filiis omnes, aut quidam aut vnus ex eis moriatur (quod absit) volo, & iubeo eos, qui sine filiis, aut sine filio futuri sunt morituri, restituere superstitibus, siue superstiti eorum fratri suprascriptas domos tam hic, quàm in Antiochia, & præmanifestata quinque proastia cum omni eorum iure & omnibus competentibus indesinẽter, † vacante videlicet inter eos de fideicommissis, aut legatis satisdatione. volo enim & iubeo non exigere eos ab inuicem huiusmodi satisdationes, præsumẽtes siue præsumentem præter meã paternã & amabilem circa eos intentionẽ exigere fratres suos, aut fratrem satisdationem in his prohibitis alienari rebus: omnino eos fideicommisso cadere. Et hæc quidẽ in testamento dixit: scripsit aũt & codicillos huiusmodi. & in ipsis vsus est in huiusmodi verbis. Manifestũ igitur facio, quia dudũ quidẽ in scriptis feci testamentum, & quæ

† Proastium suburbiũ est.
† Haloã. emptam ab Amiano.
† Haloã. redemptũ à gloriosę memoriæ viris Eugenio & Iuliano. & suburbium in promõtorio sinus Sosthenij quod olim in dominio Ardaburij gloriosæ memorię fuit.
† Haloã. & relictis post se filiis aut nepotibus siue legitimis siue etiam naturalibus moriantur.
† Haloã. cessante.

in eo sunt, secundum placitum mihi modū disposui: volo & iubeo omnia quę cunq; eodem testamento continentur, omnimodo valere, præter illa sola, quę in hoc meo codicillo permuto aut subtraho [a] aliqua derelicta legata. Volo igitur & iubeo proastium meū, quod appellatur Cuparia, quod in prædicto testamento Constantino viro magnifico filio meo dereliqui, dari & pertinere perfecto possessionis & dominij iure Hierio viro clarissimo, & Eugenistato meo nepoti filio Constantini viri magnifici integrum ipsum proastiū cū omnibus, quę in eo sunt prætoriis, et ascensum & descensum: omnibus etiā cōiunctis siue illatis cū cōclaui domuum & ergasteriis & balneo & hortis tam intra, quàm extra muros, & hippodromum, & quod in eo est hortum, & cisternā, & omnia omnino quocunq; modo cōpetentia mihi iura super isto ipso proastio: dari quidem volo eundem proastium prædicto viro clarissimo meo nepoti Hierio facto suæ potestatis per emancipationem à suo patre post obitum meū: nulla data licentia ei viro honesto nepoti meo, sed neq; his siue ex hoc meo testamento, siue ex testamēto eiusdem viri clarissimi mei nepotis suscipientibus iura eius vēdere, aut permutare, aut donare alicui, aut quocunque modo alienare, aut ipsum proastium, aut partem aliquā ex eo, aut ius propter quod volo eundem proastium, siue domū adiacētem intra ianuas, quæ ducunt circa venerabile oratorium sanctæ ecclesiæ, permanere per omnia & perpetuare in mea familia & nunquam egredi de meo nomine. Volo aūt & iubeo, si cōtigerit prædictū virum honestum meū nepotē Hierium mori impuberem †, aut post pubertatem, sine filiis tamē ex legitimo matrimonio ei ꝓgenitis peruenire & competere: siue restituere possessionem & proprietatem eiusdem proastij, siue domus viro magnifico eius patri Constantino, sub eadem conditione nō alienari aliquando de mea familia, aut de meo nomine †. In istis quidem ipsum procedere. Hierij verò gloriosissimi domū, quę in Theopolitis adiacet ei, & ex paterna in eum peruenit successione, aliis vēdidit personis, eam verò domum, quæ in hac felicissima ciuitate, insuper & per codicillos datū sibi proastiū, in quibus omnibus alienatio interdicta est, Constantino gloriosissimo eius transmittere filio. Illum verò mox prægnantē relinquentem vxorem vita functū, scripsit testamentum per quod disposuit, si non nascantur filij, aut natus impubes moriatur: tam matrem suā Mariam gloriosissimam, quàm eius vxorem nobilissimā Mariā in eius vocari successionem: & quoniā nata fuit filia, & ipsa pupilla & tenera adhuc ætate ex hominibus decessit, in prædictas nobilissimas peruenire mulieres: reliquæ verò substantiæ, quæ in hac magna ciuitate sunt, domus insuper & proastiū expressim in codicillis gloriosissimo relicta sunt Hierio: locū forsitā tam ex testamento, quàm ex codicillorū sermonibus adhibere: ipse domum proastium defendere solus, de Hierij gloriosissimi familia derelicta: quæ nunc & primùm habens in Hierio meo nomine gradum. Sed ij, qui pro Maria & Maria gloriosissimis fœminis verba faciebant, testamēti quidē verbis nullū dicebant locū habere, neq; cū legitur Alexādrum virū gloriosissimū locū habere, & vtrunq; suū perficere ipsum & citra Constantinū gloriosæ memoriæ, quā ad hos tanquā ad locū, & alienantem proastiū, quod ei derelictū est: super quod alienationem inæqualiter aliis, ꝙ ei pater interdicens cōpetit. & alios fratrū eius hoc facere, & nostras leges: quoniā omnes continuè, in quibus tale aliquid dispositū est, trāsgredi defuncti voluntatē omnibus similiter substitutionē dicere, vt non permittas eis inuicē pulsantes multis pro vna cognitione iudiciis subiiciantur. Ideo positas nos rememorare leges. Alexander verò gloriosus magis quidem & de propriis alterutrū rectè visus est appellare. Super codicillū enim sapientē, & de residuis rebus voluntatē suā defunctū facientem familiæ reseruari volēs: sed in proastio iustioribus verbis vsus nihil rectè ei alienationē conferre, illas ex imperiali hoc facere impellenti iussione, venerabilibus pro his verbis vsa est pars alterutra, tam testatoris interpretantis voluntatem, quàm nostris vtentibus legibus, quæ sibi expedire putabant. Nos igitur legis & testamenti interpretationē propasitā non sola sententia, sed lege cōplecti cognitionis decisionem putauimus oportere: vt tam præsentem quæstionem decernamus, quā reliquis auferamus

Legatum testatoris [...]mi.

[a] [...]traho. pro opin. [...]m. ꝙ in codicillo potest adimi testamento legatū relictū, licet nō sit testa. confirmatū: & pro hoc. ff. de ali. & ci leg. l. libe. sed Pla. & M. contra, nisi sint testamento confirmati: & pro se inducunt. ff. de testa. l. hæredes pa. lā. §. sed quia posset. Sed certe in institutione illa intelligimus, vt mutari nō possit nisi à capite omnia fiant.

† Expende verba hæc quod quādo fit in codicillis per hūc modum, si filius īpubes decesserit, aut post pubertatem sine liberis: hmōi substitutionem esse fideicōmissariā. Nam cum tractet materia fideicommissi ꝓinde intra pupillarem ætatem erit fideicōmissaria non directa. Et hoc ob id qđ fiat in codicillis, in quibus directo nō potest substitui. vnde ad fideicōmissū trahitur: vt l. Scęuol. ff. ad Treb. secus si in testamēto quoniam in pupill. ętate foret directa, post eam vero fideicommissaria, vt hic not Ang.

Voluis

† Vide oino versionē Haloan. nam hoc loco vetus interpres ad modū ineptus est, quēadmodū & per totam hanc constitutionem.

de huiusmodi contentiones, vnde subtilius testamentum considerantes, verbis ipsis inuenimus hæredibus demonstratis filiis alienationem interdictam, quando futuri essent sine filiis fungi vitã: non vlterius verò iis, qui solũ eis successerint filiis: sed sufficere defunctorum vsque ad † filium stare interdictionem. Si enim & ipsi filios reliquẽtes moriãtur, q͞d est relictũ, neque in longiori à filiorũ vita alienationis ꝓhibitionẽ voluisse [a] facere: codicillũ verò in proastio solo factũ prohibere: et iis, qui ex testamento Hierio gloriosæ memoriæ iuniore dicimus res suscipientibus proastiũ alienare. Etenim istis, qui remãserũt, velle defunctũ perpetuè in familia manere sua: ea quidẽ, quæ in quæstionẽ deducta sunt, talia considerantes oportet humilitatis cognitionem in aliis quidem rebus quæ Constantinus gloriosæ memoriæ Hierio seniori, de quibus ex testamento factus est dominus, nihil accipere: ex his existimauimus bene suggerere quæstionem: vacare verò in istis actione non Alexandrum solum virum gloriosum, sed etiam reliquam omnem familiam ex testamenti verbis vsque ad filios solũ stare prohibitionem, & ipsum Hierium gloriosæ memoriæ filium per quos ei facientes homines smariposeos Hierij iura, qui post eos familiæ substituentes partẽ alienauerunt, quæ apud eos tanquam in substitutione ex voluntate interdictorum vnius. in proastio verò neque si dominũ codicilli Hierium ostendant gloriosæ memorię: multũ nobis visum est plenum esse pietate quatuor postea generationes † huiusmodi in medium deduci quęstionem. Nunc igitur gloriosis fœminis Maria & Maria adhuc superstitibus, quas & ipsas in familia iacẽdo nostris legibus & huiusmodi verbis pro meritis non rectè, neque competenter Alexander gloriosus ad se venientẽ instituit litẽ: transeũdo verò & istorũ quatuor iam gñationes transisse videtur: nõ facere quidẽ antiquã taliter iudicis cognitionem tradi maximè constituens filia adhuc pupillaris, aliter ætatis functa vita: vt si etiam sine testamẽto ille esset in matrẽ eius puenire proastiũ: nõ ipsius nouellæ verò legi, vtpote factæ horũ cã, & nullis Hierij gloriosæ memoriæ hæredibus circa vo[...] tatẽ peccãtibus eius. Etenim testamentum Constantinus scribens substitutiones aliquas fecit filia defuncta impubere: attamen nil ex hoc introducitur magnum: & ipsius secundum hoc legis pupillæ matri substantiam præbente marito circa transitum eam. Sancimus igitur neque Alexãdrum virum groriosum, aut eius filios, neque successores relinquere Hierij gloriosę memorię seniores filios, neque alium quẽdam ex omnibus in eius constitutum familia, quæ contra Mariam & Mariã gloriosas fœminas occasione rerum apud eas cõstitutarum, aut cõtra alios agere, apud quos res cõstitutæ sunt: nunc autem in quibus futuro peruenerint tẽpore, in quibus Hierius gloriosæ memorię prohibens fecit alienationem, aut omnino quo memoriam prohibitione & familiæ nomen, & aliquod ius fabricare ex hoc: vt aliis Hierij gloriosæ memoriæ filiis ipsis alienantibus & conuenientibus, sicut & reliquorum alienationibus & primitus leuarẽtur, & ipsis successoribus, quæ possunt actiones competere de hoc & aliis, quod apprehendentes relinquimus intellectui ad huiusmodi nobis sufficientibus iudicium & legislationem: & hanc esse decisionẽ non præsentis cognitionis solùm, sed reliquarũ, in quibus prohibitiones factæ huiusmodi successionis tãtæ processerunt, & hæredum vltimis per medium aliquẽ pupillum successerit. Tunc enim tempus & exteris à familia primi prohibentis licentiam habebit ex præsenti nostra lege transmittere res. Communem enim hanc fecimus legem tam pręsentis cognitionis, quã post hanc euenientium taliter prohibitionẽ, tam euenientẽ nũc dirimẽtes comtẽptionẽ, quã eas, q̃ futuræ sunt, resecãtes.

TITVLVS IX.

VT NVLLI IVDICVM [a] LIceat habere loci seruatorem, nisi certis ex causis diuina concesserit iussio.

Nullus iudex põt in loco, cuius sibi gubernatio cõmissa est, cõmittere loci cõseruatorẽ, id est, vicariũ, nisi imperator tẽpore expeditiõis, vel necessitatis eis cõcesserit.

In nomine domini Iesu Christi Dei nostri Imperator Cæsar, Flauius, Iustinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, gloriosus victor, [illegible] nunquam [illegible] colendus A. Musanio præfecto vrbis.

Qvæcunq; [a] ad vtilitatẽ nostrorum subiectorũ [b], itẽtionẽ hñe semp[er] [d]:

---

[a] Voluisse. Nota prohibitionẽ alienationis vltra filiũ non extendi: nisi expresse dicatur. & facit. ff. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui.

[b] VT NVLli iudicum &c.

[a] Qvæcunque. sub iectorũ. [c] subau. pertinent.

[d] Semper subaudi cupientes. Acc.

Iudici

Alienationis prohibitio vltra filium non extenditur.

† Notabis ergo quod vbi prohibitio de nõ alienando facta est filiis, eam vltra filiũ nõ extendi ac ꝓinde nec ad nepotes, quod Iac. Beluis. sic explicat vt verũ sit quando filij prohibiti designati sunt ꝓprio nomine: vt hic, alias secus. At de hoc vide ꝑ Dy. in l. filiusfa. §. diui. de legat. j.

† In hoc vide Alexand. ab Imol. in l. qui romę. §. cohęredes. de verbo. obl. & in consil. lvj. incip. consideratis verbis testamẽti. & abunde in consil. xxiiij. ij. parte.

† Halos. Dũ sedulo circunspicimus, q̃ ad subditorũ nostrorũ vtilitatẽ pertinent.

inuenimus diuersas læsiones nostris subiectis inferri ab emissis vicariis in prouincia ab aliquibus ciuilibus & militaribus iudicibus [a], & de hoc dudum legem [b] scripsimus, particularem aliquam facientes rei emēdationem. perfectè iuuare nostros subiectos studentes, sancimus, nullam licentiam habere pro tempore præfectos tam Oriētis, quàm Illyrici prætoriorum, aut comitem largitionum, aut comitem priuatarum locorum seruatores destinare in prouincias, aut ipsos prouinciarum iudices facere, & proprij cinguli loci seruatores emittere.

Sed neque vicaneos iudices incredítis eis prouinciis loci seruatores emittere in qualibet ciuitate [c]. Solùm verò iubemus esse loci seruatores præfecturæ in Hosdruma † in Mesopotamia: & si necessitas vocauerit [d], in aliis locis tempore expeditionis pro nutrimento eis destinato: & hoc quidem per nostram iussionem. His insuper iubemus, vt neque magistri militum, neque duces in prouinciis, in quibus administrare iussi sunt, loci seruatores, aut biocolytas, aut latronum expulsores [e]. Si verò contigerit, necessitate faciente, siue magistros militum, siue duces destinare per nostrā iussionem in aliis locis: tunc fieri loci seruatores absentes, & hoc secundum nostram præceptionem. Nulli verò liceat ciuili aut militari iudici circumire prouinciam sine causa necessaria. Si verò aliqua necessitas vocauerit tale aliquid fieri: expensis propriis † hoc facere iubemus [f] tam iudices, quàm competens & obediens eis officium. Neque verò angariis, aut iis, quæ vocantur, epidemiticis [g], aut alio quolibet dispendio grauari nostros subiectos, neque consuetudines nominare, aut quærere, quas forsitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniustè adinuenerunt. Malè [h] enim † adinuenta, maleque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur: scientibus prædictis iudicibus ciuilibus & militaribus, quòd si aliquid præter hoc fiat: & qui facit, si loci seruator est, viginti librarum auri inferet pœnā, & cingulo spoliabitur: & qui fieri se acquieuit, cadens propria substantia, exilio subiicietur. Ad maiorem autem nostræ dispositionis cautelam, iubemus per loca episcopos, & prouinciarum rectores, & eos qui ciuitates habitant, nullum contra præsentem nostram dispositionem suscipere biocolytam †, aut latronum persecutores. omnino enim nullum iudicum ciuilium, aut militarium constitutum in prouincia, habere loci seruatorem concedimus. Præcipuè quidem iubemus, prouinciarum rectores sic rectè conuersari, aut res gubernare, vt non necessitas fiat de qualibet re debentem [i] quæri, aut gubernari [k], ad prouincias aliquem destinari. Si verò opus fuerit transmitti aliquos in prouincias occasione publicarum exactionum, aut quarumlibet emergentium querelarum: neque ordinem neque nomen habere loci seruatoris. Destinatus verò in prouinciam nullum subiectis inferat dispendium: creditum verò sibi opus adimpleat, iudice prouinciæ eum & eius officium adiuuante. Si verò contra ipsum iudicem fortè accusatum transmittatur: tunc iubemus & prouinciale officium obedire ei. Quemadmodum enim prohibemus loci seruatores fieri: ita omne periculum iubemus habere iudices prouinciarum, & eorum officium: vt solicitudinem faciant tam publicarum exactionum, quàm locorum quietem: & vt omnis iustitia & læsio suspendatur. In quibus verò prouinciis aut iudices, aut exactores sunt fiscalium, & opus habuerint aliquo adiutorio: iubemus iudices prouinciarum & officia eorum omne solatium & studiū eis conferre, vt sine impedimēto fiscalium exactio procedat. Et omnes, quæ motæ fuerint, siue ciuiles, siue criminales causæ, & competētes prouinciarū iudices ipsos iubemus inquirere, vt nulli ꝓprio periculo has discutiant, & legitimū finē eis imponant. Super hoc autē iubemus [l] pro-

---

[a] Iudicibus. repete inuenimus.

[b] Legem. vt. s. vt iudic. sine quoquo suffra. fiant. collat. ij. Accur.

[c] Ciuitate. sed idē ꝓhibet: vt s. de colla. §. ad hoc prohibemus. Accur.

[d] Vocauerit. aūs exegerit. i. fuerit necessitas nutrimenti. Accur.

[e] Expulsores. subaudi destinent. Accur.

[f] Hoc fieri iubemus: vt s. de mand. princi. §. illud. collatio. iij.

[g] Epidemiticis. genus est expēsæ. Accur.

[h] Male. No. malam cōsuetudinem non seruandam: vt hic, & C. de vsur. l. eos. in fine. & ff. de legi, & senatuscon. l. quod nō ratione. & C. quæ sit long. consue. l. ij. in fi. & in decre. dist. viij. c. iij. & dist. ix. c. j. & in noua constitutione Friderichi de statutis. §. j.

[i] Debentem. i. ad quærendum debentem aliquam rem.

[k] Aut gubernari. i. ad gubernandum quālibet rem. alias est in litera de qualibet re debentem: alias de qualibet re debente.

[l] Super hoc autē iubemus. flagitur ergo cautum esse: vbi nō est cautum, vt ff. de adopt. l. his verbis. & C. de rei vxo. act. in prin. & ff. si cui plusquam. per leg. Falci. l. j. in fi. j. respon.

Rerum

† Osdroēna.

† Sic episcopus tenetur mittere prædicatores per diœcesim suam suis expēsis: vt in c. inter cætera. cū glo. super ver. subministrent. extra, de offic. ordin.

† Cōcor. c. vl. extra de cōsuet. & c. cū ecclesia. de simo. cap. cum haberet. de eo qui du. in vxo. quā pollu. per adulte.

† Biocolyta hic dicitur violentiis cohibendis præfectus, sicuti & Irenarcha pacis conciliator à Βιάζω aufero, violo, à quo Βίαιος, violentus raptor ac vehemens & Κωλύω Prohibeo veto vnde & Κωλυτής prohibitor.

uinciarum iudices mox, qui futuri sunt cingula suscipere, siue præsentes, siue absentes sint, cautelam impendere tam præfecturæ, quàm nostris largitionibus & comiti priuatarum pro inferendis pecuniis vnicuique prædictarum dignitatum: cùm etsi non caueant, tanquam facientes cautelam, ita iubemus eos & eorum officia subiacere prædictis dignitatibus. In illis verò ciuitatibus & prouinciis nolumus iudices periclitari pro fiscalibus, & exigi, in quibus neque scriniarij, neque iudices, neque alij quidam proprio periculo exactionem faciant.

Nullus occasione lucrorum iniquitates & iniustitias facere debet. Item iudices ordinarij ac etiã delegati: etiam si sint delegati à principe, appellationes suscipere debent, quibus pendentibus nihil innouari debet. Barto.

Et hoc peruenit ad nos, quod quidam prouinciarum iudices ita iniquè agunt occasione lucrorum, vt neque testamenta concedant facere, neque facta insinuare, neque nuptias aliquas facere, aut super nuptialibus donationibus monumenta componere, neque defunctorum corpora sepulturæ tradi: neque rerum descriptionem [a] concedunt fieri, aut aliud quid huiusmodi agi aut ex gestis, aut ex testimoniis. Propterea interdicimus omnibus iudicibus tam ciuilibus, quàm militaribus & eorum officiis, aut alij cuilibet aliquid præsumere. Si verò quidam huiusmodi odibilem rem in quolibet loco nostræ reipublicæ præsumpserit agere, aut ministrare ei, qui hoc præsumpserit facere: iubemus huiusmodi extra cingulum factos in exilium destinari: & de substantia eorum eueniens dispendium, læsis in duplũ restitui [b]: nõ sublato ab eis, neque alio quidem ex legibus adiutorio. Omnem verò damus licentiam locorum sanctißimis episcopis & primatibus ciuitatum huiusmodi præsumptiones prohibere, & studere, vt hęc omnia sine impedimento & sine dispendio secundum legum virtutem procedant, & de his nobis nunciare. Illas verò, quæ secundum leges offeruntur appellationes suscipere volumus omnino iudices [c], & eos, qui secundum nostram iussionẽ specialiter (quia [d] & à diuinis licet appellare iudicibus) audiunt, siue maiores siue minores sint: & edere gesta sine aliqua dilatiõe [e] litigãtibus, vt quæstio legitima de his procedat. Super hoc iubemus appellatione porrecta secundum leges, neque exactionem fieri [f], neque possessiones rerum transferri vsque ad definitum super ea iudicium.

Iudices debent secundum leges delinquentes punire, non alios pro alijs comprehendere, nec damna inferre: nec pignorationes, nec repræsalias facere, nec delicta vendere, pœna contrà facientibus imminente. Bartol.

Quoniam verò † contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in prouinciis committi: iubemus prouinciarum iudices omnia secundum leges vindicare: & peccantes tenere, & non alios [g] † pro aliis, aut ex quibus nati sunt vicis [h], qui crimina præsumpserunt, alium pro alio comprehendere [i], aut damnum eorum inferre vicis: sed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprij lucri causa inferre, aut delinquentium res, proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœnas sustinere volumus: damna vero subiectis nostris, aut lucrum ex hoc iudicibus, aut eorum hominibus [k] siue officialibus fieri nullatenus concedimus, vt ne propter rerum desiderium inueniantur iniustè aliquos castigantes, aut peccantes vendere. Si enim præter hæc fiat: ipse prouinciæ iudex omne ex hoc accidens damnum læsis medebitur: & suppliciis subiectis, exilio tradetur & consiliarius eius simile sustinebit supplicium, si factis à iudice contraria legibus in scriptis consentiat. Officium verò eius & alij, qui circa hoc propter lucrum proprium ei obsecundant, non solum damna læsis cõpellẽtur restituere: sed culpabiliores eorum legalibus suppliciis subiecti, exilio tradẽtur

a Rerum descriptionẽ. puta inuentarium.

b Restitui. no. ĩ duplũ teneri illũ, q impediuit aliquid mihi relinqui. olim pcipiebat, quod testator volebat cætera fisco dabãtur: vt ff. ad Trebel. l. iij. §. fina. & dixi. s̃. vt cum de appella. cogn. §. si cõuictus. colla. viij.

c Iudices. si est recipiẽda appellatio: iudex eam recipere * debet: alias punitur: vt hic, & s̃. de iud. §. nostros. & C. de appella. l. quoniam. etiã si à principe sit delegatus: & tũc ad principẽ appellatur: vt hic & C. quorum appel. non re. per totum. Item si non est recipienda, non debet recipere: vt qa perfectus licentiam dedit: vt s̃. vt spon. larg. §. aliud. hac colla.

* Habes egregiam literam supra de iu. §. nostros. coll. vj. cũ glo. ibidẽ. Et adde etiã quod apostolos quoque vel non petẽte parte dare tenetur vt l. eos. §. apostolos C. de app. Cuius autem impẽsis dentur no. glo. in c. ij. de appel. in cle.

d Quia interpositio est. Accur.

e Dilatione. C. de appell. l. iudicibus. contra ibi dicitur quod intra xxx. dies debet edere, hic sine dilatione: vnde hãc secundum illam: & dic sine dilatione. s. maiore.

f Exactionem fieri. nam nihil est innouandum ap. pẽ. vt C. de ap. l. iij. & ff. de inno. p totũ.

g Et non alios. vt C. de pœnis. l. sancimus. & ff. de pœn. l. crimen.

h Vicis. Not. contra potestatem, qui punit cõtratã pro aliquo delinquente. Accur.

i Comprehendere. vt s̃. vt non fiant pigno. §. j.

k Hominibus. vt s̃. de manda. princ. §. oportet. colla. iij. plene dices infra, eodem. §. finali. Accursius.

† Iste §. est elegãtissimus & plenus philosophiæ.

† Cõcor. l. sancim⁹. C. de pœnis. & ca. quæ sunt. extra, de his quę fi. à ma. parte ca. & in glos pe. in capi. sicut tuis. cum glo. super ver. deprehẽsum. extra, de simo.

Definita

Criminosus edictis legitimis est vocandus: & eo latitante iudex legitimè procedere debet, eo verò in alia prouincia degēte capiendus est, & ad locum delicti transmittendus, vt ibi supliciū patiatur, pœna contra facientibus imminente. Bar.

Si verò † quis comprehensorum criminum latuerit, aut reliquerit prouinciam illam, in qua crimina deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice euocari eum: & si non obediat, illa in eum procedere, quæ nosttis legibus definita [a] sunt. Si verò cognoscatur, quòd in alia prouincia degit, iubemus prouinciæ illius, iudicem, in qua peccari quis huiusmodi contigerit, epistola publica vti [b] ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens persona degit: ille verò qui publicas susceperit literas, & periculo suo & officij sui cōprehendere [c] huiusmodi, & ad iudicem prouinciæ transmittere, in qua peccauit, supliciis legitimis subiiciendum. Si verò qui publicam epistolam susceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres auri libras, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si verò iudex aut aliquis officij eius ꝓpter lucrum huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens conuincatur: spoliatur cingulo, exilio tradatur.

Iudex alterius iudicis successor, iussionem prædecessori suo factam adimplere debet, nisi sit cōtra ius vel publicam vtilitatem: quia tunc etiam secunda iussio expectatur. Bar.

Et hoc verò † iubemus obseruari ab omni administratore, vt si contigerit in scriptis nostram iussionem fieri ad aliquem iudicem, & interea iste quiescat [d] ab administratione: is, qui post illum susceperit dignitatem, accipiat [e] eam, & insinuet [f], & si quidem priuata est causa: & implere eam, & assequi, quemadmodum ad eum promeruit rescriptum [g]. Si verò huiusmodi in scriptis iussio [h] publicum respicit: inquirat eā: & si quidem non lædatur fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat. Si verò ad læsionem est fisci: nihil super ea omnino agi nunciare verò nobis primùm, vt secunda † nostra fiat de hoc iussio. Si verò & præcepta cuiuslibet iudicis sint, & priusquam insinuentur hæc, aut præcipientem [i], aut ad quem præcepta facta sunt, contigerit remoueri de cingulo: sic qui factus fuerit iudex, hæc suscipiat & exigat, si legitime facta sunt: si verò contra legem aut cōtra publicum facta sunt hæc pro non scriptis esse iubemus.

Creditor, qui filios debitoris præsumpserit pro debito retinere à debito cadit: & tantundem dabit eis, aut parentibus eorum: & corporalibus pœnis afficietur. Bartolus.

Quia verò † & huiusmodi iniquitatem in diuersis locis nostræ reipublicę cognouimus admitti, quia creditores filios debitorum præsumunt retinere aut in pignus, aut in seruile ministerium, aut in conductionem: hoc modis omnibus prohibemus [k]: & iubemus, vt si quis huiusmodi aliquid

[a] Definita. vt requiratur, & bona eius annotentur: vt ff. de requi. re. l. ij.

[b] Vti. Not. epistolā mitti: vt hic, & s̄. de quæstion. §. damus. coll. vj. sic & cum quæritur fugitiuus: vt ff. de fugit. l. j. §. j.

[c] Comprehendere. sic ergo inuitus ad locum vbi deliquit, trahitur. sed videtur, quod ita demum ibi conueniatur vel accusetur, si ibi inueniatur: vt ff. de iudi. l. hæres absens. in prin. quæ est contra. Sol. speciale est in delictis secundū Io. vt hic, & C. vbi de cri. agi oportet. l. vlti. & s̄. vt iudic. sine quo. suffr. §. necessitatē. & idem vbicunque certæ personæ cognitio mandatur, vt præsidi: vt C. ne li. potē. l. j. & C. vbi quis decuria. vel cohor. l. vlt. sed in cōtractibus si ibi nō inuenit: bona quæ ibi habet, possidentur: non tamen inuitus reducitur, si alibi versetur, nisi habeat forum vel domicilium, vel si aliter latitat: tunc enim pōt idē quod in criminalibus dici. Azo. Vel si velis dicas vt super contraria. l. diximus.

[d] Quiescat. vel qa finitum est eius officium vel recessit.

[e] Accipiat. iussionem nostram. Al.

[f] Insinuet. i. deducat eā ī publica acta

[g] Rescriptum. sed quomodo hoc hic est, & infra. proxi. cognoscit successor cum morte mandatarij iurisdictio expiret: vt & alias mādatum: vt ff. de iurisd. om. iud. l. & qa §. ideoque ? Respō. hic non personæ, sed officio fuit facta commissio vel delegatio.

[h] Iussio. nō enim facilè contra publicam vtilitatem cōcedēdum est rescriptum: vt ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. si quis à principe et C. si contra ius vel vti. pu. l. fi. & de p̄. ci. imper. offe. l. nec dānosa. ideoque secunda iussio exigitur: vt hic & s̄. de mand. prin. §. deinde. quia melius deliberatur, quā si fit vna tantum: arg. s̄. vt cum de appella. cog. §. sed hoc præsenti. col. viij.

[i] Aut præcipientem. hic videtur negari non posse iurisdictionem finiri, quādo mortuus est delegās, vt hic fuit: vt ff. de iurisdi. om. iu. l. & quia. §. ideoque. nā si etiam in dignitate vel in officio pręcepit, non durat vltra tp̄s suę administratiōis: vt ff. de pœ. l. fi. Rñ. potest dici, quod hic ceperat delegatus: & hoc innuit cū dicit, factus fuerit iudex. Vel dic quod successor confirmauit: vt ar. ff. de iu. l. venditor. §. fin. & §. iudices. Vel hic nō fuit delegatio, sed iussio quædam. Itē quod subiicit, pro nō scripto esse. s. ꝙ iussit princeps. vel p̄cepit iudex, quo sententiā sui prędecessoris infirmat: vt ff. de re iud. l. Paulus respondit. & C. sen. rescin. non pos. l. j. Rñ. authoritate legis hoc fit. Vel verius nō rescidit: sed rescissum declarat: nā ipso iure nō valet qđ ī p̄iudiciū publicæ vtilitatis factū est: vt C. si cōtra ius vel vti. pu. l. fin.

[k] Prohibemus. No. nō valere contractū super libero hoīe licet filio debitoris: vt. C. de acti. & ob. l. ob æs. etiā pte volūtevī pignorāte, vt. ff. q̄ res pig. ob. pos. l. fi. & q̄ res pig. obli. l. q filios. nisi ī casu quo et vī dere ꝑmittit: vt. C. de pa

† Facit ad hūc §. c. vl. in gl. fin. in fin. extra, de fo. comp. vbi dicitur, quod si crimen est graue: remittitur criminosus puniēdus ad iudicem vbi deliquit. Conuenitur quis etiam inuitus vbi deliquit.

† Cōcor. cum hoc tex. c. qm̄ abbas. cū glo. j. post princ. extra, de off. dele.

† Cōcor. c. pastoralis. cū gl. j. post prin. extra, de fide instr.

† Deut. teri. [illegible] ius. j. [illegible] in c. ex [illegible] scripto [illegible] suis gl. [illegible] tra, de [illegible] reiur [illegible]

de patribus qui filios distraxerunt. l. secunda.

a Parentibus. in quorum potestate est ägẽtibus eis nomine. Azo. sed videtur in quadruplum: vt s̃. vt non fi. pign. §. j. sed ibi in alio casu dicit. Azo.

b Crediti. crediti nomen generale est: vt ff. si certum petatur. l. j.

c Multoties. imo si consensit multoties, debet sic teneri vt s̃. vt immod. ante nup. do. §. j. contra. Solu. hæc illã corrigit secundum Pla. & C. ad Vellei. l. antiquæ. & l. si mulier. Sed Ro. & alij dicunt hanc loqui, quando pro marito intercessit: quia quanto citius pro eo intercedit, tanto facilius ei succurritur: ne mutuo, &c. ff. de donationibus inter virum & vxorem, lege secunda.

† Haloã. §. desumpta est auth̃. si qua mulier. C. ad senatusc. Velleianum.

d Expensæ. vt de creditore ecclesiæ. s̃. de alie. & emphy. §. si vero. aut episcopo. & excipe similiter si ipsa circumuenit creditorem: vt C. de distr. pig. l. si inter. Item excipe alios casus, quos dixi. ff. ad Velleianum. l. j. in principio.

e De qualibet. i. pro qualibet.

f Suum. vt C. de procurato. l. ij. & l. maritus.

g Iudicij. forte etiam hoc iurat, quod fideiussorem dare non poterat: vt s̃. de litig. §. ad excludendum. coll. viij. & not. quod fauetur mulieri. vt hic, & C. de offi. diuer. iu. l. j. secus in mare. C. de custodia reorum. l. ij. & iij. Accursius.

Mulieres fauorabiles sunt.

h Aut asceteriis. vt j. de sanctissimis episcopis. §. si quando.

i Constantinus.

deliquerit: non solùm debito cadat, sed tantam aliam quantitatem adiiciat, dandam ei, qui retentus est ab eo, aut parentibus a eius, & post hoc etiam corporalibus pœnis ipsum subdi à loci iudice: quia personam liberam pro debito præsumpserit retinere, aut locare, aut pignorare.

Si vxor crediti instrumento consentiat proprio viro in damnum suum, vel suam substantiam, aut seipsam pro eo obligat: ipso iure non tenetur, nisi manifestè appareat pecuniã in ipsius vtilitatem fore conuersam. Bar.

† Et illud verò præuidimus pro subiectorum vtilitate corrigere: vt si qua mulier crediti b instrumento cõsentiat proprio viro, aut scribat & propriam substantiã aut seipsam obligatam faciat: iubemus, nullatenus huiusmodi valere, aut tenere: siue semel, siue multoties c huiusmodi aliquid pro eadem re fiat: siue priuatum, siue publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque scriptum esset: nisi manifestè probetur, quia pecuniæ in propriã ipsius mulieris vtilitatem expensæ d sunt.

Mulier in causis ciuilibus non debet in carcere includi: in criminalibus verò committenda est fideiussoriæ aut iuratoriæ cautioni, vel debet tradi mulieribus custodienda. Bart.

Necessarium verò credimus & illud competenti adiutorio emendare, vt nulla mulier de qualibet e re includatur, aut custodiatur: sed si quidem pro fiscalibus debitis aut priuatis pulsetur, secundum legem mulier, aut per virum suum f, aut per se, aut per quã voluerit personam legitimè respondeat, & transigat rem. Si verò vidua sit, aut non à principio viro cõiuncta: liceat similiter mulieri aut per se, aut per quos voluerit, propria iura proponere secundum legem. Eum verò, qui præter hæc præsumpserit agere, aliquid prædictorum iubemus, si quidem maiores iudices sint: viginti auri librarum: si verò minores sint: decem librarum auri pœnę subiacere: obedientes autẽ eis in prædictis causis, spoliatos cingulo, pœnis subiici, & in exilium destinari.

Si verò mulier post legitimam admonitionem noluerit instituere aliquem, qui pro ea respondeat, aut litigans addicta sit, nec includi, aut custodiri eam: sed legitima iura in competentibus ei rebus procedere.

Si verò † crimen sit, quòd infertur mulieri, in quo necessarium est ipsam custodiri: si quidem fideiussorem personæ præstare potest: ipsi credatur. Si verò iurauerit non posse se dare fideiussorem: iuratoriam cautionem faciat de obseruatione iudicij g. Si verò grauissimum inueniatur crimen, in quo accusatur: in monasterium, aut in asceterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas potest publicè & liberè custodiri, donec causa eius manifestetur: tunc autem illa procedant in eam, quæ legibus definita sunt.

Nullam enim mulierem pro pecunia fiscali siue priuata causa, aut pro criminali quolibet modo, aut in carcerem mitti concedimus, aut à viris custodiri: vt non per huiusmodi occasiones inueniantur circa castitatem iniuriatæ. Monasteriam quidem, aut asceteriam per nullam actionem trahi concedimus de propriis monasteriis aut asceteriis h.

In crimine adulterij pœna legitima masculus puniendus est: mulier verò in monasterium mittatur. Bartolus.

Si quando verò adulterij crimen probetur: iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Constantinus i diuæ memoriæ disposuit: & illis similibus subiicendis pœnis, qui medij ministri huiusmodi impio crimini facti k sunt. De substantia verò adulteri, si habeat vxorem, dotem & propter nuptias donationem ei saluari: aut partem à nostra lege l datam, si dotalia

C. de adult. l. quãuis. Accur.

k Facti. vt infra, de rapto. virgi. in principio.

l Lege. vt s̃. vt liceat

† Casus huius tex. ponitur in glo. super verbo, potest. in ca. vestras. extra, de don. inter vi. & vxorem.

instrumenta non subsecuta sunt, residuam verò eius substantiam, si quidem sunt ascendentes, aut descendentes vsque ad tertium gradum, accipiant hi secundum ordines & gradus. Si verò † non sunt huiusmodi:aliqui fisco applicari hęc iubemus.

Adulteram verò mulierem competentibus vulneribus subactam, in monasterium mitti [a]. & siquidem intra biennium recipere eam vir suus voluerit: potestatem ei damus hoc facere, & copulari, ei nullum periculum ex hoc metuens [b]: nullatenus propter ea quæ in medio tempore facta sunt, nuptias lædi. Si verò prædictum tempus transierit aut vir prius, quàm recipiat mulierem, moriatur: tondi eam, & monachicum habitum [c] accipere, & habitare in ipso monasterio, in omni propriæ vitæ tempore: & si quidem habeat descendentes, duas partes [d] accipere eos substantiæ, secundum legum ordinē diuisas: reliquam verò tertiam partem monasterio in quod mittitur, dari.

Si verò descendentes non fuerint, sed ascendentes inueniantur, non consentientes huiusmodi iniquitati: quatuor vncias [e] eos secundum leges diuisas accipere: octo verò vncias dari monasterio, in quo includitur huiusmodi mulier. Si verò neque descendentes, neque ascendentes habeat, aut ascendentes consenserint huiusmodi iniquitati: omnem eius substantiam accipere monasterium, illi conseruandam: vt per omnes casus viro pacta dotalibus illata instrumentis seruentur [f].

Matrimonio sine causa diuortio, aut consensu soluto, delinquentes in monasterium mittendi sunt: pœna legitima eis imminente, aut etiam eorum ministris: reconciliato autem matrimonio consensu vtriusque, priusquam in monasterium mittantur, pœna remittitur: sed altero recusante, ille solus pœna legitima punitur. Bar.

Quia verò aliqui nostram legem transcendere student, in qua euidenter causas numerauimus ex quibus solùm repudia possunt transmitti aut à viro, aut à muliere: iubemus præter illas causas nullo modo repudia fieri, aut per consensum nuptias solui, & concedere inuicem delictis [g].

Si verò præter [h] à nobis definitas causas præsumpserint aliqui soluere matrimonium: iubemus, siquidem descendentes habuerint, siue ex ipso, siue ex alio matrimonio: substantiam eorum illis dari secundum legum ordinem, & tam virum, quàm mulierem in monasteriū mitti in omnibus vitæ suæ temporibus, & de singulorū facultatibus quaternas vncias monasteriis, in quibus mittuntur, separari: viro nihilominus neque vsum habente datæ partis filiis: † quoniā pater rerum filiį in potestate positi non habet vsumfructum [i].

Si verò descendentes non habeant, sed ascendentes inueniantur: tertiam partem substantiæ accipere eos, si non iniquitati solutionis matrimonij consenserint: duas verò partes monasteriis, in quibus vnusquisque mittitur,

† Cōcor. hic tex. c. tuæ fraternitatis. in glo. ij. extra de procur. & capi. gaudemus. de cōuer. cōiu. quod c. est extractum ex hoc §. vt dicit gl. super verbo, claustris.

Monachum non facit habitus.

† Hac de viro nimirum nec vsum quidem fructū habet in ea parte quæ datur liberis.

Consen

ceat matri & auiæ. §. quia vero legem dudum. & C. de re. l. vlt.

[a] In monasteriū mitti. sed videtur alteri corpori ad puniendum nō dari: vt C. de pœn. l. ne quis. quæ est cōtra. Sol. hic speciale & illa corporibus, non causa religionis facta intelligitur.

[b] Metuens. hic corrigūtur omnia iura in quibus cauetur, vt maritus in adulterio deprehensam non detineat: vt ff. de minori l. auxilium. §. in delictis. neq; dicat aliquis, q̄ hic loquitur, qñ ignorabat maritus: nā eo casu etiam iure veteri poterat retinere eam, cū suam sententiā poterat obūbrare: vt ff. de adulteriis. l. maritus. Accursius.

[c] Habitum. non tamē est monacha, secundum Io. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locū non habent, nisi ea mortua: vt j. eo. in fin. huius. §. si autē esset monacha, contrarium esset: quia pro mortua habetur: vt & C. de episcopis & clericis. l. fin. §. j.

[d] Duas partes. imo videtur, quod tantum legitimam habeant filij: vt j. de sanct. episco. §. si qua mulier. quæ est cōtra. Sol. hæc per illā corrigitur: vel hic, quando inuita ingreditur, plus habent filij: ibi quando volēs minus habēt. s. tertiam & ecclesia duas partes. & eodem modo opponitur j. §. proxi. & eodē modo soluitur.

[e] Vncias. sed cū filij loco monasterij habētur: vt j. de sanct. epis. §. sed hoc præsenti. quare nō est prima causa filiorum: vt s. de hęred. ab intest. §. j. Rñd. hic loquitur, quando inuita intrauit. si autē volēs monasterium præferē ascendētibus. vt ibi. Vel dic, q̄ tēpore huius legis non p̄sumebat ecclesia p̄filio: vnde potior erat causa parētum: vt hic: sed hodie sic per l. contrariā. vnde secundum hoc, hæc corrigitur, & parentes nihil habebūt. Vel verius hic nō se monachauit, sed tantū totondit.

[f] Seruētur. patet ergo, q̄ prius non fuit facta monacha licet fuerit tonsa. sed nonne probato adulterio maritus etiam sine pacto dotē lucratur: vt C. de rep. l. consensu. & s. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero plurimas? Respon. illud corrigi secundum quosdā. Vel dic, q̄ cum est ciuiliter conficta, maritus dotem lucratur. sed cū accusata & dānata criminaliter, substantia diuidit: vt hic. Vel hoc cū extraneus accusat, illud cum maritus.

[g] Delictis. id est, delictum.

[h] Pręter. hæc verba cancellata sunt in quibusdā libris: & dicunt eam esse notam. sed contra eos est argumen. supra, vt liceat matri & auiæ. §. quia vero quædam. colla. viij.

[i] Vsumfructum. & sic est iste vnus de casibus specialibus, quibus vsusfru. patri non quæritur: vt dixi. supra vt liceat mat. & auiæ. §. primo. in fine.

separari. Si verò neque descendentes, neq; ascendentes inueniãtur, & ascẽdentes consenserint [a] facto, iubemus omnem substantiam monasteriis, in quibus missi sunt, dari: vt non propter hunc contemptum, & Dei iudiciũ contemnatur, & nostra lex transgrediatur. Sed & ministros talis solutionis nuptiarum, aut qui huiusmodi incerta instrumenta composuerint, corporalibus pœnis subiici iubemus, & in exilium destinari. Si vero ij qui matrimonium soluere præsumpserunt, voluerint iterũ sibi coniungi, priusquã mittãtur in monasterium: licentiam eis damus hoc facere: & prædictas pœnas concedimus [b] eis, & proprias habere substantias, & ita adinuicem viuere, tãquam si nihil delictum fuisset. Vno verò volente matrimonium reuocare, si non consentiat alia persona: contra eum, qui noluerit, teneant pœnæ. Hæc verò omnia seruari iubemus, tam in regia hac ciuitate, quàm in prouinciis: tam à comite priuatarũ, quàm à palatinorum schola, & prouinciarũ iudicibus, & officiis eorum: sciẽtibus quòd si neglexerint huiusmodi alicuius delicti, & non omnia hæc custodierint, & exiliũ & proscriptionem bonorum sustinebunt. Hæc verò iubemus seruare locorum sanctissimos episcopos: vt prouidentia eorũ traditæ personæ in monasteriis mittantur: & de rebus earum, quod à nobis definitum est, monasteriis vendicetur.

Accusatus de adulterio, & absolutus: si postea cum eadem muliere turpiter conuersari inueniatur, vel inter eos matrimonium esse secutum, matrimonium non valet, pœna ei mulieri imminente, nulla alia probatione exquisita. Barto.

Si quis verò accusatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legibus pœnas effugerit, & post hoc inueniatur cum muliere, de qua accusatus est, turpiter cõuersatus [c], aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuẽte marito, aut post eius mortem: neq; matrimonium valere iubemus, sed eum, qui hoc delinquere præsumpserit, & si prius profugerit, attamẽ licentiã damus omni iudici & comprehẽdere eum, & post tormenta vltimis suppliciis subiicere: nulla alia excusatione aut probatione faciẽda: & mulierem castigatã, & detrusam monasterio immitti iubemus: & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriusque verò substantiam secundum prædictum ordinem diuidi periculo (sicut prædiximus) tam comitis priuatarum, quàm iudicis loci.

Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo, præterquam in crimine læsæ maiestatis. Barto.

Quia verò nos oportet humani generis infirmitatẽ protegere: corporales pœnas secundũ aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras manus aut pedes abscindi, aut huiusmodi quędã inferri supplicia, per quæ articuli dissoluũtur [d]: quia membrorũ dissolutio grauior est vtriusque manus abscisione. Propter quod iubemus, si quidẽ tale aliquid delinquatur, vnde leges mortẽ delinquẽtibus inferunt: secundũ legũ virtutẽ sustinere eũ pœnas. si verò tale fuerit crimẽ, qđ morte dignum nõ sit, aut castigetur, aut in exiliũ transmittatur [e]. Si verò criminis qualitas mẽbri abscisionẽ exigat [f] fieri: vnã solã manuũ abscindi. Pro furto aũt [g] nolumus omnino quodlibet mẽbrũ abscindi, aut mori: sed aliter eũ castigari. Fures aũt vocamus qui occultè, & sine armis huiusmodi delĩquũt eos verò, qui violẽter aggrediuntur, [1] aut cũ armis, aut sine armis, in domibus, aut itineribus, aut in mari pœnis eos legalibus subdi iubemus. Vt autẽ [i] non solùm corporales pœnæ, sed etiã pecuniariæ mediocres fiãt: sancimus eos, qui in criminibus accusantur, in quibus leges mortem aut proscriptionẽ [h] definiunt: si cõuincãtur, aut cõdẽnentur: eorũ substãtias non fieri lucrũ iudicibus, aut eorũ officiis, sed neque secundum veteres leges fisco eas applicari: sed siquidẽ habeant descendentes & ascendẽtes vsque ad tertium gradum, eos habere. Si verò mulieres [i] habeant, qui condemnati sunt: omnibus modis iubemus istas & dotem, & antenuptialem donationem accipere. Si verò sine dote talibus personis coniunctæ fuerint: à legibus

[a] Consenserint. idem in collateralibus cõsentiẽtibus: vt. C. de incest. & inuti. nup. l. si quis incestas. §. testandi. Accur.

[b] Concedimus. id est remittimus. Accur.

[c] Tupiter cõuersatur. C. de adulte. l. si quis. & s. vt lice. matri & auiæ. §. is quoque. Accur.

[d] Articuli dissoluuntur. vt quia tandiu trahebat ei brachium, donec auellebat ab armo. similis prouidentia habetur. C. de pœ. l. si quis in metallum.

[e] Transmittatur. repete secundũ virtutem &c.

[f] Abscisionem. exigat. quod sit quãque: vt s. de mã. pri. §. coges. colla. iij. & C. de fug. l. ij. Sed quã? Respõ. in qua minus potest. ar. C. de pœ. l. penul. Alij contra.

[g] Pro furto aũt. suspendũtur enim: vt ff. de pœ. l. capitaliũ. §. famosos [1].

[h] Proscriptionẽ. alias, deportationem.

[i] Mulieres. s. vxores.

Filios.

[1] vt scilicet terreãtur tali aspectu: vt dicit ibi textus, & in c. clericus. extra, de coha. cle. & mulie.

[1] Ex hoc §. sumpta est authẽt. quę est super l. fi. C. de bo. dã. de qua authen. facit mentionẽ ca. ex literis. in glo. super verbo, maleficiũ extra, de pigno. vbi dicitur, quod ppter maleficiũ viri mulier nõ punitur vt hic in ver. si vero.

[a] Filios. quod dic vt s. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò legẽ dudum. colla. viij.

[b] Tunc fisco. s. de incest. nupt. §. j. contra. Solu. quidã dicunt istam corrigere. Alij dicunt ibi speciale, vt esset in crimine læsæ maiestatis: vt j. eo. in fi. Alij dicunt nõ esse contrariã. ibi enim confiscatio fit bonorum eo viuente & in ciuitate permanente, qui deliquit. vnde cum ciuis remaneat, pœnã sentit amissiõis bonorũ, vbi verò de capitali crimine damnatur: qa ei nulla est pœna cõfiscatio bonorũ, vt pote cũ bonis à modo non vteret, meritò cessat confiscatio. nõ enim res deliquit, sed persona: vnde personã tantũ puniri debet: per cõfiscationẽ verò nõ puniretur: vt s. de man. princ. §. oportet.

[c] Leges. quę sunt C. ad leg. Iul. maie. l. fi. §. pe. & l. quisquis. Accur.

[d] VT DIFferentes iud. &c.

Prima pars expeditur. j. eo. vsque ad §. si verò contigerit. secunda & vt quando &c. expeditur postea vsque in finem.

[a] EX quo prouinciæ. hæc eadem dicũtur, supra de man. princ. §. si tibi quoque tertium. colla. viij.

[f] Si verò contigerit quendam. nunquid tam in actore, quàm in reo hic loquitur? Respon. vt dixi. s. de execu. & his, qui con. & re. §. fina.

[g] Iudicem. i. præsidem.

[h] Conuentum. quid dicemus, si lex illa non corrigitur, quę est. ff. de arbitr. l. sed si in seruum. §. si quis iudex. nunquid totus mundus errat. nam omnes videmus partes cogi, vt in se compromittant. nam & arbitrium in se supplices libenter suscipiunt, dico autem non suscipiunt, vt sint arbitri, sed arbitrantes. & plus dico nõ arbitrium esse, non sententiã. sed transact. sicut et venditio quę ita fit quanti Titius arbitratus fuerit: vt C. de contrahen. emp. l. vlti. & institutio. de emptio. & vẽd. §. pretium autem. quod ex eo potest apparere, quod nõ totum id, quod debetur, faciunt præstari: & interdum reum aduersus quẽ nihil probatum est aliquid præstari iubeant

definitam partem de tota substantia condemnati eas accipere, siue filios [a] habeant, siue non. Si verò neminem prędictorum habeat, qui deliquit: tunc fisco [b] sociari eius substantiam. In maiestatis verò crimine condemnatis, veteres leges [c] seruari iubemus.

TITVLVS X.

VT DIFFERENTES iudices [d] audire interpellantium allegationes, cogãtur ab episcopis hoc agere: & vt quando in suspicionem habuerint iudicem, pariter audiat causam ciuitatis episcopus: & de cautela quam omnino oportet episcopum agere.

Episcopi debẽt iudices ad iustitiã faciendam cõpellere, aut per se, aut per literas ad principem directas: & iudice existente suspecto adiungi sibi debet episcopus: litigator autem principem adiens prius quam adeat iudicem, vel episcopum, est puniendus. Bart.

Imperatoris Iustiniani A. edictum.

EX quo nos Deus Romanorum præposuit imperio, omne habemus studium vniuersa agere ad vtilitatem subiectorum commissæ nobis à Deo reipublicæ, & illa facere, quæ omni difficultate & læsione atque contritione priuent: ne occasione litium & aliorum quorundam discedere cogantur à propria patria, & in peregrinis affligi. Propterea igitur, & in præsenti prospeximus præsens edictum ad omnes dirigere subiectos, & palàm facere omnium ciuitatum & vicorum habitatoribus: quatenus si quis habuerit contentionem aduersus alium, siue de pecuniaria causa, siue de sublatione rerum mobilium & immobilium, seseque mouentium, siue de criminalibus: prius interpellet clarissimum prouinciæ [e] iudicem: vt & ipse secundum nostras leges examinet ea, quæ proponuntur, & vnicuique iustitiam seruet. Si verò dum aliquis adierit iudicem prouinciæ, non meruerit iustitiam: tunc iubemus eum adire suum sanctissimum episcopum: & ipsum mittere ad clarissimum prouinciæ iudicem, aut per se venire ad eum, & præparare eum, vt omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni iustitia secundum nostras leges, vt non cogatur peregrè de sua patria proficisci. Si verò etiam sanctissimo Archiepiscopo compellentem iudicem cum iustitia determinare interpellantium causas, iudex differat discernere negotium, & non seruet litigantibus iustitiam: iubemus sanctissimum ciuitatis illius episcopum dare ad nos literas ei, qui non meruerit, quod iustum est: insinuantes, quia coactus ab eo iudex distulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo conuentus est, vt hoc cognoscentes nos supplicia inferamus iudici prouinciæ, qui interpellatus ab eo, qui iniustitiam passus est, coactus à sanctissimo archiepiscopo, non iudicauerit, quæ in dubitationem venerunt.

Arbiter & arbitrator differunt.

Si verò contigerit quendam [f] nostorum subiectorum in dubitationem habere iudicem [g]: iubemus sanctissimum Archiepiscopum audire cum clarissimo iudice, vt ambo per amicabilem conuentum [h] dissoluant, quæ dubia sunt: vt aut per annotationem scriptis factam, aut cognitionali-

ter [a] iudicetur inter litigantes: & forma detur iustitiæ legibusque conueniens: vt non cogantur nostri subiecti propter huiusmodi causas recedere à propria patria. Si quis verò existimans habere se aduersus aliquem quanlibet actionem, neque clarissimum prouinciæ iudicem interpellet, neque sanctissimum ciuitatis episcopum adeat, & ita veniat huc absque literis Deo amabilis episcopi ciuitatis: sciat, quoniam & ipse tales substinebit pœnas, quales futurus esset sustinere iudex, si interpellatus ab eo non studuisset [b] ei seruare iustitiam.

Hæc autem omnia sancire perspeximus propter vtilitatem eorum, qui habitant per ciuitates & vicos: ne priuati propriis prouinciis, & ipsi in peregrinis [c] affligantur, & res eorum lædantur.

Propterea enim iudices gratis facimus, & iusiurandum eos iubemus subire, vt vnicuique [d] interpellanti iustitiam seruent secundum nostras leges. Si tamen † contigerit quendam nostrorum subiectorum ab ipso clarissimo prouinciæ iudice lædi: iubemus eum adire sanctissimum illius ciuitatis episcopum: & ipsum iudicare [e] inter clarissimum illius prouinciæ iudicem, & eum, qui [f] putatur lædi ab eo. Et siquidem contigerit iudicem legitimè, & iustè iudicari à sanctissimo episcopo: satisfacere eum omnibus modis ei qui, interpellauit aduersus eum.

Si verò refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipsa lis: si quidem inuenerimus, quia iustè & secundum leges aditus à sanctissimo episcopo, ea quæ condemnatus est, non fecit: nouissimis eum suppliciis subdi præcipimus: quoniam qui debet vindicare oppressum, ipsum opprimere [g] reperitur. Sed etiam subiectum ei officium iubemus cum omni studio administrantes clarissimis iudicibus interpellantes absoluere, nihil accipientes præter illa, quæ nostris constituta sunt legibus.

Episcopus de iniustitia iudicis & læsione subditorum iudicare debet: & læso damnum facere emendari: pœna contra facientibus imminente. Item in ciuitatibus, in quibus sunt iudices, subditi adire debent defensorem qui inter eos iudicare debet. Bar.

Si verò hæc non custodiant [h]: subdi iubemus suppliciis. Si tamen inuenerimus quendam sanctissimorum episcoporũ pro gratia cuiuspiam prodere iustitiam: regularem ei castigationem inferri iubemus: vt studeāt cum timore Dei iustè iudicare: ne nos [i] imperantes [k] iustitiam, cogamus homines relinquere proprias ciuitates atque prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem, in quibus non sunt iudices [l], iubemus eos, qui habēt causas, adire defensorem, & ipsum discernere inter eos. Si verò litem habentes voluerint defensorem vnà cum sanctissimo episcopo iudicare, & hoc agi præcipimus: neque autem monachum, neque clericum, neque episcopum iubemus venire huc absque literis sanctissimi sui patriarchæ [m]. Si verò hoc fecerint: sciant, quia semetipsos schemate faciũt indignos.

Si quis autem magisterianus, aut præfectianus [n], aut cuiuscunq; fortunæ existēs acceperit amplius sportularum, quàm definitum est sacris nostris cōstitutionibus [o]: iubemus omnibus modis iudicem prouinciæ periculo proprio secundum nostram

beant. Item nihil postea cognoscet de caussis: sed dicet ne quid actor petat amplius de eo, quod primitus petierat. quod secus obseruaretur, si esset arbitriũ: in quo ad instar iudicij sententia daretur. Ioã. Item quid si est iudex vnius, alterius non? Respond. videtur quod valeat cõpromissum. Vel dic secundum Bal. interesse vtrum sit iudex rei, & tunc non valeat: an actoris, & tunc valeat: quia forum ex persona rei metimur: vt C. de iuris. omnium iudicum. l. iuris ordinem. Accursius.

Forum ex rei persona metimur.

[a] Cognitionaliter. id est, secundũ ordinem iuris. Ac.

[b] Si nõ studuisset. s. de mandatis principũ. §. & non permittere.

[c] In peregrinis. pauperes facti propter non seruatam eis iustitiam, vel ad nos venientes propter eandem causam. Accur.

[d] Vnicuiq;. vt s. de defensoribus ciuitatum. §. iusiurandum. & s. iusiu. qd' præ. & de iudic. §. antepenult.

[e] Iudicare. id est, condemnare. Accursius.

[f] Eum qui. Sed quomõ hoc? duabus rationib⁹ hoc stare non potest. Prima qa expresse inhibetur: vt s. vt iudic. sine quoquo suffra. §. illud. quæ est contra. Secunda quia de maioribus est: vnde durãte officio conueniri non potest: vt ff. quib. ex cau. ma l. sed & si per prætorem §. ij. quæ est cõtra. Sol dicas. quòd hic de minoribus iudicibus dicitur: vt ff. de iureiuran. l. nec magistratibus. quod nihil est. dic ergo quòd

† Facit ad hũc §. ca. cũ tempore. cum glos. j. extra, de arbi. vbi dicitur qd' iste. §. est in arg. qđ ordinari⁹ potest esse arbiter. de hoc etiam vide in ca. literas. in gl. j circa mediũ extra, de p̃sump. vbi dicitur, quod iudex nõ põt cõpellere partes, vt in ipsum cõpromittãt sed si partes volunt in eũ compromitte re, hoc bene possunt. Magistratus durante officio conueniri non potest.

hic loquitur in furtis & similibus, in quibus etiã durante officio põt conueniri: vt præ. §. illud. in princi. Item & vbi opprimit subiectos: quod & ibi permittitur: vt C. ad legem Iuliam repetundarum. l. iubemus. & hoc probatur in fin. huius. §. quoniam qui debet vindicare oppressum, &c.

[g] Ipsum opprimere. ex hoc sumit Ioã. quod non habet locum, nisi vbi ratione officij subiectos offendit.

[h] Si vero hæc nõ custodiant. iudices.

[i] Ne nos. alias nobis.

[k] Imperãtes. vel imperantibus.

[l] Iudices. maximi.

[m] Patriarchæ. vt C. de episco. & cle. l. si qua per calumniam. in fi.

[n] Si quis autem magisterianus, aut præfectianus. nomina sunt officialium.

[o] Constitutionibus. sic s. vt litig. iurent. §. iis quoque.

DE

DE VSVRIS nauticis.

[a] Nuncium. Lex. vt ff. de nauti. fœ. l. j.

[b] Immutabiliter. Facit no. pro cõsuetudine maris seruãda: qa tũc tenet: cũ nostris nõ repugnat legibus. & sic intelligit. ff. ad le. Rho. de iac. l. dominæ Antoninæ & dicit ĩ. de statu. & consti. §. pe.

Maritima cõsuetudo nostris non repugnãs legibus seruatur.

† Facit ad hunc tex. c. cum sit generale cum gl. ij. extra de foro compe. vbi dicitur qđ iudex qui negligit facere iustitiam, litẽ suam facit.

legem hoc vindicare, & vindictam inferre præsumentibus. Si verò nõ vindicauerit hoc ipse iudex: licentiam damus sanctissimo vniuscuiusq; ciuitatis episcopo nũciare nobis†, quæ de eis agũtur, & qualem habet militiam aut dignitatem, qui hoc præsumpserit: vt & iudici periculum inferamus prætermittenti & despicienti nostrã iussionem, & ipsum quoque iubeamus puniri talia præsumentem.

DE TITVLVS XI, DE VSVRIS nauticis.

Leges antiquæ, & consuetudines in vsuris nauticis obseruari debent perpetuò, & inuiolabiliter. Bar.

Imp. Iustinianus A. Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum.

NVncium audiuimus à tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi præbuimus. Duos enim istos, Petrum & Eulogiũ supplicasse nostræ sacræ potestati, & per se explanasse dicentes, quòd consueuerunt naucleris, seu negotiatoribus mutuare, & maximè in mari negotia facientibus, & hanc vitę habere occasionem. Ipsa verò marina credita vocare nostra cõsueuit lex [a] traiectitia, & metuere eos, vtpote dubitationibus hinc eis exortis: oportere propterea fieri manifestum, quę valeat super his consuetudo, vt & sacra nostra in hæc procederet iussio, quæ consuetudinem ad certissimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoscere, & hanc ad nos deducere, quatenus manifesta nobis facta, quod videretur, lege cõprehenderetur perpetua: tuamq; gloriã, vt à nobis iussa perageret, conuocasse naucleros, quibus hæc mutua curæ sunt, & interrogasse, quæ aliquando antiqua consuetudo fuit: illos autẽ & iusiurandum adiicientes testimonio, perhibuisse modos esse varios talium mutuorum. & siquidem placuerit creditoribus, in singulis solidis pecuniarũ, quas dederint vnum tritici modiũ aut hordei imponere, q mercedem publicis præberent pro tolonearis: sed quantũ ad ipsos sine toloneo nauigare naues, & hunc habere fructum, & harum, quas crediderint pecuniarum, & insuper etiam pro decẽ aureis vnũ percipere solidũ pro vsuris: in ipsos autem creditores respicere ex euentibus periculum. Si verò non erũpant hanc viã creditores: octauam partem percipere pro singulis solidis nomine vsurarũ, nõ in tempus aliquod certum numerandum, sed donec naues reuertantur saluæ. Secundũ hoc aũt schema contingit forsan & in annũ extendi tempus: si tantum foris moretur nauis vt annum aut terminos suos sumat, aut etiam transcẽdat citius aut ea remeante tempus in vnum solũ, aut duos trahi mẽses: & ex tribus siliquis vtilitatem habere: vel si ita breue sit tempus, vel si apud alterum extra debitorẽ maneat debitum: hoc idem valere, aliam rursus negotiatoribus profectionem assumentibus: & per vnumquodq; onus definiri schema secundum quod competit mutuũ, aut manere, aut permutare secundũ pactũ, quod ob hoc cõuenerit partibus. Si tamẽ post reuersionẽ nauis saluæ, nequaquã nauigare propter tempus valentes reuertantur: triginta solùm dierũ inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vsurarum causa exigere, donec vendi cõtingat onus: parcentes apud aliũ esse debitũ nõ reddendum, duas partes centesimæ dominis pecuniarum dare vsuras, & mutuare, & mox mutuũ in terrenũ trãsponere modũ: nequaquã maritimis periculis creditoribus molestandis, & hęc omnes dixisse, cũ iureiurãdo perhibentes testimonium: quæ ad nos nunciasti, vt nos sanciremus, quod nobis videretur: & super his dicebas hæc nostræ nunciare potestati. Nos igitur & ipsa legẽtes gesta, & causam edocti, sancimus secundum quod testatum est coram tua celsitudine: ita nunc & deinceps in omne tempus tenere: eò quòd neq; iã positis repugnet legibus, vt oporteat nunc & decęterò secundum quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus super talium causarum hæc seruari litibus: & secundum dictum modum, prædictarũ pactionum ita fieri etiam euentus, & alia omnia quæcũq; in prioribus testata sunt apud sedem tuam vt secundum propriam legem teneant in naucleris, aut negotiatoribus. Quod enim longis ita seruatum est temporibus, & tenuit immutabiliter [b], sicut testimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo non est iustum, & in aliis omnibus valere, quæ postea erunt, & esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege valẽtem, & altera quadam dispositione non egentem:

De inter dictis collegiis hæreticorum.

a Plurimum. Anathematizantur. No. q hæretici excõmunicãdi sunt: vt hic, & C. de sum. trin. l. ij. §. quia verò. & §. primo & secundo.

b Constitutionibus. vt C. de hære. l. cuncti. & l. quicũque. §. vniuersi. & §. nullum prætere rea. & C. de epis. & cler. l. conuenticulum.

sed in naucleriis seu negotiatoriis occasionibus in omne tempus valentem, vt puta generalem existentẽ legislationem, & naucleris seu negotiatoribus, & eorũ contractibus expositam? Quæ debet etiã pars fieri iam à nobis positarũ legum, & iudicantes ad hanc respiciẽtes proferre sententiam. Quæ igitur placuerunt nobis, tua celsitudo iugiter seruare festinet.

TITVLVS XII.

DE INTERDICTIS COLLEGIIS † HÆRETICORUM.

† Alias, collectis.

Hæretici adulteras collectas, & adultera baptismata facere prohibentur. Bart.

Imperator Flauius Iustinianus felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus, Epiphanio Constantinopol.

Plurimum esse & maximũ bonum omnibus credimus veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionem: vt per omnia hæc roboretur, & omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, & cõsonè immaculatam Christianorum confessionem prædicent, & omnem occasionem, quæ ab hæreticis inuenitur, auferant: quod ostẽditur ex diuersis conscriptis à nobis libris & editis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum seueritate considerantes, diaboli opus implent, & quosdam simplicium seducentes sanctę fidei catholicę & Apostolicæ ecclesiæ, adulteras collectas, & adultera baptismata latenter faciunt: pietatis existimauimus per pręsens nostrum edictum monere eos, qui tales sunt, quatenus & ipsi recedant ab hæretica vesania, & nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrant ad sanctam Dei ecclesiam, in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hęreses cum principibus suis anathematizantur [a]. Nosse enim volumus omnes, quia si decæterò aliqui inueniantur, aut contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionem: nequaquam omnino eos ferimus: sed domos quidem vbi aliquid delinquitur, sanctæ assignamus ecclesiæ: his autem, qui colligunt, aut apud se colliguntur, ex constitutionibus [b] pœnas inferri omnibus modis iubemus.

De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.

c Legis. Cõpetere. vt C. de le. et cõ. l. fi.

d Dubiũ. vt C. de leg. & const. l. j. & ff. de vulga. substit. l. ex facto.

e Legem. vt C. de rapt. virg. l. j.

f Excepto raptore. vt in Lombarda, de rapto. virgi. l. vlti.

Siue.

† Cõcor. cum hoc prin. cap. inter alia. de senten. excõmu. ante med. ibi vt igitur vnde ius prodit &c.

TITVLVS XIII.

DE RAPTIS MVLIERIBVS, QVÆ RAPTORIBUS NUBUNT.

Mulier rapta substantiam raptoris lucratur, nisi nupserit raptori: quo casu ad suos parentes deuoluitur, si tali matrimonio non consenserint: alias ad fiscum debet peruenire, his obtinentibus in casibus futuris, ac etiam preteritis. Bart.

Imperator Iusti. A. Areobindo gloriosiss. prætoriorum præfecto, ex præfecto almæ vrbis, & ex magistro militum.

Legis interpretationem culmini tantùm principali competere [c], nemini venit in dubium [d]: † cùm promulgãdæ quoque legis authoritatem, fortunæ sibi vendicat eminentia. Meminimus itaq; pro raptu mulierũ, siue iam desponsatæ fuerint vel maritis coniunctæ, siue non, vel etiam si viduæ sint, legẽ antè posuisse, & capitis subiecisse supplicio non tantũ raptores, verùm etiam comites eorum, necnon alios, qui eis auxilium tẽpore inuasionis contulisse noscuntur: et nõ tantũ parentibus mulierum, verum etiam cõsanguineis & tutoribus & curatoribus huiusmodi dedisse per eandẽ legem vindictã, & præscriptis pœnis locum dedisse, si iam nuptę vel desponsatæ mulieres rapiãtur: cũ non solũ raptus mulieris, verũ etiam adulteriũ per huiusmodi temeritatem committitur. & super alias pœnas, rationis etiã, necnon aliorum qui cum eo fuerint, patrimoniũ raptæ mulieri vendicari per eandẽ legem [e] præcipimus: vt dotis etiã marito dãdæ legitimo copia per raptoris ei ministrareť substantiam. Illo quoque specialiter adiecto, vt nulla sit mulieri vel virgini raptæ licentia raptoris eligere matronium: sed cui parentes voluerint (excepto raptore [f]) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permissa raptoris se cõiungere matrimonio: sed parentes etiam, si tali cõsenserint

a Siue volentem. in eo quod voluit, quomodo punietur postea adulterium? Resp. ꝙ patri iniuria facta videtur: vt. ff. de iniur. l. j §. vsque.
b Raptoris et in hoc male dicebant debere habere substantiam raptoris. Azo.
c Prohibuimus. s. & adhuc hoc prohibemus. Io.
d Vel. pro saltem.
e Censuimus. not. interpretari veterẽ legem per nouam.
f Vendicare. sunt & alij casus quos diximus institu. de leg. l. legari.
g Raptoris. scilicet bona.
h Transferri. no. dominiũ transferri sine possessione: vt dixi. C. de pact. l. traditionibus. Ac.
i Mulierem. habentem.
k Competit. no. pœnas imponi delictis: vt hic, & s. vt nulli iu. §. quoniã. & pręmia merentibus: vt hic, & C. de sta. l. vt virtutum.
l n præteritis. No. ꝙ lex ad præterita trahitur facta. sic. C. de leg. & const. l. leges.

Lex noua veterẽ interpretatur.

† Secundũ ista iura mulier rapta non poterat cõtrahere cũ raptore: secus est tamen de iure canonico: vt in c. fin. extra, de rapto.

m Q Væcunque iugo. i. boum Ac.
n In vnoquoq;. secũdũ cõsuetudinẽ eẽm sunt mẽsurę: vt ff. de cõtr. em. l. Imperatores. Acc.
o Et octobrem. innuit ꝙ in octobri: & in septẽbri aptabãtur ad pręstationem tributorum. Ac.

matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere, raptam mulierem, siue volentem [a], siue nolentem, & si raptoris sit amplexa matrimonium contra nostræ constitutionis tenorem: debere tamen eam raptoris [b] habere substãtiam, vel quasi legis præmiũ, vel ex testamento forte, si hoc etiam factum esse contigerit. Qui enim talia dicere præsumpserũt, ij prædictæ legis seriem intelligere non potuerunt. Quia enim tale stare matrimonium, & si rapta voluerit, prohibuimus [c]: & ob hoc parentes raptę mulieris deportationis subiecimus pœnæ, si huiusmodi consenserint matrimonio: quomodo raptas mulieres, raptorum eligentes connubium, præmiis honorassemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationẽ vel [d] in posterum resecantes, priorem legem per præsentem interpretari censuimus [e]. Sancimus † itaque, si rapta mulier, cuiuscunq; sit conditionis, vel ætatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit, parẽtibus præsertim nõ consentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hæreditatem suscipere, vel quocunque modo substantiam vẽdicare [f], sed præmium, quod per legem nostrã raptæ mulieri datum est, vt raptoris [g], & eorũ, qui ei auxilium tempore inuasionis præbuerint, bona vendicet: hoc ad parentes, si ambo, vel vnus supersit, qui nuptiis specialiter non probantur cõsensisse, ex tempore raptus ipso iure transferri [h]: & patrimonium raptoris non raptã iam habere mulierem [i], quæ coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas trãsferri, quas superius nominauimus ei nõ cõsentiẽtes cõiugio. Nam nefarios † hmõi coitus pœnis corrigi, non præmiis cõpetit [k] honorari. Quòd si parẽtes iam decesserũt, vel hmõi sceleri consenserunt: substantia raptoris necnon & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fisci iuribus vẽdicetur. Quam interpretationem nõ in futuris tantummodo casibus, verũ in præteritis [l] etiam valere sancimus: tãq; si nostra lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuisset à nobis, pater charissime atq; amãtissime. Quæ igitur per hanc legem nostra statuit æternitas, tua celsitudo effectui mancipari, obseruariq; præcipiat.

† Cõcor. l. qui contra. C. de incest. nu. & in ca. in gl. j. in fin. extra de do. inter virum & vxorem.

Si verò

TITVLVS XIIII.

DE COLLATORIBVS ET ALIIS CAPITVLIS.

Dispositiones & denunciationes collationum per singulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent temporibus hac constitutione positis: exemplarijs petentibus soluentibus datis, & de suscepto securitate præstita: iudicibus, ac etiam executoribus contra facientibus pœna imminente. Item illi cui superindicta possessio est, si senserit se grauatum, permittitur licentia appellandi. Bartolus.

Imperator Iustinianus A. Petro gloriosissimo sacrorum prætoriorum præfecto.

Q Væcunque ad vtilitatem nostrorum collatorum pertinẽt per Iulium, & per Augustum † mensem vniuscuiusque indictionis: particulares dispositiones collationum futuræ indictionis in foro vniuscuiusq; diœcesis gloriosissimorum nostrorũ præfectorũ sub cõfectione monumentorum manifestari: declarãtes quantũ vnicuiq; prouinciæ, siue ciuitati pro vnoquoq; iugo [m], aut villis, aut centuriis †, aut alio quolibet tã in specie, quã in auro, fiscaliũ causa imminet: indicãtes quoq; specierũ æstimationẽ secundũ mensurã in vnoquoq; [n] loco tenentẽ, & quicquid ex his ĩ arcã inferri, aut in vnaquaq; dari, aut expendi oportet. Sic igiť compositas tales dispositiones prouinciarũ iudicibus mox destinari in principiis vniuscuiusq; indictionis, & per eos proponi in ciuitatibus sub eis constitutis intra Septembrem & Octobrem [o] menses: & volumus exemplaria eorum ex foro gloriosissimorũ præfectorum sine dilatione dari: vt collatores cognoscant, quemadmodum debent collationes inferre.

Si verò ante insinuatio- nẽ, in alios titulos præter eos, q cõtinẽtur particulari dispositione anni collatores fiscalia exoluant, aut in ꝓuincia expẽdant: iubem⁹ eis in eiusdẽ indictionis collatiões hoc reputari: vt nullum ipsi patiantur damnum. Si verò secundum [a] à nobis definitum tempus non dirigantur huiusmodi particulares dispositiones [b]: qui quidem per tempus gubernant nostrũ prætorium, triginta librarũ auri pœnam persoluant †: vniuscuiusque verò prouinciæ cõtractę quinque & viginti librarum auri pœnam exigantur. Si autem iudex missas easdem particulares dispositiões in prouinciis nõ ꝓposuerit: decẽ librarũ auri pœna damnabitur, & spoliationem cinguli sustinebit: eius quoque officium quinq; libras auri exigetur. Iubemus verò specierum quidem illationem mox ex principiis vniuscuiusque indictionis incipere: argenti verò illationis titulum secundum definita tempora. Pro fiscalibus aũt collationibus desusce- pta [c], siue securitates particulares aut plenarias omnibus ab iis, q fiscalia suscipiũt fieri definimus, manifestantes & solidorũ qualitatem & specierum, necnõ & iugorũ siue villarum, siue centuriarũ, & nomina possessionũ, pro quibus functiones suscipiunt. Si verò secundũ prędictũ modũ desuscepta, siue securitates non fecerint, iubemus eos, & pœnã decem librarũ auri exigi, & tormentis subdi: similiter iudicẽ prouincię decẽ librarũ auri exigi pœnã [d] si de hoc interpellatus non iudicauerit, & cõpulerit desuscepta, siue securitates secũdum quẽ definimus ordinẽ scribi. Hoc autẽ iubemus obseruari, si quis forsan collatorũ dubitat de possessione, pro qua fiscalia exigũtur, aut pro qua fiscaliũ quãtitate omnibus modis fiscaliũ descriptionũ [e] custodes cogi à prouinciæ iudice: aut illo neglígẽte, à locorum sanctissimo ep̃o eas proferre, & fiscaliũ ostẽdere quãtitatẽ, & seruitutẽ publicę descriptionis exigi possessorẽ. Et in hoc quoq; [f] adiuuare nostros collatores perspeximus, vt non necessitas inferatur possessorib. sub hypothecis decimatiões nominare in auro collationis, vt non aliquã ex hoc ipsi patiantur læsionẽ: sed eos, q̃bus in vnaquaq; prouincia aut ciuitate periculũ fiscaliũ exactionũ imminet, siue iudices sint, siue curiales, siue exactores, aut canonicarij, aut alij quidã: proprio periculo & suscipere pecunias, & trãsmittere, & expẽdere, in quibus deputatæ sunt vtilitatibus. Et hoc custodiri [g] iubemus, canonicariũ talẽ in prouinciã destinari, qui possit periculo ordinantiũ eũ exigere fiscalia tributa, & ꝑ nullã occasionẽ impulsorẽ post eũ mitti, & dãnũ subiectis inferri impulsiõis: & ipsum vocabulũ decætero perimimus. Si verò nõ opportunus inueniatur canonicarius, nõ impulsor mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipsum quoq; canonicariũ cõtentũ esse iubemus deputatis consuetudinibus, & nullã subiectis inferre læsionẽ. Sinautẽ aliquãdo cõtingerit supindictionẽ cuiuslibet possessionis conseruæ aut cõtributariæ fieri, ex illo t̃pe iubem⁹ supindictũ suscipiẽtẽ, exigi ꝓ eo fiscalia, ex quo tradita est ei supindicta possessio. Nõ aliter aũt superindictũ fieri, nisi ex rescripto de hoc examinatio fiat apud ꝓuincię iudicẽ, & sentẽtia eius ꝓcedat definiẽs eũ, q debet supindictũ suscipere. Si qs aũt putauerit se lædi, liceat ei ꝓuocare: vt in foro gloriosissimorũ p̃fectorũ appellatio examinetur, & secũdũ leges [h] terminũ suscipiat. Si verò aliquãdo cõtigerit dominũ cuiuscũq; possessiõis aut nõ apparere, aut ad fiscaliũ solutionẽ nõ sufficere, vt ex hoc supindictiõis necessitas suscipiatur: iubemus hãc repẽte tradi iis, qui cõserua aut cõtributaria p̃dia possidẽt cũ oĩbus, q in ea inueniũtur agricolis, & peculiis eorũ, & †enthecis [i], & fructib. & animalibus & oĩ alio instr̃o ibi inuẽto. Si verò aut ꝑsona q̃ debeat eã secũdũ legẽ suscipere, nõ inueniatur, aut alio quocũq; mõ differri supindictũ cõtigerit: iubemus gesta cõfici apud ꝓuincię iudicẽ significãtia & qualitatẽ [k], & statũ ei⁹ possessiõis, & oĩa ĩ ea iuẽta: vt sic eã curiales, aut exactores aut officiales suscipiãt: & si postea ĩueniat̃ q debeat eã secũdũ leges suscipere: nõ aliter fieri, nisi vt qđ ꝑ occasionẽ exactorũ,

a Si verò secũdũ. sic. C. de apo. publ. l. j. Accur.

b Dispositiones. in ꝓuincias. facit s̃. vt lit. iu. §. & hoc. & C. de sac. pa. & tem l. pen. in fin.

c Desuscepta. id est, scripturam de susceptis: vt supra, de manda. princ §. coges. col. iij. & infra proxi. §.

d Exigi pœnam. s̃. scenicas. col. v.

e Fiscalium descriptionum. C. de eden. leg. instru. de fide instrument. l. illatæ.

f Et in hoc quoque s̃. de eccle. titu. §. si quis autem in sua. & infra de san. episco. §. si quis rapuerit. & C. de suscep. l. iusta. & l. exactiones.

g Et hoc custodiri. i. conseruari. C. de omni agro deser. l. locorum.

h Et secundum leges. s̃. de iudi. in fin. Accur.

i Entechis. de q̃bus habes exempla. ff. de penu lega. & de sup. leg.

k Qualitatem. & sic conscribuntur bona ab eo, cui succedit fiscus.

Eos au

† Haloã. attactatoribus cuiusq; prouinciæ viginti librarũ auri pœna exigetur.

† Entheca hoc loco velut et in decretis põtificiis, ꝓ loco & gazę repositorio, sicuti & apotheca & horreũ ponitur, annotante Beroal.

a Eos autem qui. C. de cano. larg. per totum. & C. de exe. & exac. l. j. lib. xij. Accur.

b Impositas. No. pro sententia Pla. vt diximus. C. de procu. l. j.

c Denominato inferre. C. quando fisc. vel pri. l. pen. Accur.

d Exigentium. ff. de man. princ. §. fi. & supra, vt omnes obed. iudi. prouin. coll. v.

Exige

aut curialium, aut iudicum, aut officialium eius peius aut minus factum est, ei, qui suscipit, restituatur. Hoc quoq; iubemus vt pro pecuniis, aut speciebus in prouinciis expensis non exigantur collatores ea, quæ dicuntur transmissoria: pro iis autem, quæ transmittuntur, non amplius præberi horum, quæ ex initio in vnaquaque prouincia deputata sunt.

Executores in prouincias missi, exactiones inchoare non debent, nisi prius coram prouinciæ præside mandatum insinuauerint, hoc & in priuatis negotijs seruando, & executores & exactores nullam in causis priuatis executionem committere debent. Item debitor debitoris tributarij in subsidium debiti veritate probata conueniendus est: & exactorum excusatio ex eo, quod in loco sacro resideant, admitti non debet aduersus eos, à quibus se læsos esse dicunt. Item exactores iustis ponderibus & mensuris vti debent. Barto.

Eos autem, qui[a] in prouincias pro quibuscunq; publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius prouinciali iudicio insinuauerint impositas[b] sibi de hoc iussiones: vt exoluentes fiscalia tributa, nulli pro his periculo aut damno subiiciãtur: hoc ipso & super priuatis negotiis obseruando. Hoc quoq; iubemus, eis, quibus fiscaliũ exactio iniungitur, nullam priuatarũ causarũ executionẽ cõmitti: sed & si quid eis tale iniungatur: nullo modo præsumere eos hoc agere: ne occasione publicarũ functionum nostri subiecti lædantur. Si autẽ aliquis pro veritate publica debens tributa, dicat executori esse sibi alium debitorẽ: non licere executori molestiam aliquam denominato inferre[c], nisi prius debitor probetur nullo omnino modo posse publica tributa persoluere. Hoc tamẽ prius requiri apud iudicem prouinciæ, si pro veritate debitor est is, qui denominatus est: & ita fiat exactio. in vtroq; verò casu si qs aut exequi, aut exigere citra ea, quæ à nobis disposita sunt, præsumpserit: & cingulo nudabitur, & confiscabitur, & exilio tradetur. Qui autẽ iniunxerit, aut præceperit iudex, decem librarũ auri exigatur pœnã, & officiũ eius quinq; librarũ auri subiaceat pœnæ. Nulli verò penit⁹ liceat publica tributa exigentiũ[d], neq; cẽsualibus aut rationum scriptoribus, aut aliis quibusdã publicè ministrantibus, excusatione vti, quòd in sacro loco resideãt, contra eos, qui dicunt se læsos ab eis in fiscalium exactione. Nullis autẽ penitus molestetur pro tributis terrarum, quas non possidet, sed etiam si cõtingat agricultores alicui competentes, aut adscriptitios propriam habere possessionem, illos molestiam sustinere. nisi fortè propria voluntate tali functione se fecit obnoxium. Eos autem, qui publica tributa exigũt, iustis ponderibus & mensuris vti præcipimus: vt neque in hoc nostros tributarios lędãt. Si autẽ collatores putant grauari se, siue in mensuris, siue in põderibus: habeant licentiam specierum quidẽ mẽsuras & pondera gloriosissimis pręfectis: auri verò & argenti & reliquorũ metallorum pondera à gloriosissimo per tempora comite sacrarũ largitionũ accipere & has mẽsuras & pondera in sanctissima vnicuiusque ciuitatis ecclesia seruari: vt secundũ ea & grauamen collatorum, & fiscaliũ illatio, & militares, & aliæ expensæ fiant.

Exactor pecuniam tributariam siue dilatione & sine diminutione præbere debet: nulla etiam possessoribus & habitatoribus diminutione facta & singulis annis episcopus cum quinque primatibus rationem exigere debet exactorum periculo. Item omnibus est adempta licentia loci seruatores mittendi. Bart.

Ciuitatũ verò nostræ reipublicæ & habitantium eas perfectè prospiciẽtes, iubemus nullã omnino esse licentiã fiscalium, exactorib. cõmunicare pecuniis quæ operibus & frumẽtis ciuitatũ, & aquęductibus, aut aliis quibuslibet solennitatibus, aut salariis deputatę sunt: aut retinere aliquid ex iis, aut ad propriũ lucrũ redigere: sed sine aliqua aut imminutione has præbere: vt proficiãt ab initio, in quibus deputatæ sunt operibus. sed neq; possessores aut habitatores ciuitatũ præsumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecuniis aut nomine descriptionum, aut pro sportulis dare aliquid ex his, aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his præsumpserit, iubemus eum de suo in duplici quantitate hoc ciuitati reddere. Sed neq; prouinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quenlibet omnino participiũ habere aliquod ad prædictas pecunias, aut eorum dispensationi semetipsum miscere: sed ciuitatis sanctissimũ episcopum & primates, necnõ & eius possessores constituere quidem patrẽ ciuitatis, & frumentarios, & alios huiusmodi dispensatores. Singulis autem annis im-

a Exigere eos. C. de epiſc. audi. l. iubemus.
b Denominant. eos. fa. ff. de decret. ab ordin. fac. l. qđ eſt. & ff. de muner. & hon. l. vt gradatim. & C. de ſuſce. & arc. l. exactores.
c Damus arg. φ prælatus ex ipſa electione aliqđ ius habet: nec poſtea eligẽtes mutare cõſilium poſſunt. extra de elec. cauſam quæ inter. Itẽ contra. ſ. de man. prsn. §. eos autẽ. coll. iij. & ſ. de admin. §. illud. coll. vij. cõtra. Sol. vt ibi. Item. ff. de offic. proconſ. l. iiij. §. ſi contra. Solu. hic nouum.
d Latrocinia. C. de epiſco. & cle. l. ſi quis in hoc. & ff. de offi. præſi. l. congruit.

pletis, ſanctiſsimum epiſcopum cũ quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos [a], qui ab ipſis ordinati ſunt: & ſi quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remanſiſſe: exigi huiuſmodi diſpẽſatores periculo eos conſtituentiũ: & vtilitatibus, quibus deputata ſunt, reſeruari. Si quis autem ex prædictis diſpẽſatoribus ineſficax inueniatur: repentè hunc remoueri iubemus, aliũq; pro eo à ſanctiſsimo ciuitatis epiſcopo & reliquis poſſeſſoribus (ſicut prædictũ eſt) ordinari: ſcientibus iis, qui denominant eos [b]: quia ſi quod damnum ciuitati contigerit, ex propriis ſubſtantiis hoc me-debuntur. Nulli verò liceat eorum, qui in officio ſunt glorioſiſsimorũ pręfectorum, aut in alio officio, aut in ſchola cõſtitutorum, talia ratiocinia cõmitti, neq; ex præcepto cuiuſdam adminiſtratoris, aut alterius iudicis ſcriptis, nec ſi pragmaticam, aut aliam ſanctionẽ, aut ſacrũ commonitorium accipiat pręcipiẽs ei aliquid tale. Sed ſi quid fiat huiuſmodi, licẽtiã habere vniuſcuiuſq; ciuitatis ſanctiſsimũ epiſcopum & eius primates nõ reſpondere pro memoratis capitulis talibus perſonis: referre autẽ ad nos, vt hoc agnoſcẽtes, & illatum ciuitatibus dãnũ ex eorum ſubſtãtia reſtitui iubeamus, & cõpetentẽ vindictam talibus inferamus. Super hoc iubemus ſcriniarios operũ ſub præfecto ſacrorũ prætoriorũ conſtitutos, nullũ participium ad talia ratiocinia omnino habere, vacantibus omnibus per quæ eis, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter aliquid tale pridem cõceſſum eſt, aut poſtea impetretur. Pro prædictis enim cauſis rationes nulli committi volumus, niſi nos prodeſſe ciuitatibus exiſtimãtes, virũ opinionis bonæ, & dignitate ornatũ elegerimus, qui debeat à nobis in ſcripturã diuinã iuſsionem percipere continentẽ noſtrã piã ſubſcriptionẽ, & illius nomẽ & dignitatẽ, & cauſas & tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem, qui à talibus perſonis rationes exigunt, omnem habere tutelam iubemus, aliquam quæſtionem nullatenus ſuſtinentes.

Loci ſeruatores regulariter prohibentur. fallit ſi iudex ex iuſta cauſa ad prouinciã venire impediatur: tunc enim vicarium mittere poteſt. Item fallit cùm ex principis mandato ad aliam mittitur regionem. Bartolus.

Ad hæc ſancimus, in nullo noſtræ reipublicę loco eundẽ epiſcopũ & iudicem eſſe & loci ſeruatorẽ glorioſiſsimorũ pręfectorũ aut magiſtrorũ militaris cinguli: ſed nec aliquã exactionẽ fiſcaliũ tributorum agẽtem loci ſeruatorẽ eſſe glorioſiſsimorum præfectorũ aut magiſtrorũ militũ. Et ſimpliciter dicẽdũ eſt, nullũ in prouinciis fieri loci ſeruatorẽ pręfectorũ, niſi per noſtram iuſsionẽ in expeditionibus, vbi vtilitas exigit loci ſeruatorẽ mitti eiuſdẽ præfecturę, qui debeat prouidere militaribus expenſis. Si quid autẽ extra hoc delinquatur, & cõmittatur: qui quidem loci ſeruatorem ſuũ fecit, triginta librarum auri pœna exigẽt, reſtituturus omne damnũ, quod per eũ, qui ab eo directus eſt, aliquis pertulerit. qui verò fieri præſumpſerit, ꝓprio cingulo & dignitate & militia priuabiẽ, & x. librarũ auri pœna mulctabitur. Ad hæc ꝓhibemus & in ꝓuinciis exiſtentes iudices & militares, in ciuitatibus aut caſtris loci ſeruatores in commiſsis ſibi prouinciis facere, ex quo videlicet in prouinciã acceſſerint, & in quãtũ in ea adminiſtrant, quinq; auri librarum pœna imminẽte tam faciẽti loci ſeruatorem iudicis, quã fieri præſumẽti. Anteq; verò in ꝓuinciis veniãt iudices, damus eis licentiã vices agentes ſuos inſtituere, qui debeãt omnia vſq; ad ſui pręſentiam agere, quæ poſſunt ipſi iudices facere: citra tñ nouiſsimũ ſuppliciũ, aut mẽbri inciſionẽ. Sed ſi qs ex iudicibus ſecũdũ iuſſionẽ nr̃am in aliã regionẽ mittatẽ: liceat ꝑ ſimilẽ modũ loci ſeruatorẽ ſuũ facere.

Omnes iudices per ſe requirere debent delinquentes, & non per latronum inſecutores: pœna contrafacientibus imminente: & iudices debent per prouinciam proficiſci: eorum adminiſtratione finita quinquaginta diebus debent in prouincia permanere, niſi ex principis iuſſione ad aliam vocentur. aliàs læſo ſacramento præſtito, omne damnũ ſecũdum quod iurauerit, præſtare debent, & pœnæ pecuniariæ fiſco applicari debent.

Iubemus autẽ omnes iudices tam militares, quã ciuiles per ſe requirere eos, qui latrocinia [d], aut violẽtias, aut rapinas rerum aut fœminarum, aut alia quęlibet in prouinciis illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre, neq; pro his cau-

a Ad hoc iubemus. s. de mā. prin. §. illud. & s. vt iud. sine quoquo suffr. §. illud. col. ij. & ff. de off. procō. l. obseruare in princi.
b Ad ciuitatem. aut de municipio ad municipium.
c Super hoc sancimus. C. vt omnes tam ciui. quàm mi. & s. vt iud. si. quo. suf. §. necessitatem. & supra, de admi. tu. §. j. col. ij.
d Dispendia fac. C. quādo & quib. quarta pars de. l. ij. & C. de cursu pub. l. non patimur.
e Compellentur. C. de bo. quæ libe. l. cum non solum. §. vbi autem. & C. de iud. l. properandum §. sin autem.
f Vendicari. vt s. vt null. iu. §. si quis verò. col. ix. Acc.

DE SAN[illegible]

Et hoc dicitur infra, eodem. vsque ad §. clericos.
g Reuerendissimis. hoc dicitur. j. e. §. clericos. vsque ad §. iubemus.
h Monachis. hoc dicitur j. eo. l. iubemus. vsque ad fin. constitutionis.

DE gubernatione.

i Disposuimus. vt s. de nō ali. col. j. & s. de ec. ti. col. ix. & s. de eccl. re. immo. alie. col. iiij. Acc.
k Constitutionibus.

sis accipere aliquid consuetudinis nomine, vt omnes vndique nostri collatores illæsi seruent. Nō enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici, aut latronū insecutores, aut violētiarū inhibitores, aut tribunos pro talibus causis in prouinciis ordinare, aut qui debeant aliquos examinare: vt nō per tales occasiones ampliores violētię inferent prouincialibus. Si quis autē iudicū hoc non custodierit: cognoscat non solū se cō misso sibi cingulo spoliādum, sed decē librarum auri pœnā exoluere eò quod pręsumpserit talem causam assumere: post tormenta verò & cōfiscationem substantiæ in exiliū & redigendū & relegandum. Ad hoc iubemus a prouinciarum iudices & officia eorū, si quando de ciuitate ad ciuitatē b veniūt, neque angariis, neque descriptionibus, aut aliis expensis collatores grauare, sed ex deputatis sibi de fisco annonis expensas facere. Super hoc sancimus c, prouinciarū iudices oībus modis post depositionē cinguli quinquaginta dies in prouinciis cōmorari, & conuentiones aliquas contra se mouentibus respondere. Si verò cōtigerit aliquē ex eis ante completos quinquaginta dies deserere prouinciam: iubemus omnes ab eo damnum aliquod passos, simul īgredi apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem prouinciæ: & sub gestis monumentorum vnumquenque tangentē sancta euangelia palàm facere illata dispēdia d: et exillius substantia cōtra quē talia facta sunt monumenta, omne damnū lęsis restitui prouidentia & periculo per tēpus præfectorum eiusdē prouinciæ: scientibus, quia si hoc cōplere neglexerint, ipsi de propriis facultatibus omnia damna læsis restituere compellentur e. Si quis autem ex iudicibus prouinciarū aut euocetur ad aliam administrationem, aut opus ad aliā prouinciam ei credatur: iubemus eum legitimo procuratore cōstituto cōuētiones pro damnis proponentibus respōdere. quod nisi fecerit: sancimus monumēta apud sanctissimum episcopū (sicut superius dictū est) agi, & pro damnis illatis eis iurantibus secundum gestorum virtutem omne damnum reddi: prouidentia similiter & periculo per tempus præfectorū vniuscuiusque prouinciæ tractatorum. Omnes autem pecuniarias pœnas, quæ præsenti lege continentur, à comite per tēpus priuatarum rerum exigi eos, qui præsentem legem nō seruant, & nostro fisco vendicari f sancimus: qui nisi eas vendicauerit: ipse cum administrāte sibi schola ex propria facultate huiusmodi quātitatem soluere cogatur. Quæ igitur per præsentem legem nostram salutarem in perpetuum valituram, pro vtilitate & statu nostrorum collatorum disposuimus, tua gloria inuiolata & immota per omnia seruare festinet, & ad omniū notitiam peruenire faciat: edictis quidem in hac regia ciuitate solenniter propositis: pręceptis autem ad clarissimos prouinciarum iudices directis, vt per eos omnibus collatoribus manifesta fiant.

TITVLVS VI.

DE SANCTISSIMIS EPIscopis, & Deo amabilibus & reuerendissimis g clericis & monachis h.

Episcopi debent eligi forma hic tradita: & si hi ad quos electio spectat, eligere negligant per sex menses, electio deuoluitur ad superiorem: & si electus fuerit post electionem de crimine accusatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur. & episcopus non per pecuniam, sed meritis eligi debet, pro consuetudine tamen debet dare pecuniam à iure statutam. Item ordinatus in episcopum, à seruili & adscriptitia liberatur fortuna & à patria potestate. Bart.

Imperator Iustinianus A. Petro gloriosiss. magistro sacrorū nostrorum officiorum.

DE gubernatiōe, & priuilegiis, aliisque diuersis capitulis ad sanctissimas ecclesias, et alias venerabiles domos ptinētib9 iā quędā disposuimus i. super sanctissimis autē episcopis & clericis & monachis dudū ī diuersis cōstitutiōib9 k disposita cum cōpetenti correctione hac

comprehendere lege prospeximus †. Sancimus igitur, † quoties opus fuerit epm̃ ordinari, clericos & primates [a] ciuitatis cuius futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere, propositis [b] eis sacrosanctis euangeliis, periculo suarum animarum dicentes [c] in ipsis decretis [d], q̄a neq; propter aliquam donationem neque propter aliquam promissionem aut amicitiam, aut aliã quẽlibet causam, sed sciẽtes eos [e] rectæ & catholicæ fidei, & honestæ esse vitæ, & literas nosse: hos elegerunt: & quia neque vxorem, neque filios aliqui eorũ habẽt, neq; concubinam [f], aut filios naturales cognoscunt [g] eos habuisse aut habere. sed & si prius vxorẽ aliquis ex eis habuit, ipsam & vnam, & primam, & neq; viduam, neque viro coniunctam [h], neq; legibus aut sacris constitutionibus [i] interdictam. sed & q; neq; curialem aut officialẽ hunc esse [k] cognoscunt, aut si curiali vel officiali subiacet fortunæ, sciunt eum [l] in monasterio non minus xv. annis monasticam conuersationẽ implesse. Hoc [m] quoque decretis [n] oportet inseri, quia nõ minus, quàm xxxv. ætatis annos habet is, qui eligitur ab eis, qui cognoscunt personã. vt ex trium [o] personarũ pro quibus talia decreta facta sunt, melior ordinetur [p] electione & periculo ordinantis [q]. curialem verò vel officialem, qui sicut dictum est, quindecim annis in monasterio conuersatus est, & ad episcopatum prouocatus, liberum esse propria fortuna: ita tamẽ vt liberatus à curia, quartam partem suæ substantiæ sibi retineat [r]: reliquis eius rebus secũdũ nostrã legẽ curiæ & fisco vendicandis. Damus aũt licẽtiã decreta facientibus, si quempiã laicorũ, præter curialem & officialem, dignũ memorata electione esse putẽt: hunc cum aliis [s] duobus clericis aut monachis eligere: vt si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repẽte episcopus ordinetur [t]: sed primo clericis nõ minus tribus mẽsibus connumeretur, & ita sanctas regulas, & quotidianũ ecclesiæ ministeriũ edoctus episcopus ordinet̃. Qui em̃ [v] † alios debet docere, post ordinationem ab aliis doceri non debet. Si verò (vt euenit in quibusdam locis) non inueniantur tres personæ ad talem electionem opportunæ: liceat decreta faciẽtibus in duabus & in vna [x] persona decretum facere, eos tamen omnes iam dictas à nobis habentes testationes. Si verò qui debet episcopum eligere, citius ipsa decreta intra sex mẽses non faciant: tunc periculo propriæ animæ ille, quem competit [y] ordinare episcopum, ordinet, omnibus aliis, quæ diximus obseruandis. †

Si quis autem citra memoratã obseruationẽ episcopus ordinetur [z]: iubemus hũc omnibus modis ep̃atũ depelli. Sed etiã illũ, qui præter hoc p̃sumpserit ordinare, segregari vno anno à sacro ministerio, & oẽm eius substãtiã q̃ quolibet tp̃e aut modo in eius dñiũ deducta est,

bus. vt s. quomodo do opor. epis. & s. de mon. col. j. & s. vt cle. ap. proprios epi. co. vj. & supra, apud quos oportet. Accur.

[a] Primates. s. ecclesiasticos vt archipresbyteros & archidiaconos, q̄ primates ecclesiastici dicuntur, vt s. eo. §. sancimus autẽ reuerẽdissimos. nõ loquitur de laicis: quia illi nõ debent eligere sed facta electione debẽt consentire: vt in decre. lxij. dis. c. docẽdus. & lxiiij. dis. c. nullus. & c. nõ est.

[b] Propositis. non tactis. sic infra eo. §. nulli.

[c] Dicentes. dicti primates. Accur.

[d] Decretis. in quibus eligunt illos tres.

[e] Eos. electores futuros. Accur.

[f] Cõcubinam. sic est in quolibet clerico: vt j. eod. §. clericos aũt. & facit s. quomodo oportet epis. §. hoc de Deo. & §. sancimus.

[g] Cognoscunt. quem electuri sunt in episcopũ vt proxim. innuitur. Az. & sic inepte mutat materiam.

[h] Coniunctam. olim.

[i] Constitutionibus. i. scenicam: vt in nouellis. eo. titu.

[k] Hunc esse. s. futurum electum.

[l] Eum. electum.

[m] Hoc. s. de electoribus. nunc de eligendo incipit.

[n] Decretis. quãdo per se eligunt dicti electores.

[o] Ex triũ. sic construe vel ex electione triũ, &c. Et sic no. qđ xxxv. ann. debet habere episcopus sicut & presbyter: vt supra. e. §. presbyterũ. item no. qđ tres debent eligere: sufficit tamẽ duos consentire: vt C. de decur. lege, nominationũ. & ideo tres & non quatuor vel duo: q̄a naturaliter homines discordant: & in illis casibus posset esse, q nõ inueniretur pars maior: vt ff. de arbit. l. itẽ si vnus. §. principaliter.

[p] Ordinetur. puta archiepiscopus.

[q] Ordinantis. nã deponeretur si talis non esset.

[r] Retineat. olim econtra tres retinebat & quartã curię dabat: vt s. q̃uo opor. epis. §. neque ex officio. & j. eodẽ. §. sed hoc quidem. Accur.

[s] Cum aliis. licet olim laicus nõ eligeretur: vt s. q̃uo opor. epis. §. igitur.

[t] Ordinetur. sed hodie hoc correctũ est in iure canonũ nã nõ est eligendus in ep̃m, nisi fuerit ante diaconus aut pbr̃ aut in subsidiũ diaconus: vt in decre. dist. xl. c. vl. sed postulari potest: vt di. lxj. ossius. Sed hodie subdiaconus sine postulatione ipso iure eligit̃, vt extra de tẽ. or. c. à multis. Acc.

[v] Qui em̃. ridiculũ est em̃ eos velle docere, q̄ nõ dũ discere didiscerũt, vt ait Tullius, & hic. & ad hoc ff. de edẽ. l. si quis. ex. §. phibet & C. de epis. & cle. l. cũ clericis. §. ipse verò & s. cõst. quæ de dig. ibi, eũ nãq;, &c. & ff. ad l. Iuliã de adult. l. vxor. §. iudex.

[x] Vna. vnus ergo p omnibus eligit: vt ff. q̃d cuius. vni. l. itẽ §. j. & s. de q̃st. §. j & ar. C. cõia de leg. l. si duobus. & ar. ff de iud. l. nonnuaquam. Accur.

[y] Cõpetit. i. is cui cõgruit. est aũt is q̄ p̃est ep̃o archiep̃s vel similis: sed hodie vsq; ad tres mẽses extra de elect. l. cum nobis olim.

[z] Ordinetur. puta, quia

† Multa hic desiderantur. vide versionem Hal.

† Not. in hoc § quales debet esse ep̃s, & quãtæ sanctitatis qđ vtinã hodie bene seruaretur.

† Facit hunc §. c. officij tui. cum gl. j. in ver. Sed quare nõ potuit. extra, de ele. & c. quamuis. cũ gl. fi. circa fi. extra, de ętа. et quali. vbi dicitur ignominiosum esse episcopo, si cum alios docere debet, quęrat ab aliis, edoceri.

† Nõnulla hoc loco desunt quæ supplebit Haloan. versio.

propter culpam quam fecit dominio ecclesiæ cuius episcopus est, vendicari. Si quis autẽ electũ ad ordinationẽ epãtus accusauerit in qualibet cã, q̃ possit scd̃m leges aut canones eius impedire ordinationẽ, differatur hmõi ordinatio: & prius cõtra eũ ꝓpositã cãm, siue præsente accusatore, & ab eo propositã cãm exequẽte, siue etiam deficiente [a] per tres mẽses † suã accusationem implẽre, diligenter examinari ab illo, à quo futurus erat eṗs ordinari. & si quidẽ obnoxium eum accusator inuenerit: ꝓhibeatur ordinatio. Si verò obnoxius non ostẽdatur: ordinatio quidẽ nõ impediatur: accusator aũt siue nõ ꝓbauerit, siue etiã fugit ꝓpositã à se accusatione: à ꝓuincia in qua habitat, abiiciat̃. Si q̃s aũt ante examinationẽ [b] accusatũ ordinauerit: ordinatus q̃dẽ à sacerdotio repellatur. q̃ verò talẽ ordinare festinauerit, superius dictæ [c] subiaceat pœnę, tã annali ꝓhibitiõe sacri ministerij, quã etiã vt oẽs eius res ecclesiæ vẽdicẽtur. Præ oĩbus illud seruari sancimus, vt nullus per suffragiũ auri aut aliarũ [d] rerũ eṗs ordinetur. Si q̃d autẽ tale committatur: ipsi semetipsos & dãtes & accipiẽtes & mediatores eorum secũdum sacras scripturas & sanctas regulas damnationi subiiciunt: & propterea qui dat, & q̃ accipit, & mediator eius factus, sacerdotij, aut clerici honore remoueatur. q̃d autẽ pro hac cã datum est, ecclesiæ illi vẽdicetur cuius voluit sacerdotium cõparare. Si verò laicus forte pro hac cã aliq̃d accipiat, aut mediator rerũ factus est, data res in duplũ eũ exigi iubemus, ecclesiæ vendicandas. Non solũ autẽ q̃ secundũ hunc modum dantur, vendicari præcipimus, sed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expositam & pignorum vel fideiussorum [e] dationẽ vel oblationẽ, & omnem quẽlibet aliam cautionem vacare sancimus. Et qui super hoc promissionẽ accepit, non solũ professionem reddat: sed etiã aliud tantũ, quantum professio cõtinet, exigatur, quod debet ecclesię dari. Si q̃s aũt episcoporũ siue ante suã ordinationẽ, siue post ordinationẽ voluerit proprias res, aut partẽ earũ ecclesiæ offerre, cuius sacerdotiũ accepit: nõ prohibemus, & omni cõdẽnatione & pœna pręsentis legis liberũ eũ esse sancim⁹: sed etiã omni laude dignũ iudicamus: q̃m hoc nõ est emptio, sed oblatio [f]. Pro consuetudinib. [g] aut illa sola ꝑmittimus ꝑberi ab ordinatis episcopis, q̃ subsequenter pręsenti lege inserta sunt. Iubemus igitur beatissimos archiepiscopos & patriarchas, hoc est senioris Romæ [h] & Constantinopoleos & Alexãdriæ & Theopoleos [i] & Hierosolymorũ, si quidẽ cõsuetudo habet, episcopis & clericis in eorũ ordinatione nõ minus, quã viginti auri libras dari, ipsa solũmodo ꝑberi, quæ cõsuetudo recognoscit: plus aũt ab hac quãtitate nihil supra viginti auri libras præberi. Metropolitas autem à propria synodo, aut à beatissimis patriarchis ordinatos, & alios omnes episcopos, qui aut à patriarchis, aut à metropolitis ordinantur, dare pro inthronisticis quidẽ solidos cẽtũ: notariis autẽ ordinãtis, & aliis ministrãtibus ei, & solenniter accipientibus solidos ccc. Si verò ecclesiæ reditus minus q̃dẽ quã triginta auri libras per annũ reddãt, nõ minus aũt decẽ: dãri ꝓ inthronisticis solidos cc. Si verò minus quidẽ quàm decẽ, non minus autẽ v. auri librarũ ecclesiæ reditus essẽ contigerit: pro inthronisticis quidẽ dari solidos quinquaginta, omnibus aũt aliis ex consuetudine percipiẽtibus solidos cc. Si autem minus quàm quinque, non minus autem duas auri libras ecclesiæ reditus habeat: pro inthronisticis [k] solidos decẽ & octo, omnibus autẽ aliis ex cõsuetudine percipiẽtibus solidos xxiiij. Si autẽ minus tres, nõ autem

ta, quia per suffragium est electus: vt infra. §. præ omnibus.

[a] Si quis deficiẽte. idem differente vsque ad tres menses. nã interim nulla facienda est examinatio, cum accusator desistit. vt in nouellis. e. tit. & facit ad §. istũ. s̃. q̃uõ oport. epi. §. si quis aũt. & §. si tamẽ. & §. si verò.

[b] Examinationem. s. accusatiõis, quę ĩfertur episcopo eligendo.

[c] Superius dictæ. vt s̃. eo. si quis aũt. circa fin.

[d] Aut aliarũ dati siue ab ordinato siue ab alio: arg. ff. de cal. l. generaliter. & fa. C. eod. l. si quenquã. & s̃. q̃uõ opor. epi. §. sed neque. & §. & hanc. Sed quid si ignorauerit elect⁹? r̃n. debet cũ scit renũciare in manu consecrãtis: & tunc ipse eũ põt reeligere: vt j. q. v. c. præsentiũ.

[e] Vel fideiussorũ. No. par delictũ dedisse & promisisse: vt hic, & s̃. q̃uõ opor. epi. §. sed neq̃. & §. & hanc. & C. ad le. Fal. l. fi. Acc.

[f] Sed oblatio. q̃ si ita dixit palam, offero, vt eligat in epm: licitũ est ei secũdũ Ioan. vt ff. de pol. l. j. §. nõ semp. & ff. de off. præt. l. Barbarius. Acc.

[g] Pro consuetudinibus † s. quia sic est consuetudo & bona, vt in aliquo seruet̃: vt subiicit. secus si esset mala. nam non ideo præstarentur, quod esset consuetudo: vt supra, vt nulli iu. in j. co. ibi, male enim &c. quæ est cõtra. Accur.

[h] Romæ. i. papã Romanum: vt in nouel. eo. tit. & iste vere dat Romanis sed non secundum formã huius titul.

[i] Theopoleos. i. Anthiochiæ.

[k] Pro inthronisticis. i. pro * cathedratico: vt in nouellis eo. tit.

Permit

† Cõcor. cum hoc tex. in ca. quoniam frequẽter. §. si vero aliter ĩ gl. super verbo, in sanctis canonibus. ante fi. ver. si in episcopatu dant̃ iij. mẽses. extra vt lite nõ contesta.

Promittere et dare in delictis æquivalent.

† Cõcor. c. fi. de cõsue. extra.

* Quod in pręsentia in curia Romana cõmune seruitiũ appellatur, q̃d quilibet prælatus electus cõferre ac soluere iuxta pr̃ælaturæ vires debet: vt tu intelligas id esse ꝓmissionem in cathedrãdo nationẽ.

[a] Permittimus. sic alias pro vili cã nõ præstantur sportulæ: vt s̃. de iud. §. ne autem. in fi.

[b] Presbyter. q̃ archipresbyter dicitur ab archos, qđ est princeps, quasi maior inter alios presbyteros.

[c] Dantis. alias donatis. Accur.

[d] Citra prædictã. qđ quindecim annis steterint in monasterio, vt dixi. s̃. eo. §. sed neq;. & §. curialem. Acc.

[e] Disposuimus. vt s̃. de eccle. titu. §. interdicimus.

[f] Suæ. vt s̃. consti. quæ de dig. §. illud. col. vj.

[g] Presbyteros. vel presbyteris.

[h] Diaconos. vel diaconis. Acc.

[i] ubdiaconos. vel subdiacõis. Ac.

[k] Cognatiõis. vel agnationis: cũ hodie non sit differẽtia: vt s̃. de hær. ab ĩte. §. ex his. hac co.

[l] Permittimus. aliud in milite seculari q̃ nullo mõ admittitur: vt instit. de exc. tu. §. idẽ & in milite. Sed nunquid potest esse testamẽtarius vel datiuus? Rñ. non, vt hic: à cõtrario arg. ff. de offic. eius cui mã. est iu. l. j. §. j. A.

† Facit hunc tex. tit. de ser. non ordi. per totũ. tit. extra.

[m] Hoc fecerit. i. si declarat hoc intra quatuor mẽses &c. ergo si nõ fecerit, p̃iudicat sibi in aliis secũdũ P. & est pro eo. s̃. de hæ. & Fal. §. nõ autẽ. & ff. de off. eius cui mã. est iu. l. j. secũdũ Io. & Py. contra. dicunt enim in aliis sibi nõ præiudicare. C. de exc. tut. l. voluntaria. & C. de iis q̃ spõ. mu. sub. l. ij. li. x. & qđ hic dicit, & si quis hæc fecerit, &c. exponũt. i. si eam tutelã susceperit solẽniter. nec enim aliter suscipere debet nullã circa aliam, &c. hoc autem priuilegiũ

minus, quàm duas auri libras quantitas redituũ ecclesiæ cõperiatur: dare ꝓ inthrõisticis q̃dẽ solidos xij. pro omni verò alia cõsuetudine solidos vj. Episcopũ enim ecclesiæ minus duas auri libras reditus habẽtẽ, neque pro inthronisticis, neq; pro alia qualibet consuetudine dare aliq̃d ꝑmittimus[a]. Hæc aũt q̃ præberi disposuimus, primus presbyter[b] ordinãtis epi & archidiaconus suscipientes, ex cõsuetudine percipientibus diuidãt hæc. Igitur iubemus hæc omnibus modis obseruari: vt non ex talibus occasionibus ecclesiæ debitis prægrauẽtur & sacerdotia venalia fiãt. Si quis autẽ vltra quãtitatẽ à nobis definitã pro inthronisticis, aut consuetudinibus quolibet modo p̃sumat accipere: iubemus q̃cquid plus acceperit, triplũ ex rebus eius vẽdicari ecclesiæ dãtis[c]. Sed hæc quidem † pro episcoporum ordinatione dicta sunt. Post ordinationẽ verò seruili & adscriptitia fortuna episcopos liberos esse præcipimus, nisi curialis aut officialis citra prædictã[d] obseruationẽ ordinentur. Tales enim episcopatu remotos, curiæ aut officio restitui iubemus: vt non ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. illos autẽ, qui ante hãc nostrã legẽ ex curiali fortuna inueniuntur episcopi ordinati: hmõi quidẽ fortuna liberos esse, legitimã verò partem ex propriis rebus curiæ & fisco dare: sic tamen, vt nullam imminutionem ecclesiastica iure sustineãt in rebus, quas in episcopatu acquisitas, ecclesiæ eorum competere disposuimus[e]. Si verò contigerit ordinatũ episcopum sub proprij parentis potestate esse: ex ipsa ordinatione suæ[f] potestatis sit.

Episcopis & monachis tutelæ & curæ officium interdicitur, presbyteris autem & alijs clericis permittitur, in aliquibus casibus: regulariter autem personis ecclesiasticis secularia negotia interdicuntur. fallit in certis casibus à iure permissis. Bar.

Deo autem amabiles episcopos & monachos ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscunq; personæ fieri permittimus. presbyteros[g] aut & diaconos[h] & subdiaconos[i] iure & lege cognatiõis[k] tutelam aut curã suscipere hæreditatis permittimus. proprio & solo gradu cognationis ad tutelã & curam vocatis huiusmodi suscipere administrationẽ permittimus[l]: si tamẽ intra quatuor mẽses ex quo vocati sunt, apud competentem iudicẽ scripto declarent talẽ administrationẽ propria voluntate suscepisse. & si q̃s eorũ forsan hoc fecerit[m] nullum ex hoc in alia tutela aut cura præiudiciũ patiatur. Alium aũt[n] fieri susceptorem aut exactorem fiscalium sanctionũ, aut cõductorẽ publicarũ[o], aut alienarũ possessionum, aut curatorem domus[p], aut procuratorẽ litis[q] aut fideiussorem pro talibus causis[r] episcopum aut œconomum aut aliũ clericum cuiuslibet gradus † aut monachũ[s] ꝓprio nomine, aut ecclesiæ, aut monasterij subire non sinimus †: vt nõ per hanc occasionem & sanctis domibus damnũ fiat, & sacra ministeria impediãtur. Si au

clerici habent, qui stant vt clerici, nõ aliàs: vt C. de episco. & cle. leg. generaliter. sed q̃d de lectore & cantore & aliis clericis q̃ non prohibentur? Rñ. secũdũ Ioã. vocari possunt communi iure secũdũ leges. Accur.

Clericus quãdo debe gaudere priuilegio clerica.

[n] Alium autẽ. q. d. clericum: vt subiicit. j. ibi, epm. Acc.

[o] Publicorũ. s. vectigalium. Acc.

[p] Domos. s. nostræ priuatæ.

[q] Litis etiam cuiuslibet.

[r] Causis. s. prædictis publicis & aliis. & dic exẽplũ, vt publicis salinis aut argẽtifodinis, vel similibus nam hæc publica sunt: vt ff. de ver. si. l. inter. & ff. de pub. l. sed hi. in prin. & ff. de ver. si. l. inter. sed œconomus videẽ admittendus ad fideiussionẽ: vt C. de epis. & cle. l. cũ clericis. §. memorati. quæ est cõtra. & extra de fideius. c. pe. & fin. Solut. hic in spãlibus casibus loq̃tur. vt hic innuit ibi, ꝓ talibus cãis &c. Item videtur, quod possit esse ꝓcurator litis sicut est œconomus: vt infra. e. §. sportularum. in fin. quæ est cõtra. Sol. hoc speciale his casibus, vt dixi. Not. ergo clericũ ab hmõi actibus prohiberi. idem de milite: vt C. de procu. l. militem. idem de curiali: vt C. loc. l. curialis. idem de tutore: vt C. ne tu. vel cu. l. j.

[s] Monachũ. monachũ dico: quod plus est, etiam ecclesiæ vel monasterij.

Quædam

† Not. q̃ appellatione clerirũ omnes superiores cõtinẽtur. & concor. in c. clericos. in gloss. j. post med. ibi appeltione eñ clericorũ. extra, de offi. vica.

† Facit hunc tex. c. vnicum. cum gl. ij. circa medium: ibi, item põt esse laicus. extra, de syndi.

tem eccleſiis aut monaſteriis poſſeſſiones quædam adiacẽtes [a] inueniãtur, & voluerint diſpenſatores ipſarũ venerabiliũ domorũ in cõductionẽ aut emphyteuſim has accipere: tunc omnibus clericis & monachis pro cauſis in ipſo inſtrumento ſub geſtis monumentorum conſentientibus, & manifeſtantibus pro vtilitate venerabilium domorum hoc fieri: talem cõductionem & emphyteuſim ꝓcedere ſinimus. Sed etiam ipſis ſanctiſſimis eccleſiis & aliis venerabilibus domibus damus licentiam, cõductiones & emphyteuſes facere adinuicem [b], & clericis ſimiliter propriarum eccleſiarum poſſeſsiones conducere [c] & gubernare, cum voluntate tamen epiſcopi & œconomi permittimus: exceptis perſonis [d] quas per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra ea quæ dicta ſunt, aliquid fecerit: ſiquidem epiſcopus fuerit: omnes eius res ex qualibet cauſa vel perſona, ſiue ante epiſcopatum, ſiue poſt hoc fuerint ad eum veniẽtes: eius eccleſiæ vẽdicari ſancimus. Si autem œconomi, aut alij clerici fuerint hoc delinquentes pecuniariam eos pœnã, qualem epiſcopus eorum probauerit [e] exigi eccleſiæ vendicandam: & cũ etiã conductionẽ teloniorũ [f] aut cuiuslibet poſſeſsionis, aut publicarum collationum perceptionem, aut exactionem, aut ſolicitudinem domus eis credentes, aut fideiuſſores eos pro memoratis cauſis ſuſcipientes; nullam contra eccleſiam aut monaſterium, aut res eius, aut gubernantium, aut contra illas perſonas quibus crediderint, aut contra facultates, aut fideiuſſores eorum, habeant actionem. Illi verò, qui publicarum collationum aut tributorũ ſuſceptionem aut conductionem aut exactionem memoratis perſonis crediderint [g], aut fideiuſſores eos acceperint: ſi quod publico damnum contingat, hoc ex propria facultate reſtituere compelluntur [h].

Nulli liceat epiſcopos coram ſe ad teſtimonium compellere: ſed ad eos mittere debet, vt propoſitis euangelijs dicant: & à iudice in iudicium venire cogendi non ſunt. Barto.

Nulli verò iudicum licebit Deo amabiles epiſcopos cogere ad iudiciũ venire pro exhibendo teſtimonio [i]: ſed iudex mittat ad eos quoſdam ex perſonis miniſtrantium ſibi: vt propoſitis [k] ſanctis euãgeliis ſecundum quod decet ſacerdotes, dicant quæ nouerint. Sed neque pro qualibet pecuniaria cauſa, vel criminali epiſcopũ ad iudicem ciuilem, aut militarem inuitum producere, aut exhibere citra imperialem iuſsionem permittimus: ſed iudicẽ, qui tale [l] aliquid, ſiue ex ſcripto, ſiue ex non ſcripto præſumpſerit imperare, poſt cinguli priuationem, viginti librarum auri pœnam exoluere iubemus eccleſiæ, cuius epiſcopus produci aut exhiberi iuſſus eſt, executorem ſimiliter poſt cinguli priuationẽ, & verberibus ſubdendum & in exilium deportandum.

Epiſcopi in ſuis eccleſijs debent reſidentiam facere, & eas non relinquere ſine ſuperioris literis, vel ſine principis iuſsione: & tunc non amplius vno anno. Item patriarchæ & ar. hiepiſcopi

a Quędam adiacentes. i. cõfines: vt in nouellis eodẽ titu.

b Facere adinuicẽ: vt ſupra, de nõ ali. §. hoc vero iubem⁹. col. ij. & ſ. vt decæ. nõſi. §. illud. col. v.

c Cõducere. repete damus licentiã.

d Perſonis. i. œconomis & eius cognatis: vt ſupra de ali. & emphyt. §. œconomis & de hac l. hic dicit. Vel dic quod de hæreticis hic dicit: quib. nõ poteſt dari ab eccleſia: vt ſ. de eccl. ti. §. iubemus. & ſic de iſta facit mentionem.

e Probauerit. i. impoſuerit, vel ſtatuerit. Al. Argu. C. de modo mulctã. lege fin.

f Teloniorũ. quidam habent teloniorum: & quidã telonicorũ: & exponit Al. i. menſarum publico loco poſitatũ. tu dic teloniorũ. i. vectigaliũ. & erit ſenſus eius literæ: q̃a credẽtes eis. ſ. prædictis clericis, qui cõducũt vectigal. q. d. locãdo eis, vel credẽtes cõductionẽ cuiuslibet publici, aut ꝑceptionẽ publicarũ collationũ aut exactionẽ, aut ſolicitudinem domus ſcilicet noſtrę priuatæ: vt dixi ſ. §. aliud: aut ſuſtinẽtes eos fideiuſſores &c. nullam actionem, &c.

g Perſonis crediderint. ne fiſcus dãnũ patiatur: vt ar. ſ. vt nul. iu. §. & hoc vero iubemus. hac collat.

h Compelluntur. vt ſunt publici adminiſtratores, ad quos pertinet facere tales locationes.

i Exhibendo teſtimonio. vt C. e. titul. l. nec honore. Alij aũt compellũtur venire, ſi ſunt de eadem prouincia: alias nõ, niſi in cauſa criminali: vt ſ. de teſt. §. quoniã. in fin.

k Propoſitis. ſed non tactis ſecũdũ Io. ſic & in iudice. C. de iudi. l. rẽ non nouam. Item ex eo quod dicit, dicãt ij quæ nouerint. not. duo. Primũ: quia teſtis veritatẽ debet dicere: non aũt quod credat tantũ vt ſ. de hær. & Fal. §. ſi vero abſunt. & C. de teſtibus. l. teſtium. ſecus in iuramento calumniæ: vt C. de iuramento calum. l. ij. §. qđ obſeruarit. Secundo no. ex eo, qđ indefinite dicit, pro vtraque parte debeãt teſtimonium ferre: ſicut & alibi dicitur, qđ veritatem non debet ſupprimere: vt C. eo. l. presbyteri. & ſ. de teſti. §. ſi verò ignoti. in fin. §. & hæc omnia in pecuniariis. Item adinuicẽ ſpectat inquirere veritatem: vt C. de eden. l. ij. hic tamen ſi iuramento dixeris ſe nihil ſcire, audiẽ: vt arg. ff. de re iud. l. ſi vni. Acc.

l Tale. quod epiſcopus veniat corã iudice ad dicẽdum teſtimonium.

Concor. c. vl. extra de iur. calã. cum gl. poſt pri cip. vbi dicitur, dicit papa epiſcopo Beluacẽ ſi, q ſi ꝑte & tantũ propoſitis ſed non tactis &c. & al. leg. gl. ſi. hac auth. Teſtis de credentia deponere non debet.

Cum li

debent omnes sub se constitutos omni anno ad se conuocare, & exponere quæ agenda sunt. Item episcopi vel clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes, vel spectacularum fieri prohibentur. Nec cogendus est episcopus clericum suum ab ecclesia dimittere, et alij tradere. Bartolus.

Interdicimus autem Deo amabilibus episcopis proprias relinquere ecclesias, & ad alias regiones venire. Si verò necessitas faciendi hoc contigerit: non aliter nisi cum literis [a] beatissimorum patriarchæ aut metropolitæ, aut per imperialem videlicet iussionem hoc faciant: ita tamen, vt nec illis episcopis, q sub beatissimo archiepo Constantinopoleos & patriarcha fuerint, liceat citra permissionẽ eius aut nostræ iussionis ad regiam ciuitatem venire. Si verò [b] etiam secundũ hunc modum episcopus cuiuscunque loci profectus fuerit: non amplius vno anno suam relinquat ecclesiam. Episcopos autem in regiam ciuitatẽ, sicut dictum est, venientes cuiuslibet fuerint diœcesis, præ omnibus ire ad beatissimũ archiepiscopum Cõstantinopoleos & ad patriarcham, & ita per eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostram dispositionem aut proficiscentibus, aut vltra definitum [c] vnius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus moram, primum quidem non ministrari ab œconomis propriæ ecclesiæ expensas: deinde admonere eos per literas sacerdotũ sub quibus agunt, vt reuertantur ad suas ecclesias: differentes autem reuerti, secundum sanctas reuocari regulas. et nisi intra definitum à sacris canonibus tempus reuertantur ad suas ecclesias: ipsos quidem ab episcopatu expelli: alios autem pro eis meliores ordinari secundum præsentis legis virtutem: hoc ipso & super clericis valituro, cuiuscunque ordinis fuerint aut ministerij. Vt autem omnis ecclesiasticus status & sacræ regulæ diligenter custodiantur: iubemus vnumquenque beatũ archiepiscopum & patriarcham & metropolitã sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadẽ prouincia semel aut secundò per singulos annos ad se cõuocare, et omnes causas subtiliter examinare, quas episcopi aut clerici aut monachi adinuicem habeãt: easque disponere, & super hoc, quicquid extra regulas à quacunque persona delinquitur, emendare †. Interdicimus autẽ sanctissimis episcopis, presbyteris, & diaconibus, & subdiaconibus, lectoribus, & omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegij aut schematis [d] constitutis, ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit: iubemus hunc in tribus annis à venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitij pœnitẽtiam: liceat & sacerdoti, sub quo constitutus est, minuere tempus, & hunc rursus proprio reddere ministerio. scientibus quoque sanctissimis episcopis debentibus hoc vindicare, quia si tale aliquid agnoscentes non vindicauerint, ipsi rationem Deo pro tali causa persoluent. Nullum autem † episcopum inuitum cogi quemlibet clericum sub se cõstitutum de proprio clero dimittere, & alij dare.

Episcopi & presbyteri sine iusta causa aliquem excommunicare non debent. aliàs si fit, absolutio à superiore dari debet. Item episcopis non licet proprijs manibus aliquem percutere. Item episcopus ab episcopatu repulsus, ad ipsum redire non potest. Bart.

Omnibus autem episcopis & presbyteris interdicimus segregare aliquem à sacra communione, antequã causa monstretur [e], propter quã sanctæ regulæ hoc fieri iubent. Si quis autẽ præter hoc à sancta cõmunione [f] quẽquam segregauerit: ille quidẽ, qui iniustè à cõione segregatus est, solutus excõicatiõe à maiori sacerdote [g], sanctã mereatur cõmunionem. Qui verò aliquem à sancta cõione segregare præsumpserit: modis omnibus à sacerdote, sub quo cõstitutus est, separabitur à communione quanto tempore ille perspexerit: vt quod iniustè fecit, iustè sustineat [h].

a Cum literis. sic C. de epi. & cle. l. si qua per calũniam. & s. vt diffe. iud. in prin. col. ix. Ac.

b Si verò. hæc quæ dicuntur hic, & s. proxi. §. sunt supra quomodo opor. §. illud. & §. non aliter collat. j. & s. vt nul. fabricet ora. do §. illud. col. v.

c Definitum. scilicet xxx. dierum in vnaquaque dilatione. ar. s. de liti. §. omnem autẽ. Acc.

d Aut schematis. id est ordinis. schema enim pro ordine plerunque ponitur. s. vt cũ de app. cog. §. si vero liberi. & facit ad hunc §. C. l. placet. & l. decernimus. Quid de schachis? Resp. possunt, cum non fortunæ viribus, sed naturali ingenio cõsistat ille ludus. Item nunquid gratis ad tabulas potest? Resp. non: cum etiam spectacula hic prohibeat.

Schachorum ludus nõ est clericis prohibitus.

e Causa monstretur. No. sine causa transactionem non fieri: vt ff. de transactio. l. cum hi. §. si prætor. & de pœ l. respiciendum.

f Communione. est ergo excommunicatio à corpore Christi: vt hic. Itẽ est alia. s. ab ingressu ecclesiæ: vt s. de interdi. col. hæ. in fi. & C. de sum. tri. l. ij. in fi.

g Sacerdote. id est archiepiscopo.

h Sustineat. ff. quod quis. iu. l. ij. in prin.

† Hæc translatio multis hic caret.

† Cõcor. cap. bonæ memoriæ. j cum gl. super ver. ex gratia. extra, de postu. præ lat.

Const

Sed neque propriis manibus liceat episcopum aliquem percutere. hoc enim extraneũ sacerdoti est. Si quis autem episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus, præsumpserit ingredi ciuitatem ex qua pulsus est, relinquens locum, & in quo iussus est degere: iubemus hunc in monasterio in alia regione constituto [a] tradi: vt quod in sacerdotio deliquit, degens in monasterio corrigat.

Presbyteri & clerici ac etiam diaconissæ ordinari debent, qui sint ætatis hic insertæ: & sint rectæ fidei, & vitæ honestæ, & castè viuentes & castitatem vouentes. & si contradictor apparuerit, ordinatio differri debet, donec plenè fiat examinatio. Bart.

Clericos autem † non aliter ordinari permittimus, nisi literas sciant, & rectam fidẽ vitamq́ habeant honestam, & neq; concubinam aut naturales habuerint aut habeãt filios: sed castè viuentes, aut vxorem legitimam, & ipsam vnam & primam habentes, neque viduam, neq; separatam à viro, neq; aliter legibus aut sacris canonibus interdictã. Presbyterum autem minorem triginta quinq; annorum [b] fieri non permittimus. Sed neque diaconũ aut subdiaconum minorem vigintiquinque. Neque minorem lectorem decẽ & octo annorum. Diaconissam verò non ordinari in sancta ecclesia, quæ minor est annorum quadraginta [c] aut ad secundas venerit nuptias. Si autem tempore ordinationis clerici cuiuscũque collegñ aut ordinis, accusator aliquis apparuerit, dicẽs eum indignum ordinatione esse: differatur [d] ordinatio, & vniuersa procedant tam pro examinatione, quàm pro multis causis, quas in episcoporũ ordinationibus sanciuimus [e]. Si verò Et futurus ordinari diaconus non habuerit vxorem (sicut prius dictum est) coniunctam sibi, non aliter ordinetur, nisi prius ab ordinante eum interrogatus promiserit posse post ordinationem & sine legitima vxore honestè viuere: non valente eo, qui ordinat in tempore ordinationis permittere diaconum aut subdiaconum post ordinationem vxorem accipere [f]. Is autem qui permittit episcopus, expellatur ab episopatu. Si verò post ordinationem presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus vxorem duxerit, expellatur à clero, & curiæ ciuitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur [g]. Si verò lector secundam ducat vxorem, aut primam quidẽ viduam aut separatam à viro, aut legibus, vel sacris canonibus interdictam: nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem prouehatur: sed & si quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eo, & priori restituatur.

Curiales & officiales non debent clerici ordinari, nisi monasticam vitam per xij. ann. impleuerint: pœna contrafacientibus imminente. In prædictis tamen casibus iura vetera seruantur. Item clerici merito & non simoniacè ordinari debent ecclesijs tamen in quibus ordinantur, & bona eorum antè & post donare possunt. Bartolus.

Sed neq; curialem aut officialẽ clericum fieri permittimus [h]: vt non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si verò tales personę in clero constituantur: tanquam nec ad ordinem perducti, propriæ fortunæ restituantur, nisi forsan monasticã [i] vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleuit. Tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte [k] curię & fisco danda, si in clero cõstituti, monacho condecentem vitam impleuerint. Si verò post clericatus honorem aliquis eorum vxorem duxerit, aut concubinam habuerit: curiæ & officio, cuius fortunæ subiacebat, reddatur, etiam si maximè tali ecclesiastico gradu tenebat, in quo quis constitutus non prohibetur sacris cano-

[a] Constituto. & per centum milliaria remoto: vt C. de episcop. & cle. l. quincunque.
[b] Minorẽ xxxv. annorum. tantum etiam tempus debet habere episcopus: vt s. eodẽ. hoc quoque decretis.
[c] Annorum xl. lex. C. dicebat de l. an. quæ corrigitur: vt C. e. l. nulla. & eodẽ modo corrigitur alia quæ dicit de l. an. s. quomodo opor. epi. §. quanta igitur.
[d] Differatur. sed non differtur executio sentẽtię pręfecti præ. supplicatione facta: vt s. vt spõs. largi. §. aliud. quæ est contra.
[e] Sanciuimus. vt s. e. §. si quis autem.
[f] Accipere. arg. ꝙ sacerdos nõ potest dãdo pœnitentiam permittere retineri cõcubinam. sed arg. cõtra. ff. de lega. iij. l. si quis in prin. testamẽti. §. j.
[g] Tradatur. ꝙ dicitur clericum apostatantẽ officio curiæ dari: vt hic, & s. quomodo opor. epi. §. semel. & à sacerdotio cadere: vt hic, & s. de nupt. §. sed & si quis. & s. quomodo opor. episc. §. neq;. sic etiã de monacho. vt s. de mona. §. si verò relinquens.
[h] Permittimus. sed olim fiebat cũ distinctione: vt C. de epis. & cleri. l. officiales.
[i] Monasticam. nõ tamen erat monachus alias propriam substãtiam habere dici nõ posset: vt s. de mo. §. illud. ꝙ j. dicit. Sed quomodo hoc cũ j. dicat, idem est in aliis monachis? Respon. non punitur respectiue. sic. s. vt defunct. seu fu. §. j. col. v. Quare ergo vxorẽ ducere prohibet? Respõ. quia habitum habuit: et quia satis est clericari curialem.
[k] Parte. id est, dodrante secundum Al. vt s. eo. §. curialem. vel dic verius de ea de qua dicitur. C. eodem. l. officiales. prima verior est.

† de ætate istorum ordinãdorum vide ca. cum in cunctis. extra de electio.

Apostata officio curiæ traditur.

nibus & legibus vxorem accipere. Hac autem & super aliis omnibus monachis tenere sancimus, qui de monasteriis ad quemlibet ecclesiasticum transferuntur gradum, etiam si nulli fortunæ subiecti fuerint. Et generaliter sancimus, nulli licere in quolibet ecclesiastico gradu constituto, discedere ab eo, & secularem fieri: scientibus tale aliquid facientibus, quia & quasi apposito sibi cingulo aut dignitate aut militia nudabũtur, & curiali [a] fortunæ propriæ ciuitatis tradentur. Qui autẽ ante nostram legem clerici ordinati sunt ex curiali fortuna, per substitutas personas [b] pecuniaria munera complere, à corporalibus autem liberos seruari. Sed neque clericum cuiuscunque gradus dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut aliĳ cuilibet personæ ꝑmittimus: solat autem præbere, eum consuetudines iis, qui ordinantium ministrantes sunt ex consuetudine accipientibus vnius anni emolumẽta nõ transcendentem [c]. in sancta verò ecclesia, in qua constituitur, sacrum complere ministerium, & nulla penitus propriis clericis dare pro sua insinuatione, nec ob hanc causam propriis emolumẽtis aut aliis portionibus hunc priuari. Sed neque xenodochum, aut nosocomum, aut ptochotrophum, aut alium quemlibet venerabilis domus gubernatorẽ, aut quãcunq; ecclesiasticam solicitudinem agentem, dare aliquid illi, à quo constituitur, aut aliĳ cuicunq; personæ pro cõmissa sibi gubernatiõe. Qui verò præter hęc quę disposuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator fit: sacerdotio aut clero huiusmodi cõmissæ sibi cuiuscũq; gubernationis nudabitur: iis, quæ accipiuntur, vendicandis venerabili loco, cuius talis persona ordinationem, aut solicitudinem, aut gubernationem accipit. Si autem secularis sit, cui accipit, aut mediator factus est: quod datum est duplum repetitur, & venerabili loco, in quo talis persona ordinationem, aut gubernationẽ, aut solicitudinem susceperit, præbeatur. Si quis autem clericus cuiuslibet gradus, siue gubernator cuiuslibet venerabilis domus, aut ante ordintionem cõmissam sibi cuiuscunque gubernationis aut solicitudinis, aut postea aliquid voluerit suarum rerum offerre ecclesiæ, in qua ordinatur, aut loco cuius gubernationẽ aut solicitudinẽ suscepit: non solũ non prohibemus [d] hoc fieri, sed etiam magis inuitamus eos talia pro salute animæ suæ facere. Nos enim illa solùm dari prohibemus, quæ propriis personis quibusdam præbentur, non quæ sanctis ecclesiis, aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

Domino sciente & non contradicente potest seruus clericus ordinari: eo ignorante, non: & si constitutus ad secularem vitam redibit, domino restituendus est, adscriptitĳ verò præter dominorum voluntatem possunt ordinari. Bartolus.

Si seruus sciente & non contradicente domino, in clero ordinatus fuerit: ex hoc ipso quod constitutus est, liber & ingenuus [e] erit. Si verò ignorante [f] domino ordinatio fiat: licet domino intra spatiũ vnius anni & seruilem fortunã [g] probare, & suum seruũ recipere. Si verò seruus sciẽte domino siue insciẽte (sicut diximᵘ) eò q in clero constitutus est, liber factus ecclesiasticũ ministeriũ reliquerit, & ad seculare transierit vitã: suo domino ad seruitiũ [h] tradatur. Adscriptitios autem in ipsis possessionibus quarũ sunt adscriptitĳ, clericos etiã præter volũtatẽ dominorũ fieri ꝑmittimus: ita tñ, vt clerici facti, impositã sibi agriculturam adimpleãt [i].

a Et curiali. imo videtur qđ in monasteriũ mittatur: vt ĩ. eo. §. si monachus. quæ est contra. Sol. si semel fugiat, mittitur in monasterium: si secundo, datur iudici: vt ibi & hic dicitur. Sed quomodo datur curiæ: cũ ex delicto nõ prẹmiũ, sed pœnam debeat pati. C. de decur. l. ne quis. & ff. de inter. & rele. l. relegatorum. in fi. & l. sequen. quæ sunt cõtra. Sol. non tradetur curiæ, vt sit decurio, sed vt seruiat decurionib. & facit ad hunc. §. s̃. de mona. §. si vero relinquens.

Pœna est delicti merces.

b Substitutas ꝑsonas. ar. quod per substitutũ quis seruit: vt C. eo. l. quisquis. & l. ad similitudinem.

c Non transcendentem. consuetudo [3] facit vt aliqd possit dari, quod alias nõ liceret: vt & s̃. eo. §. præ omnibus. & §. pro cõsuetudinibus. sed arg. cõtra. s̃. vt nulli iu. §. iĳ.

3 Concor. xiĳ. dist. c. quẽadmodum. vbi de hoc late tractatur.

d Non prohibemus. eadem de episcopo dicta sunt. s̃. e. §. præ omnibus. §. si vero laicus. & §. si quis aũt episcoporũ. & facit. C. e. l. si quenquam.

e Liber & ingenuus. olim clericus etiam domino volente fieri nõ poterat. C. e. l. iubemus. §. seruos. sed monachus sic volente eo: vt C. eo. titu. l. serui. hodie autem fieri possunt clerici etiam sciente domino: vt hic. & sic nota, patientiã cõsensui comparari. sic. ff ad mu. l. quoties.

Patientia cõsensui comparatur.

f Ignorante. qđ præsumitur: vt C. qui milita. nõ pos. l. super seruis.

g Fortunam. id est, quod possederis eum vt seruum tempore ingressus. nec enim an. ißt possessionẽ ob ingressum. alias male ageretur cum eo, si statim onus probãdi in se reuolueretur. & est arg. C. de agr. & cens. l. si qs. lib. xj.

h Ad seruitium. imo curiæ: vt s̃. eo. §. sed neq; curialẽ. in fi. quæ est cõtra. Sed curialis vel liber curiæ datur: vt ibi: seruus verò domino suo: vt hic. & sic ibi libero: hic de seruo dicit.

i Agriculturam adimpleant. etiam per substitutum: vt C. eo. l. ad similitudinem. & l. quisqs. & not.

† Cōcor. ca. cū nos oporteat. in glo. super verbo idonee. in fi. extra de offi. iudic. ordina.

& nota, in ipsis. nā donec in ecclesia est idoneus, aliunde sumi alius non debet: vt C. e. l. in ecclesiis. secus si non sit ibi idone°: vt ar. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. & si lege. Itē nōne idem erat etiā olim quod per authen. istam statuitur: vt C. e. l. quisquis? Dicas quod sic. vel illa loquebatur tātum tunc, qn̄ dn̄i aderat volūtas. Itē quid si cōtra volūtatē domini faciat? M. dicit quod non pōt: licet præter volūtatē domini possit: vt hic, & arg. ff. de pro. l. Pomponi°. in fin. Sed tu dicas cōtra: vt in nouel. eo. tit. vbi dicit, qđ domino inuito potest.

a Ordinari procuret. ad episcopū pertinet electio: vt hic, & s. vt clerici qui re. §. fin. & s. de mon. §. ordinationem.

b Cantores. scilicet qui omnes sint filiifami.

c Ad similitudinem. non omnimodo: vt j. posuit. sic tamen vt, &c.

† Multa hoc loco desunt, vt facile est intelligere ex Haloan. versione.

d Castrensium. ff. de inoffi. testa. l. si instituta. §. de inofficioso.

e Ferant. sed quo iure? Respond. quidam per querelā. Sed certe hoc idē erat per aliud. authen. vt cū de app. cogn. §. sed hæc quidem. Dic ergo cōdi. ex hac. l. & sic nō est cōtra quod dicitur in castrensi & quasi non dari querelam: vt C. de inoff. test. l. si. in fi. & C. eo. l. cum lege. in fin. & lege, sacrosanctæ & ff. de inoff. test. l. si instituta §. de inofficios. & intellige hūc in prælatis. alias serua quod dicitur s. de eccle. titu. § interdicimus.

Clerici à patrono præsentari debent, & ab episcopo ordinari: aliàs quoscunque putauerit meliores ordinare potest: & clerici in suis ecclesijs morari debet. Bart.

Si quis oratorij † domū fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare, aut ipse, aut eius hæredes si expensas ipsis clericis ministrant, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si verò qui ab eis eliguntur, tanquā indignos prohibent sacræ regulæ ordinari: tunc sanctissimus episcopus quoscunque putauerit meliores, ordinari procuret [a]. Sancimus autem reuerendissimos clericos suis ecclesiis obsecūdare, & omne eis competēs ecclesiasticum ministerium adimplere: hoc requirente vniuscuiusque ciuitatis sanctissimo episcopo, & cuiuscunque ordinis ecclesiastici primatibus, eos, q hoc non custodiūt, regulari mulctæ subdentibus †.

Presbyteri & omnes clerici res ad se pertinentes in suo dominio habere debent atque potestate: & eas donare: & de eis testari possunt si sub parentum extāt potestate: dummodo filijs, aut his non extantibus parentibus eorum relinquant. Bart.

Presbyteros autem & diaconos & subdiaconos, cantores [b] & lectores, quos oēs clericos appellamus, res quolibet modo ad eorū dominiū veniētes habere sub sua potestate præcipimus, ad similitudinē [c] castrensiū [d] peculiorū, & donare secūdum leges, & in his testari, licet sub parentum sint potestate: sic tamen vt hōrum filij, aut his non existentibus, parentes eorum legitimam partem ferant [e].

Presbyteri, diaconi, & alij clerici, si falsum perhibeant testimonium in causa pecuniaria vel criminali, pœna hic inserta sunt puniendi.

Reuerendissimis autē presbyteris, aut diaconibus, etiam si inuenti fuerint pro pecuniaria causa falsum perhibuisse testimonium: sufficiat pro verberibus [f], tribus annis separari à sacro ministerio, & monasteriis tradi. Pro criminalibus autem causis, si falsum testimonium dixerint, clero nudatos, legitimis [g] subdi pœnis præcipimus: reliquos autem omnes in aliis etiam ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cuiuslibet causæ, siue pecuniariæ, siue criminalis dixisse conuincātur: non solū ecclesiastico officio repelli, sed etiā verberibus subdi.

Clerici & monachi coram episcopo in causa pecuniaria conueniendi sunt, in criminalibus coram episcopo vel iudice ciuili ad electionem actoris sunt conueniendi: episcopo negligente ad iudicem loci iurisdictio deuoluitur, in processibus forma hic tradita seruata. Barto.

Si quis contra [h] aliquē clericum aut monachum aut diaconissam aut monasteriam aut ascetriam habeat aliquam actionē, adeat prius sanctissimum episcopum, cui horum vnusquisque subiaceat [i]: ille verò causam inter eos iudicet. & si quidem vtraque pars iis, quæ iudicata sunt, acquieuerit: iubemus per loci iudicē hoc executioni perfectæ contradi [k]. Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat [l] iis, quæ iudicata sunt: tunc lo-

f Pro verberibus. i. loco tormētorū. quæ eis remittuntur.

g Legitimis. quæ sint, dicitur. ff. ad l. Corne. de sica. l. j. & iij. in fi. & ad le. Corn. de fal. l. j. §. vlti.

h Si quis contra. ab hinc vsque ad §. presbyteris autem & diaconis. infra eodem tractat. de conuentionibus & accusationibus clericorum omnis ordinis.

i Subiaceat. vt s. vt cler. ap. pro. epi. cō. §. j. col. vj. & s. apud quos oportet causam di. mo. & asce. §. j.

k Contradi. vt C. de epi. au. l. episcopale. in fin. sed in cuius bonis? Rn̄. si nomine ecclesię, in bo. ecclesiæ; vt si in bonis pupilli tutore dānato: vt ff. de re iudica. l. si se. §. tutor. & ff. si quis cau. l. fin. si autē suo nomine: si tunc nō habet vnde, vt qa secularis clericus est, tunc in suis bonis: aliàs autem dic vt diximus s. de nō alien. §. si autē creditor. in fin.

l Contradicat. s. appellādo vt sequitur ibi, & non liceat, &c. à sentētia ergo episcopi appellatur. Sed contra. C. de episc. au. l. episcopale. i alio etiam lex illa huic contradicit: qa ibi æquiparat eū præfe. prętro. hic autem facit eum minorē quolibet defēsore ciuitatis

Appellatur à sententia episcopi.

ciuitatis, cum dicat defensorem sententiam episcopi retractare: quod non esset, nisi maior esset, vt s. de ap. col. iiij. §. illud. quare dicunt quidem his duobus casibus hanc corrigere illam. tu autem dic, quod hic vt eorum ordinarius cognouit episcopus: vt patet ex præcedenti. §. si quis contra aliquem. ibi autem ab extraneis audiri fuit electus. & sic primo modo non cõtradicit, cũ alio casu loquatur. Itẽ nec secundo: quia parificantur præfecto. s. quãdo ab extraneis eligitur: vel licet iudex locorũ siue defensor retractet: vt hic faciunt ex cõmissiõe principis, quam habẽt per legẽ istã. vnde ipse princeps retractare: videtur quod fieri põt: vt ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. & si prætor.

a In tali causa. Nota casum, vbi tantũ semel appellatur. sic. C. de asse. tol. l. j. j. resp. C. de ap. l. illud. §. similimodo. §. orientalẽ. sic. C. de preci. impe. offe. l. si quis regulariter autẽ bis potest appellari, licet non ter. C. ne li. in vna eademque causa. l. j.

Appellare licet bis.

b Ordinẽ. ordo legum est. C. de ap. l. præcipimus. & s. de nup. §. illud. vsque in fine.

c Ad imperium. No. à delegato appellari ad delegantem: vt hic, & C. de app. l. præcipimus. §. hęc si appellatio. & C. de iudi. l. si. in fi. Sed videtur, quod à delegato principis non ipse princeps, sed alius appelletur: vt supra, de app. coll. iiij. §. fina. quæ est contra. Sol. ibi ad vniuersitatẽ delegauerat: hic ad causam specialẽ princeps delegat. sed etiam, si ad causam specialẽ princeps delegat: non ipse quandoque sed alius appellatur: quod est, quando delegatus à se alij delegat; nam tunc secundus delegans appellatur: vt C. qui pro sua iurisdi. l. ij. in fine: licet hoc sit contra regulam, quę est ff. quis. & à quo. l. j. in fi.

d Et secundum leges. Nota quod iterum examinat. sic infra, proxi §. Acc.

corum iudex causam examinet: & si inuenerit iudicium rectè factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ iudicata sunt, & non liceat secundò in tali causa [a] victo appellare. Si verò iudicis sententia cõtraria fuerit iis, quæ à Deo amabili episcopo iudicata sunt: tunc locum habere appellationem contra sententiam iudicis, & hanc secundũ legum ordinem [b] referri & exerceri. Si tamen ex imperiali iussione, aut iudiciali pręcepto episcopus iudicat inter quascunque personas: appellatio ad imperium [c], aut ad eũ, qui transmisit negotium referatur. Si verò crimen fuerit, quod aduersus quanlibet memoratarum reuerendissimarum personarũ inferatur: siquidẽ apud episcopum aliquis accusat, & ipse veritatem inuenire potuerit: ab honore aut gradu hunc secundũ ecclesiasticas regulas deiiciat, & tunc competens iudex hunc comprehendat, & secundũ leges [d] litem examinans causæ finem imponat. Si verò prius ciuilem iudicẽ adeat [e] accusator, & crimẽ per legitimam examinationem potuerit approbare: tunc episcopo locorum gesta monumentorum palàm faciat: et si ex his agnoscatur proposita crimina cõmisisse eũ: tunc ipse episcopus hunc secũdum regulas ab honore siue gradu, quem habet, separet: iudex autem vltionem ei inferat legibus congruentem. Si verò episcopus putauerit gesta non iustè confecta: tũc liceat ei differre, & nudare honore seu gradu accusatã personam: ita tamen, vt huiusmodi persona sub legitima cautela fiat, & ita ad nos negotium tam ab episcopo, quàm à iudice referatur, vt nos hoc cognoscentes, quę nobis videntur, iubeamus. Si quis autẽ pro pecuniaria causa cõtra aliquam omniũ memoratarum personarum habuerit actionem aliquam, & episcopus distulerit inter eas iudicare: licentiã habeat actor ciuilẽ iudicem adire [f]: ita tamen, vt accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem [g] dare, sed solam cautionem sine iureiurando cũ hypotheca suarum rerũ exponere. Si verò pro criminali causã accusatio contra aliquam memoratarũ personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica [h] causa est, nullam communionem habeant iudices ciuiles circa talem examinationem, sed sanctissimus episcopus secundum sacras regulas causæ finem imponat.

Episcopus ab episcopo, vel ab alio conuentus, conueniendus est sub archiepiscopo, & ad patriarcham appellatio est, nulla cautione vel fideiussione pro lite finienda interposita. Bart.

e Iudicem adeat. ex hoc & s. proxi. respon. datur intelligi: quia in crimine est actoris potestas, vtrum coram episcopo, an corã ciuili iudice clericum accuset. & ad hoc est supra, vt cleri. apud pro. episc. con. §. si tamen. collatio. sexta. & hoc de ciuilibus criminibus. secus si est canonicum: vt infra, proxi. §. si autem ecclesiastica. Item ex eo, quod hic, & s. proxi. dicitur episcopum secundum legem iudicare, patet eum debere scire leges: vt C. de legi. & cõstit. l. leges. cum nõ ex alterius, sed sua debeant conscientia iudicare: vt s. de iud. §. j. Acc.

Episcopus leges scire debet.

f Ciuilem iudicem adire. Nota quod potestas est iudex ordinarius scholarium cum sit clericorum: vt hic, & in prooemio digestorum, in fine. sed decretalis prorsus eximere videtur clericos: vt extra de foro compet. c. si diligenti. Vel dic decretalẽ loqui inter clericos vtrinque. si autem actor est laicus, non. & ideo hoc casu potest priuilegio renũciari: vt C. eodem. l. omnes. & sic intelligitur. C. de pact. l. penul.

Scholares iurisdictioni potestatis subsunt.

g Fideiussorem. Olim dabat œconomum suæ ecclesiæ: vt C. de epis. & cler. l. cũ clericis. §. memorari. quæ est contra. sed illa per istam corrigitur.

h Si autem ecclesiastica. vt de articulis fidei, vel simonia. & hoc quando hęc clerico obiiciũtur; secus si laico: vt s.

Si quis verò sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi [a], dubitationem aliquam adinuicem habeat [b], siue pro ecclesiastico iure, siue pro aliis quibusdam rebus, prius metropolita eorum cum aliis [c] de sua synodo episcopis causam examinet & iudicet, & non rata habuerit vtraque pars, quæ iudicata sunt: tunc beatissimus patriarcha diœceseos illius inter eos audiat, & illa determinet quæ ecclesiasticis canonibus & legibus consonãt, nulla parte eius sentẽtiæ, contradicere valente. Si autem & à clero, aut alio quocunque aditio contra episcopum fiat propter quanlibet causam: apud sanctissimũ eius metropolitam secũdum sacras regulas & nostras leges causa iudicetur: & si quis iudicatis contradixerit: ad beatissimum archiepiscopũ & patriarcham diœceseos illius referatur causa, & ille secũdum canones & leges huic præbeat finem. Si verò contra metropolitã talis aditio fiat ab episcopo aut clero, aut alia quacũque persona: diœceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omnibus autem causis pro quibus apud propriũ metropolitam aut patriarchã, siue apud alios quoscunque iudices episcopi conueniantur, nullã fideiussionem, aut cautionem pro lite exigãtur: sic tamẽ vt isti studeãt illatis sibi causis semetipsos absoluere [d].

Oeconomi & similes coram episcopo rationẽ reddere debent, & licitum est eis à sententia episcopi ad patriarcham appellare:

Oeconomos autẽ & xenodochos, nosocomos, ptochotrophos & aliorum venerabilium locorum gubernatores & alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopũ, cui subiacent, conueniri, & rationem suæ gubernationis facere: et exigi [e] quod ex ipsis [f] debentes ostendũtur, illi venerabili reddendum domui ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si verò putauerint se grauari: post repetitionem [g] metropolita causam examinet. Si verò metropolita fuerit contra quãpiam prædictarum personarum huiusmodi causa examinans [h] & debitum exegerit, & exactus putauerit se grauatum: diœceseos illius beatissimus patriarcha causam determinet. Non enim concedimus prędictis personis promemoratis causis ante examinationẽ & exactionẽ debiti proprios episcopos declinare, & ad alia venire [i] iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis [k], cui aliqua talis dispẽsatio credita est, ante rationum expositionem, & debitorum solutionem, moriatur: iubemus eius hæredes simili modo & rationibus & exactionibus subiacere.

Episcopi & clerici in vrbe Constantinopolitana degentes, ibi conueniendi vel cogendi non sunt lite in prouincia cõtestata: alias corã præfecto prætorio sunt conueniendi: apocrisarij autẽ ad patriarchã vel metropolitam destinati, interum cõueniendi non sunt: nisi de hoc mandatum habuerint, vel alios conuenerint, vel ibi contraxerint. Item episcopi vel clerici legationis tempore conueniendi non sunt. clerici & monachi accusandi sunt iniuria loci repulsa: & loci reuerentia seruata. Item monasterium per suum procuratorem agere debet, sportularum quantitate legitima in supradictis personis & casibus seruata. Bar.

Si quis episcopus aut clericus ex quacunque prouincia in Cõstantinopoli reperiatur, & voluerit aliquis aduersus eum actionem proponere, si quidem litis contestatio in prouincia pro ipso negotio facta est, ibi litem compleri [l]. Si verò nondũ inchoata est: apud gloriosissimũ præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos, qui à nobis fuerint deputati iudices, conuenientibus eum respondere. Reuerendissimi † verò apocrisarij [m] cuiuscum-

vt ſ. demand. prin. §. si verò canonicum. col. iij.

[a] Synodi. id est, iurisdictionis.

[b] Habeat. quia vnus episcopus conuenit alium ciuiliter & criminaliter in causa appellationis.

[c] Aliis. xij. s. vt xv. q. vij. §. si quis tumidus.

[d] Semetipsos absoluere. id est, cito se expediant.

[e] Exigi. ſ. de eccle. ti. §. pe. contra. Solu. hic corrigit: & eodẽ modo corrigit quod est. C. eo. l. orphanotrophos.

[f] Ex ipsis. s. gubernatoribus. Ac.

[g] Repetitionem: alias est redditionem, & alias repetitionem: quod idẽ est. nam antequã causam ap. prosequatur, mandatur executioni prima sententia. vt hic, & in fi. huius. §. ibi. non enim concedimus &c. sic & alias. ſ. vt spõ. lar. §. aliud. sed hęc sunt specialia. regulariter enim contra: vt ff. nil innouę. ap. pen. & C. de ap. l. appellatione. & ff. de his qui not. infa. l. furti. in prin. & ff. de iis, qui satisd. cog. l. sciendum. §. pen. & ff. de test. l. qui à latronibus. §. fina. & C. de integ. restit. l. pe. & ff. de ap. re. l. j. & ff. de ap. l. constitutiones. in prin. & ſ. vt nulli iud. §. illas verò quæ secundum legem. hac col.

[h] Examinans. i. examinauerit.

[i] Venire. No. speciale in ratione reddenda à dictis administratoribus vt quis non possit in alium iudicem cõsentire cũ aduersario, nisi sub vno episcopo. regulariter enim cõtra: vt ff. de iudic. l. j. & ij. in prin.

[k] Si quis autem ex ecclesiasticis.

No. hæredes œconomi teneri, sicut ipse: vt hic, & C. e. l. si quis presbyter. in fi. C. de sa. san. ec. l. iubemus. §. œconomos. Al.

[l] Compleri. vt ff. de iud. l. vbi semel.

[m] Reuerendissimi apocrisarij. id est, qui res ecclesiæ agunt: vt ſ. quo. opor. epi. §. si verò metropo. sic dicti, quasi secreti nũcij. vel expone vt ibi. Solis

† Cõcor. cũ hoc §. c. j. cũ glo. j in fi. ex tra de ... pet. vbi ... citur, ... eadem le ... ge conu ... nitur ... qua ius ... bi ... postulat.

quæ sanctissimæ ecclesiæ qui in regia ciuitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas à suis episcopis ordinati & destinati, neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiæ, aut pro debito publico, aut priuato, aliquam conuentionem sustineant, nisi mādatum habuerint à suis episcopis aut œconomo, aut aliquos conueniant.

Tunc enim solis [a] illis, qui ab eis conueniuntur, damus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum proponere. Si verò & in quibusdā causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint, in tempore in quo responsa faciunt, pro his cōuentiones suscipiāt.

Si verò episcopi † vel clerici pro ciuitate, aut pro suis ecclesiis propter suam legationem, aut ordinationem episcopi, ad regiam ciuitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur: iubemus eos nullam molestiam aut importunitatem à qualibet persona sustinere: licētia existente iis, qui obligatos eos putant se habere, postquā ad prouinciā reuertuntur, cōuenire eos, nullo in iis, quæ se putant habere, eis faciendo præiudicio de temporalibus præscriptionibus propter tēpus [b], quod in tali causa protraxerint.

Si quando autem causa emerserit, vt admonitio, aut executio inferatur pro qualibet pecuniaria causa, siue publica, siue priuata, clerico aut monacho aut monastriæ, aut cuicunque monasterio, & maximè fœminarum: iubemus sine iniuria, & cum competenti honore admonitionem fieri: non tamen monastriam aut ascetriā monasterio abstrahi: [c] sed procuratorem ab eis ordinari, qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat, siue per se, siue per procuratorem monasterij causas agere: sciente qui hoc præuaricatur iudice vel executore, quia & cingulo spoliabitur, & pœnam quinque librarum auri exigetur per magnificentissimum comitem priuatarum rerum: executore, videlicet super hoc verberando, & in exilium dirigendo: locorum sanctissimis episcopis prouisuris, vt nihil his contrarium fiat: aut si aliquid committatur, memorata vltio procedat: iudicem vindictam differentem imponere ad sciētiam nostram episcopus ferat. Sportularum verò nomine omnem personam in quocunque ecclesiastico officio constitutam, & ad hoc diaconissam, & monacham, aut ascetriam aut monastriā pro omni criminali & pecuniaria causa, cuiusque quātitatis sit, siue à clerico, siue à quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia ciuitate, aut in prouinciis, quibus degunt: nec amplius quatuor siliquis [d] dare permittimus. Si verò ex nostra iussione, aut ad iudicem, aut ad beatissimum patriarcham missus executor, in alias prouincias admonitionem offerat alicui memoratarum personarum: non vltra vnum solidum [e] accipiat. Si verò pro vna eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat: [f] vnam & solam personam pro omnibus sportulas dare sancimus. Episcopus verò pro rebus ecclesiæ suæ nullam exactionē molestiāque sustineat sportularum, si pro talibus causis admoueatur exactio: actiones videlicet cōtra ecclesiam propositas œconomis [g] suscipien-

[a] Solis. imo videtur, quod debeāt omnibus respondere: vt ff. de iudic. l. ij. §. omnes cum. & §. sed si agant. Sol. hic nomine alieno agit legat⁹, ibi suo nomine. & facit. s. de excep. & iis, qui con. & re. §. ij. Acc.

[b] Propter tempus. No. q̄ vbi ius aufert agendi potestatem: temporalis præscrip. nō currit vt hic, & ff. de iudi. l. ij. §. pen. & s. vt cū de ap. cog. §. meminimus. & C. de an. excep. l. j §. si. & ff. de in. actuque priuat. l. j. §. si quis propter. & C. de præscript. xxx. vel xl. ann. l. cū notissimi. §. illud.

[c] Abstrahi. nemo debet extrahi de domo inuitus pro causa ciuili: vt ff. de in ius vocan. l. plerunque. & l. seq. sed huiusmodi religiosæ personæ multominus debēt extrahi: vt hic, & j. e. §. prouidere. & s. apud quos oport. cau. di. mo. §. præterea. idē de muliere dicitur. s. vt nulli iudic. §. necessarium. Item not. q̄ subiicit hic de procu. quē dicit constitui. nā si quis in sua propria causa constituit, valet: vt patet ex definitione procuratoris: vt ff. de procur. l. j. Si vero sit causa monasterij quomodo ab aliquo pōt procurator constitui, cū nemo sit dominus: imo syndici ad talia ordinantur: vt ff. q̄ cuiusq; vni. l. j. in fin. & l. item. §. pe? Rñ. improprie & hic dicitur procurator. i. syndic⁹. vel dic procurator cōstitui potest etiā in causa monasterij à syndico lite cōtestata ad instar procuratoris: vt C. de procura. l. neq;. & l. nulla.

† Cōcor. cum hoc §. c. vlt. cū glo. super verbo potuit. post princ. extra, de foro comp. & gl. j. circa prin. in ca. pe. extra, de iura. calum.

[d] Quatuor siliquis. Quid est siliqua? Rñd. quidam quarta vnciæ, hoc est xlviij. pars assis: vt ar. ff. de ann. lega. l. liberto. §. filiū. Sed alij in prædicta. l. liberto. habent in litera siciliquū, non siliqua. Tu dic secundum Ioā. * q̄ est genus monetæ siliqua, qua vtuntur prouinciales: vt medalia de sancta Helena. & de hoc habetur mētio. s. vt nul. mutu. agri. te. eius ter. §. j. colla. v. Et no. q̄ hic corrigitur illa lex, quæ maiores sportulas dicebat imponi: vt C. de episc. & cle. l. cū clericis. in fin. & alia in eo. titu. l. oēs q. §. executoribus.

Siliqua quid sit.

* Tu in hoc vide Alciat. & Agric. de ponde. & mensuris.

[e] Vnum solidū. & in hoc casu accipit plus: cum princeps aliunde illuc mittat iudicem: vt hic, & arg. ff. de iu. l. ij. §. legatis. ibi, vt in prouincia destinati, &c.

[f] Cōtingat. quia prima persona admonita decessit, itē secunda, itē tertia. Az. Vel dic, quod oēs canonici vnius ecclesiæ fuerunt admoniti. Accur.

[g] Oeconomis. in causa

tibus,aut illis,qui in eam causam ordinati sunt.

Qui verò cõtra hęc exigere sportulas præsumpserit:in duplum quod accepit, exactæ personæ reddere [a]compellatur:& si quidem militat,cingulũ perdat:si verò clericus fuerit,à clero remoueatur.

Presbyteri & clerici in domo propria mulierem habere non debent,nisi omnem effugiant suspicionem.episcopus autem nullã mulierem secũ habere debet. Bart.

Ordinatus in sacris non debet habere vxorem.

Presbyteris autem, & diaconibus,& subdiaconibus,& omnibus in clero conscriptis non habentibus [b] vxores secundum sacros canones, interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem,mulierem aliquam in propria domo superinductam [c]habere:tamen citra matrem, aut sororem, aut filiam, & alias personas,quæ omnem suspicionem effugiũt. Si quis autẽ absque hac obseruatione mulierem in sua domo habet, quæ potest ei suspicionem inferre, & semel & secundò à suo episcopo, aut à suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eiicere eam [d] de sua domo noluerit:aut accusatore apparente approbetur inhonestè cum muliere conuersari: tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones de clero eum amoueat, curiæ ciuitatis cuius clericus erat, tradendo.

Episcopũ verò nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc custodiens, episcopatu proiiciatur. ipse enim se ostendit indignum sacerdotio.

Diaconissam verò nullo modo cũ viro, ex quo potest inhonestæ vitæ emergere suspicio,habitare permittimus [e]. Si verò † hæc non obseruet:sacerdos sub quo subiacet, admoneat eam, vt omnibus modis talem virum eiiciat à sua domo.

Si verò hoc distulerit agere: ecclesiastico ministerio & propriis emolumentis alienata, monasterio tradatur,& ibi omni suæ vitæ tempore degat:rebus eius,si quidem filios habeat,inter se & illos secũdum numerum personarum [f] diuidendis,vt competentem ipsi mulieri partem monasteriũ accipiens, eam alat [g],& regat.Si autem non habuerit filios:omnis eius substantia inter monasterium vbi mittitur,& ecclesiam, in qua prius erat constituta,æqua portione diuidatur. Si quis cùm sacra ministeria celebrantur,in sanctam ecclesiam ingrediens, episcopo,aut clericis,aut ministris aliis ecclesiæ iniuriam aliquam inferat: iubemus hunc verbera sustinere,& in exilium [h]mitti.Si verò hæc sacra ministeria conturbauerit,aut celebrari prohibuerit: capitaliter puniatur:hoc ipso & in litaniis,in quibus episcopi,aut clerici reperiantur,custodiendo. Et si quidem iniuriam solùm fecerit: is verberibus exilioq; tradatur. Si verò etiam litaniam concusserit:capitale periculum sustinebit, & vindicare iubemus nõ solùm ciuiles,sed etiam militares iudices. Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania,in qua sacerdotes non inueniuntur,& solẽnes orationes faciunt? Sed & ipsas [i] honorandas cruces [k] (cum quibus & in litaniis ingrediũtur)nõ alibi nisi in venerabilibus locis reponi [l] : & si quãdo opus vocauerit ad litanias celebrãdas:tunc solũ ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuetè eas portare solent, & cum episcopo & clericis litanias celebrare, hoc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo,præsentis nostræ legis virtutem,aut transcenderit, aut non vindicauerit:prædictas pœnas patietur, monasteriorum & reuerẽdissimorum monachorum dispositione.

Cruces vbi reponi debeãt.

causa ecclesiæ defendis œconomus: vt hic,nõ autem in alienis vel publicis vt s̃.eo.§.alium.qui est cõtra. Sed quid si agit contra episcopum nomine ecclesiæ? Rñ.actorem poterit ordinare episcopus authoritate archiepiscopi: vt facit tutor:vt insti.de cu §.fin.nam œconomus vel syndicus ab vniuersitate tantum instituitur: vt ff. quod cuiuiusque vni.l. j. in fi.& l.itẽ. §.pen. Qualiter autẽ contra huiusmodi personas libellus fiat, plene dixi. s̃. apud quos opp.cau.dist. mo.& asce. §. præterea.col.vj.

[a] Reddere.& triplum fisco : vt s̃.vt nul.iudi. §. & hæc. quæ est contra.

[b] Non habentibus.id est,nõ debẽtibus habere vt omnes in sacris ordinibus cõstituti : vt s̃.quomodo opor. epis.§.neq; autem. & s̃.de nup.§ sed & si quis.

[c] Superinductã. vt occasio delinquendi nõ præbeatur: vt instit. vi bo. rap.§. sed nedũ. & fa.C.eo.l.eum.

[d] Eam.etiam matrem.

[e] Permittimus. hæc eadem habes s̃.quomo. opor. episco.§.quanta.

[f] Secundum numerum personarũ. quod leges virilem appellãt: vt C. de ca.tol. §. si autem legatarij. & ff. de leg.præst.l. virilis. in prin.Accur.

[g] Alat.i.regat.

[h] In exilium.hic aut pro &, accipitur:vt in nouel.co. tit.& C.de verbo. signi.l.cum quidã. Al.Alij habent in litera &.& tunc est plana. & facit ad hunc. §. C. eod.l.si qs in hoc. & C.de iis qui ad eccle.cõfu.l. denunciamus.

[i] Ipsas.alias quas.

[k] Honorandas cruces. interdicimus nõ alibi reponi nisi,&c.cum crucibus & cũ litaniis sacra ingrediũtur. vel subaudi portãt & erit plana.& dic cum quibus s. crucibus ingrediuntur sacerdotes.

[l] Reponi. vt in sacristia. Accur.

† Facit ad hũc §. c.ij.iuncta glo.vlt.in fin. extra, de cõuer, coniug.

Iube

Abbas eligendus est non secũdum gradum, sed meritis & virtute: & idem in abbatissa est seruandum. Bar.

Iubemus igitur [a] abbatem aut archimandritam in vnoquoque monasterio ordinari non omnino secũdum gradum monachorum † omnes [b] monachi melioris opinionis existentes eum eligant propositis sacrosanctis euangeliis: dicentes, quia neque propter amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scientes eum, & fide rectum, † & vita castum, & gubernatione dignum, & qui possit monachorum disciplinam, & omnem monasterij statum vtiliter custodire, eum elegerunt [c]: & sanctissimum episcopum sub quo monasterium constitutum est, eum qui ita electus est, modis omnibus abbatem ordinare [d]. Hęc autem omnia, quę à nobis disposita sunt pro ordinatione abbatũ, valere præcipimus, & in venerabilibus fœminarum monasteriis, & archimandritis, & ascetriis. & archiatris [e].

Ignoto ad monasterium aspiranti monasticum schema, nisi post triennium non detur, intra quod tempus probanti eum suum esse, redditur cum rebus asportatis: notus verò incontinenti potest monachus ordinari. Debet insuper vnà monachi habitare: non tamen dormire, & à mulierum procul esse consortio. Ang.

EOrum [s] patrimonia mortuorum, qui vitæ suæ tẽpore diuersis conscientiã suã dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquã cõpetere, vel ab eo alienari cẽsemus, nisi post publicã accusationẽ eos constiterit fuisse conuictos.

m SVper creandis. Hæc lex mittitur comiti rerum priuatarum. & dic susceptoribus auri vel argẽti seu quarumcunꝗ specierum deuoluendarum ad fiscum: vt ĩ. de suscep. per totum, & maxime in l. fi.

n Rei dominicæ. Hic suberant comiti rerum pri. & eligebãt susceptores præsentib. multis publicis personis: vt ĩ. de suffr. l. exactores. & periculo sui eligentis: vt hic, & ĩ. de susc. l. exactores.

o In pabulis. aliàs inculpabilis. s. consuetudĩe. sec[us] si culpabilis. vt in auth. vt nulli iu. §. j. aliàs in parabolis. s. in verbis cõmendatitiis, & al's in pabulis: & hæc verior. & dic familiæ, s. publicæ, quæ erat cũ susceptoribus. Vel in hũc tit. dic familiæ deferẽ[s] ti species auri vl' argẽti, quæ sacris largitionib. ex more redduntur: vt ĩ. de nauiculariis. l. iiij.

† Alciat. optionem dici putat militem, qui agros antecedat tanquam.

p Irenarcha. qui eorum vi. ꝑsonali fungit mu cẽ, si vsus nere: & de suo nihil erogare cogit: & pabula & sumptus de publico & administrãdi sunt: vt ff. de mu. & ho. l. fin. §. Irenarchæ. & hũc eligũt decuriones iudicio præsidũ: vt ĩ. de Irenarchis. l. j.

q Optione. vnum genus exactorũ publici debiti vocatur optio: qđ colligit ĩ. de apo. pu. l. quicunꝗ. & ĩ. de erog. mil. an. l. opinatoribus. eo forte quia percipit quod optat. aliter dicitur electio militum: vt ar. š. eod. l. fi.

r Consuetudine. in præstando sumptum, vel etiam in electione: & sic not. pro consuetudine: ad quod ĩ. de pascu. l. j.

s EOrum. Pone casum tribus modis. Primo modo sic decedens in reatu [5] habet hæredem non fiscum nisi viuens fuerit conuictus subaudi & cõdemnatus: vt ff. de accusa. l. ex iudiciorum. in prin. hoc autem fallit, quãdo crimẽ est tale, vt ad hæredes trãseat, vt maiestatis, & similia: vt ibidẽ no. Item fallit si erat iam damnatus, & appellatio pendet. nam tunc distinguitur: erat sentẽtia bonorum tacita, vel expressa: vt C. si pen. ap. reus vel acc. mor. fue. l. finali & ff. si pẽdẽ. appe. l. j. in princi. huic enim criminoso solui potest: & bona sua administrat: vt ff. eodem l. aufertur. §. si in reatu. & de sol. l. reo. Secundo pone, quod mortuo criminoso, ex crimine quo hæredes tenentur, fiscus vult bona, sed hæres negat crimẽ fuisse cõmissum à defuncto: non potest fiscus habere, nisi primo conuincatur mortuũ fuisse criminosum. vt hic, & ff. e. l. res. Tertio dic [6] secũdum Py. & Ioan. quod consciuerit sibi mortem criminosus: & secundum hoc quod dicit criminibus, subaudi & per hoc quod consciuit sibi mortem.

5 Ista lectura procedit quantũ ad pœnã criminalem, licet si agretur ciuiliter, pœna transit in hęredẽ. Bartol. & Pla. hic.

6 Oĩa bona secundum Bartol. & Ioan. de Pla.

Nam.

Nam & tunc non debent accipi bona,nisi propter crimen consciuit sibi mortē,non tædio vitæ:vt ff.eo. l.in fraudem.§.eius.& s̃.de bo.eor.l.j.in princi.& nisi crimē fuerit probatum post mortem:vt hic,& ff.eod. l.in fraudem.§.eius.& nisi in vita fuerit accusatus,vel postulatus, vel in crimine deprehensus:& crimē est tale,vnde viuens damnatus bona perdit:vt ff.de bo.eo. l.fi.& facit ad le.ff. e.ti.l.ei qui.sed hodie restringitur:vt in authen.vt nulli iud.§.fi.s̃.colla.ix.

TITVTVS II.

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS.

Fideiussor officialium non potest conueniri:nisi principali excusso:etiam si de bonis principalis aliqua bona emerit.Bartolus.

Imperat. Gordianus A. Saturnino & aliis. I.

Non iniusta[a] ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate, eos priori [b] loco conueniri, qui reliqua [c] contraxerunt mox ad vos perueniri, qui ab his [d] quædam mercati estis.

Cautio quæ non probat contra fiscum,sed contra officiales, facit vt officiales primo conueniantur.Bartol.

Imper. Valer.& Gallie. AA. & Valeria. Cæsar Ampliulo. II.

Fisco quidem contra te manet actio, quāuis argentum [e],quod inferre debebas, rationibus [f] fuerit relatum: si cautionem, quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotauit [g]. Aequum tamen est, vt priùs de bonis eius, qui exactor fuit, si soluendo est, & conueniendi eius facultas datur [h], indemnitati fisci satisfiat. tunc si seruari hic modus non possit,reposcatur à te.

Si diuisa est administratio à iudice vel ab eius officialibus primò conuenitur gerens fideiussores et nominatores ipsius,quàm perueniatur ad collegam.Bartol.

Impp. Diocle.& Maximian. AA. & CC. Ianuario & aliis. III.

Quoniam Augerio ac filio eius ad exigenda reliqua [i] consortes vos, atque socios [k] esse dicitis,eisque [l] † cæterorum duntaxat nominum [m] exactionem mandatam [n],nec inter eum [o] & cæteros [p],qui exactores fuerant nominati,cōfusæ exactionis mutuū [q] periculum constitutum, sed separato muneris [r]

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS.

a Non iniusta. tribus modis potest intelligi. Primò quia aliquis administrabat negotiū publicū:pro quo vos promisistis indemnitatē fideiubēdo. Primo ergo principalis quàm fideiussor cōueniendus est:vt j. de decu.l.j.licet in aliis fideiussoribus sit secus iure isto:vt C.de fideius.l.iure nostro. sed hodie idē:vt in auth. de fideius.§.j.col.j. & secundū hoc nil facit finis mercati estis,& sub.etiam. Item dicas promissa indē. s. à nobis. Vel secundo dic, quod ipsi gerentes negotium publicū promiserunt indemnitatē, & cōtraxerunt reliqua: & vos,qui emistis ab eis conueniemini nunc hypothe.vt ff.de iure fis.l.moschis.& sic facit.j.de debi.ci.l.fi.Item facit ad vtranque positionem.ff.de admini.re.ad ci.perti.l.curatores.§. fi.Vel dic tertio:quòd qui gessit,indemnitatem promisit: & vos qui emistis:adhuc non soluistis pretium,& sic fiscus conuenit debitorem sui debitoris,suo debitore non cōdemnato:dummodo conuento prius & inuento non soluendo:vt ff.de iure fisci.l.iij.§.multa.& s̃. quando fisc.vel priua.l.non prius. secus in priuato,qui demum condemnato debitore: & tunc per officium executoris: sed hoc iure actionis.scilicet cō dictionis ex l.vel illa vtili quàm cōtra debitorem habet directam:vt s̃.quando fisc.vel pri.l.ij. & iij. & facit.ff.man.l.si mandato meo.§.fin. & commo.l.vnde quæritur.in princip.& j.de suscep.l.ij.& ff.de fideius. l.si dubitetur.& s̃.depositi.l.si is.Accur.

b Priori.alias principali,alias priori.& no.quòd hac lege,habet fiscus secundū Roge.ius cōmune:imò certè speciale:& adde quod nota.ff.de iu.fi.l.iij.§.multa.

c Reliqua.trahere,id est,effici debitorem:vt supra de testa.manu.l.cum testamento.& de conditio.& demonstratio.l.cum seruus.

d Ab his. scilicet principalibus.

e Fisco.Argentum.hoc argentum solutum non peruenit ad fiscum:vel si peruenit,non liberatur solutione eius,quod debetur:vt & alias supra de nō nu.pe.auth.cōtra qui propriam. & hoc ideo, quia subscriptū nō fuit.

f Rationibus.scilicet publicis.soluisti enim exactori.Sed ob:quia si soluit,nō est ratio quare teneatur: imò est quod nō teneatur. Sed dic,quia sic soluisti sine subscriptiōe:& sic eo modo quo nō debuit. Et not.quod cautio debet fieri de suscepto:vt j. de col. fun. pa.l.placuit.& in authē.de eccle.re.immo.ali. §.ementibus.& in authen.de colla.§.iubemus.cui debet subscribere vnus de tab.duobus:vt j.de susp.l.duos.& si sic fiat:statim soluens est securus:vt supra,de qua.præscri.l.ij.in fin.& de non nume.pecu.l. in cōtractibus.sed eo modo facta nō fuit hic.Accursius.

† Alias, certorum.

g Subnotauit. Id est, subscripsit: vt C.de probat.l.exemplo.

h Datur.fisco.& facit infra de num. lege secūda,sed argumen. contra. C. de coll.l.fi.& si tutor vel curat.l.iij.

i Quoniam. Reliqua. tributorum vel aliorum debitorum fisci:quæ dicuntur reliqua,etiam si nihil sit solutum:vt ff.de verbo. signi.l.potest.& l.cæterorum.

k Socios.alias conscios,alias sociatos: quia cum eis vel post eos ad idem officium electi estis.

l Eisque.scilicet, Augerio & filio.

m Nominum.Obuenientium pro reliquis prædictis.Accursius.

n Mandatam.à nominatore:per quod videtur vos prohibuisse.& illos solos exigere voluisse:vt ff.de procu.l.itaque.& C.de procu.l.maritus.& sic administrationem diuisisse:vt subiicit.si autem dicas ipsos exactores inter se diuisisse.planum est.Accur.

o Eum. Augerium. Accur.

p Cæteros.scilicet,vos & alios si qui sunt.

q Mutuum.id est,commune.scilicet,indistincte:sed cum distin.l.quæ sequitur.bene est periculum cuiusque insolidum:vt subiicit,& ff.ad muni.l.Imperator.

r Muneris.Id est,officij exactoris:quod est munus personale:vt ff.de muneribus,& honoribus.l fina.§. qui annonam.

obsequio, discretam [a] sollicitudinis ratione fuisse adseueratis: à iure nō discrepat, vt prius ex bonis exactorum [b], qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indēnitati fiscali satisfiat: postque eos, si solidum debitum exolutum non sit, nominatores [c] conueniri. Rationalis [d] igitur noster iuris ordinem sequetur, excussisque exactorum facultatibus, necnon etiam nominatorum, (si fiscus in vniuersi debiti quantitate securitatē indemnitatis cōsecutus nō fuerit) etiam vos [e] ad restituenda fiscalia debita adstringet.

Debitores fisci exiguntur summatim, nec possunt impetrare, vt eodem modo debitores sui exigantur: sed eorum exactio in ordinario iudicio repetenti reseruatur.

Imppp. Valent. Valens & Grat. A A A. ad Archelaū co. Orientis. IIII.

HI, qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxij sunt, omissa frustratione [f] teneantur [g]: vt quod suis nominibus [h] debent, de suis facultatibus cogantur exoluere: seruatis, cùm cōpleuerint, allegationibus propriis, si quas aduersus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex iure crediderint: ita vt aduersus eos, quos sibi obnoxios adseuerant: legibus [i] & iudiciis experiūdum esse cognoscant.

Scriptura propria non facit fidem pro scribente, vel eius hærede, etiam si fiscus sibi successerit. Bartol.

Iidem A A A. Fortunatiano comiti rerum priuata. V.

INter chartulas confiscati [k] breuis [l] quidam adseueratur inuentus, qui nomina continebat debitorum, seu contractuum: cùm tamen neque testibus credita pecunia probetur, neque cautionibus [m] ea, quæ breui inserta sunt, ostendantur: iniquū esse perspeximus, vt sub propria annotationis manu vnus quisque † sibi faciat debitorē [n]. Occasionis igitur huiusmodi calumniā præsenti volumus iussione cohiberi: vt breui vanitate [o] reiecta, nullus ad redhibitionem [p] de iis, quorum nomina con-

† Alias, deest, sibi.

a Discretam. Id est, separatam. si ergo separata non esset, omnes exactores ante nominatorem conuenirentur: vt infra quo quis ordine, lege secunda. in princip. Accursius.

b Exactorum. prædictorum nominum specialiter commissorum.

c Nominatores. qui sint & qualiter nominētur habes j. de susce. l. exactores. Accur.

d Rationalis. Id est, procurator Cæsaris: vt j. de modo mu. l. ij.

e Etiā vos. licet separatim gesseris. sed hoc ita si tēpore depositi officij collegæ fuerint nō soluendo: alias ex persona eorū conueniri nō debetis: vt ff. ad mu. l. imperatores. & j. de pe. no. l. j. sic ergo primo gerens, secūdo nominator, tertio collega conuenit. Sed videtur primo debere conueniri collegam: vt C. de ma. cō. l. aduersus. Sol. ibi oēs gesserūt: hic verò nō omnes in quantū est in illis nominib9. Itē si dicas diuisionem factā à iudice seu noīatore, ad qd tenet alter? Respon. ad nihil. Vel dic factam esse à se ipsis, vel si à noīatore dicas eū cōueniri eis casib9, quibus & tutor nō gerēs si est diuisa à iudice. s. si debuit suspectū facere: vt ff. de admi. re. ad ciu. perti. l. si §. antepenul. & ff. de admi. tut. l. Lucius. §. antepe. & pe. Et adde hic distinctionem: quia aut omnes gesserunt: & simul fuit iniunctum, aut diuisim diuisione facta à se, aut à iudice: aut tantum vnus gessit. Primo casu omnes collatores & etiam fideiussores eorum ante nominatorem conueniantur: vt j. quo quis ord. con. l. ij. in prin. Idem in tutoribus: vt C. de ma. conue. l. aduersus. si diuisim à iudice: tunc obtinet quod hic dicitur, & j. quo quis ordi. l. ij. §. j. s. in casibus, in quibus & tutor, vt modo not. si autem ipsi diuiserunt: tunc primo nominator quam non gerens: vt ff. ad mu l. imperator. & de admi. re. ad ciui. perti. l. curatores. in prin. & aliud in tutoribus: vt C. de diui. tu. l. ij in fi. si autem vnus tantum, cum tamen omnibus sit iniunctū: tūc idē quod in superiori casu: vt ff. ad muni. l. quid ergo. & est ratio, quare prius nominator in prædictis casibus conuenitur: quia ratione fidei, sed collega negligētię nomine conuenitur: vt d. l. imperator. in fi. & facit. j. de fa. l. iure prisum. & de susce. l. ij. & s̄. si plu. vna senten. l. j. in princi. & s̄. quib. cau. pig. vel hypothe. tac. contra. l. satis.

Ordo cōueniendi fisci debitores.

f HI, qui. Frustratione. frustrabantur dicentes se nō habere adhuc pretium rei fiscalis ab emptore, cum hic esset administrator fisci, & illicite vendidisset, nā nō liberatur etiam cedendo: vt arg. ff. de pig. ac. l. pe. idem si ex quacunque alia causa prætendat se nō cōueniri debere, nisi suā conueniat debitorē, vel quod dicebaꝛ fisco vt cōueniret debitorē sui debitoris: quod non licet: vt hic, & s̄. si cer. peta. l. non aduersus. & s̄. quādo fis. vel pri. ve. l. non prius. nisi in casibus: vt ff. de iu. fis. l. iij. §. multa.

g Teneantur. Et soluant.

h Nominibus. Id est, creditorib9 scilicet fisco: vel dic, i. obligationibus, quibus teneꝛ fisco.

i Legibus. Not. iure & non vi debitorē conueniendū: vt ff. quod met. cau. l. extat. & s̄. de actio. & ob. l. negātes. et de Iudę. l. nullus. & de pign. l. iij. & s̄. vnde vi. l. si qs in tantā. & ff ad le. Iul. de vi pri. l. creditores. & sivē. no. mu. l. j §. j. & de re. iu l. nō est singulis. in prin. & in auth. vt ij, qui obli. §. j. Sed arg. contra. ff. de fur. l. qui vas. in principio. sed ibi authoritate iudicis. & no. quod ex hac. l. fiscus habet ius commune.

k INter chartulas. Confiscati. ex causa delicti vel alia quacunque. vel, id est, hominis. & dicitur aliquis confiscari, quando eius bona confiscantur.

l Breuis. id est, schedula vel quaternus.

m Cautionibus. scilicet publicis.

n Debitorem. vt supra, de probationi. l. exemplo. & l. rationes.

o Vanitate. alias vanitate: alias veritate: quia aliqui dicebant valere. & alij non, sed econtra si dicat solutam, secus est: vt in authentica, de restitutionibus. §. & licet. vel illum bonorum dominum quandoque debuisse: secus similiter si scripsit sua manu: si modo adest causa: vt ff. de probationibus. l. cum. de indebito. §. finali. alias semiplene probat: vt supra, de probationibus. l. instrumenta. Accursius Florentinus.

p Ad redhibitionem. id est, solutionem. Accursius.

Simili

scripta sunt, vrgeatur. quod & in aliis similibus [a] causis [b] obseruandum esse censemus. D. prid. non. Iul. Hierapol. Gratiano A. iiij. & Merobaudæ Cons.

TITVLVS III.

DE FIDE INstrumentorum [c], & iure hastæ fiscalis, & de addictionibus †.

Si probatur, quod in venditione rei debitoris fisci debita solennitas non seruetur: restituitur res cùm fructibus perceptis & percipiendis. Bart.

Imp. Alexander A. Curtiæ. I.

QVod in libellum [d] contulisti, procuratori meo, ad cuius officium desiderium [e] tuum pertinet, allega. cui si probaueris, non authore procuratore [f], vel eo, cui vendendi fuit facultas [g], neque habitis hastis [h], neque omni ordine [i] peracto, vẽditas res esse, & id, quod ex causa iudicati debes [k], exolueris: rescissa venditione mala fide [l] facta, easdem res recipies [m] cum fructibus, quos ad emptorem mala fide peruenisse, vel peruenire debere [n] constiterit.

Si in venditione debita solennitas non fuit obseruata: res vendita retrahitur. Barto.

Imp. Gordianus A. Heracleoni. II.

DVplex ratio desiderium [o] tuum iuuat: & quòd prætermissa hastarum [p] solennitate, possessiones tuas ex officio distractas suggeris [q], & quòd pretij vilitate [r] ob exiguum debitum gratiosam emptionem in fraudem tuam vtilitatemq; [s] rationũ mearum aduersariũ cõmentũ fuisse dicis. quapropter illicita ista redargue [t], stã in-

† De addictionib. vide Bud. ff. de in diẽ addictiõe ad titulũ, nisi malis legere auctionibus, de quibus pulchre Pyrrhus hic.

[a] Similibus. scilicet priuatis. ad quod. s. titu. j. l. iustas

[b] Causis. scilicet publicis.

[c] DE FIDE INSTRVMENTO. &c. Alias instrumenti & iure hastæ fisc. &c. nam & de instrumento facto vel commisso in contractu fiscali dicit: vt j. l. j. & iij. alias deest instrumẽti. & dic de fide & iure hastæ, &c. i. venditionis, quæ fit cũ subhastatione à fisco: quæ venditio facile cõuelli non debet: vt s. de remis. pig. l. si hypothecas. & quod de alienatiõibus subiicit, dic vt j. eod. l. si tempora.

[d] QVod in libellum. Condemnatus fisco in cẽtum, cuius etiam res capta ex causa iudicati vẽdita fuerat minus solenniter per fiscum, supplicat pro recuperanda. Accur.

[e] Desiderium. desideras enim rem tuã recuperare. Sed contra quam agis, & qua actiõe? Dic vt no. s. de iur. fisc. l. si minori.

[f] Procuratore. fisci: scilicet qui ius habet vẽdẽdi: vt. j. eodẽ. l. quicunq;. at procurator Cæsaris nõ vẽdit rẽ Cæsaris sine speciali mãdato: vt. ff. de offi. procur. Cæsa. l. j.

[g] Facultas. vt quia habet mandatum à principe vel etiam à procuratore fisci: vt arg. ff. man. l. si procuratorem. §. j. & ad hoc. s. si pro pu. pẽ. l. ij. ab his enim facta venditio valet: si modo pretiũ sit solutũ: nec valet promissio dupli: vt. ff. de iu. fis. l. si procurator. Accur.

[h] Habitis hastis. alias habitis istis, scilicet personis supradictis. alias habitis hastis. ad quod. j. l. proxi. alias habitis actis seu gestis. & tunc dic. i. non conuento debitore, & apud iudicem interpellatione celebrata: vt. s. si propter pu. pen. l. si. non autem dicas scripturam necessariam: vt. s. l. iij. Accur.

[i] Omni ordine. ordo in rebus fiscalibus vendẽdis hic erat vt debitũ subsit: & sit cessatum, cum de hoc sit facta interpellatio coram præside: vt. s. si propter publi. pen. l. ij. & iij. Itẽ quod fiat subhastatio: vt. j. l. fi. & xx. diebus publice sit venalis, & plus offerẽti detur: vt. s. de sacrosan. eccle. authen. hoc ius porrectum. Itẽ quod iusto pretio detur: vt. j. l. ij. & s. de iure fisci. l. si minori. & ff. de iure fis. l. iij. §. diui. Itẽ procurator fisci debet adesse, vt hic, quibus peractis valet venditio, & non reuocatur: vt. j. eo. l. si tempora. & s. de remis. pi. l. si hypothecas. & s. de cõ. rerũ ali. l. ij. sed si aliqd deest, non valet: vt hic, & j. proxi. & arg. ff. de transac. l. cũ hi. §. si prætor. & j. de prædiis cu. sine decre. nõ alie. l. j. & s. si ven. pig. ag. leg. j. ij. iij. & iiij. & de rescin. ven. l. si quos. & si aduer. fi. l. edicto. Sed intra quantum tempus vendet fiscus? Respon. vt in priuato: vt no. s. de iure fisc. l. iij. Item & op. quomodo probat actor negatiuam cõtra regulam. s. de proba. l. actor. Item quomodo probat solẽnitatem deesse? Imo contra debet probari eã affuisse: vt ff. de pu. l. quæcũq;. §. j. & si So. ad vtrãque: hęc probat eo ipso quod nõ probatur cõtra: vt ar. j. qui milit. nõ pos. l. super seruis. vel hic erat scriptura quę dicebat hoc interuenisse: cui erat standum, nisi cõtra probetur: vt. C. de proba. l. cum precibus. & probatur secũdũ hoc per obliquum negatiua: vt & alias. s. de cõtra hen. stip. l. optimã. Alij dicunt hæc omnia præsumi solẽniter acta: vt inst. de fideius. § fin. sed in l. quæcũq;. dicũt idẽ. & sic ibi probari eo ipso quod non probatur contra. qđ non placet: vt ibi notaui. & facit. ff. de probatio. l. ab ea parte. Acc.

[k] Debes. propter quod debitum facta fuerat vẽditio.

[l] Mala fide. quod est eo ipso, quod non est seruatus ordo. Accursius.

[m] Recipies. Sed qua actione aget? Respõ. vt. s. de iur. fisc. l. si minori. Accursius.

[n] Debere. tenetur ergo de percipiendis, licet habeat ti. & sic est cõtra. s. de rei vend. l. si fundum. Sol. hic de percipiendis, qui adhuc erant in fundo: qui pars fundi sunt: & sic non vt fructus: vt. ff. de rei ven. l. fructus pendentes. Vel secundum alios. P. & Ir. peruenerunt iniuste: vt à lupanaribus: vel peruenire debuerunt, vt honesti. qui tamen peruenerunt: secus si non peruenerũt: licet debitor percepisset, si ei possidere licuisset. & secũdum hoc peruenire debere. i. debite peruenerũt. Vel verius hic speciale, vt & alias notaui in prædicta l. si fundum. & facit. ff. de rei vendica. lege, fructus. Itẽ in libro Azo. vel M. deest peruenire debere.

[o] DVplex. Desiderium desiderat recuperare rem suam à fisco venditam ob debitum.

[p] Hastarum. quæ solennitas non fuit omittenda: vt j. l. fi. & supra si aduersus fi. l. edicto. & de exceptio. rei iud. l. ordo.

[q] Suggeris. id est, dicis.

[r] Vilitate, quod non fuit faciendum: sed iusto pretio: vt. ff. de iure fisc. l. iij. §. diui. & s. de rescindend. ven. l. si quos. & ff. de iure fisci. l. iiij. & j. de prædiis cu. l. j. Ac.

[s] Vtilitatemque. repetc in: vel si habes in, dic in, pro contra, sic supra de hære. l. iij. Vel forte est vna pars, inutilitas.

[t] Redargue. id est, arguẽdo eã cõuince: vt. ff. de verb.

sign.l.indicasse.s.agendo contra fiscum.quod dic s̃.de iu.fis.l.si minori.& habet fiscus hac.l.ius commune.

a Indemnitati.soluendo fisco quod debes.

b Securitati.i.indemnitati. Accur.

c ET si instrumenta. Hæc lex respicit primã partem titul.& est ius cõmune & facit s̃.de pact.l.pactum.& de transac.l.cum te.& de rei vend.l.cum super.& l.iudicia. Acc.

d Probatiõibus.scilicet idoneis.

e Nomine. vel ipsa emente, vel alio pro ea. Accur.

f Translatũ.quod suo nomine sit empta: & ei possessio tradita sufficiat q̃cũq; soluerit p̃tiũ dummodo sit solutum:vt hic,& C.de probat.l.cum res.si qs al. vel sibi.l.j.&.leg.multũ.& l.q aliena pecunia.

g Matris.cui⁹ bona ex delicto fisco obuenerãt. secure ergo emit q à fisco emit,dummodo solẽniter:vt s̃.l.j.& j̃.ne fis.rẽ quam ven. euinc.l.j.& ij.& s̃.de com.re.alie.l.ij. Accur.

h SI tẽpora. Vel hastis. Alias hastis:alias auctionibus,alias vtrũq;.& dic,quod quãdo fiebat subhastatio, dicebatur per præconẽ, qđ qui plus dederit vsq; ad mẽsem,ille habebit.licet ergo intra mensem alicui libere venderetur,tamen admittebatur addictio intra dictũ tẽpus. si autẽ cũ eo tẽpore esset dictum, vt possit dari alij plus offerenti intra mẽsem, esset pactum in diem addictionis: & valeret etiã inter priuatos: vt. ff. de in diem addic.l.j.quod in prædicto casu nõ est;vt j̃.de ven.re.ciui.l.j.vel dic tempus statutũ à lege,quod nõ habemus,nisi in ecclesia.xx.dierum:vt in auth.hoc ius porrectum.& forte tale est hic.vnde not. quod in fiscalibus alienationibus tam suarum rerum quã obligatarum, locũ habet quod hic dicitur: vt.ff. ad muni.l.Lucius.§.fi.Item in locationibus fiscalibus & patrimonialibus temporalibus,non tamen perpetuis locum habet:vt.j̃.de loc. præ.ciui.l.fi. ad res autẽ ciuitatũ locũ nõ habet, nisi ciuitas habeat propriam legẽ super hoc:vt.j̃.de admi. rerũ pub.l.j.& ij. Accur.

i Profitearis. Tu qui vis emere. & nota.quod tantũ semel est facienda adiectio:vt.j̃.de loc. prædio. ciui.l.ij. Vel dic tu debitor,qui cessaueras: vt infra de locatio.prædio. ciuil.l.congruit. & ff.de in diem addict.l.licet. Accursius.

demnitati [a] fisci consulturus, quàm tuæ securitati [b] operam daturus.

Emptio à fisco facta, & alia quæ requiruntur ad acquisitionem dominij, possunt probari sine scriptura. Barto.

Idem A. Crispo. III.

ET si instrumenta [c] emptionis non extẽt, quibuscunque tamẽ probationibus [d] vxor tua ostenderit, ad se eam domum pertinere, quam à fisco eius nomine [e] dicis comparatam, pretiumq; ab ea exolutũ, & in eam dominium translatum [f]: frustra fiscum ex persona matris [g] eius referre quęstionem procurator meus non sinet.

Intra tempus in subhastatione statutum, quilibet veniens admittitur: licet res iam alteri fuerit vendita. Bart.

Imp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Marcellino. IIII.

SI tempora, quæ in fiscalibus auctionibus vel hastis [h] statuta sunt, patiũtur: cũ etiã augmentum te facturam esse profitearis [i], adi rationalem nostrũ, & iustam † vberioris pretij oblationem admittat [k].

† alias, vt iuxta ius vberioris &c.

Venditio facta à fisco solenniter, non retractatur prætextu rescripti, vel minoris ætatis. Bart.

Imppp. Valens, Grat. & Valent. AAA. ad Clearcium præfect. præt. V.

QVæcunque [l] pro reliquis prodigorum [m] in annonario titulo cæterisq; fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco authore vendantur: vt perpetuò [n] penes eos sint iure dominij, quibus res huiuscemodi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit [o]. & si quidẽ vnquam, vt à fisco facta vẽditio possit infringi, authoritate rescripti fuerit impetratum: nullus obtemperet [p]: cùm etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis addicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem [q].

Qui solenniter emit à fisco, solùm ad pretium tenetur, & ob aliud debitum non conuenitur. Bartolus.

k Admittat.& tibi dominium applicet:vt j̃.de vẽd.rerum ciui.l.j. hoc autem verũ est:nisi idem qui prius emerat,licitando obtinuerat,quo casu fructus medio tempore perceptos perinde ac si alius licitando obtinuisset,fisco restituet:nisi & prima venditio & secũda addictio sit facta ante p̃ceptionẽ fructuũ:& nisi per colonum fuerãt percept.nã primo casu emptor,secũdo colonus percipiet, & dabit mercedẽ emptori: vt ff.de iure fis.l.fin. Acc.

l QVæcunq;.s.bona vel corpora:& sunt licitanda,id est,vendẽda,vel ad vẽdendã ponẽda subquadã licitatione.nam plus offerenti dari debent:vt s̃.de sac.sanc.eccl.auth.hoc ius porrectum.

m Prodigorum.i.cibariorũ. nã prodigum prodigi, & in plurali p̃diga p̃digorũ. i. cibus cibi:& sic cibariorũ secũdum. P. quæ intra p̃ximos dies prodigũtur. i. cõsumuntur: vt ff. de offi.prę.l.plebiscito.administrauerat ergo & male annonaria cibaria hic administrator. Vel dic prodigorũ,quib. est interdictũ bonis:vt instit. qui non est permis.fac.test.§.itẽ prodigus. & reliqua appellat cibaria ipsorũ, quæ plerũq; à fisco præstãtur: vt s̃.de sac.san.eccl.l.priuilegia.& de cõpẽsat.l.iij.quæ male administrauit iste,qui patitur venditionem bonorum suorum.

n Perpetuo.facit.j̃.de capti.& distrahen.pig.tributo.cau.l.vnica.& de censi.l.fina.Sed contra.ff.de iur.fis.l.prædiis.Sol.ibi pro tributis:hic pro mala administratione vel alio debito ex contractu vel maleficio.

o Addixerit.id est vendiderit. sic ponitur.ff.de iur.fisc.l.fi.in principio,& de re iudica.l.à diuo.§.si post. sed & præter hanc solennitatem aliæ debent interuenire:vt not.s̃.l.j.

p Obtemperet.vt s̃.de preci.imper.of.l.rescripta.& si contra ius vel vtili.pu.l.fina.

q Aetatem.etiam minorem. sic ergo minor non iuuatur iure etiam speciali: quando fiscus vendidit rem eius pro debitis, secus si credens fiscus suam: vt & supra si aduersus fiscum. lege finali.hoc tamen verum est,si interuenit tutor vel curator: vt supra si propter publicas pensita.l.fi. Sed contra infra de fun. pa.l.secunda.Solu,vt ibi.

Si quis

[a] SIqui proscribente. i. ob debitũ fiscale capiente & describẽte. Vel dic, id est, publice venale proponente: vt. s̃. de distract. pig. l. crediditor.

[b] Debitorum. qui cessauerant in solutione. & ideo eorum bona vendebãtur. & sic est masculini generis.

[c] Decursis hastis. i. diebus quibus publice stetit venalis: vt in auth. hoc ius porrectum. Vel dic hastis decursis, id est, factis subhastationibus. Accursius.

[d] Conuentionis. nisi ad pretium, vt dixi, & est sic s̃. l. proxi. & j. de fun. reipublic. l. ij. & in agro deserto, idem est, qui noui possessori assignatur: vt j. de cẽsi. l. fi. sed cõtra. ff. de iure fisci. l. prædiis. Solu. hæc illam corrigit. vel hic alia prędia: ibi vt tributaria venduntur. Item cõtra ff. de pu. l. imperatores. sed ibi priua t[9] priuato. & facit s̃. si aduersus fis. l. fi.

Iidem AAA. ad Felicem. VI.

SI qui proscribente [a] ac distrahente fisco, debitorum [b] fiscalium emerint facultates, pro earum rerum tantùm pretio obnoxij sint, quas eos patuerit decursis hastis [c] & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, vt nullius, conuentionis [d] reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire iacturam.

TITVLVS IIII.

DE VENDITIONE RERVM FISCALIUM CUM PRIUATIS COMMUNIUM.

DE VENDITIONE rerum fiscalium &c.

Ratione partis fiscus potest vẽdere totum. Bart.

Imperat. Alexander A. Eupleo. I.

FOrma est [e], quoties ad fiscũ vel [f] minima portio rei pertinet vt vniuersa [g] à procuratoribus meis [h] distrahantur [i]: sed pretiũ partis tantùm in fiscum redigatur [k], reliquum dominis partium restituatur. emptorẽ igitur prædiorum, de quibus [l] libellũ dedisti, apud suum iudicem [m] conueni, vsurũ defensionibus, si quæ sibi competunt [n].

Pars epistolæ.

[e] FOrma est. i. cõstitutio iuris. sic s̃. de off. p̃f. præ. oriẽtis. l. formam. & ff. de pact. l. rescriptum.

[f] Vel. pro saltem, vel pro etiam.

[g] Vt vniuersa. alias vt vni. alias deest vt. & dic, id est, tota.

[h] Meis. s. fisco. sic s̃. credi. eui. pi. non de. l. j.

[i] Distrahantur. id est, distrahi possint. & est speciale in fisco. secus in alio qui non nisi partem suã vendere potest: vt hic, & s̃. de comm. re. ali. l. ij. Sed quid si nullam partem habet fiscus, & vendit? Respon. aut credit suam: & statim emptor est securus: vt s̃. de qua. præ. l. fi. aut scit alienam, & non præiudicat domino. nam si ideo præiudicat, quia partẽ habet: vt hic: ergo vbi nõ habet, non præiudicat. Item secundum M. locum habet hæc lex, quando non potest commode diuidi. sed certe indistincte dicit hic: ergo sic est intelligendũ: vt arg ff. de publ. l. de pretio. & adde distinctionẽ: vt no. s̃. de fam. ercis. leg. si familiæ.

[k] Redigatur. scilicet, cum totum fisco est soluendum: sed pars redigitur in fiscũ, vt irreuocabiliter habeat, & aliam reddat socio suo, hoc enim innuit verbũ restituatur, & verbum redigatur, & natura contractus. sic ergo in subsidium, cum non possit retrahere rem habebit ratam: & actione negotiorum gestorum contra fiscum aget ad pretium: vt supra de rebus alien. non alienan. l. j.

[l] De quibus scilicet prædiis. Accur.

[m] Suum iudicem. quia actor seqnit̃ forum rei: vt & supra vbi in rem act. l. prima.

[n] Cõpetunt. quæ vere competunt: vt & supra de commun. rerũ ali. leg. secunda. & s̃. in princ. huius legis.

TITVLVS V.

NE FISCVS REM QVAM vendidit euincat.

NE FISCVS rem quam vendidit, euincat.

Res fisci solenniter vendita nõ euincitur, licet non pertinuerit ad stationem venditoris: & officiales inuicem experiuntur etiam durante officio. Baldus.

Imp. Alexander A. ad Hermian. I.

GRauissimũ verecundia mea duxit, vt cuius rei pretiũ, cum bona fide [o] esset addicta [p], semel fiscus acceperit [q], eius controuersiam referat [r]. Non solùm ergo emptorem ab eadem statione [s], sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cùm etiam in his venditionibus, emptore non inquietato, officia [t] inter se possint experiri.

Impp. Honor. & Theodos. AA. Palladio præf. præt. II.

[o] GRauissimũ. Bona fide. scilicet emptoris & venditoris. ratione ergo malæ fidei ipsemet fiscus refert controuersiã. M. sunt & alia necessaria: vt notatur s̃. de fide instrumentorum, & iure hastæ fiscalis. l. j.

[p] Addicta. i. vendita. sic ff. de iure fisci. l. fi.

[q] Acceperit. non ergo fides de pretio potest haberi: vt ff. de iur. fisc. l. si procurator.

[r] Referat. hoc siue vt propriã, siue vt obligatam vendiderit: vt infra, de fund. rei pri. l. j. & s̃. cred. eui. pi. non hab. l. j. & de distr. pign. l. si hypothecas. & ff de distrac. pig. l. si is. & de except. rei vend. l. j. & s̃. tit. ij. l. & si instrumẽta. & de rescin. vendi. l. iij. & de euict. l. siue possessio. & j. l. proxim. quæ omnes sunt ar. quod nemo veniat cõtra factum suum. vel eius cui successit ad quod etiam & ff. de adop. l post mortem. & s̃. de rei vendi. l. cum à matre. & ff. decret. ab ord. faci. l. penul.

Facto proprio quis contrauenire non debet.

[s] Statione. i. nomine eiusdem stationis. habet enim fiscus plures stationes: & si vendat rem vnius quasi sit alterius, non potest alterius nomine reuocare. ad qđ s̃. de solu. l. ij. Sed ar. contra s̃. de compen. l. j. Sed ibi est ratio propter confusionem vitandã. & est hic arg. qđ si abbas vendat rem vnius cõuentus sibi subditi. quasi sit alterius, quod non potest reuocari.

[t] Officia. earundem stationum, vel diuersarum. & dic negotiorum gestorũ in subsidium actionis: vt ff. de re. alie. non alie. l. j.

Retrac

a Retractare. hic potes dicere ea, quæ superiori lege dicta sunt.

DE IIS, QVI EX PVBLICIS rationibus &c.

b Si quis. Tabulariis. qui cũ susceptoribus erãt: vt j. de susce. l. duos.

Retractare [a] fiscum, quod semel vendidit, æquitatis honestatisq́ ratio non patitur.

TITVLVS VI.
DE IIS, QVI ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.

Qui accipit pecuniam mutuam ab officialibus fisci, tenetur in quadruplum. Bart.

Imppp. Valen. Valens & Grat. AAA. ad Probum præf. præt. I.

Si quis ab actoribus, tabulariis [b], arcariis [c], officiisq́ [d] rationum fœnebrem pecuniam sumpserit [e]: detectus in eodem, ad quadrupli pœnam ex hac authoritate [f] teneatur [g].

Qui aurum fiscale mutuò sumpsit sine principis licentia, & qui dederit: pœna hic inserta tenetur. Bart.

Imppp. Grat. Valens & Theo. AAA. Palladio præf. præto. II.

Sciant omnes, accipiendi [h] mutuo ex largitionibus sacri [i] auri, non patere cuiquam facultatẽ [k]. Quòd si quis aurum ex nostro ærario, priuatis cõmodis [l] profuturum, occultè [m], aut cautionis [n] aut spõsionis fide [o] vt debitor redditurus sine nostra authoritate acceperit: ablatis bonis omnibus [p], perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiã, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquã cõmodauerit [q], aut dederit, capitali sentẽtiæ subiugetur.

TITVLVS VII.
POENIS FIscalibus creditores præferri.

Persecutio pœnæ præfertur, quando pœna additur per nomina multiplicatiua. in dubio inest simplum. Bal.

Imp. Antoninus A. Marcello. I.

Rem suam [r] persequentibus pœnæ exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate, fisci persecutio potior est: ita in triplo, quod pœnæ nomine adiectum est, propria forma [s] obseruanda est.

TITVLVS VIII.
DE FISCALIbus vsuris.

Ex mora pœnæ non accedunt vsuræ. Bar.

Imp. Antoninus A. Antigono. I.

Eius [t] summæ, quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, vsuræ nõ exigẽtur. nec enim mulctã [v]

c Arcariis. q̃ præerant arcis, in quibus pecunia publica reponebatur: de quibus habes. j. de suscep. l. fi. & j. de iis quæ ex pu. co. l. ij.

d Officiis. s. aliis.

e Sumpserit. non enim debet alicui personæ publicæ vel priuatæ mutuari, sed ad vsum deputatũ seruari, & iussu superioris ibi dari: vt j. de iis, qui ex pub. col. allata sunt. l. j. ij. & iij.

f Autoritate. condictione ergo ex l. vel actiõe in factũ. ad quod s. de iur. fis. l. qui in contractibus.

g Teneatur. scilicet simul cum fraudis participe vno pluribus ve: vt ff. de iure fisci. l. aufertur. §. fi. & not. s. de iur. fis. l. defensiõis. Itẽ cõtra j. l. proxi. Solu. vt ibi. & no. quod in quadruplo continetur res: vt j. tit. j. leg. j.

h Sciant. Accipiendi. s. auri, quod subiicit.

i Sacris. id est, sacris largitionibus deputatum.

k Facultatem. vt & j. de iis, quæ ex pu. coll. l. j. ij. & iij.

l Commodis. scilicet acceptoris.

m Occultè. quod presumitur eo ipso q̃d sine autoritate principis, vt subiicit: vel comitis sacrarũ largitionũ: vt j. de auri pub. persecutoribus. l. vnica.

n Cautionis. s. sine fideius. vt C. de ver. sig. l. sancimus.

o Fide. cum fideiussore, vel cautione in scriptis: spondere sine scriptis.

p Omnibus. imo in quadruplum: vt s. l. prox. contra. So. ibi in alia pecunia, hic in auro. ar. in auth. de fideius. §. q̃d aũt. vel hic mutuat, vt publica dicẽs habere mandatũ, vt hic. quod non licet, vt dixi sine autoritate principis vel comitis: ibi vt priuatam. & sic hic furtum seu peculatum & falsum: ibi furtum seu peculatum tantum. Vel ibi ciuiliter, hic criminaliter. Item contra. j. de frumen. vrbis Constãtino. l. ij. Sol. vt ibi. Accursius.

q Commodauerit. i. mutuauerit. & sic impropriè.

POENIS FIscalibus cred. &c.

r Rem suã. Pœne casum per l. s. tit. j. l. j. & de iur. fis. l. qui in contractibus. & facit. ff. sol. ma. l. si marito. & ff. de iur. fis. l. in summa. & l. q̃d placuit. & l. Statius Florus. §. fi. & l. deferre. §. fin. & l. Titius. & arg. s. de iu. de li. fi. §. si vero.

s Propria forma. vt postponatur: vt in princ. huius l. in pretio autem redacto ex venditione pignorũ præponũtur priores: vt ff. de iur. fisc. l. res. §. j. & hoc si personaliter agat: sed in hypothecaria prior in tẽpore præfertur: vt ff. qui po. in pig. l. si pignus. quæ hypotheca etiã in delictis est secũdũ Azo. vt s. de pri. fi. l. j.

DE FISCAlibus vsuris.

t Eius. Pœne exemplũ in pœna cõuentionali promissa fisco. pro quo infra placitum &c cuius nõ debetur vsura. Vel pone in pœna legali dupli. vt s. de iure fis. l. defensionis. vel quadrupli: vt s. de iis, qui ex publi. ra. l. j. & dic placitũ est. i. placuit procuratori. & sic not. pœnæ non accedit vsura: vt hic, & ff. de magi. conue. l. fi. sed sorti fisco debitæ sic, etiam sine promissione vt ff. de vsu. l. cum quidam §. fiscus & de iur. fis. l. si fiscus.

v Mulctam. videbatur vsura deberi quasi quædam mulcta, quæ pœnæ accederet: quod remouet: quia nõ irrogauit eam vltra pœnã. certe nec potuisset irrogare eã, si voluisset: vt s. de modo mul. l. ij. certi enĩ sunt iudices, qui possunt mulctare: sed pœnas ordinarias oẽs possunt imponere etiã delegati: vt ff. de iud. l. ij. §. his

Vsura nõ accedit pœnæ. Videas Specul. de sent. §. ij. vers. est & quarta species. vbi ad hoc inuenies concord. iur. canonic. [illegible]

§.his datur.& de verb.signi.l.aliud.§.inter mulctam.

a S I sub pignore. Debitoris. vtitur enim in hoc iure priuati: vt ff.de vsu.l.cum quidam.§. fiscus.& arg.s.ad l.Iuli.de vi.l.tutores.

b Pacto.hic fuit actum, vt pignus pro his teneretur: vt s.de vsu.l.per retentionem.arg.contra ff. de pig. act.l. cũ vitiosè. Sed hic non intercessit vitiosè obligatio pignoris. Accur.

tibi procurator meus irrogauit vltrà, quàm placitum est: sed pœnam te iussit inferre.

Fiscus qui succedit in locũ priuati vtitur iure priuati. Bartol.

Imper. Alexander A. Victorino. II.

SI sub pignore creditum fuit: etiã fiscum, qui successit in locũ debitoris [a], vsuras præstare oportet, si eas dependi saltem pacto [b] placuit.

Fiscus non potest stipulari vsuras vltra legitimum modum vsurarum: nec iam ab alio stipulatas exigere. Bart.

Imperat. Iustinianus A. Menæ præfec.præto. III.

FIscum etiã nostrum parere sanctioni [c] nostri numinis iubemus, per quam vsq; ad dimidiam cẽtesimæ † vsuras stipulari creditoribus, exceptis certis personis, permisimus: vt ipse etiã fiscus vltra dimidiã centesimæ partẽ à debitoribus suis minimè exigat: siue principaliter ei promiserũt, siue à prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocũq; modo deuolutæ sunt [d].

c FIscum. Sanctioni.quam habes. s. de vsur.l. eos.§. cæteras. qua dicitur regulariter quemlibet vsq; ad semissem & nõ vltra, posse stipulari vsuram prę̄ter mercatores, quibus est permissum besses: & pręter quosdam aliosqui centesimã partem possunt, stipulari. Vnde versus:

Discãt illustres stipulari posse trientes:
Sed mercatores vsuras quærere posses.
Quærere semisses possunt communiter omnes.
In traiectitia poterit centesima quæri.

Stabit ergo fiscus illi regulæ: vt hic, & s.de iis, quibus vt indig.l.j.

d Deuolutę sunt. puta per successionem. quo casu hoc vtetur priuilegio postquam inter nomina debitorũ retulit: vt supra de vsu. lege cum quidam.§. si debitores. & ff. de iure fisci.l. si fiscus. Accursius.

† De centesima vsura eiusque partibus vide Ant. Aug.emẽ. lib.ij. c.x.

TITVLVS IX.

DE SENTEN-

DE SENTENTIIS AD uersus fiscum

e CAusas. Cum iudicatur contra fiscũ: aut ritè omnia facta fuerunt: & tunc valet sententia, & appellatur iure cõmuni: vt ff.de appell.l.illud. aut absente aduocato fisci: & non valet sententia ipso iure, iure speciali.quod dic: vt ff.de iure fisci.l si fiscus alicui.& l.iij.§.diuus.& ita tempore non cõfirmatur: vt ff.de appella.l.si expressim.& s.de fal l.sicut.aut omissum est instrumentum, pro eo faciens: & tunc iure speciali vsque ad triennium retractatur petita restitutione per officium iudicis: vt hic, & ff. de re iudica.l. imperatores.nec obstat. ff.de iureiur.l. admonendi. vbi & in priuato dicitur idem, quia respon.vt ibi notant.

Sententia aduocato fisci absente contra eum lata, non valet.

Item secundum hoc non obstat.s.de re iudicata.l.sub specie.& de transact.l.sub prætextu. quia ibi in priuato non retractatur: & hoc si non interuenit præuaricatio. alias distingue: aut corruptio pecunię interuenit in iudice vel procuratore fisci agẽte & tunc non valet ipso iure etiam post triennium: vt hic.& supra de pœna iu.l.constitit. & sic etiam potest intelligi supra de aduo. diuerso.iudi.l. j.aut gratia vel ambitione tantum: & tunc valet, sed retractatur vltra triennium: vt hic, & ff.ad Trebel.l.seruo.§. cum prætor. sed hoc casu quando non pretio, vsque ad quadriennium tantum à die sententiæ, & per in integrum restitutionẽ: vt s. de tem. in integr.restitut.l. finali.& ita vtimur cõmuni iure, quando interuenit præuaricatio, & quæ dixi in repub. eadem in ecclesia & in pupillo dici possunt, vt no. ff. de re iudica.l. imperatores. Acc.

tiis aduersus fiscum latis, retractandis.

Imper. Alexand. A. Aeutiano. I.

CAusas [e], in quibus contra fiscũ iudicatum est, intra triennium retractari posse, & post id tempus, si præuaricatio [f] arguatur, vel manifesta fraus probetur, notum est.

TITVLVS X.

DE BONIS vacantibus & de incorporatione.

Etiam ex priuilegio ciuitates non succedunt in bonis vacantibus: & si occupauerint, ab eis auferuntur.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. & CC. ad Eucharium. I.

SCire debet grauitas tua [g], intestatorũ res, qui sine legitimo [h] hærede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas [i]: nec ciuitates audiendas, quæ sibi earum

f Præuaricatio. pręuaricatio in aduocato: fraus in iudice, vł aduersario ad quod. ff.de iudiciis, & vbi quis agere, vel conueniri debeat. l. si prætor. §. Marcellus. & ff de iu. fis.l.imperatores. Item an ex eadem contestatione & actis agef, vel nouiter fiat cõtestatio? Dic vt no. ff de appell.l.si expsim. Itẽ an primò debeat agere resp. cõtra procuratorẽ suum? Respond.vt d.l.imperatores.

Pupillus, ecclesia & respu. quãdoq; ęquiparantur. i Concor. c.j.& ij.de rest. in integ. secundum Ioã. And.li.vj.

DE BONIS VACANTI. &c.

g SCire debet. Tua.loquitur comiti rerum priuatarum, qui prædicta accipere & incorporare debet: vt j.l.iij.

h Legitimo.vel honorario: vt ff. de iure fis.l.j.§. diuus. Item vxor excludit fiscũ: vt s.vnde vir & vxor l.j.Item socius liberalitatis imperialis: vt j.si socius liber.imper.l.j Item curia aliudq; collegium licitum fisco prę̄fertur: & patronus: vt s.de hær.decur.per totũ.& de epis.& cleri.l si quis presbyter. Item substituti & cohæredes: vt s.de cad.toll.§.his ita.item facit.j.eo.l.vacantia.

i Vindicandas.dominium rerũ ipso iure ad fiscum pertinet, si sunt soluendo: non alias deducto tamẽ ære alieno: & tunc cum sint soluẽdo: vt ff.de iu.fis.l.j.§.an bona.

bona.& l.non possunt.& obstat præscriptio.iiij.annorum ex die nuntiationis.sed à die quo fuerunt vacantia,viginti annorum:vt s̃.de quadri.præscrip.l.j.& ff.de iure fisci.l.j.§.diuus.& §.præscriptio.

a Ex permissu.principis vel legis.nam etiã permissio cum petitione nõ tenet:vt j̃.depe.bo.sub.l.j.sed sine petitiõe.sic:vt eo.ti.l.j.Sed an ꝓ delictis accipit ciuitas? Respõdeo nõ eadẽ ratione: imò nec ipse fiscus hodie nisi in crimine læsæ maiesta.vt in aut.vt nulli iu.§.fi.

b Priuilegiorum.de facto petitorũ & impetratorum.

c Occupata. per suos officiales:vel sub. scilicet in ciuitatibus.

d Eadem.s.bona.

e SI quando Annotationes.i.priuilegia.

f Donauerimus.non petenti.& sic valet:vt j̃.tit.ij.l.j.& s̃.de quadri.præscri.l.fi.ne sit contra.s̃.e.l.proxi.ad quod est.j̃.de præpo.sacri.cu.l.fi.sed ar.cõtra.j̃.de agri.& man.l.fi. Accur.

Verbum pro oratione quãdoque ponitur.

g Hoc verbo.in his verbis integro sta.do.& sic not.verbum pro oratione poni.Itẽ pauca verba pro vna columna:vt s̃.de vsufr.l.antiquitas.in fi.quod facit ꝓ allegãtib⁹. Accur.

h Conscribebamus.in quadam.l.quam non habemus,vel in quodam priuilegio.

i Adiacentibus.scilicet etiam mobilibus:vt subiicit.sed immobilia adhærentia accedunt,etiam si verba dicta nõ essent:vt ff.de lega.iij.l.prædiis.§.fin.& facit.s̃.de verb.sig.l.j.& ij.& ff.de vsu & hab.l.si ita.& de lega.iij.l.quæsitum.§.peto.& de fun.instru.l.si cui.& & adde quod nota.s̃.de constitu.princip.l.fina.Item not.generali vel indefinito verbo omnia contineri.ad quod.ff.de offi.præfec.vr.l.j.§.cum vrbẽ.Item hæc verba ponũtur in instrumẽtis vẽditionũ,vel similia.

Generale vel indefinitum verbum omnia comprehẽdit.

k Suo.id est,instrumentis domus,vel fundi & patrisfa.ibi morantis.nec ob.ff.de fun.instru.l.quæsitũ.§.sed si fundus.vbi dicit non contineri instrumentũ agri:sed subaudi ibi tantum.

vindicandarum ius veluti ex permissu [a] vindicare nituntur: & deinceps quęcunque intestatorũ bona ciuitatibus obtentu priuilegiorũ [b] suorũ occupata [c] esse compereris, ad officiũ nostrũ eadẽ [d] reuocare non dubites.

Si res conceditur in integro statu per principem: intelligitur cum pertinentiis & cum iure suo & instrumentis & omnibus fructibus & mancipiis, quæ in ea sunt.Bartol.

Imperat. Constantinus A.ad Albinum præfect.vrb.Romæ. II.

SI quando annotationes [e] nostræ contineant possessionẽ siue domum, quam donauerimus [f], integro statu donatam: hoc verbo [g] ea vis continebitur,quam ante conscribebamus [h], cum adiacentibus [i] & mancipiis,& pecoribus,& fructib⁹,& omni iure suo [k]: vt ea,quæ ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint.

Si res fisco deferatur, primò debet solenniter examinari per procuratorem Cæsaris: secundò incorporari cum authoritate procuratoris fisci.& tituli sine authoritate superioris non debent scribi: & contrà facientes grauissimè puniuntur.Bartol.

Imppp. Grat. Valent. & Theo. AAA. ad Florianum præfect. Augustalem. III.

SI quando aut alicuius publicatione [l], aut ratione iuris [m] aliquid rei nostræ [n] addendum est: ritè [o] atque solenniter per comitem rerum priuatarum,deinde per rationales [p] in singulis quibuscunque prouinciis commorantes [q],incorporatio impleatur,& diligẽs stylus [r] sigillatim omnia scribat. tituli verò, quorum adiectione prædia nostris sunt consecranda [s] substantiis,non nisi publica testificatione proponãtur:grauissimis statim subdendis suppliciis. qui huiusmodi aliquid propria vsurpatione [t] tentauerint.

Bona eius,qui nullo modo aliquem habet successorem,dicuntur bona vacantia:& deferuntur in fiscum hæredem.Bartol.

Impp. Honor. & Theodo. AA. Palladio præfe. præto. IIII.

VAcantia mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus transferri [v], si nullum ex qualibet sanguinis linea [x] vel iuris [y] titulo legitimum reliquerit intestatus hæredem.

In prouinciis vbi non est procurator Cæsaris: de principis curia certi officiales destinantur, quorum solicitudine bona vacantia sub præside inuestigantur:& de eis inuentarium conficitur,& principi scribitur.& committens fraudem pœna hic inserta punitur.Bartol.

l SI quando.Publicatione quæ fit ex variis causis:vt ff.de iure fisc.l.j.Accur.

m Iuris.scilicet alteri⁹,vt donatione vel successione.

n Nostræ.id est,fiscali,quæ est nostra:vt s̃.de quadri. præscri.l.fina.

o Rite.secundum formam hic subiectam,quando quęstio non refertur:vt hic, alia secundum formã.j̃.e.l.fi.

p Rationales.procuratores Cęsaris:vt s̃.de modo mul.l.ij.qui incorporabit, vt iudex: vt hic,qd' faciet primo comes capiendo,secũdo dando ꝓcuratori Cęsaris:q ponet eos in numero et corpore aliarũ rerũ fiscaliũ.

q Commorantes.scilicet comites & rationales.

r Stylus.scribentur enim nomina & qualitates rerũ quasi quoddã inuẽtariũ:vt s̃.de bo.ꝓ.l.si quis intra. Et nota.hic, quod in qualibet ꝓuincia erat vn⁹ ꝓcurator Cæsaris:& vn⁹ comes rerũ priuatarũ.Item not.quod hęc lex facit ad secundã partẽ tituli.

s Consecranda.i.adiungenda:& dic ꝙ qñ adiicitur,debet scribi manu publica quo titulo,scilicet vtrũ ex donati.vel successiõe,vel quoquo mõ fisco obueniãt. Vel qd' qñ adiiciunt,imponitur in ipso prædio signũ:quod nõ licet nisi autoritate publica.i.cõpetẽtis iudicis:vt hic,& s̃.vt nemo pri.l.ij.& in aut.de mã.prin.§.titulos.coll.iij. alias punit, vt ibi & hic dicitur.

t Vsurpatione.vsurpat q cõtra prædicta facit.

VAcantia.

v Transferri.de facto.nam dominiũ ipso iure quæritur fisco,si soluẽdo sunt:vt ff.de iu.fis.l.j.§.an bona.

x Linea.inferiori vel superiori vel transuersali, etiam vltra.vij.vel x.gradum secundum P.quod nõ placet: quia post legitimum successorem succedit vxor,& postea fiscus:sed legitimus non est vltra x.gradum:vt s̃.vnde vir & vxor.l.j.Accur.

y Iuris.legitimus successor iuris est adoptiu⁹:vt ff.de suis &

suis. & leg. l. j. §. fi. & l. ij. §. hæreditas. Itē alij: quos dic vt not. s. l. j. & facit. s. de cadu. tol. §. fi. & j. de præpo. sa. cub. l. pe. §. intestatorum. & in auth. de hær. & l. Fal. §. inordinatum. & in tit. j. l. ij. & in auth. vt nulli iu. §. fi. & in auth. de nup. §. si igitur. colla. iiij.

Impp. Theodo. & Valent. AA. Hermostrato. com. rer. priuat. V.

SI vacantia, vel alio modo bona delata [a] legibus ad ærarium perhibeantur [b]: certi palatini [c] electi, & iureiurando obstricti mittantur, vt eorum instantia [d] præses prouinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, cuius vacās cadensq́; fuerit patrimonium, quantumq́;, vel quale videatur [e]: vt cùm data [f] reclamandi copia [g], nullum id vel iure possidere, vel vindicare, locumq́; ærario factum esse, tam ipsius [h] relatione, quàm publicorū monumentorum [i] fide constiterit: rerum nobis notitia intimetur: vt iussu nostro vacantia, vel aliæ res nomine occupentur [k] ærarij. quæ forma [l] etiam in parte bonorum, vel in vna alterave re, seu actione vna vel etiā pluribus seruetur. Nam si quid per fraudem in dispendium ærarij fuerit admissum: missi quidē executores [m] non euitabunt indignationem: præses autem facultatum parte dimidia mulctabitur: fisci [n] verò patronus detrimentū, qđ vitio eius fisco ingeritur, resarcire vrgebitur.

TITVLVS XI.

DE DELATORIBUS [o].

Si relinquitur tacitè incapaci, non defertur in fiscum. Bart.

Imp. Alexander A. Haterio. I.

SI ei, qui capere potest [p] tacitum [q] fideicommissum relictū est, cessat delatio [r]. His enim prohibetur tacitè relinqui, qui palàm relictum capere non possunt [s].

Qui defert ex necessitate officij, vel ex præcepto iudicis pœnam delatoris non sustinet. Bart.

[a] SI vacantia. Delata. s. dānatorum. vel alio modo: qđ dic: vt ff. de iure fisc. l. j. Accursius.

[b] Perhibeantur. i. inueniantur.

[c] Palatini. de quibus habes. j. de palati. sacra. lar. Vel dic quicunque de curia missi.

[d] Instātia. q executores j. dicuntur. & not. quod quasi off. iud. expeditur. & sic intelligo. s. de iu. fis. l. defensionis. Accur.

[e] Videatur. reducendo hoc in scriptis: vt C. de bono. proscript. l. si quis. Accur.

[f] Data. ablatiui absoluti, scilicet data copia: & facit s. de iure fisc. l. prohibitum. & l. defensionis.

[g] Copia. si ergo aliquid resistit, debent remanere bona apud possidētē donec liqueat ea cōfiscanda: vt s. de iure fisc. de defensionis.

[h] Ipsius. s. præsidis per propriam epistolam.

[i] Monumentorū. quæ facta sunt sup bonis inuentis quasi quoddam inuentarium: vt d. l. s. de bon. proscrip. l. si quis intra.

[k] Occupentur. per eosdē palatinos vel alios ad hoc missos. vel si non mittatur aliquis pro capiēdo, tradētur comiti rerum priuatarū & procuratori Cæsaris ad incorporandum: & isti iterum acquirent: vt d. l. si qs. & s. eo. l. si quando. Item quod dicit occupētur: de facto: nam de iure non est opus, scilicet soluēdo sunt: vt ff. de iure fisc. l. j. §. an bona.

[l] Forma. de inquirēdis & capiēdis bonis prædictis.

[m] Executores. quos s. vocauit palatinos. Acc.

[n] Fisci vero. fa. s. de aduo. fis. l. fisci. & j. de anno. & trib. l. iij. Accur.

[o] DE DELATORIBVS. Dicit de bonis vacātibus: nunc de eorū bonorum delatorib. & no. quod deferre dicitur multis modis. Primò, i. qui aliquid offert. vnde dicitur: hæreditas defertur: vt s. de Car. edict. l. ij. Item accusare de quolibet crimine: vt C. ad l. Iul. rep. l. iubemus. Itē bonorū nuntiator: vt ff. de diuer. præscri. l. intra. & ita hic. Itē deferre, s. honorē: vt s. de episcop. & cleric. l. presbyteri. hic autem ponitur pro delatore bonorum iusto vel iniusto. & est iniustus ratione personarū etiam si probet: vt j. eo. l. fin. Item prohibentur aliqui deferre propter honorem, vt clarissimi. Item veterani. Itē milites, propter honorē stipendiorum. Item propter sexum, vt mulieres. Item propter dānationē, vt qui fustibus cæsi sunt, & in opus publicum damnati sunt. Item in metallum damnati. Sed eas causas, quas ante damnationem ceperūt deferre, post damnationem possunt exequi: vt ff. de iure fisci. l. deferre. sed qui admittūtur, si non probāt, sunt iniusti & infames: vt ff. de iure fisci. l. secunda in princip. & j. eo. l. j. & l. nulla. & l. ex varia. & l. omnes. in fi. & C. de episc. & cleri. l. nulli. in fi. & in aliis casib. quod dic, vt j. eo. l. ex varia. si verò pbant præmium habent: vt ff. de iure fisci. l. edicto. §. extat. Item differt hic tit. ab illo j. de iis q se def. q a ibi se, hic alios deferunt. Ac.

Deferre multi prohibentur.

[p] SI ei q capere potest. Cum effectu. s. ex testamento: vt ff. de ver. sig. l. aliud. & in herede suo vel extraneo, quæ tempora inspiciantur, an sit capax vel non, dic vt no. inst. de hæredū qualitate. & dif. §. sui. & §. in extraneis. hac aūt lege hic legatarius seu fideicōmissarius geralis vel specialis, cui tacite aliquid est relictum duobus temporibus debet esse capax. s. testamēti. & mortis: & sic hic erat: vt ff. de iur. fisci. l. non intelligitur. §. quando autem primo poterat, secundo non potest capere: cessaret & tunc delatio: nisi fortè in futurum fidem accommodauit institutas. Item si primo non potuit, secundo potuit ei relinqui: de benignitate parcitur, vt d. l. nō intelligitur. §. quādo. & no. ff. de iis qui. vt indi. l. in fraudem. in princ. & §. quæ autem faciunt non capacem. no. insti. de leg. §. incertis.

[q] Tacitū. quod est quando domestica cautio vel promissio est: nō palā in testamēto vel codicillis: & de hereditate nō de suo rogatur: vt ff. de iur. fis. l. nō intelligitur. in prin. & §. quæro. & §. si quis palā. & §. tacita. & l. ita fidei. in prin. & in fi. & de leg. j. l. in tacitis.

[r] Delatio. alias si neutro tempore fuerit capax, dodrans relicti aufertur non capaci, & quarta rogato, quicunque deferat: vt ff. de iure fisc. l. j. & s. ad l. Falci. l. iij. & ff. de iis quib. vt indi. l. hæres. rogatus autē excusatur, si palam rogatur: vt ff. de iu. fis. l. non intelligitur. Item si est seruus rogantis: vt ff. ad l. Fal. l. si tacitum. Item si filius: vt ff. de iis qui. vt indi. l. in fraudem. in fi. Item si se deferat: vt j. tit. ij. l. j. Accur.

[s] Non possunt. ergo si possunt, pnt tacite relinq eis: loco

Imp. Gordianus A. Mucontio. II.

MOnēte officicij [a] solicitudine, quinimò iussu procuratoris [b], vt causam ab alio delatam conuenienti diligentia instrueres: non ipsum voluntarium delatoris munus suscepisse te, actorum lectio, quæ precibus intexta sunt, manifestè declarat. Ea propter, ne quid in persona tua, quod est sectæ temporū meorum alienū, attentetur [c]: præses prouinciæ vir clarissimus ad solicitudinē suam reuocabit.

Qui ad defensionem suā alium nominat, nō videtur deferre. Bar.

Idem A. Chloelio. III.

NVlla macula [d], vel crimine [e] delatoris aspergitur is, qui cū ab officialibus [f] fundum seu domū fisci possidere contenderetur, non se, sed alium eius rei possessorē esse monstrauit [g].

Qui venit ad defensionem reipublicæ: vt delator non punitur. Bartolus.

Imp. Philipp. A. Candido. IIII.

EX varia statutorū [h] diuersitate ad id decursum est, vt ij, qui reipublicæ causas defendunt [i], delatorum criminibus non teneantur [k]: cùm omnibus notissimū sit, eos solos execrabiles [l] nuntiatores esse, qui fisco deferunt [m].

Delator non admittitur sine patrono fisci, & malè deferentes ex consuetudine, grauißimè puniuntur. Barto.

Imp. Constantinus A. ad prouinciales. V.

OMnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denunciantes, pœnis [n] afficere. apertissimi enim iuris est, vt quod ex cuius patrimonio ceciderit † in casum [o], & legibus [p] & recto [q] iuris ordine fisci aduocatis agentibus vendicetur. Sed quia nonnulli pręcipites, secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant: damus omnibus licentiam, qui se læsos existimant [r], contra delatores seueritatem iudicum implorare [s] ferro districtam. D. x. Calen. April. Constantinop. Constantio & Albino Cons.

Seruus punitur, si dominum deferat, præterquam in crimine læsæ maiestatis. Bart.

Imppp. Gra. Valent. & Theodosi. AAA. Panhellenio consulari Lybiæ. VI.

SEruum domini delatorem iubemus in exemplum omniū proditorum seuerissimæ sententiæ subiugari [t], etiam si obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis. D. vij. Calend. Nouemb. Constantinop. Antonio & Syagrio Cons.

---

loco sumpto à consequenti destructo. ad quod ff. de pub. l. si ego. §. partus.

[a] MOnēte officij. quod geris: q̄a eras palatinus: vt s̄. tit. j. l. fi. vel pone, vt ff. de iu. fis. l. fiscus. §. delatoris.

[b] Procuratoris. fisci vel Cæsaris: q̄ etiam excusantur: vt ar. ff. de iis q̄. vt indi. l. in fraudē §. fi. & de bonis li. l. q̄ cum maior. §. si patris. & s̄. de iu. fis. l. ij. & l. prohibitum est. nec obst. ff. de iur. fis. l. ij. §. diuus. quia ibi mandatū, hic iussum est: inter quæ est differentia: vt insti. de Att. tu. §. nos autē. & ff. mā. l. j. Item habet hic ius mandandi.

[c] Attentetur. i. ne patiaris pœnas delatoris, tria te excusant officium, iussus, & q̄d alius inchoauerat: licet nō ꝓbaueris. alias patieris pœnas: quas dic vt not. j̄. eod. l. ex varia.

[d] NVlla macula. infamię.

[e] Vel crimine. id est, pœna criminis, quod cōmittit delator non probāt: vt j̄. l. proxi.

[f] Officialibus. palatinis: vt s̄. titu. j. l. fina.

[g] Mōstrauit. alias non monstrauerit: vt ff. de iur. fi. l. deferre. §. sed & communē. magis enim videtur delationē cōtra se factam repellere: quā alium quēquam deferre: vt ff. de iur. fisc. l. ij. in princ. & l. fiscus in quæstione. §. fi. & l. delator.

[h] EX varia statutorum. id est, legum statuentiū. sic s̄. de sent. ex breui. re. l. statutis.

[i] Defendunt. in iudicio alio prouocante. ad quod. ff. ff. cu. vni. no. l. j. §. fi. & s̄. de infa. l. neminem. vel extra ius: vt ff. de ope. no. nuncia. l. in prouinciali. §. fi. & l. sequenti.

[k] Non teneantur. est ergo crimen deferre, & nō ꝓbare: & punitur infamia: vt s̄. l. prox. & ff. de iu. fis. l. ij. in prin. & l. deferre. §. sed & communem. Itē ꝙ tātum dat fisco, quātū detulit: vt ff. de iur. fis. l. senatus. §. senatus. & §. diuus. & l. Arrianus. Item alia: vt j̄. l. prox. ab aliis pœnis excusatur multis modis. quas dic: vt ff. de iure fis. l. ex quibusdam. & s̄. eo. l. monente.

[l] Execrabiles. id est, odiosos.

[m] Deferunt. s. inchoando, & spe præmij: & non probant nisi excusentur aliquo de prędictis modis. ad q̄d ff. de iur. fis. l. deferre. §. sed & communem. Item ciuitati non defertur: vt s̄. tit. j. l. j.

[n] OMnes. Pœnis. extra ordinē: cū non dicat quas: vt ff. de pœ. l. sanctio. & facit. ff. de iur. fis. l. si fiscus alicui. & s̄. de aduo. l. fi. & s̄. tit. j. l. fina.

[o] Casum. ex delicto. vel q̄a sine successore decessit.

Deferre & nō probare crimen est.

[p] Legibus. vt s̄. tit. j. l. fin. & l. antepen. & de iur. fisc. l. prohibitum. & l. defensionis.

† Alias, in casum.

[q] Recto. alias retro, & alias recto. i. eo ordine, qui hactenus obtinuit q̄ est in legibus prædictis. Accur.

[r] Existimant. ex tali delatione.

[s] Implorare. accusando & faciendo eos puniri districte cum ferro. nam vt dicunt contineri in Theodosiano codice, caput & lingua ei amputantur. ad quod s̄. de calū. l. nostris. & habes districtā. aliàs distractā, id est, executam. & habet locū hæc pœna si criminaliter accusetur: alias habēt locum illæ quas notaui. s̄. l. proxi. ad quod. ff. de iis qui. vt indi. l. j. vel habet locum quando ex consuetudine facit: vt j̄. de superexac. l. j. Accur.

Delatoris iniqui pœna.

[t] SEruum. Subiugari. forte metalli: vt ff. de of. præ. vr. l. j. §. quod autem. & §. cum patron⁹. vel etiā mortis. ad quod. s̄. q̄ ac. non pos. l. pe. in fi. & l. fi. Item facit. j̄. in quib. cau. co. cē. l. ij. & ff. de iu. fis. l. ij. §. pe. Itē no. in exemplum. ad q̄d C. ad l. Iu. re. l. j. & ff. eo. l. quamuis. & ff. de cust. reo. l. diuus. in fi. & ff. depositi. l. bona fides. in prin. Item no. eum puniri etiam si probauerit. ad quod. ff. de re mili. l. iij. §. in bello. & ff. de neg. gest. l. fi. Sed ar. cōtra. ff. de bo. li. l. qui cum maior. in fi. & ad Turp. l. j. §. pen. Item not. quod

not.quod excipit crimen maiestatis: vt hic, & ff.ad l. Iul.ma.l.famosi.§.serui. sed & torquetur eodem casu seruus, & etiam in aliis quandoq;: vt s.de quæstio.l.j.

a DE PETITIO. BONO. &c.

Alias bonorum: & tunc dic petitis.i.petitionibus, aliàs deest: & tunc pone petitis neutraliter: vel subaudi rebus siue bonis.

b Quisquis. Consuetudo. & lex vt s.ad l.Iul. maiest. l. quisquis. circa prin. etiā hodie: vt in authenti. vt nulli iud.§.fi.

c Eadē. idē si ex alio delicto sunt delata: vel etiā successione: vt j l. proxi.

d Legē.s. istam.

e Inhiatione.i.frequenti petitione.

f Legis.s. huius: de quo extra ordinem punitur: vt ff. de pe.l.sanctio. Itē no.qd' ex sola petitione: alias supplicatiōe licet in fructuosa punit: vt j. qui mil. non pos.l. eis quidem.

g Relinquatur.cuius prohibetur petitio, eiusdē facta cōcessio nō valet: vt hic, & s. si nupt. ex rescri.pe. l.fi.in fi.& j.de naui. non exc.l.fi. & in auth. de non alie.§.quia verò.& in auth. vt omnes obe.iu.prouin.§. hanc dicentes.& §. si verò qſque.colla.v.nisi ex certa scientia dicēdo non obst hac l. arg.ff.de leg.iij.l.si quis. in prin.

h Nullo tñ ad hoc.s.de cri.sacr.l. fi.& ff.quod quisq; iu.l.iij in prin.Sed cōtra.s.de bo.vac. l.j. Solu. ibi cū petitione.Item argu. contra.j. de locat. præd.ciui.l.ij. Sed ibi ab alio possidebatur.Item dic tantum.i. nō petendi. vel.i.res, nō ius capiēdi: vt & res præbendæ, non autem præbēda potest cedi. Et not. hic, qd' quędā honestè accipiunt, quæ non honestè petuntur: vt ff.de orig.iur.l.ij.§.fi.& ff.de var.& extraor.cog.l.j.§.proinde.

† In excēp. Vict. planè petitionibus legitur, & ita reposuit Pyrrhus hic.

† Cōcor. ca. cum in iuuētute. §.cęterum extra, de pur. can. & qđ no. gl in verbo nascatur.ad fin. in c.j. extra, de cōsti. lib. vj. & gl.in c. tuæ fraternitatis extra, de prębe. & dig. vbi verba ista recitat dict. gl. ab hac. l. extracta.

Honestè quædā accipiuntur quę inhonestè petuntur.

TITVLVS XII.

DE PETITIONIBVS † BONORUM[a] sublatis, constitutio Gregoriana.

Bona quæ deferuntur in fiscum, nemo potest sibi impetrare: & concessio facta ad petitionem alterius, non valet: secus si fieret motu proprio principis. Barto.

Impe. Grat. Valent. & Theod. AAA. Eutropio præfect. præt. I.

Qvisquis in crimine maiestatis deprehēsus fuerit, & punitus, bonaq; eiꝰ (sicut plectendi consuetudo [b] criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadem [c] sub specie munificentiæ principalis audeat proprio iure poscere. qui contra legem [d] id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed quoniam † plerunq; ita in nōnullis causis inuerecunda petentiū inhiatione [e] constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: nec rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis [f], loci aliquid relinquatur [g]. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen [h] desiderante atq; poscente, concedi cuiquam voluerimus: huiusmodi tantùm valeat liberalitas. D.xvj.calend. Decembr. Thessalonicæ Gratiano v.& Theod. AA. Cons.

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiscū siue fiscales: & impetrans & officiales curiæ principis, qui in his impetrationibus operam darent, vt scriberent, legitimè puniuntur. Barto.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio præfect. præto. II.

Omne semen [i] alienas appetendi fortunas, stirpitus [k] eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiam. Et si intestatus [l] quisquam quædamve [m], ac nullis ex numero ꝓpinquorū existentibus, vel vxore, vel marito [n], fati munus impleuerit: cuiuscunque [o] sit conditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem [p] rerū defuncti defunctæve, cuiuscunque fortunæ aut sectæ sit, si fisco nostro locus pateat, aspirare: cùm ne illis quidem, quorū actu atq; officio petitionum procedebat effectus, impunè liceat sanctionibus nostris aduersari. sed vir illustris qdē cuiuscūq; temporis quæstor [q], si oblatæ petitiōi subscripserit, vel etiā responsum dederit: virq; illustris comes rerū priuatarū, si vel instrui ꝑmiserit, vel petitionē, si qua insinuatur [r], admiserit: indignationē nostri numinis [s] sustinebit, cæterisq; [t] fiet vindictæ & temeritatis exempliū †. Memoriales [v] verò, qui excipienda huiusmodi rescripta, vel implenda curauerint, & palatinos, qui instruxerint, vel gesta admissæ petitionis ediderint [x],

i Omnes enim. alias incipit, omnis enim. & secundum hoc dicunt continuari cum præcedēti: & subaudi vias. vel subaudi initiū apud omnes alienas fortunas. Vel meliꝰ habeas omne semen &c. ipsa enim rei princ.&c. vt in auth. de nō alie.§. finimus. nec enim leges codicis continuantur: cū quælibet per se & certa debeat esse: vt s.de no.cod. confir. l.j. §.quibus.

k Stirpitus. i. in totum: vt nō remaneat aliqua radix. Accur.

l Et si intestatus. incipit versus.

m Quædā ve. accipe.scilicet fati munus &c.

n Marito. vel alio qui fisco præferet: vt s.titul.ij.l.j. & l. vacantia.

o Cuiuscunq; sit. scilicet defunctus, vel ille cuius bona fuerunt fisco deuoluta: vt fortè quia hæreticus: vt s. de hęre.l. manicheos. & l.cognouimus.

p Ad petitionē. aspirare, qd' est.j.

q Quæstor. nec enim aliter valet rescriptū, nisi à quęstore subscriptū: vt in auth. vt diu.ius. §.j.col.viij. & dic, ille qui circa latus principis erat. Alij erāt q̄sto. qd dic vt ff de offi.quæst.l.j. Et not.hic de illu. quibusdam.

r Insinuatr.i.ostēdatur principi ꝑ eū.

s Numinis. alias numinis, & alias nominis.

t Cæterisq;.s. minoribus: & sic no. puniri maiores vt terreantur minores. sic quod not.s. titul j.l fin.

v Memoriales.i. scriptores, seu exceptores, vt subiicit. & ff.loca.l. sed addes.§.fi.quia reducūt ad memoriam per scripturam: vt ff de pig.l. contrahitur.

x Ediderint. i. in publ

Qualiter & in exemplari vetusto apud sanctum Victorem ad muros Parisienses legitur.

Maiorū pœna minorum est terror.

† Cōcor. cle.j.circa fi.de offic. ordi.& ij. q.vij cap. quapropter. ibi, vt transgressionis vltro fiat iter dictio delinquendi.

in publicum produxerint.

a Proscriptione. hoc corrigitur in auth. vt nul. iu. §. fi. col. ix. Itẽ ad hoc. j. de col. do. l. j. §. fi. & j. de me. l. pe.

b Res ciuiles. vt annonæ ciuiles. s. annui reditus ex pub. ad quod. s. de sacr. san. ecc. l. priuilegia. Et no. ar. à simili quod nec præbẽda debet peti. Vel dic, dabitur publico: & sic non põt impetrari remissio. ad quod. j. de an. & tribu. l. in fraudem.

c Pragmatica. imo contra: vt s. de no. co. cõp. l. j. §. ij. sed ibi loquitur de iis quæ posita sunt in corpore iuris. Itẽ cõtra s. de le. & cõ. l. ij. So. sine alterius læsione hic, vel sine petitione: vt s. l. p. xi. in fi. Item quid si semel & bis, hoc est quod dicimus secũda iussio? Resp. vt no. s. sic cõtra ius vel vti. pu. l. fin. Itẽ no. quod licet bonorũ petitio phibeatur, quædã tamen permittunt, vt bo. pos. iuris: vt vnde liberi, & similes. Item poss. bonorũ facti debitoris cessantis vt ff. qui. ex cau. in poss. ea. l. ij. Itẽ bonorũ aditio facti et iuris: vt insti. de eo cui li. cau. bo. addi. Itẽ bona hæredis nõ parentis. i. non obedientis, vt s. de fid. auth. hoc amplius. Itẽ bõa captiui & furiosi: vt C. de epis. au. auth. liberi. & de epi. & cler. l. si captiui. Itẽ ius iniquũ põt peti, licet noceat petenti: vt ff. quod quisque iur. l. j. Acc.

Bonorũ possessio Iuris & possessio bonorum facti.

Aditio bonorum facti & Iuris.

bonorũ proscriptione [a] puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles [b] & ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione minuẽdas esse censemus, scilicet nec pragmatica [c] iussione, vel sacra annotatione, vel quolibet oraculo diuino, seu mandatis (si qua contra hanc sanctionem nostrã fuerint impetrata) quippiam roboris habere valituris.

TITVLVS XIII.

DE IIS, QVI SE DEFERUNT [d].

Grauatus tacitè de restituendo non capaci, si se deferat, lucratur tertiam: vxor verò defuncti non capax se deferens lucratur dimidiam: & facta diuisione habebit optionem: occultantes verò legitimè puniuntur. Bart.

Imper. Constantinus A. Maximo. I.

IS, cuius [e] tacitè fideicõmissa fuerit hæreditas, statim [f] officio grauitatis tuæ [g] nunciet, & gesta prodat, & continuò quod actũ fuerit, renũciet: & post hanc fidem, tertiam [h] ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quòd si ab vxore [i] defuncti istud ad officium deuotionis tuæ fuerit reuelatũ: ipsa etiam persona, quam defunctus esse voluit hæredem [k], si gesta apparuerint, tali præmio mancipetur, vt ex omni patrimonio [l] medium consequatur, & cum fisco nostro celebret diuisionem: id etiam habitura priuilegiũ, vt prior eligat [m] optionem: & tunc occultator [n] ille gestorum, fisci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo, à fisco vendicato, in insulam deportetur.

d DE IIS, qui se deferunt.

Supra de delatoribus dixit quando alius defert alium: hic quando se ipsum. Accursius.

e IS cuius. s. institutus hęres legitimus: vel q rogatus est, vt nõ capaci det secũdũ Bul. alias Pla. & dic cuius. s. fidei. hæreditas est commissa restituenda vxori non capaci. & expone tacitè vt no. s. tit. ij. l. j.

f Statim. ad id quod dicitur statim. i. continuo, concor. ff. eo. s. de iu. fis. l. edicto. j. resp. Sed contra in ea. l. §. cum autem. vbi dicitur expectandum illum, cui relictum est, vt ille primo deferat si vult. Solut. secundum quosdã hæc illã corrigit. Vel hic fuerat in mora deferẽdi ille cui erat relictum. Vel dic statim post tabulas apertas: ante enim est alius expectãdus: vt ibi. Acc.

g Tuæ. loquitur procuratori Cæsaris: vt ex subscriptione legis apparet, quæ dicit rationali mitti.

h Tertiam. imo videtur medietas dodrãtis: vt ff. de iure fis. l. cum tacitum. Solut. ibi de illo cui restituendum: hic de rogato. magis est cõtra. ff. e. l. senatus. §. senatus. vbi etiã hæredi dat dimidiã. Sol. secundũ P. ibi per Adrianum: hic per Cõstãtinum. qui corrigit. vel hic capax hæres: ibi non capax.

i Ab vxore. s. nõ capace, cui nõ erat restitutio faciẽda.

k Hæredem. s. fideicõmissarium q effectu hæres est: vt ff. quod cum eo. l. si filio. Alij vt P. dicũt quod fuit cũ alio instituta, & alius rogatus suam partẽ mulieri non capaci restituere: & hoc si habeas in litera. ipsa etiã quã &c. al's est ipsa etiã psona quam defunctus: & tunc dic, quòd si vxor detulit si. i. quamuis institutus probet tñ tali præmio mãcipetur vxor prædicta primo deferẽs.

l Ex omni patrimonio. cõtra. ff. de iure fis. l. cum tacitum. vbi media dodrantis. Solut. speciale in vxore non capace, vt hic: licet quidã dicant illam corrigi. Item cõtra s. proxi. respõ. So. refert, rogatus capax se deferat: & tunc obtinet prin. aut rogatus nõ capax: & tunc dimidiam: vt ff. de iu. fi. l. senatus. §. senatus an verò ille, cui est relictum, qui nõ est capax: & tunc defert vxor ab alio: vt hic. si autẽ alius extraneus nec rogatus nec alius cui est restituendum & tunc forte tertia: vt not. ff. de iu. fi. l. edicto. §. extat. & facit ea. l. in prin. §. j. & ij.

m Eligat. sic. j. de meta. l. ij. argu. contra. j. quando & qui. quarta pars deb. l. ij. circa prin.

n Occultator. scilicet hæres qui nõ deferebat, quod intellige, si celabat studiosè, non si differebat deferre: quia nec festinare debebat: vt ff. de iure fisc. l. edicto. §. cum autem. sed P. dicit occultator, id est, officialis: non placet.

TITVLVS XIIII.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS socius sine hærede decesserit.

Inter socios liberalitatis imperialis factæ etiam inter viuos est locus iuri accrescendi, etiam post dominium vtriusque quæsitum. Bartolus.

Imper. Constantinus A. ad Mygdonium. I.

IVbemus, vt si quis fortè ex iis, quib' cõmuniter à nobis aliquid donatum sit [o],

SI LIBERALITATIS imperialis.

o IVbemus. Donatum sit. nullo petente: vt s. tit. j. l. j. in fin.

Hæredæ.

[a] Hærede.i.nullo liberorum:vt ff.ad Treb.l.ex facto.§.fi.& sic præfertur socius vxori & aliis præter liberos:& pro hoc quod subiicit ad personam aliam. Vel dic hæredem large dicis vt est s.de boñ.vac.l.j.& secundum hoc quod dicit personam, dicere extraneã vel fiscũ.illud constat, ꝙ testamentarius hunc sociũ pręcedit:vt s.de hære.dec.l.j.& ff.de acq.rer.do.l.si is.§.pe.& sic nec vir. Et no.quod hic dicit in socio liberalitatis imperialis.idem in bonorũ pos.consortibus.Itẽ in hæredibus iuris ciuilis.Item legatariis vt s.quãdo non pe.par.& de cad.tol.§.his ita.& §.vbi autem.& insti.de lega.§.si eadem.Item pluribus patronis: vt ff.de bo.liber.l.cõmuni liberto.& de assig.lib.l.vtrũ.Item in pluribus eiusdẽ corporis: vt s.de hære.decu.per totum. Accur.

[b] DE THEsauris.

Quia de thesauris dantur tributa, de quibus.s.tributis est dictur°.ideo de his præmittit secundum P. Vel quia inter cætera iura fiscalia, de quibus cõpetit dicere, ius fisci quandoque est in thesauris: ideo de eo dicit.

[c] Nemo permissim incipit, qñ in suo vel alieno quis inuenerit: sed postea diuidit.

[d] Nã in suis. appellatione sui accipe, siue sit dominus directo vel vtiliter, vt feudatarius, emphyteuta, & similes: licet inutiliter dñs P. dixerit contra non ergo creditor, nõ fructuarius dicuntur domini: vt ff.de acqui.rerum domi.l.si is.§.pe.& fi.nec vir:vt ff.sol.ma.l.diuortio.§.si fundum. Item idẽ quod in suo est si quis in sacro vel religioso casu fortuito: vt instit.de rer.diui.§.thesauros.Sed in his cõtra ff.de iu.fis.l.iij.§.si in locis.Sol.vt ibi.

[e] Sacrificiis.ad quod.s.de paga.& sacra.per totum.

[f] Arte.puta magica ad quod s.de mathe.per totum: quo casu totum fisci erit:cum hic sit indignus.ad qđ ff.de iu.fis.l.j.circa principium. Accursius.

[g] Thesaurũ.s.quærere:quod est j.& quod inseritur, est definitio thesauri: vt ff.de acqui.re.do.l.nunquã.§.thesaurus.sic & proprie & improprie quandoque; vt ff.ad exhi.l.thesaurus.

[h] Lege.s.ista.& no.sic s.de epi.aud.l.iij.in princ.& arb.tu.l.cum interdictæ.& ff.de con.instit.l.quæ sub conditione.§.fi.& de mi.l.in causę.in prin.& ad mu.l.j.in fi.& de leg.j.l.si quando.in prin.& vt leg.no.ca.l.j.§.rescripto.

nullo hærede [a] relicto decesserit: ad consortem potiùs solatiũ, quàm ad personam aliam pars decedẽtis perueniat. Dat. xij. calen. April. Antiochiæ Cõstantino. A. iiij. & Licinio iiij. Cons.

TITVLVS XV.
DE THESAVRIS [b].

Quærere thesaurum in proprio omnibus licet: in alieno verò suo nomine, nullo modo licet: & si thesaurus inuentus fuerit à fortuna, inter inuentorem & dominũ diuiditur. Bartolus.

Impe. Leo A. Erythrio præfe. præto. I.

NEmo [c] in posterum super requirẽdo in suo vel alieno loco thesauro vel super inuento ab alio, vel à se, effusis precibus, pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. Nã in suis [d] quidem locis vnicuique dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificiis [e], aut alia qualibet arte [f] legibus odiosa, thesaurum [g] (id est, condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia) quærere, & inuento vti, liberam tribuimus facultatem: ne vlteriùs Dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur: † vt superfluũ sit † hoc precibus postulare, quod iã lege [h] permissum & postulanda imperatorię maiestatis videatur præuenire liberalitas [i]. In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, † imò nec volẽtibus [k] vel ignorantibus dominis, opes abditas suo nomine perscrutari. Quòd si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter huius [l] legis [m] tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenerit [n]: totum hoc locorum domino reddere compellatur: & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Quòd si forte vel arando, vel aliàs terram † alienam colendo, vel quocunque casu nõ studio perscrutandi, in alienis [o] locis thesaurum inuenerit: id, quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum locorum domino partiatur [p]. Ita enim † eueniet, vt vnusquisque suis fruatur, & non inhiet alienis.

TITVLVS XVI.
DE ANNONIS [q].

[i] Liberalitas. si habes liberalitas: plana est. si vero habeas liberalitatibus, tũc habeas imperatoria magnanimitate. & dic videatur præuenire cõcessio. & dictio postulanda, est pluralis numeri: & liberalitatibus est ablatiui casus. Itẽ si habeas in genitiuo magnanimitatis, seu maiestatis. Imperatoriæ, tũc subaudi.s.concessio: vt s. Tertij habent Imperatoria maiestas, & liberalitatibus.

[k] Volẽtibus. No. domini voluntatẽ nil facere, vt alius suo nomine quęrat ad quod inst. quib. alie. licet. in prin. & ff. de vsufr. l. sed & si quid. in fi. & ad l. Corne. de sic. l. lege Cornelia. §. fi. cõtrariũ in lapidicinis: vt ff. commu. præ. l. venditor. §. j.

[l] Huius. legis, quę dicit. s. domino volente vel inuito.

[m] Legis. s. huius: de quo etiam extra ordinarie potest accusari. ad quod. ff. de pœ. l. sanctio. de cri. stel. l. iij.

[n] Inuenerit. inuenisse dicitur, qui videt vel percipit, & animum habẽdi habuit, ad quod ff. de acquir. pos. l. iij. §. Neratius. Accur.

[o] Alienis. ad qđ s. finium regun. si constiterit.

[p] Partiatur. idem si in loco Cæsaris vel publico ciuitatis. nã dimidia inuentori, alia ciuitati vel fisco: vt insti. de re. di. §. thesauros. Item contra j. de metal. l. cũcti. Sol. vt ibi. Item qua actione dominus consequitur dominium? Respon. condi. ex hac l. vel rei ven.

[q] DE ANNONIS, ET TRIBVTIS.

De alio iure fisci dicit. & dic de anno. & tri. i. de tributo quod præstatur pro annona militum & equorũ. vel annona in speciebus, tributa in pecuniis. tu dic annona in speciebus, tributum in auro & argẽto & ęre. & dicitur tributum quicquid tribuitur: sed specialiter quod principi datur. Et est sciendum, quod tributum aliud capitis: vt ff. de cens. l. fi. aliud agrorum: vt j. eod.

† Alias, cum superfluum sit.

† Cõcor. ca. nuper abbates. iuncta gl. super verbo, cõponendũ. ante fi. extra de decimis.

† Alias, imò non volentib.

† Alias, deest, alienã.

Inuenisse quis dicatur.

† Cõcor. c. non remittit peccatum. de regulis iuris lib. vj.

Tributũ & annona in quibus consistũt.

ET TRIBVTIS.

Onus æris alieni est personale: & ideo inter hæredes diuiditur pro hæreditarijs portionibus. onus annonæ & tributorum est reale: & prout quis possidet, & fructus percipit, oneratur. Bart.

Impp. Valeria. & Gallie. A A. Aeliano. I.

AEs quidẽ alienum pro portione, ex qua [a] quisq; defuncto hæres extiterit, præstare oportet [b]: annonas [c] autem is soluere debet, qui possessiones tenet, & fructus [d] percipit.

Ad onera realia nõ tenetur quis in plus quàm de re possideat. Bar.

Impp. Diocle. & Maxi. A A. & CC. Heren. II.

INdictiones [e] non personis, sed rebus indici solent: & ideo ne vltra modum [f] earũdem possessionum, quas possides [g], cõueniaris, præses prouinciæ prospiciet.

Omnes debent soluere quod princeps imponit: & officiales nõ possunt augere vel diminuere. Bart.

Imp. Constantinus A. Albino. III.

OMnes [h] pensitare debebunt, quæ manus [i] nostræ delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi [k] vel remittendi potestatem esse. Nam si quis vicarius [l] aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur [m].

Omnes coguntur soluere publicas functiones: cùm non sit munus extraordinarium: & ab eo nemo excusatur. Bart.

Imperat. Constantinus A. ad Taurum præfect. prætor. IIII.

OMnes omnino [n] ad oblationem functionum publicarum oportet vrgeri. Lege enim nostra [o] signatum est, nec esse extraordinaria, nec vocari [p], quæ solenniter à prouincialibus deuotissimis conferenda sunt.

Qui plus fructus colligit, plus soluit: qui minus, minus. Bar.

.j. & vtrunque Italicis & quibusdam aliis remittitur: vt ff. de censi. l. j. & l. fi. & s. de epis. & cle. l. de his. nec ob. s. sine cen. vel re. l. fi. & ibi no. nec quod dicitur in. stit. de re. diui. §. per traditionem. vt ibidem dixi. Item no. q secundum P. tributum capitis est pro mare integer aureus, pro fœmina medius: vt argu. ff. de cẽsi. l. fi. & j. eo. l. fi. sed P. dicit quodam medio tẽperandum. & pro eo. j. de agr. & cens. l. cum antea. lib. xj. nomine prædij præstatur quãtitas frumenti, quæ dicitur quinquagesima hordei: quadragesima vini & lardi vigesima in partibus nõ remotis: vt j. de suf. l. modios. pro singulis libris quinq; præstãtur aurei: vt j. de argen. pretio quod the. infer. l. j. secundum Pla. sed certe aliud quod dicit. l. illa ad instar argenti, & in auro & in aliis pecuniis fiat computatio. Itẽ differt hic ti. ab illo. s. de annonis, & capita. &c. quia ibi de iis, quæ pro salariis dabantur officialibus: hic fisco. Item ab inferiori proxi. vt ibi not.

[a] AEs q. dem. Ex qua. i. ex quibus. sic s. de in ius vocã. l. ij. alias pro portione: & tunc ponitur proprie pro qua.

[b] Oportet. vt s. de hæreditariis act. l. ij. sed fallit in vij. casibus: vt ibi not.

[c] Annonas. etiam præteritas: vt ff de pu. l. imperatores. & j. de præ. naui. l. ij. & iij. & de anno. id est, tributa pro annona: vt in tit. Item hoc casu non opponitur compensatio: vt ff. de iur. fis. l. aufertur §. qui cõpensationem. Sed quid si non est soluendo? Rñ. tenentur cohæredes ex persona defuncti quasi authores. Arg. s. si ne censi. vel re l. ij. & auth. ibi posita. & facit in authẽ. de man. prin. §. non permittas. & s. sine cen. vel re. l. omnes. Accur.

[d] Fructus. non autem illi qui pẽsiones recipiunt nisi sit consuetudo regionis: vt j. de agri. & cẽsi. l. litibus. §. hæc de reditibus. & ff. de admi. tuto. l. si sine hærede. §. Lucius. Al. & arg. s de vsuf. l. si pendentes. §. j. Itẽ facit j. l. proxi. & ff. de impen. in rebus do. fa. l. neque stipendium. & j. de col. fundo. patri l omnes.

Munus patrimonij duplex.

[e] INdictiones. id est, munera patrimoniorum quæ possessionibus indicuntur, est enim duplex patrimonij munus: vnum in rebus: vt hic, quod soluũt etiã non municipes. Item etiam qui fœnus exercent: & præstabitur secundum modum notatũ in tit. Est aliud quod personæ pro patrimonio inducitur: & tunc tantũ municipes: vt ff. de mune. & ho. l. rescrip. §. fi. & l. fi. §. patrimoniorum. & tunc non præstabitur secundum formã dictã in tit. sed prout indicitur per singula lustra: vt no. j. proxi. tit. Item no. q quædam leges huius titu. de vno, aliæ de alio, & aliæ de vtroque dicunt. & facit j. de mun. pa. l. ij. & quod not. j. de mu. & ho. in tit. & ff. de nego. gest. l. qui aliena. §. fi. & secundũ quod hic ponitur, est hodie ordinariũ: vt j. ti. j. l. j. Item facit. j. de immu. nemi. conce. l. fina.

[f] Ne vltra modũ. id est, pro eo quod non possides: vt j. de immu. nemi. cõ. l. j. & ij. & in auth. de man. prin. §. non permittas. col. iij.

[g] Possides. pro quantitate fructuũ tantum: vt no. in ti. & fa. s. de al. l. ij.

[h] OMnes. s. homines.

[i] Manus. duntaxat: vt j. tit. ij. l. j. & dicitur delegare qñ per suum notariũ vel nuntium suum scribit præsidi, vt exigat: & quandoque præmittit epistolam de indictione futura: vt j. de excu. mu. l. placet. & reddit in quadruplum: vt j. de excusa. mu. l. placet. & dic delegationibus id est, præceptis.

[k] Exigẽdi. alias restituendi vel remittendi potestatẽ esse. & sic bene sequitur: nam, &c. sed secundum aliam refert se ad principium, & reddit in quadruplum: vt j. de excu. mu. l. placet.

Tributa exigere ad quos pertinet.

[l] Vicarius. puta Palatinus vel alius vice principis, vel rector prouinciæ: ad cuius officium pertinet tributa exigere: vt j. de ca. lar. l. ij. & j. de exa. tri. l. in fiscalibus.

[m] Compelletur. dic in subsidium reseruari eum, cui est remissum: vt j. de conue. fi. de l. ij in fi secundũ quosdam. & sic non valet remissio omnino: vt s. de transl. l. præses. quæ est cõtra. pauperi tamen potest remitti. cũ pater debeat agere: vt aut. vt iu. sine quo. suf §. eos. colla. ij. & facit ff. de pac l. imperatores. & de pu. l. fi. §. fi. & de decr. ab or. fa. l. iiij.

[n] OMnes omnino. scilicet prouinciales vt in fi. huius l. & no. s. sine censu vel re. l. fi. & facit j. de cen. l. iiij. & de col. fun. pa. l. omnes & j. de immu. ne. con. l. j. adeo vt nec veterani excusentur: vt ff. de pri. ve. l. penul.

[o] Nostra. quam non habemus.

[p] Nec vocari. alias vocari: & facit in titulo primo. l. j. alias vacare. quasi dicat, nec extraordinaria conferuntur, nec ordinaria remittuntur: vt supra, lege proxima.

Prolo

Impp. Valent. & Valens AA. ad Probum praefec. praeto. V.

PRo locis [a] ac proximitate possessionum [b], annonam [c] ad limites [d] transuehi praecipimus.

Rescriptum, in quo immunitas conceditur muneribus ordinarijs, non valet. Barto.

Imppp. Gra. Valent. & Theo. AAA. Arin. VI.

IN fraudē annonariae [e] rei ac deuotionis [f] publicae elicitum damnabili surreptione rescriptum, manifestum est iure non posse vires sortiri [g], circa omnes igitur par [h] atque aequalis illationis forma teneat.

Ad operandum vel portandum non debet quis longius mitti: sed debet ratio itineris adhibe ri. Bartol.

Imppp. Valen. Theod. & Arcad. AAA. VII.

NEmo possessorum [i] ad instruendas mansiones [k], vel conferendas species, longius [l] delegetur: sed omnes itineris ac necessitatis habita ratiōe delegentur.

Non est faciendum id, in quo plus expenditur, quàm de commodo percipitur. Barto.

Imppp. Theodo. Arca. & Hono. AAA. Probino prae. praefec. VIII.

MEditerraneae ciuitates [m]: antè à maritimis, & maritimae à mediterraneis onerabantur expensis [n]: vt plus haberet dispendij translatio, quàm deuotiōis [o] illatio. Hoc non solùm in praesenti, verumetiam in posterū prohibemus ea lege, vt se vltimo nouerint supplicio puniendos, qui ista commiserint.

Si vtiliter dominus intra tempus hic statutum non soluerit tributa, dominio priuatur, & ad habentem directum dominium reuertitur. Barto.

Impp. Arcad. & Hono. AA. Caesario. IX.

OBsistere [p] cōmodis [q] publicis & statutis necessitatibus non possunt priuilegia dignitatum [r]. Vnde quisque de praediis emolumentum consequitur, si non is euoluto anni [s] spatio, intra sex menses [t] omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorū intulerit cumulū: ad ipsos, qui sunt domini praedij, exactionē [v] volumus pertinere.

Iudicibus negligentibus totum salarium aufertur. Bar.

Iidem AA. Eutichiano praefec. prae. X.

IVdices [x], quos circa profliganda [y] aerarij nostri compendia [z] negligentes ac si desides fuisse constiterit, omnia, quae in administratione positi perceperunt emolumenta [a], reddere compellantur [b].

---

a PRo locis. i. pro magnitudine locorum.
b Possessionum. quae sunt propriè limina, ex quibus tributa penduntur.
c Annonam. in singulis locis & speciebus constitutam: vt j. de susc. l. modios. Accur.
d Ad limites. vbi de militibus in castris cōstitutis pro fligabatur, vel ad tempus reponebatur: vt hic, & j. de ero. mi. an. l. iiij. & j. de cano. lar. l. j. & j. de fundis lim. l. j. & facit j. e. l. nemo.
e IN fraudem annonariae. i. tributi ad annonam, vt dixi in titu. Accursius.
f Deuotionis. i. dicti tributi deuote soluendi.
g Sortiri. nisi sit praescriptum quadraginta ānis: vt j. de fun. pa. l. fina. libro xj.
h Par. i. neminem excusando: vt s. eo. l. omnes. pro modo tamen possessionū: vt s. eod. l. indictione. & facit. s. de vecti. l. quicquid. & si contra ius vel vtil. publi. l. fi. & j. de naui. non excu. l. ij. & j. de cano. fru. vrb. ro. l. ij. & de aquaeduc. l. diligēter. Ac.
i NEmo possessorum. praediorū propter quae tenetur ad infrascripta.
k Mansiones. publicas, in qbus forte annona erat imponenda. vel alias publicas.
l Longius. quia illi de vna prouincia non debēt deferre ad aliam. & facit. s. e. l. pro locis. et j. de priui. do. aug l. ij. & j. l. proxi. Accur.
m MEditerraneae ciuitates. i. hoies earum.
n Expensis. i. inuicem aliae pro aliis tributa soluebant, & sic lōgius portabant: quod hic remouet. ad quod. s. eo. l. pro locis. & facit. j. de pri. do. aut l. ij. & s. l. proxi. & in auth. de col. §. nullius autē. & j. de meta. l. iiij. Item videtur contra: quod dicitur, Alter alterius onera portate: sic adimplebitis &c. sed hic nō releuatur, imo grauatur alter.
o Donationis. id est, tributi deuote soluendi.
p OBsistere. pone secundum R. in emphyteuta & fructuario, qui publicas debent soluere functiones: vt. s. de iu. emp. l. ij. & ff. de vsufr. l. hactenus. qui si non soluant intra tēpora huius legis, dominus exigit hunc. id est, vendicat praedium nō obstante aliqua dignitate. Vel secundum M. pone in exactore tributorum, qui nisi inferat fisco intra tempora huius legis dn̄s praedij qui soluit repetit: vt in fine huius l. & nihilominus tenebitur fisco exactor & exactus in subsidium: vt j. de erog. mili. an. l. v. & s. de conue. fi. de. l. fisco. Vel verius nisi emphyteuta vel similes soluant intra tēpora huius legis, pertinet exactio ad dominum: quia dominus exigis dicta tributa vt fisco soluat: vt differat à primo, in quo primo reuocat fūdum ab emphyteuta, & ipse dominus soluet.
q Commodis. id est, tributis quae fisco agenti & necessitatem habenti soluuntur, vt subiicit.
r Dignitatum. sic ff. de mu. & ho. l. fina. §. ab huiusmodi. & de va. mu. l. sunt munera. & supra eod. l. in fraudem.
s Anni. intra quē debet solui exactori: vt j. titulo. iij. l. missi.
t Sex menses. No. purgatur mora cō missa intra sex mēses quod est verum quo ad dominum: sed quo ad fiscum xxx. dies statuunt: vt j. de ero. mili. anno. l. v. Mora tempore purgatur.
v Exactionem. i. vendicationē praedij secundū primū. Vel. i. repetitionem pecuniae solutae secundum alium per cōdictionē sine causa. Vel dic. quia dominus exigit eam pro praeterito tempore: vt ff. de pu. l. imperatore. ipse autem dominus reuocatur ab emphyteuta: vt s. de iur. emp. l ij. vel à fructuario: vt ff. de noxa. act. l. noxale. Vel dic recepta vltima positiue, quod dominus exigat quod debuit emphyteuta soluere, cum ipse pro eo tempore soluere teneatur, & sic condi. ex hac l.
x IVdices. i. praesides prouinciae, ad quos pertinet imponere & exigere: vt j. tit. iij. l. in fiscalibus.
y Profliganda. i. imponenda vel exigenda.
z Compendia. i. lucra.
a Emolumenta. i. salaria.
b Cōpellantur. hoc propter negligentiā. Sed si qd acceperint vt male agant, tunc in quadruplū praeter

hoc:vt s̃.de stat. & ima.l.j.& j̃.de cens.& peræquato. l.peræquatores. Item facit ad negligẽtiam iudicis puniendam j̃.de susc.l.j.& de col.fun.pa.l.placuit.& s̃.de offi.pręf.præ.ori.l.si quos.sic in tutores:vt ff.de admi.tu.l.qui negotiationem.§.j.& §.penul.

Negligentia iudicis est punienda.

nis pro patrimonio imponitur.& quia hoc indicebatur prouinciis, per singula lustra:auri primo, argenti secũdo.& æris tertio lustro:vt in authenti.de colla.in prin.& j̃.de lustra.au.cor.in titulo.ideo de indictione dicitur & vocatur hoc tributum superindictum:vt j̃.l.j.quia vltra ordinarium canonem, qui rebus imponitur, præstatur p singula lustra. & secũdum hoc dicas.s̃.ti.j.l.omnes omnino: esse post istum. Vel ibi de eo, quod rebus imponitur, dicit, cũ nouum hoc inducere velit. Alij dicũt superindictũ, quod vltra hæc omnia præstatur vel propter fertilitatẽ, vel propter publicam necessitatem: quod et ipsum ordinarium erit:vt j̃.l.j sed aliud quod personis pro patrimonio erat canonicũ etiam ante hanc.l. vt supra titu.j.l.omnes omnino. Et not.quod Romani ante natiuitatem Christi computabant annos ab indictione: Hebræi à diluuio: Græci à ludo Herculeo, qui fiebat per singula quadriẽnia in monte Olimpo, sed hodie omnes Christiani ab annis dominicæ incarnationis, & imperatoris, vt in authenti. vt præp. no. impe.in principio. Accursius.

† Ad huius tituli plenam cognitionẽ, vide Bud. in annot. ad Pan.& quæ hic tradit Iac. Rebuf.

Superindictũ quid sit.

Annorũ domini computatio.

Impp. Theodos. & valent. A A. Isidoro præf.prætο. Illyrici. XI.

ID ab vnaquaque [a] prouincia [b] censuimus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum [c] tua sublimitas indicauit. Nullus verò decætero ad possessiones earum [d] (quod maximè formidant) inspector accedat. Macedonũ reliqui [e] exemplum secuti, mediæ quantitatis, vt obtulisse noscuntur, tributa [f] suscipiant. Sed ij [g], qui protestati sunt, nihil à se vltra tertiam partem posse conferri, illud exoluant, ad quod se indubitanter fore idoneos [h] pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur, sacrosancta [i] Thessalonicensis ciuitatis ecclesia excepta: ita tamen, vt apertè sciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuandum: nec externorum grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam.

TITVLVS XVII.

DE † INDICTIONIBUS [k].

Indictio munus ordinarium est:& ideo ab hac indictione non excusantur, qui à muneribus excusationem habent.

Impp. Hono. & Theo. AA. Anthemio præfec. prætο. I.

OMnes omnino quocunque titulo possidentes [l], quod delegatio [m] super indictione [n] videbitur amplexa: velut canones [o] cogantur inferre: & vt nequa sit dubietas hac aperta definitione decernimus, vt id potiùs [p] canonis vocabulo postuletur [q]. Nulla igitur domus vel sacri patrimonij [r], vel emphyteutici iuris, vel hominum priuatorum, etiam

a ID ab vnaquaque. localis est hæc l. scribit enim Constãtinus Isidoro præfecto Illyrici sup tributis Gręcorum, dicens, ꝙ multæ prouinciæ Græcorum promiserunt se soluturas medietatem eius, quod ante soluere solebãt, vel medietatem aurei. quod dicto præfecto visum fuit sufficiens. vnde non sunt in plus exigendi.

b Prouincia. Græcorũ.s. de illis qui promiserunt.

c Promissum.q̃ fuit medietas: vt subiicit.

d Eorum. Macedonij.s.Gręcorum. alias earum.s.prouinciarum.s. de illis qui promiserũt. dic ergo non mitti inspectorem pro superindicto aliquo imponendo. talis enim inspectio fiebat, quãdo propter fertilitatẽ aliquod superindictum erat imponẽdum: nam tunc plus exigebatur tributorũ gratia.

e Reliqui.s.Græqui non promiserunt aliquid, sequãtur exemplum Macedonum.i. Græcorum illorum.s. quæ promiserunt. Accursius.

f Tributa.s.soluenda, vel.i.onus tributorum.& dic medietatem aurei.vnde assumit hic Py.arg.ꝙ medius aureus est tributum Cæsaris, sed hoc in Græcis.in aliis serua quod no.in titu.s.ꝙ aureus integer.quod & hic colligitur.nã si isti dimidiam, colligitur, ꝙ illi totum aureum, & secundũ hoc non est cõtra.j̃.de susce.l.modios.& facit.j̃.de col.fun.pa.l.ij. Vel dic hic medietatem.s.eius.quod antea præstabant.

g Sed ij.s.Macedones quidam speciales.

h Idoneos.sic.ff.de mu.& ho.l.iij.§.præses.& in authen.de æqua.do.§.quia verò.in fi.& caue:quia R.hãc non intelligit in tributis ordinariis:sed quãdo imminentibus necessitatibus publicis aliquod extraordinarium prouinciis imponitur.& probat hoc:quia fundi patrimoniales non præstabant has tertias & medias:vt j̃.de colla.fun.pa.l.j.& ij.sed tributa ordinaria:vt j̃.titu.j.l.j.& j̃.tit.iij.l.fina.

i Sacrosancta, supra.de sacrosanctis ecclesiis.l.sacrosancta.

k DE INDICTIONIBVS.

Dixit de publici munere patrimonij: vt not.s̃.ti.j.l.indictiones nunc prosequitur de altero.s.quod pso-

l OMnes. Possidentes accipe.j̃.cogantur inferre quod dele.&c.

m Delegatio.i.pręceptum factum per delegationem à principe tantum:vt de excu.mu.l.placet.& l.priuati.& supra titu.j.l.iij.

n Superindictione.alias superindicti, & tunc expone vt in titu. alias superindictione. & alias sunt duæ partes superindicti. id est, super nomen indicti:vt j̃.de pri.do.aug.l.ij.& fina. Accur.

o Canones.i.ordinaria tributa.nam canon.i.regula.inde exactores dicuntur canonicarij.vt in authen.de col.§.& in hoc col.ix.

p Potius.electiue. Accur.

q Postuletur.hoc autem quod sit canonicum, prodest:quia nullus se excusat:vt subiicit,& j̃. titu.ij.l.si.& j̃.de pri.do.au.leg.ij.& si.secus si esset extraordinarium:vt j̃.de colla.fun.pa.l.j.& ij.

r Sacri patrimonij si dicas pro ecclesia, contra s̃.de sacrosanct.eccl.l.placet. Sed solu.vt j̃.titu.ij.l.fin.not. Item si dicas pro domo nostra quod est verius, tũc est contra.j̃.de pri. do. aug.l.j.sed dices de superindicto, quod est extraordi.ibi loqui.& eodem modo respon.j̃.de excu.mune.l.euidenter.

Sed ipsi

a Sed ipsis.s.nobis. Accur.

b PArticulari.construe.tua & subaudi faciat imputari.i.inferri modũ collationis solitæ deuotionis.s.quãtum debet solui à deuotis collatoribus: modum dico prosp.à pos.multo ante. hoc autem facias particulari & cęte. debet enim in vnaquaque indictione seu lustro mitti pręfecto cuiusque diœceseos,& per eos p̃sidibus Iulio vel Augusto:& p præsides ciuitatib⁹ singulis inter septembrem & octobrem, vt posint delibera re facere seu celebrare solutionẽ,& non subditis dãnũ infligi:vt hic, & in aut.de col.in prin.

c Necessitas,quę esset propter festinã exactionẽ. Vel dic quia qui posset se tueri,alias non: propter breuitatẽ temporis poterit se excusare:quæ excusatio coram præfecto aug.fic: vt s̃.de offi.præfe.aug.l.j.

d Licẽtia.quia inflixerunt pœnã nõ soluẽtibus. Et no. ex hac.l.quod iacula præuisa minus ferire solent. Accur.

Iacula prę-uisa minus feriunt.

si priuilegium aliquod habere doceatur, ab hac necessitate seiuncta sit,quę iam non extraordinariũ, vt hactenus,sed ipsis [a] sancientibus canonicum nomen accepit.

Ante tempus solutionis debet singulis prouincijs notificari, vt se præparent ad indictionem soluendam.Bar.

Impp. Theodos. & Valenti. AA. Eudo. II.

PArticulari [b] delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa prouinciis,collationis modum à possessoribus multò antè prospectũ, deuotionis solitæ, non subditis calumniis tua sublimitas faciat imputari:vt & prouincialibus subeundi dispendij necessitas [c] auferatur: & officiis inferendi damna licentia [d] denegetur.

TITVLVS XVIII.

DE SVPERINDICTO [a].

a DE SVPERINDICTO.

Differt à superiori pxi.tit.quia ibi propter fertilitatẽ vel aliam publicã vtilitatẽ vel necessitatem,hic quãdo aliqua prædia erãt deserta:vt in auth. de colla.§.si vero aliqñ. Ab hoc excusatur ecclesia: vt s̃.de sacrosan. eccl. l.placet.& silẽtiarij & in sacris militantes:vt j.de silent.l.j. & de præpo.sacr. scrin.l.iiij.& j.de exc.mu.l.maximarũ.& de cano.sacr. larg.l.si pręciperit. Nos secundum P. dicimus superindictũ,quod propter fertilitatem indicitur vel necessitatẽ publicã extraordinarie:non per lustra.ibi,per lustra.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad procon. VV.CC. & omnes rectores.

NIhil superindictorũ nomine ad solas [e] præfecturæ literas quisquam prouincialis exoluat, neq; vllius etiam solennis immineat: nisi eam nostro confirmatam iudicio, & imperialibus nixam præceptis,sedis amplissimæ [g] deposcat indictio [h] & cogat exactio. Datum.xviij. calen.Iulij,Mediolani,Antonio & Syagrio Cons.

e NIhil.Ad solas.id est,propter solas.Acc.

g Amplissimæ.id est,pręfecti.

h Indictio.ad quod j.de excu. munerum l.placet.

TITVLVS XIX.

DE EXACTORIBUS tributorum [i].

i DIxit quæ tributa præstanda sunt,& à quibus:nunc qualiter & per quos exigantur.Accur.

Vcenarij. sic dicti, quia ducentos exigebãt, vel quia ipsi tot erãt numero. & sic sequentia expone. hi habent alia nomina ,put diuersificatur officium: vt j.de apo.pu.l.pe. & s̃.de iure fis.l.,p-hibitum.& l.super creandis.& Publiciani:vt ff. vi bo. rap.l.ij.§.si Publicanus.& opinatores:vt j.eo.l.missi.

Exactores non debent exigere,nisi eos qui breuibus continentur,seu exactis à tabulario sibi datis.Bar.

Imper. Constant. A. I.

DVcenarij [k] & centenarij siue sexagenarij,non prius debẽt aliquẽ ex debitoribus [l] conuenire,quàm à tabulario [m] ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum:quã quidem exactionem sine omni fieri concussione [n] oportet.

Pro debitis publicis non debet quis poni in carceribus:nec nouitates aliquas pati in persona.Bar.

Idem A. II.

NEmo [o] carcerem plumbatorumq; verbera aut pondera,aliaque ab insolertia [p] † iudicum reperta supplicia,in debitorum solutionibus vel à peruersis , vel ab iratis iudicibus expauescat. Carcer † pœnalium [q] ,carcer hominum noxiorum est,& officialium [r] : & cum denotapuniendum est carcer.

MEminimus nuper emissa lege [a] diuali, portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex quolibet nouissima volũtate, vel ab intestato etiã, ad quemcunque [b]) præterquam si ad filios curiales, deferãtur) curialium deputasse corporibus. Sed multi [c] tanquã corrumpendi totius patrimonij occasione capta, vniuscuiusque rei sibi particulam [d] vindicando, adeò totas dilacerant facultates, vt dũ participibus [e] relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque iura præcipitent. Quorum nimiam licentiam prouida dispositione refrenantes, ipsis quidem curialibus occupãdi sua authoritate res mortui, copiam denegamus [f]. Hæres autem, ad quem ab intestato vel ex postrema volũtate directis vel fideicõmissariis verbis decurrit hæreditas, omne patrimoniũ, quod relictũ est, in partes quatuor diuidi procuret: vt rebus totis [g] in sortiũ [h] casum deductis, vel curiæ quadrãtis, vel hæredi aut fideicommissario per vniuersitatẽ dodrantis electio ex sortis felicitate contingat. ita scilicet & præfati successores, & curia promiscui rerũ dominij liberabuntur incommodo. Naturale † quippe [i] vitiũ est negligi quod communiter possidetur: vtq; se nihil habere, qui nõ totũ [k] habeat, arbitretur: denique suam quoque partẽ corrũpi patiatur, dum inuidet alienæ. Sed vbi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidẽ res, quæ nec latere facilè possunt, nec cuiquã (si diuulgentur) officiũ [l], sub aspectu etiã curialiũ æstimari diuidiq; cõcedimus. mobiles autem res vel se mouẽtes, vel instrumenta, vel si quid aliud in huiusmodi iure consistat: in mediũ proferri diuulgariq; nõ patimur: sed iuratis successoribus, cũ apud se diligẽter æstimauerint, quæ, quantiq; sint pretij facultates, credi oportere [m] decernimus. Quid enim tam durum, tamq; inhumanũ est, quã publicatione pompaq; rerum familiariũ, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias [n]? In exigendis verò debitis, si pretiũ, quod pro quarta parte actionũ curiæ competit, successores præstare noluerint: cautionibus iurata fide [o] prolatis in mediũ, vnusquisq; à debitoribus conuenientẽ sibi exigat portionẽ. Aequè ex diuerso æs alienum (si cui defunctus fuerat obligatus) tam iidem successores, quàm curia pro sua sorte restituere cõpellantur [p]. Quòd si sæpe dicti successores sacramentũ sibi crediderint excusandum: tunc verò ad similitudinem rerũ immobiliũ diligẽtior curialibus omniũ rerũ indago pbebit: scilicet vt vniuersis mortui facultatibus in aperto

---

Ius petendi tripertitum est.

me. nam secũdum Py. ius petendi tripertitũ est. nã aliud est bonũ: aliud est melius: aliud optimum. bonũ est, ex quo tm̃ est exceptio: vt s. de vsur. l. quãuis. melius, ex quo tm̃ iudicis officio est petitio: vt j e. l. in bonæ fidei: optimũ est, qd' est vndiq; ex omnibus suis partibus circũuallatũ: quia etiam petitionẽ inducit per actionem: vt hic, & s. eo. tit. l. j.

[a] MEminimus nup emissa lege. vt l. proxi.

[b] Ad quẽcũque, excipe vt j. in fi. l. §. sed & si. & §. extraneũ. q videt cõtra.

[c] Sed multi. s. curiales, quibus defertur dicta quarta.

[d] Particulã scilicet quartã rei. sic C. de inof. te. l. si qs in suo. vbi appellat minusculã quartã.

[e] Participibus. i. hæredibus. & no. ar. contra pessimos et maleuolos cohæredes, q pp̃ter vnius minimã portionẽ vel alterius maximã inuidiã minutatim puta p sulcos hæreditatẽ diuidere vł etiã p p̃ticas cupiũt. Debet igitur ex vniuersitate diuisio fieri quæ vulgari sermõe apud Italicos dr̃ in grosso secũdũ Py. & p hoc facit ff. ad legẽ Fal. l. ij et q ibi no.

[f] Denegamus. Sic s. de iu. fis. l. phibitũ. & l. defensionis.

[g] Totis. i. omnibus. Acc.

[h] In sortiũ. sic dictũ à sorte, substantiaẽ sic diuisa sorte dirimetur, si aľs non cõueniat. vtrũ curia quadrãtis, an cohæredes vel fideicõmissarij dodrãtis electionẽ habeant: vt is præferatr̃, quẽ sors prætulit i eligẽdo: vt s. com. de leg. l. fi. in princ. nisi fortè sit vxor defuncti, quæ successit ex testamẽto vel ab intestato p bo. pos. vnde vir et vxor: vt s. vnde vir & vxor. l. j. cui circa illã sortẽ speciali priuilegio optio conceditur: vt j. de his qui se def. habetur tamẽ alias, qđ illi est optio cõmittẽda, qui maiorem partẽ in re habere noscitur: vt s. de dona. l. si nimus. §. si autem. arg ff. fa. erc. l. cæteræ. & l. si quæ. quæ sunt cõtra. Itẽ ad idẽ ff. fini. reg. l. demodo. sed aliter intelligitur. Itẽ alias datr̃ vni electio alia ex causa: vt j. de metal. l. ij. quæ est contra. Acc.

† Cõcor. in cap. j. in gl. in ver. religio. ex tra, ne se. de va. ali. quid innouetur. vbi hæc verba recitãtur in fi. illius glo.

[i] Naturale quippe. No. sic ff. de le. ij. l. cũ pater. §. dulcissimis. & de admini. tut. l. iij. §. apparet. & de ser. vr. præ. l. in re cõmuni. Sed arg. cõtra. ff. pro solut. l. marito. Item facit ff. de tute. l. in eos.

[k] Non totum. sic ff. commo. l. si vt §. finali.

[l] Officium. No. fieri quod alij prodest, & nemini nocet: vt j. de præpo. sacri cu. l. fi. & s. de prec. imp. offe. l. rescripta. & no. quod inducit hic, quod pro re immobili nõ agitur ad exhibẽdũ: quod per se patet: vt hic dicitur.

[m] Credi oportere. sic s. de fideiuss. l fin. & in auth. de colla. §. super. & j. proxi. §.

[n] Diuitias. Sic. ff. ad legem Aqui. l. si quis testamentum. §. penul. & s. de ali. pu. præ. l. ij.

[o] Iurata fide. sic s. proxi. §. & est arg. quod vxor iuramẽto patefacit bona hæredibus. Itẽ valli feuda. sic supra de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. sicubi.

Iuramento vxoris creditur de bonis viri defuncti.

[p] Compellãtur. sic. C. ad leg. Iul. de vi pu. l. tutoris.

Aestima

propositis vel æstimatio [a] rerum, vel diuisio sub præsentia curialium celebretur. In omnibus autē casibus, vbi quarta pars curiæ cōpetit, transactiones [b] interpositas, firmas illibatasq́ manere decernimus.

Descendentes masculi curiales vel fœminæ nuptæ curialibus, vel extraneis curiales succedant in totum: non curiales vel curialibus non nuptæ quartam dare curiæ debent: & cui nubent, triennium expectatur. Bartolus.

Ad filiorum verò curialium [c] vel nepotū ac pronepotum, scilicet decurionum similitudine, ad quos integras opes peruenire censuimus [d]: filiā, quinetiam neptem, proneptemve principali [e] eiusdē ciuitatis, vnde pater auus vel proauus oritur, nuptam, rerū vel ab intestato, vel ex dispositione vltimæ voluntatis quæsitarū, integrum nullaq́ parte minutum dominium [f] habere sancimus. Quòd si post parentum obitū inueniantur innuptæ vel viduæ: in impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis verò, quæ pubertatem excesserint, vel etiam in viduis post mortem parentis, triennium dūtaxat volumus expectari: vt interim quarta portio suspensa, aut apud eam, si in matrimonio curialis eiusdē ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat, vel si intra id tempus alienum [g] ab eadem curia sortiatur maritum, penitusve nupta nō fuerit, memorata pars totius substantiæ cū triennij [h] tā vrbanorū, quàm rusticorū prædiorū duntaxat fructibus addicatur [i]: ita tamen, vt & optionis conditio in offerendis rebus quartę partis vel dodrātis, & sacramenti tam de quantitate, quā de æstimatione rerū mobiliū, deq́ actiōibus inferendis vel excipiēdis (sicut in extraneis personis dictū est) ratio conseruetur [k]. Sed & si mater mortui, vel auia tempore, quo filius neposve morit̄, in coniugio eiusdē ciuitatis curialis inuēta fuerit: ne ipsas quidem patimur quartæ portionis subire iacturam. extraneū quinetiā hęredem propinquitatis quidem iure discretum, curiæ tamen eiusdē ciuitatis obnoxium, supradictæ portionis dispendio liberamus. D. vij. Id. Mar. Cōstan. Dioscoro & Eudoxio Cons.

Imper. Iustinianus. III.

SI quis curialib' muneribus obnoxius, vno fortè vel pluribus filiis vel filiabus [l] derelictis, filio qdē vel filiis substātię suæ partē minimā dereliquit, (eā tamē, quę excludere eos ab inofficiosi querela [m] pōt): aliis [n] autē suā substātiā dereliquit, vt ex hac patrimonij distributiōe apud filium qdē vel filios curiales minima [o] pars substātię remaneat, totū autē curiale munus masculis [p] imineat, siue filij sint, siue nepotes, vel pnepotes, curiali tn̄ cōditioni obnoxij: sancimus hmōi iniquitatē resecari: & nō min' quarta [q] portiōe in masculos posse testatorē transmittere: siue vnus est fili', siue plures, nulla diminutiōe ex permistiōe [r] sororū eis faciēda: vt nō solū corporibus, sed etiā substātiis laborātes, possint curiale habere consortiū. Ad hoc sancimus, si qs curialis filiab' pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, quarū vna curiali eiusdē nupserit ciuitatis, aliis filiabus, quæ ad hmōi vota nō migrauerint [s], vel extraneis [t] in reliquā partē [v] hæredibus derelictis: non videri curię ex sententia legis Theodosianæ [x] ad Apollianum scriptæ, satisfieri: sed omnino

[a] Aestimatio. s. si diuidi nō possunt.
[b] Transactiones. si res sit dubia: alˀs nō. arg. s. de trans. l. præses. Acc.
[c] Curialiū. i. quod filij sint curiales, ad qđ est sequēs similitudo: sic est cō tra. j. ti. j. l. j in princip. solue vt ibi.
[d] Cēsuimus. Vt s. in prin. huius. l.
[e] Principali. i. decurioni seu curiali: vt supra de deci. l. quilibet.
[f] Dominium. nō habet enim curia quartam.
[g] Alienum. j. ti. j. in prin. contra sol. vt ibi.
[h] Triennij. Quadriēnio quarta stetit in suspenso.
[i] Fructibus addicatur. hic videt̄ matrimoniū vinculo pœnæ aliquatenus adstringi. sic sunt arg. s. de inu. stip. l. libera. & ff. de ver. obl. l. Titia. & l. stipulatio facta. sic. ff. de con. & demon. l. titio. §. j. ibi, huic sententiæ &c.
[k] Conseruetur. s. hoc casu cū nō nubit curiali, cū curia habeat quartā. at quādo nubit curiali, curia nihil habet: vt hic dr̄. & sic nō est locus huiusmodi iuramento.
[l] SI quis curialibus. Vel filiabus. Vel pro &. & patet ex sequētib'.
[m] Querela. quę est quarta suæ portionis ab intestato iure isto: vt C. de inof. test. l. cum quęritur. sed iure authē. secus. & dic vt C. de inof. testa. auth. nouissima.
[n] Aliis. s. fœminis vel extraneis.
[o] Minima. legitima tamē, omnibus cōputatis marib' & fœminis.
[p] Masculis. i. minima institutis.
[q] Quarta. sic. j. de his, qui spō. mu. su. l. si. §. j. & in authē. de na. li. curiæ dep. §. j. sed hodie nouiūcium: vt in aut. de trien. & se. §. excipiatur. coll. iij. & quib. mo. na. ef. sui. §. si qs aūt. col. vij.
[r] Ex permistione. habentur ergo p nihilo fœminæ, quominus curiales habeant quartā omniū: nisi sit nupta curiali: vt j. proxi.
[s] Non migrauerint. id est non nupserint curiali.
[t] Extraneis. Vel datiuus vel ablatiuus.
[v] In reliquā partē. s. quartam quā prædicta debet habere instar matris curialis: vt j. pxi. §. & generaliter.
[x] Theodosianæ. quæ est. s. l. pxi. §. ad filiorū. volebat enim illa nil ad curiā pertinere, si talis est filia instituta quæ sit nupta curiali, sed illud intelligitur, si sibi est totum relictum nō si extraneo vel filiæ non nuptæ tali: vt hic.

quartam partem patrimonij [a] curia consequatur: siue vni filiæ, quæ curialibus nuptiis copulata sit, deputanda, siue ex aliis hæredibus colligenda [b]: filia proculdubio, quæ curiali nupserit, immuni ab huiusmodi quartæ [c] datione seruanda: cùm per maritum [d] eius quantũ ad ipsius personam curiæ sit satisfactum. Et hoc obseruari, non solum, si vltimo elogio condito, testator curialis decesserit, sed etiam si intestatò diem suum obierit [e]. Sed & si quid [f] minus quarta parte fuerit, vel minimè derelictũ: hoc modis omnibus filio curiali, vel filiæ, quæ nupta est eiusdem ciuitatis decurioni, ex substãtia patris curialis modis omnibus vel deputari, vel adimpleri: nullo obstaculo curiæ opponendo, si secundum prædictam legem [g] filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque vel dignitate [h], vel occasione [i] fuerint absoluti.

In hoc etenim Theodosianæ legi apertissimè volumus esse derogatum. Et generaliter definimus, ex omni causa neq; masculos liberos, neq; filias copulatas matrimonio curialis [k] minus quarta parentis substantiæ habere: vel non extantibus filiis vel filiabus [l], sed aliis [m] hæredibus, ipsam curiam secũdum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatium.

TITVLVS XXXV.

DE IMPONENDA † lucratiua descriptione [n].

Impp. Theodo. & Valentin. AA. ad Apollonium præf. præt.

I.

Descriptiõis [o] onere siliquarum [p] quatuor, quas ex lucratiuis iugationibus [q] tantum non humanis [r] vel animaliũ [s] censibus, neque mobilibus rebus iubemus indici: & si curiales non sint, maiores [t] ac posteros liberamus: vt si pater, auus, proauus, filio, nepoti pronepoti, vel filiæ, nepti, proneptive (nec interest [u] nuptæ sint curialibus necne) in postrema voluntate vel inter viuos etiam donatione quicquam de suis opibus largiatur: memoratæ descriptionis cesset indictio. Aequè ex di-

a Patrimonij. totius: si tantum potest auferri extraneis: quia tantum habẽt. alias aufertur quod habent, & quod deficit, nõ aufertur filiæ, vt subiicit, sed si sint filiæ nõ nuptæ, illæ institutæ, aut filij nõ curialis, quo modo aufertur eis totum? Respon. hoc quo ad curiã & ad curialem, quę duas quartas habẽt integras: vt j. eo. §. nullo. & hoc cõtra extraneos vel contra curialem, quantum est vltra quartam, sed iuuantur filij non curiales, vt habeant debitum. bonorũ subsidium.

b Colligẽda. s. sit quarta subaudi & nõ filiæ danda. Ac.

c Quartæ datione. siue solam quartam, siue etiã plus habeat.

d Per maritum. sic s. de na. li. l. si qs. §. fi. & s. l. proxi. §. ad filiorum. & in authen. qui. mo. na. ef. sui. §. & hoc similiter.

e Obierit. vt si nõ succedat solus curialis vel sola nupta curiali, curia habeat quartam: & vnam curialis, vel nupta curiali. aliæ autem duæ diuidẽtur inter omnes filios etiam curiales: vt arg. C. de bo. p. scri. l. fi. Accursius.

f Sed & si quid. dixi filium curialẽ habere integram quartam, & filiam curiali nuptam habere integrã quartam: sed si &c.

g Legem. per l. enim superiorẽ. §. ad filiorum. videbatur sufficere vnũ esse curialem, vel vnam filiam curiali nuptam, vt curia in totum excludatur, sed non est ita, si alij quibus est relictum, sunt non curiales: quia tunc curialis quartam: & curia quartam. residuum inter omnes liberos diuiditur, vt diximus. & lege secundum P. si filius, &c.

h Dignitate. quod hodie non fit nisi per xiij. dignitates: vt s. de decu. l. fina.

i Occasione. tali de qua dicitur s. de decur. l. nemo iudex. & l. si quis decurio non dico præscriptione. ne sit contra. s. de præscri. xxx. an. l. præscriptione. & j. de agri & cen. l. cum satis. in prin. lib. xij.

k Curialis. nã si nõ esset copulata curiali, non posset dicere testamẽtum inoffi. licet minus haberet quarta.

l Vel filiabus. s. talibus quæ sint nuptæ curiali.

m Sed aliis. qui non sunt curiales: vt s. l. proxi. in fi.

n DE IMPONENDA LVCRA. &c. Alias lucratiuis. i. rebus translatis tit. lucratiuo, alias lucratiuorũ. & similiter exponitur. & dic differentiã inter hunc & superiorẽ tit. quia in superiori ti. quarta rei totius datur curiæ: hic quatuor solidi tantũ. Item illa quarta de oĩbus rebus: vt s. ti. j. l. ij. hic quatuor solidi de immobilibus tantũ vt in prin. huius. l. Itẽ ibi de tit. successionis tantũ: hic de quolibet etiã inter viuos: per quæ apparet, q quandoq; vtraq; descriptio cõcurrit, quando succeditur curiali ab extraneo.

o Descriptionis. i. impositionis, descriptione. i. præstatione quatuor siliquarum.

† Alias, lucratiuis.

p Siliquarum *. i. siliquorum quod dic vt s. de episc. & cle. auth. sed hodie.

* Siliqua qd sit pulchrè explicat Anton. Aug. lib. emen. ij. ca. viij. & ix.

q Iugationibus. i. possessionibus immobilibus, vel q̃ ad iugera metiũtur vel q̃ iugo arãtur. & dic secundũ M. q onus descriptionis siliquarum est, quod imponitur, quando curialis rẽ immobilem lucratiuo tit. tradiderit vel reliquerit alicui, q sit eiusdẽ ordinis in eadẽ ciuitate, & imponit ipsi possessori lucranti, vt j. §. res vero, &c.

r Humanis. i. hominibus liberis. s. vel seruis. & quod subiicit vel pro. i.

s Animaliũ. s. rationaliũ. nã cætera indubitãter animalia ĩter mobilia de quibus subiicit, cõtinentur: vt ff. de ver. sig. l. mouentium.

Animalia bruta inter mobilia numerantur.

t Maiores. i. superior linea & inferior lucrans in infinitum: vt hic subiicit: licet proprie vltra trinepotem & triauum comprehendant: vt ff. de gra. l. iuriscon. §. parentes. Sed videtur non curialis non debere excusari: vt s. tit. j. l. j. & ij. §. ad filiorũ. in prin. Sol. hoc corrigit: vel illud in alia descriptione. s. quartæ: hoc siliquarum. vt in tit. modo not. & sic est vna differẽtia inter hunc titulum & illum.

u Nec interest. imo vt s. tit. j. l. ij. §. quod si post. sed illud in quarta: istud in siliquis: vt modo prox. dixi, alij quod hic corrigat.

uerſo, ſi poſteriores ad maiores [a] prædicta ſibi conſanguinitate deuinctos [b] præfatis titulis ſuas conferant facultates: nullius acceſsione grauaminis huiuſmodi liberalitas oneretur. in tam enim neceſſariis ſibi coniunctiſque perſonis, ſub liberalitatis appellatione debitũ [c] naturale perſoluitur.

Cuius [d] authoritatem iuris pariter valere ſancimus, & ſi ab inteſtato ſuccedant ſibi præfiniti generis ordine ſociati. Ex his enim ſucceſsionibus maximè debiti potius ſolutio, quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipſa propinquitatis ſerie deferuntur [e].

Cæteri verò licet quadã inter ſe cognatione iungantur, nunquam tamen curiale [f] ꝓdiũ ſine prædicto onere lucrabuntur: niſi is fortè, cui lucro res ceſſerit, eiuſdem ciuitatis ordini ſit obſtrictus: qui licet inter extraneos [g] numeretur, vacuum tamen ea functione, quod datum eſt, conſequatur. nam cum perſonæ condictio nõ mutetur, ne rei quidem ſtatum conuenit immutari [h]. Lucratiuas [i] verò res eas tãtùm volumus appellari, † atque à prædictæ deſcriptionis grauamine excipere, quæ hæreditatis, legati, fideicommiſsi iure, mortis cauſa donationis, vel cuiuslibet poſtremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter viuos [k] etiam donatio ſimplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur & nomen & ſarcinam [l]. Si verò vel ſocer futurus filĳ, vel nepotis vel pronepotis ſponſæ adfinitatis coëundæ cauſa donauerit [m], vel parens etiam filiam, neptem, vel proneptem curiali ſeu extraneo nubentẽ dotauerit: licet caſu mortis vel diuortĳ euentu † res ei, cui data eſt, vertatur ad lucrum [n]: nec inter lucratiuas numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubiacebit. Nec enim iuris optimi eſt matrimoniũ, cùm tot tantiſq; ſuis difficultibus [o] opprimatum, aduentiis etiam cumulare pōderibus [p] †. Res verò, quæ memoratis cauſis [q] lucratiuæ ſemel nomen ex ordiũ ꝗ ſortita eſt, licet ab eo, qui ſuſceperat, ad alterũ emptionis vel cuiuſcunq; contractus iure migrauerit, cum prædicto deſcriptionis grauamine proculdubio transferetur [r]: vt vel ſciens ſibi imputet [s] qui accepit oneratam: vel ſi ignorauerit, qđ intereſt, cõſequatur [t]. Contraq; ſi cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaſerit: & ſi poſtea lucri titulo in dominiũ alicuius ceciderit, ſarcinam [v] memoratæ deſcriptionis effugiet. Nulla enim in huiuſcemodi cauſis confuſionis intercedit occaſio, ſi ad primordium tituli [x] poſterior quoq; formetur euentus: niſi for-

Extraneus quis dicatur.

† alias, & prædictæ deſcriptionis grauamen excipere.

[a] Maiores. ſcilicet exiſtentes in ſuperiori linea.

[b] Deuinctos. i. diuerſis modis coniunctos, puta ex parte patris vel matris.

[c] Debitum naturale. No. ſic. s. de condi. l. fi. §. j. & ff. pro ſoc. l. & quia. & s. de cura. fu. l. fi. §. ſi autem perpetuis. & ff. de bon. dam. l. cum ratio. & ad legẽ Falci. l. pater. & in authen. de hær. & Fal. §. j. col. j. & j. proxi. & in authen. de trien. & ſemiſ. §. j. col. iij.

[d] Cuius iuris. ſcilicet huius legis.

[e] Deferuntur. ſcilicet ab inteſtato.

[f] Curiale. qđ datur tit. lucratiuo. & not. onus imponi lucranti: vt j. ead. l. §. res vero.

[g] Extraneos. dicitur quãdoq; extraneus quilibet ꝑter eum, qui habet in poteſtate: vt dixi. s. de rei vxo. actio. l. vna. §. extraneum. & inſti. de hęre. quali. & dif. §. ſui. quandoq; ille q nullo modo eſt cognatus: vt in authẽ. de hære. & Fal. §. inordinatum. & C. de iu. do. l. fi. ĩ prin. quãdoq; omnes ꝑter ſuperiorem & inferiorem lineam: vt hic, & s. prox. §.

[h] Immutari. Item excipe loca venerabilia: vt s. de ſacroſan. eccle. l. pe. quæ etiam eſt contra.

[i] Lucratiuas ſ. hęreditatis: licet & onera hæreditaria contineat: quod ſecus eſt in legato: vt ff. mand. l. ſi hæreditatem.

[k] Inter viuos. etiã ſi aliquid in corde geram mihi fieri: vt ff. de cõd. cau. da. l. ij. §. quanquã.

[l] Sarcinam. id eſt onus de præſtãdis. iiij. ſiliquis.

[m] Donauerit, ante nupt. quod fit, quia hodie ante & poſt dicitur ꝓpter nup. vt C. de dona. ante nup. l. ſi nõ autem dicit ſponſalitiã: quia eſt lucratiua. et quod propter nuptias dicatur, probatur ſtatim, cum de dote dicat.

[n] Ad lucrum. ex pacto vel ex l. quia aliquid mulier committat de his, quæ ſunt ſupra, de repudiis. l. conſenſu.

[o] Difficultatibus ſic ff. ſol. ma. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo. & ff. de iure dot. l. ſi is. §. ibi. Item facit ff. de act. & obli. l. ex promiſsione & de exce. do. l. apud. §. ſed ſi mulier. & ff. quib. mo. pign. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſi debitor. & ff. ſi quid in frau. patro. l. j. §. ſi libertus.

[p] Põderibus. ſcilicet. iiij. ſiliquarũ.

[q] Cauſis. ſupra, hac l.

[r] Transferetur. ſi non eſt ſolutũ; quaſi comitetur rem, ſicut onus hypothecæ præteriti tributi: vt ff. de pub. l. imperatores.

[s] Imputet. nam tunc nõ ab alio ſed à ſe decipitur: vt ff. de rei vendi. l. nam ſi. & ff. quod fal. tu. auto. l. j. §. ſi. nemo enim, &c. vt ff. de reg. iu. l. nemo videtur. facit ff. de act. emp. l. j. in fin. Item facit ſecũdum Py. in authẽ. & de monachis. §. ſi quis autem. col. j. s. de epi. aud. l. ſi legibus. & com. vtri. iudi. l. ſi fratres. ff. de liber. cau. l. imo. & s. de act. emp. l. ſi minor. & de euict. l. ſi fundum. & ff. de cond. ſine cau. l. fina.

[t] Conſequatur. à venditore.

[v] Sarcinam. id eſt, onus. Accurſius.

[x] Primordium titulĩ. ex origine nãque cuiuslibet cõtractus & cauſæ quid ſit ſtatuẽdum diſtinguitur: vt & ff. man. l. ſi procuratorem. in princip. & ff. depoſi. l. j. §. ſi ſeruus depoſuit. & ad Macedo. l. ſi tamẽ. Nempe origo potius obligationis, quam titul. inſpicitur: vt ſupra, ad Macedonianũ. l. iij. & ff. de donatio. l. qui id quod. in principio. & de priuile. cre. l. iij. ſecundum Py. Item facit s. ſi certum peta. l. ſi ex pretio. & ff. de fal. l. de co. & s. de inter. ma. l. iij.

† a[...] res [...] cui [...]

† Fa[...] ad hu[...] text. c[...] parte[...] extra, cle. ag[...] tant.

Oblig[...] tionis a[...] go pa[...] quam a[...] lus im[...] ci debe[...]

tè res decurionis, quæ ad eum cuiuslibet mercimonij iure peruenerit [a], ad alterum fuerit postrema eius voluntate, vel abintestato, vel inter viuos donatione translata. tunc enim quia semel in personã cecidit principalis (veterum titulorum nequaquam ratione perspecta) condictionem & onus merebitur lucratiuæ. D. vij. Idus Martij Constantinopoli, Dioscoro & Eudoxio. V V. C C. Cons.

TITVLVS XXXVI.

DE PRAEBENDO salario [b].

Imper. Alexnder A. I.

NVllis alarium tribuatur ex iuribus reipublicæ, nisi ei, qui iubẽtibus nobis specialiter [c] fuerit consecutus [d].

TITVLVS XXXVII.

SI CVRIALIS RELICTA CIVITATE rus habitare maluerit.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem & ad curiam: & locus, in quo in rure habitant, publicatur. Barto.

Imp. Constanti. A. I.

CVriales omnes iubem⁹ in terminatione moneri, ne ciuitates fugiãt, aut deserant, rus habitandi causa: fundum, quẽ ciuitati prætulerint, scientes fisco [e] esse sociandum, eoq́ꝫ rure se carituros, cuius causa impios se, patriam vitando, demonstrauerint [f].

TITVLVS XXXVIII.

DE MVNICIPIbus & originariis [g].

In loco originis & incolatus cogitur quis subire munera. Bar.

Imper. Alexander A. I.

CVm te Bibliũ [h] † origine, incola [i] autem apud Berytios [k] esse proponas: merito apud vtrasq́ꝫ ciuitates muneribus [l] fungi compelleris.

Sortitur quis forum ex persona sui manumissoris: licet de necessitate manumiserit. Barto.

Imper. Gordianus A. II.

SI, vt proponis [m], ea, quæ ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatem iustam fuerit consecuta, quæ originem ex prouincia Aquitania ducebat: tu quoque eius conditionis eiusque ciuitatis ius obtines, vnde, quæ te manumisit, fuit. Eorum enim conditionem sequi ex causa fideicommissi manumissos pridem placuit, qui libertatẽ præstiterint [n], nõ qui

---

a Peruenerit. de non aliquo contractu. & ita ratione præcedẽtis contractus nõ erit indicẽda inscriptio: tamẽ si ipse alienaret, seruabitur quod s. idẽ si aliquãdo fuerat sua, & alienauit titulo nõ lucratiuo: tandẽ per plures manus ad eundem decurionẽ vel ad alium redit. nam si alienet titulo lucratiuo, subiacebit oneri descriptionis. & facit in authen. de eccle. tit. §. interdicimus. col. ix. Accur.

b DE PRAEbendo salario. Melius dixisset de non præbendo: vt patet. j. vel quia præstatur consentiente principe.

c NVlli. Specialiter Non ergo generaliter concessio sufficit. sic ff. de pecu. l. quã Tuberonis. §. alia.

d Consecutus. & nisi ob liberalẽ artẽ vel medicinam: vt ff. de decr. ab or. fa. l. ambitiosa. et facit. j. vt armorum vsus inscio principe. l. j. Accur.

SI CVRIAlis relicta ciuitate, &c.

e CVriales. Fisco. nõ ciuitati. hoc autẽ est verum nisi publica necessitas exegerit. vt s. de dec. l. curiales vltra. Itẽ secundũ Py. nisi ratio incolatus aliud suadeat, quo casu seruabitũ, quod est. j. ti. j. l. fin. & facit. s. de decur. l. quidã. & ff. de decur. l. j. & de vaca. mu. l. j. §. pen. & s. de ædi. priua. si quis post & de aduoca. di. iu. l. ij.

f Demonstrauerint. Et ita notari posset hic, quod impium est relinquere propriam patriam.

Patriam suã relinquere est impium.

g DE MVNICIPIBVS ET ORIGI. Municeps genus, originariis species. sic. s. de ser. & aqua. nam aliquid speciale est in eo, qui est municeps origin. est ergo municeps proprie qui subit munera, siue ibi natus, siue non: sed hodie etiam omnes, qui nõ subeunt: vt ff. ad mu. l. j. & dicitur originarius ab origine patris, non sua: vt j. e. l. filios. & ff. eodem. l. assumptio. §. j. vel secũdum Azonem sua etiam: vt infra eodem. l. origine.

h CVm te. Biblium. nomen ciuitatis de qua proponẽs quæstioẽm dicit se fuisse natum.

i Incolam. hoc est: quia aliunde illuc iuit causa perpetuo habitandi: vt j. titu. j. l. ciues.

k Berytios. i. aliã ciuitatem.

l Muneribus. nec non municipali iurisdictioni parere: vt ff. eodem. l. incola. Vel dic vt notaui infra titulo primo. l. ciues. Sed qd si vtraq́ꝫ ciuitas munera simul imponat? Respõ. potior est originis causa: vt ff. eodem. l. libertus. §. ij. & facit. j. ti. j. l. priuilegio.

† Biblus teste Alci. in hunc locum. vrbs est ĩ Phœnicia non lõge à Libano, vicina Beryto.

m SI vt proponis. Titius fecit Arethusam libertam Seiæ hæredem: & rogauit de manumittendo seruum suum. hic seruus manumissus sequitur domicilium Arethusæ, quod est idẽ quod Seiæ: non autem Titij: vt ff. e. l. filij.

n Præstiterint. quia eorum sunt liberti, non testatoris, vt insti. de sing. re. per fideicom. re. §. pe. Idem dicas de eo cui directa in testamento fuit relicta libertas in casu illo, vbi non testatoris sit libertus: sed alterius. qui scilicet petit bona sibi addici. vt institu. de eo cui lib. caus. bo. addic. §. j. & habes idem. ff. eodem. l. libertus. §. ex causa. Sed quid si hæres non manumisit, sed per decretum prætoris habente hærede datum ad libertatem peruenit? Respon. si quidem ex rubriano senatusconsulto, hoc est factum, quia Orcinus est libertus testatoris: cuius nõ hæredis sequitur originem: vt ff. de fideicommissa. li. l. cum verò. §. subuentum, si autem ex Damasiano ad libertatem peruenerit, quod perinde habetur ac si vt oporteret, manumissus esset, quia hæres infans vel furiosus vel similis: hæredis est libertus, & eius domicilium sequitur: vt ff. de fideicommissariis libertatibus. l. neque infantes. & facit infra titulo. j. lege, ciues. & facit. ff. eodem. lege, eius. & lege, de

iure.§.libertos.& l.assumptio.§.fina.

a Rogauerint.qui non manumiserunt.

b Filios.Pris.vbi scilicet pater fuit natus:vt hic: & ff.e.l. assumpitc.§.j. adeo quod si auus fuit aliunde, non sequitur eum nepos. alias oportet nos quęrere vbi Adā natus fuit:quod dicitur esse ager Damascenus. Et not.qđ dicitũ quis nasci in ciuitate,qui in territorio nascitur:vt ff.eo.l.qui ex vico. item dic filios legitimos & adoptiuos durāte adoptione. nam vulgo quæsiti matrem sequũtur: vt ff.eo.l.eos qui iustum.& l.ord.ne.§.fin.& l.si is.& ff,de statu ho.l.cum legitime.Item nota,originem non dici domiciliũ patris:maxime si filius alibi habitet:vt ff.eod.l.libertus.§.patris.et l.assumptio.§.filii.

c Non in materna.& si ibi nati,dic nõ sequũtur vt maternam sed vt propriam originem:vt j.l.proxi.& ff.eo.l.assumptio.in prin. Item hoc fallit.j.de mur.l.hi.& de agr.& man.l.ex ingenuo.& s.de decu.l.nati. Item & quando priuilegium hàbet origo materna vt ff.eo.l.j.& facit s.de decu.l.exemplo.& j.de tabu.l.fi.Item quid de naturali legitimato p principem? Respõ.idem quod in adoptiuo, vt sequatur patrem:vt C.de adop.l.in adoptionẽ.& ff.e.l.ordine.§.fina.Accur.

† alias, non est, dari.

Territorium ciuitatis appellatione venit.

Origo non dicitur patris domicilium.

† origini propriæ.

† dari rogauerint[a].

Filius sequitur originem patris, & non matris:nisi ex alia causa ciuitati matris sit adstrictus.Bar.

Imp. Philip. A. III.

Filios apud originem patris[b], non in materna[c] ciuitate, & si ibi nati sint (si modò non domiciliis[d] retineantur) ad honores seu munera posse compelli, explorati iuris est.

Impp. Dioc. & Maximia. AA. IIII.

Origine[e] propria † neminem posse voluntate sua eximi, manifestum est.

Imp. Constant. A. V.

Si quis cùm ex maiore, vel ex minore ciuitate originem[f] ducit, eandem euitare studeat. & ad alienam se ciuitatem incolatus occasione contulerit, & super hoc vel preces dare tentauerit, vel qualibet fraude niti, vt originem propriæ ciuitatis eludat: duarum[g] ciuitatum decurionatus onera sustineat, in vna voluntatis, & in vna originis gratia.

d Domiciliis.& nisi in prædictis casibus hoc ergo casu duobus locis tenebitur:vt j.eo.l.fi.

e Origine.vt & ff.e.l.assumptio.in prin.hoc aũt fallit propter matrimoniũ:vt j.de mur.& in quo lo.l.j.& ff.ad mu.l.fi.§.idem rescripserunt. Item quando fit senator quo ad quid:vt ff.e.l.filij.§.senator.& l.municeps.Quid in paterna? forte secus.ar.s.l.proxi.Sed certe illud ad matrẽ excipit.non quod nõ paternam,vt ibi dixi.Itẽ incolatui potest bene renunciari:vt ff.e.l.incola.dũmodo re & facto, non verbis tãtum:vt ff.e l.domicilium.& facit.ff.de pac.l.ius agnationis.& ff de re.iur.iura.& j.l.pxi.sed scđm P. propriam originem vocat paternam. nam pp̄ter suā originem propriam non contrahit domicilium,secũdum eum:quod non placet:vt s.l.j.

f Si quis.Originem propriam:vt s.l.proxi.

g Duarum.Quid autem si vtraque ciuitas simul vocet? respon. vt dixi s.l.j. item fallit hoc secundum Py.si publica sit necessitas.vt s.de decu.l.curiales vltra.Item no.q̄ in duobus locis habet domicilium.sic ff.eo.l.si quis à pluribus.& l.si quis instructus.& ff,de interdi.& rele.l.relegatorum.& dubitatũ.& ff.de mu.& hono.l.qui orig.nem.in prin.Item q̄ etiam villam terram propriã nõ potest quis deferre. ad quod.s.de abolitiõe generali.l.falsiciter.

TITVLVS XXXIX.

DE INCOLIS, & vbi[h] quis domicilium habere videtur, & de iis qui studiorum causa in aliena ciuitate degunt.

h De incolis, et vbi quis domicilium...

Superiori tit.de originariis.s de his qui cõtrahunt municipatum origine principaliter dixit. vt per omnes leges illius tit. patet:nũc generaliter qualiter isto vel aliis modis:& quid sit incola,dic vt j.eodem.l.ciues.

Postquam quis transtulit incolatum, non potest reuocari ad munera. Barto.

Imp. Antoninus A. I.

Non tibi obest, si cùm incola esses aliquod munus suscepisti[i]: modo si ante, quã ad alios honores vocareris, domicilium trãstulisti.

i Non tibi Suscepisti. vt à modo primo incolatui teneaaris cui renuntiasti. vt s.tit.j.l.origine. si autem fuisset vocatus ante translationem,secus:vt hic,& ff.ad mun.l.incola.& de mu.& ho.l.& qui originẽ.in prin.& de iur.immu.l.semper.§.hoc circa,& ff.de iudi.l.si quis postea.& ff.de iur.om.iudi.l.cum quædam.quid autẽ si dicat se trãstulisse, & ciuitas quæ reuocat, dicit contra? Respon.cognoscit præses,qui præ est ciuitati reuocãti:vt ff.ad muni.l.de iure.in principio.

Scholares non dicuntur constituere domicilium vbi student:nisi decem annis steterint, vel alia ratione constituerint.idem in patre filium visitante.Bar.

Imp. Alexan. A. II.

Nec ipsi, qui studiorũ causa aliquo locomorantur, domicilium ibi habere credũtur[k], nisi x.an. transactis eo loco sedes sibi constituerint[l], secundum epistolam diui Adria. nec pater, qui propter filium studentem frequentius ad eũ cõmeat[m].

k Nec ipsi. Credõtur.s.ex eo q̄ ibi stetit: vt hic et ff.de iniur.l.lex.Cornelia.§.si tamen.et j.l.proxi.sed quia ibi contraxit seu deliquit,habere pręsumitur domicilium:vt j.in fi.l.

l Cõstituerint.quod præsumitur ex trãscursione decennij:vt ff.de vsur.l.cum de in rem verso. et s.de pe ti. hære l.si filium.secundũ Py.et hoc maxime si emat ibi domum vel possessionem;idẽ tamen si conducat. ar.ff.de iniu.l.lex Cor.§.domũ.Quid aũt si iuit ad domum hoc decennio? Respon.aut iuit vt cum denariis rediret,aut vt de suo recessu disponeret.ar.ff.de cap.l.nihil.Itẽ no.hic aliquid ex tempore factum vel non factum præsumi:sic vt d.l.cum de in rem verso.& l.si filius.et in auth.de resti.et ea quæ pa.§.fin.et j.de fun.pa.l.fi.Item quid de alio qui stat per x.an.non causa studij? Respon.idem vt præsumatur domicilium animo cõstitutum.secus si minori tempore:vt j.l.proxi.

m Commeat.etiam plus quam decennium.nõ interpolatim

polatim: vt ff. de seruit. l. seruitutes. Item nō animo ibi manendi, vt l. nihil.

a Rationibus. quod contingit multis modis: vt j. e. l. ciues.

b Mendacium. asseris enim te ibi non habere domicilium: & tamē habes. ad quod est ff. eod. l. assumptio. & sic verbis nec sit nec desinit habere domicilium: vt ff. e. l. domiciliū. & no. s. ti. j. l. origine.

Sed si aliis rationibus a domicilium in splendidissima ciuitate Laodiceorū † habere probatus fuerit: mendacium b, quò minus muneribus fungatur †, non proderit.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. III.

Est verum †, eos, qui in territorio c alicuius ciuitatis commorantur, velut incolas d, ad subeunda e munera, vel ad capiendos honores non adstringi.

Propter solam possessionem quis non vocatur ad munera. Bartolus.

Iidē AA. & CC. IIII.

Cum neque originales, neque incolas vos esse memoratis f: ob solam g domum vel possessionem, (licet ex substātia decurionis h acquisita sit) ea causa publici iuris authoritas munerjbus i subiugari vos non sinet.

Iidem AA. & CC. V.

c Est verum. In territorio. Quid aūt sit territoriū, dic vt ff. de ver. sig. l. pupillus. §. territorium.

d Incolas. qui nō sint incolæ: sed velut stantes in territorio: quasi nō sint incolæ nisi qui stāt in ciuitate secundū quosdā: quod non placet: vt ff. de ver. sig. l. pupillus. §. incola. Sed dic, q hic cōmorantur nō vt ibi habeant domiciliū: vt ff. e. l. libertus. §. postliminio. & l. scire. secus si animo ibi stādi vero vel præsumpto decennio: quia tūc est incola & cogit vt j. l. proxi. & s. l. prox. sola enim habitatio non facit, sic nec domus: vt j. l. proxima.

e Ad subeunda. alias obeunda munera. s. psonalia: vt j. l. proxi. notatur.

† Laodicei, (laodiceorū em legendum est, nō laudiceorum teste Alci. in hāc l.) à laodicea dicti sunt; de qua Plinius lib. v. c. xxix.

† fungaris.

† Vide in hanc rem Anto. Augusti. lib. singul. ad Modesti. sub ti. xiij. capit.

f Cum neque. Memoratis. id est non effetis quando cogeremini: vt j. l. ciues.

g Ob solam. sine priui. ciuitati dato: aut laribus nō translatis: vt ff. eo. l. libertus. §. sola ratio. & j. l. proxi. & l. ciues.

h Decurionis. vt quia Mutinensis emit domū à decuriōe Bononiæ: per quod videbatur facilius fieri Bononiensis municeps.

i Muneribus. s. personalibus. sed patrimonialia pro his possessionibus quas ibi possidet, subire debet. j. vt de mu. in quo lo. & c. l. j. & no. ff. eo. libertus. §. sola rō.

k Si in patria. Desixisti. quod fit: vt ff. eo. l. domicilium & fieri potest: vt s. ti. j. l. j. in fi. & ff. eo. l. nō vtiq. & de mun. & hono. l. iij. in prin. Accur.

l Priuilegio. Potest duobus modis intelligi: vt qa ciuitas habeat priuilegium, quod oēs habentes in illa ciuitate domum teneantur munera subire: vel quod etiam originarij quidam vt legum doctores & decuriones munera non subeant.

m Originis. paternæ vel propriæ, non maternæ: vt s. tit. j. l. filios.

n Voluntate. supple. vel aliis communibus modis: vt j. eod. l. ciues. q. d. nō sola possessio: vt s. l. cū neq. Itē non sola habitatio: vt s. eo. l. est verum. non origo materna: vt s. tit. j. l. filios. similet h. s. de iur. om. iud. l. ij.

o Ciuilia. personalia; alias secus, vt s. cum neque. &

facit. s. de testamen. l. si non speciali. & ff. eo. l. libertus. §. sola.

p Ciues. Dic q municeps est genus, ciuis & incola sunt species: vt colligitur. ff. ad mu. l. j. & hic fit ciuis origine. s. propria vel paterna: vt s. ti. j. l. filios. & l. origine. itē manumissione. s. de se vel de patre suo facta: vt ff. eo. l. assumptio. §. penul. & l. filij. in prin. & l. de iuncta gl. iure. §. libertos. etsi à pluribus manumittitur, omniū origine sequitur: vt ff. e. l. si quis à pluribus.

Si in patria † vxoris tuę, vel qualibet alia domicilium difixisti k: incolatus iure vltrò te eiusdem ciuitatis muneribus obligasti.

Origo & domicilium facit quem vocari ad munera: nisi per priuilegium contrarium sit expressum. Bar.

Iidē AA. & CC. Marcellino. VI.

Priuilegio l speciali ciuitatis non interueniēte, tamen originis m ratione, ac domicilij voluntate n, ad munera ciuilia o quemq; vocari certissimum est.

Iidē AA. & CC. VII.

Ciues p quidem † origo, manumissio, allectio q, vel adoptio: incolas verò (sicut & diuus Adrianus edicto suo manifestissimè declarauit) domicilium facit. Et in eo loco singulos habere domicilium non ambigi-

q Allectio. i. delatio honoris in aliqua ciuitate: vt j. l. prox. vnde allecti. i. electi; vt ff. de immu. l. pe. in fi. quid ergo de Rufino Guasco potestate Boñ? Rñ. Py. idem vel dic allectio. s. de milite electo vbi stipendia meretur: vt ff. eo. l. muñiceps. §. fi. itē adoptione. s. quādiu durat: vt ff. ad mu. l. ordine. §. fi. Incola vero dicitur. i. valde colens & venerās prouinciā, in quā se contulit. vtpote cum propter eam aliā relinquit: vt tamē vtrobiq; habeat æqualiter domiciliū: vt ff. eo. l. Labeo. & l. assumptio. §. iure. & fit incola etiam si in territorio se cōferat: vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. incola. Et no. q incola fit solo animo facto eius qui acquirit domiciliū: at ciuis fit vel alterius facto tantum, vel suo, vel alterius: vt in prædictis exemplis in princ. huius. & secundum hoc ratione patriæ communis fit ciuis, non incola: vt ff. ad mun. l. Roma. sed in muliere videtur contra: quia incola fit: vt ff. ad mu. l. fin. §. j. & domicilium dicitur sortiri: vt j. eo. l. fi. & tamē ex alterius etiā facto pendet matrimonium. sed impropriè dicitur ibi, incola. nam ciuis fit. sunt autem quidam modi quibus nec ciuis nec incola fit: & tamen ibi cōuenitur ratione contractus. Item rōne ordinis clericatus & ratione possessionis: vt no. ff. de iu. l. hæres absens. §. j. sed qd. si qs est ciuis vel incola duobus locis: vel altero ciuis, & altero incola, & ab vtroq; vocat ad munera? rñ q prior vocat ad munera, præfertur: vt ff. de iu. l. q prior. Quid si simul? Rñ. si ad originē, terra illa præfertur: vt ff. eo. l. libertus. §. præscriptio. alias forte inuicem se impedient, donec cōueniant: vt ff. de leg. j. l. hmōi. §. fi. & de vsu. l. quoties duobus. vel sortiri eos oportebit. ar. s. cōia de lega. l. fi. & de iu. l. sed cum ambo. vel gratificationi est locus: vt ff. de reli. & sum. fu. l. fi. & de leg. ij. l. si quis seruum. §. si inter. & ff. de condi. ind. l. plane. s. vt electus eligat, vel defertur nobiliori & maiori ciuitati: vt arg. in auth. de hær. & Falci. §. si quis aūt non. & in auth. de defen. ci. §. interim. col. iij. & ff. de fid. instru. l. fi. & C. de na. li. l. si quis, vel qd

† Facit ad hanc l. ca. nullus episcop. g. extra de paroch. & ali. parochia.

† De hac materia vide bonam gl. in c. statutum. §. cum vero. de rescriptis. li. vj.

est verius, ei seruiet qui minus munus imponit. arg. s. qui bo.ce.pos.l.fi. & ff. de pa.l. maiorẽ. Item quo ad qd est ciuis vel incola? Rñ. vt no. ff e.l. assumptio. §. filius.

tur, vbi quis larem [a], rerumq́ ac fortunarum suarum summam [b] constituit. vnde rursus non sit decessurus, si nihil auocet [c]: vnde cùm profectus est, peregrinari videtur. q si rediit, peregrinari iam destitit.

Imp. Constan. A. VIII.

SEnatores in sacratissima vrbe [d] domiciliũ dignitatis habere videntur [e].

Mulieres ex persona maritorum sortiuntur dignitates, & forum. Barto.

Impp. Valent. & Valens AA. IX.

MVlieres † honore maritorum erigimus [f], & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus [g]. Sin autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ [h], posterioris mariti sequantur conditionem, & domicilium mutamus [i].

a Larem. i. animum habitandi perpetuo: & habitet: nam facto opus est: vt ff. eo. l. domicilium. & hoc etiã si non habeat ibi maiorẽ partẽ rerũ.

b Summam. i. maximam: & dicitur summa, si non habeat alibi plus: vt ff. e. l. assumptio. §. iure. sic ergo sufficit alterum istorũ. s. vel larẽ cõstituere vel summam rerũ habere: vt s. vbi sena. vel cla. l. ij. & fa. ff. de iudi. l. sed & si susceperit. §. si ea res. & j. de his qui spõ. mu. l. iij. in fi. & de verb. sig. l. in lege.

c Auocet. s. eũ. nã si aliquid est, quod faciat eum recedere: aut animo redeũdi: & dicitur peregrinatio: vt hic. aut nõ et tũc est sine domicilio: vt ff. eo. l. si quis instructus.

† Honore maritorum erigimus, &c. nam vir & vxor censentur vnum & idem corpus: vt in c. debitũ. extra, de big. et iiij. q. iij. cap. idonei.

Domicilium consequitur quis ratione dignitatis.

d SEnatores. Vrbe. Roma veteri vł noua.

e Videntur. & habent sed & primũ retinent quo ad honores, nõ munera: vt ff. de senat. l. pe. & ff. e. l. municeps. Et no. domiciliũ in ciuitate ratione dignitatis: vt s. l. pro xi. sed ratione cõmunis patriæ non est ciuis: vt ff. eo. l. Roma. sed quo ad hoc vt possit ibi conueniri, secundum H.

f MVlieres. Erigimus. coruscant enim, &c. sed & mater per filiũ si filius vult, & nurus per socrũ, sed nõ soror per fratrem: nec filia radiis patris: vt in auh. de cõsul. §. si vero. col. iiij. & j. de digni. l. mulieres. & ff. de senato. l. fœminæ.

g Statuimus. vt ff. de iudi. l. exigere. & ff. ad mu. l. filiis. & l. fi. § ij. & l. de iure. §. fi. Accursius.

h Priuatæ: in d. ll. & in authen. de nup. §. non tamẽ. col. iiij.

i Mutamus. referas ad primam partem. Vel dic ad secundã. nam sequitur cõdi. secundi, nõ primi viri, ad quod no. s. ti. j. l. origine. Itẽ facit s. de nup. l. cum te.

k DE MVNERIBVS ET HO. &c. Quia ratione originis & domicilij deferuntur honores & munera: de his dicit vt non continuẽtur: sed nec perpetuo excusentẽ: & ideo subiicit de interuallis.

l SIcut honores. Honor est administratio reipub. cum gradu dignitatis. & quia alias est cum sumptu, alias sine sumptu: vt ff. de mune. & ho l. honor. ideo hic loquitur de vtraq; in princip. l. Quid autem si sponte vellet continuare? Rñ. nõ potest, nisi cum est inopia: tũc enim potest, & cogitur: vt ff. de muneri. & ho. l. honor. §. pe. & fi. & in l. Iul. de ambitu incidit: vt s. ad l. Iul. de amb. l. j. à prædictis excipit decurionatũ: quia quamuis honor sit, ab aliis non præstat vacationem: vt ff. de vaca. mun. l. ad decurionatum. Item qd de munere subiicit, de misto dicit. Item & de merè personali & dic qd sit: vt ff. de mun. & ho. l. honor. §. j. sed non de patrimoniali merè dicit: nam ibi cõtinue subeũt excusatione omni cessante: vt j. tit. j. per totum. Item & de illo munere qd principaliter respicit publicam vtilitatem: de quo habes exempla. ff. de mu. & ho. l. j & l. fi. in prin. si aũt priuatam principaliter, vt tutela vel cura: tũc nec ab ipsa vel aliis: vt j. de excu. mu l. iij. nec alia ab illis nisi in casu vsque ad annũ: vt in fi. de excu. tu. §. itẽ qui reipubli. Item alio, vt in eo. tit. §. qui tutelam. in fi.

TITVLVS XL.

DE MVNERIbus [k] & honoribus non continuandis inter patrẽ & filium, & de interuallis.

Continuatio honorũ & munerum impeditur in ijs, qui sunt idẽ vel quasi: interualla verò in ijs tantùm, qui sunt idem verè. Item in dubio fideiussor non tenetur, nisi ad id quod principali potest iniungi. Bart.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. I.

SIcut & honores [l] et munera, cum pater & filius decuriones sunt [m], in eadem domo continuari [n] non oportet: item vacationum concessa tempora [o], non aliis [p] prodesse possunt, quàm iis, qui ad eosdem vel alios honores, eademq́ vel alia munera [q] denuò † vocantur. Pro infante verò filio, quem decurionem esse volui-

† alias, de nouo.

m Decuriones sunt. ex quibus eligũtur ad honores: vt ff. de decu. l. honores. §. is qui. & ad mista munera, vt s. de decu. l. ad subeunda. Sed quo modo erũt simul in honore decurionatus, cũ hoc ipsum hic prohibet? Rñ. sine sumptu est decurionatus nisi ad aliud mun⁹ vel honorẽ vocetur. Vel melius speciale est in decurionatu: vt supra dixi.

n Continuari. Continuatio dicitur quando idẽ denuo vocatur. Item quando pater post filium. Itẽ quando econtra. Item multo magis si simul vocẽtur: & sic filius per patrem, & econtra vt hic: quod est si in potestate, non alias: vt j. de filiisfa. & quemadmo. l. iij. Item non frater per fratrem: vt j. l. fin. nisi esset in potestate eiusdem: vt hic: quia in vna domo sunt: vt ff. de muner. & hono. l. iij. §. duo.

o Tempora. quæ sunt. j. l. proxi.

p Non aliis. etiam filio per patrem vel econtra non prodest quo ad interualla: nisi esset honor cũ sumptu, vel minus mistum: quia tunc etiam ad interualla prodest vnus alteri: vt ff. de leg l. filio sic ergo in continuatione nõ distinguitur sit cũ sumptu munus vel honor vel non: vel in seipso, vel in patre & filio: vt in prin. l. sed in interuallo dic, quia aut de seipso ad seipsum: & tunc idem vt non distinguatur: aut filio per patrẽ, vel econtra: & tunc distinguitur, cum sumptu vel sine: vt dictum est. Sed Py. dixit etiam in continuatione, quæ fit inter patrem & filium distingui sit cùm sumptu, vel sine. per l. præd. filio.

q Munera idẽ si de munere ad honorem, vel cõtra. ad quod s. de decu. l. quidam. & ff. de va. mu. l. eos. §. j.

Adstrin

a Adstrinxeris. tacite: vt ff. ad muni. l. ij. in prin. idem si expresse.
b Onera. s. decurionatus. s. interim dum est infans: quinimo etiã dum est minor xxv. ann. cum interim nõ possit esse decurio: vt ff ad mu. l. Lucius. §. pro infante. & ff. de mu. & ho. l. rempublicam. ij. respon.
c Voluntatem. tacitã vel expressam. ad hoc vt infans sit decurio, mãdari nõ potest.
d AB honoribus. idẽ de munere ad munus: vt ff. de mu. & ho. l. nauicularij. & facit pro hoc q̃ excipit de legato, quod est munus: vt ff de mu. & ho. l. si. §. legati.
e Quinquennij. præterquam, si ad decurionatũ vocetur. vt no. s̃. l. prox. item hoc nisi in subsidiũ: vt no. j. l. pxi.
f Legatione. remota nõ proxima: vt j. de leg. l. iij. itẽ ad seipsum, non ad alium: vt ff. de legatio. l. filio. & l. filius & l. Paulus respondit. in prin. & §. Imperator. Item facit ff. ad mu. l. libertus. §. præscriptio. & l. diuus.
g INterualla. quæ sunt. s̃. l. proxi.
h Vnius. vel quasi vnius: vt not. s̃. l. proxi.
i Fratribus. licet decurionib9. ad qđ s̃. de decu. l. licet. & dic q̃ vel erãt emãcipati, vl' pater mortuus: vt no. s̃. l. j. sed quid de sociis omnium bonorũ? videtur idem quod in fratribus secundum Py. quia ipsi fratres dicũtur: vt ff. pro socio. l. verũ. sed cõtra videtur quia onus est cõe: quod nõ est in fratribus: vt ff. p socio. l. cũ duobus. §. Põponius. & l. si fratres. §. idẽ Põponi9. itẽ ar. cõtra. s̃. de diuer. resc. l. j.
k Sane. construe. sane præses prouin. prouidet. ne interim. & hoc dico missis. i. vocatis qui nec &c. vel missis ad munus: quod in idẽ recidit. ad quod. j. tit. ij. & l. iij. & s̃. de decu. l. qs tam. & ff. de leg. l. sciendũ. §. pen.

sti, quanquam fidem tuã in posterum adstrinxeris [a], tamen onera [b] sustinere non cogeris: cùm ad ea tantùm, quæ mandari possunt, voluntatem [c] dedisse videaris.

Imp. Gordianus A. II.

AB honoribus [d] ad honores eosdem quinquennij [e] datur vacatio: legatione [f] autem perfunctis biennij vacatio concessa est.

Frater propter fratrem non habet vacationem: sed propter alios idoneos nondum grauatos rectè excusatur. Barto.

Idem Augustus. III.

INterualla [g] temporum, quæ in vnius [h] persona locum habent, fratribus [i] (licet communia possideant bona) minimè prodesse, frequenter constitutum est. Sanè [k] iis missis, qui necdum functi muneribus, ad hoc idonei constituti vocari debent, vos, si ad obsequium ciuilium munerum reperit paruisse, ne interim interpellemini, præses prouinciæ prouidebit.

TITVLVS XLI.

DE MVNERIbus [l] patrimoniorum.

l DE MVNERIBVS PATRIMO.
De personalibus dixit in superiori tit. nunc de patrimoniali. & dic munus tribus modis. vno donũ secũdo onus. & sic hoc tit. tertio officiũ, & sic s̃. ti. j. & ff. de ver. sig. l. munus tribus modis. & l. inter donum. & l. munus proprie. et l. pupillus. §. munus. Itẽ distingue quia munus aliud personale, aliud patrimoniale, & aliud mistum. personale cum solicitudine personæ: patrimoniale dispendio rerum mistum ex vtroq̃ pcedit: quod dic per exempla. ff. e. l. j. & l. si. in prin. & §. patrimoniorum. & §. mista personalia alia respiciũt publicam vtilitatẽ principaliter, vt legatio ad census. alia priuatam principaliter, vt tutela. Itẽ patrimoniale aliud indicitur personis pro rebus: & hoc tantum ciuibus & incolis. aliud ipsis possessionibus: & hoc etiam alienigenis, qui modo aliquid hic possident: vt ff. eo. l. rescripto. §. si. & s̃. de an. & tribu. l. ij. & s̃. eo. l. ij. Accur.

e Non pertinẽt. nam quædã pertinent, vt sunt mista, & illa subiicit. quod dic: vt ff. de va. mu. l. ij. §. muneris. & facit. j. de mu. pa. l. neque.

f Non est. tunc ergo excusatur: vt ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. quoties. nisi sit pupillus, vt ff. de iure immu. l. ij. §. j. Item & quando esset etiam consuetudo patriæ: vt ff. de va. mu. l. ij. in prin.

g MAnifesti. Personalia. secus in honore vel munere ei cohærenti: vt ff. de vac. mu. l. ij. §. muneris. nisi sit decurio: quia licet sit dignitas, vt ff. de va. mu. l. ad decurionatũ. tamẽ excusat: vt ff. de decu. l. ij. §. fi. & no. lv. an. excusant ab alio personali munere: vt hic, & ff. de decu. l. ij. in fi. sed in tutela & cura lxx. vt s. qui ęta. l. j. & v.

h Septuagenario. quia si. lv. an. excusant, ergo maior numerus multo magis excusat: quia si id de quo minus videtur inesse, &c. Et no. ætati deferendũ esse, nisi de nouo nũc sit factus diues: vt ff. de iure imm. l. semper. §. j. vel nisi sit cõsuetudo: vt ff. de decu. l. nõ tantũ. §. fi. vel nisi inopia: vt ff. de mũ. & ho. l. vt gradatim. §. quoties. & fa. ad l. s. de test. l. iussur. & ff. de decur. l. nõ tantũ in prin. & de ter. mo. l. ij. in fi. & de decur. l. si vltra. & ff. de iur. immu. l. maiores. & de va. mu. l. in honoribus. & in insti. de excu. tu. §. fi.

Actor est de rendus.

a QVI MORbose excusant. Hoc perpetuo vel ad tẽpus excusat prout tẽporalis vel perpetuus: vt ff. de exc. tu. l. nõ solũ. §. fi. & l. seq. & ff. de vac. mu. l. pe. & l. ij. §. quemita.

k SI ea. Vtriusque secus si vnius vt ff. de exc. tu. l. frater. sic in surdo. & minus audiente: vt s. qui mor. & ff. eo. l. ij. §. minus.

l Personaliũ. quæ corpore implenda sunt. cæterũ ea quæ cõsilio prudentis viri vel patrimonio fiunt, non excusant: vt ff. eo. l. ij. §. corporis. vnde versus, Cõsilio pollet, cui vim natura negauit. Ad quod. ff. de ca. & postli. re. l postliminiũ. §. fi. & C. de transac. l. sanũ. & s. qui test. fa. pos. l. senium. Item hic de nouis: nã pręterita nõ euitat secũdũ P. vt ff. de postu. l. j §. casum. & de iud. l. cæcus. & s. de dec. l. infamia. & j. de agẽ. in re. l. pe. in fi. nisi in tutela & cura vt ff. de excu. tu. l. post susceptam.

m Sẽtiet. alias sentiet, & est bona. alias senties, & tũc dic per hoc quod pater leuatur, non tu: vt j. l. fi. & fa. s. qui da. tu. pos. l. luminibus. Accursius.

Cum

CVm auriculari [a] † morbo debilitatum te esse dicas: iuxta iuris publici authoritatē à personalibus [b] muneribus vacationē habebis.

Iidem AA. & CC. III.

POdagræ [c] quidem valetudo nec ad personaliū munerū prodest excusationē. verū cùm ita te valetudine pedū afflictū dicas, vt rebus propriis intercessionem commodare non possis: rector prouinciæ, si allegationibus tuis fidē adesse perspexerit, ad personalia [d] munera te vocari non patietur.

Infirmitas patris non excusat filios. Bart.

Iidem AA. & CC. IIII.

CAsus † corporis patris munerum personaliū filio iure nō præstat excusationem [e].

TITVLVS LI.

DE IIS, QVI numero liberorum (vel paupertate excusationem meruerunt.

Imp. Antoninus A. I.

NVmerus [g] liberorum ab oneribus [h] non excusat.

Impp. Philippus A. & Phil. Cæs. II.

FIliū ab hostibus captū, ac necdū reuersum, ad excusationē munerum personalium patri proficere non posse [i], magis placuit.

Iidem A. & C. III.

NEpotes, loco parentum [k] succedentes, vice eorum prodesse consueuerunt: ideoq; si quinque numerus [l] liberorum ex amissorū [m] filiorū nepotibus suppletur: à muneribus personalibus is, quē patrē tuum esse dicis, iuxta cōstituta excusatur.

Diuitiæ filiorū non onerant patrem. Bart.

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. IIII.

CVm facultates tuas omnes in filium [n] tuū cōtulisse te, nec quicquā habere proponas [o]: respectu eius patrimonij, quod tuum esse desiit, muneribus ciuilibus non adstringeris.

Iidem A. A. & CC. V.

DE psonalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur [p], exemplo marium quinque superstitum numero liberorū eas excusari diui parētes nostri cōstituerunt.

Numerus liberorum excusat patrē, non filiū si sufficiens reperitur. Itē propter paupertatem a muneribus excusatur. Bart.

Impe. Constanti. A. VI.

EOs, qui cuiuscunque sexus liberos [q] quinque habent, impetrata [r] semel vacatiōe potiri cōuenit: ita [s] vt si in hoc numero ætatis [t] legitimæ filius inueniatur, obeundis [v] statim pro suo patre muneribus applicetur [x]: patribus, qui fi-

[a] CVm auriculari. qui dicitur artethica quasi auriculam tenens.

[b] Personalibus. hoc expone vt no. plene. s. l. proxi.

[c] POdagræ. quæ non impedit, ad quod. s. de decu. l. à muneribus. & fa. ff. de ædi. edi l. j. proinde.

[d] Ad personalia. Al's corporalia: hoc expone: vt. s. l. j. not & fa. ff. de vac. mu. l. pe. in prici. & l. ij. §. corporis. & ff. de reg. iu. l. quæsitum. & insti. de excu. tu. §. item propter aduersam.

† alias, articula.

[e] CAsus. Excusationem. licet habeat curare patrē: & hoc in munere quod sumptū non exigit: alias secus: vt. ff. de lega. j. l. filio. & not. s. de ho. non con. l. j.

[f] DE IIS, QVI nume. &c. De secunda parte loquitur. j. eo. l. cū facultates. &. l. eos. at oēs aliæ de priā: nec superfluit hic titulus, & superiores duo per titulos similes. s. v. libri C. qa ibi q ad tutelā.

[g] NVmerus. s. quinq; liberorum: vt. j. l. iij.

† Facit ad hanc l. gl. ij. in ca. licet. extra, de censib.

[h] Ad oneribus. si habes ab honorib⁹ subaudi & muneribus his coherētib⁹, & est plana: vt. ff. e. l. ij. §. numerus. & l. in honoribus. in princ. nisi sint. xij. vt s. de decu. l. si qs decur. si vero habeas à muneribus, dic. s. patrimonialibus, vt s. de mu. patri. l. neque. nisi sint xvj. vt ff. de iur. immu. l. semp. §. demōstrat. Vel secundū vtranq; literā dic liberorū. s. mortuorum. vt. j. eo. l. de personalib⁹. Accur.

[i] FIliū. Nō posse. Secus si mortuus in acie: vt ff. de va. mu. l. finali. Accursius.

[k] NEpotes. Parētū. matris & patris: vt. j. eo. l. de personalibus.

[l] Quinq; numer⁹. dic secūdū P. in puincia quinq;. s. Romę. iij. sic in Italia. iiij. sic i tutela: vt s. q nu. li. l. j. vel forte in hoc munere aliud quod est publicum authoritate & vtilitate, cum etiā in aliis differant. & ita. j. de sum. re. l. j. Item dic naturales & legitimi, vel etiā emācipati, vel in adoptionem dati: non naturales tantū, vel legitimi tantum: vt instit. de excu. tu. in princ. & ff. eo. l. ij. §. incolumes. Item mares vel fœminæ: vt. j. eod. l. si Item nati, nō nasci turi: vt ff. de excus. tu. l. ij. §. qui autem in ventre. in princ.

[m] Amissorum. Secus si viuunt: quia suo patri prosunt, non auo: vt s. q nu. li. l. ij. & ff. de mu. et ho. l. iij. Item no. q filiorū non filiarū: vt ff. de excus. tut. l. ij. §. nō solū. Itē no. quod minor numerus, licet postea impletus, nō prodest: vt ff. de va. mu. l. ij. §. qui ad munera. Item plures nepotes ex vno filio p vno filio computātur: vt ff. de exc. tu. l. ij. §. quotiescūque Accursius.

[n] CVm facultates tuas. Filium. scilicet emancipatum. alias non desineret vel desisteret esse patrimoniū patris: nec valet donatio: vt. s. de don. l. siue emancipatis. Accursius.

[o] Proponas. Nisi in fraudem feceris causa euitandorum munerū: vt. arg. ff. ad mu. l. fi. §. antepe. & ff. eo. l. j. §. qui in fraudem. hæc tamen excusatio finitur auctis postea facultatibus: vt. ff. eo. lege, his honorib⁹. §. auctis. & sic est tēporalis excusat. & facit infra eodem. l. fi. in fi.

[p] DE personalibus. Indicunt. sed raro. quod dic: vt infra de mu. & in quo loco. l. j. & facit supra eod. l. nepotes.

[q] EOs, qui. Liberos v. & plene dic: vt. s. eo. l. nepotes.

[r] Impetrata. Ab ipsis legibus.

[s] Ita. Alias ita: vt alias aut si &c.

[t] Aetatis. maioris xxv. an. vt. s. qui æta. l. j.

[v] Obeundis. id est, subeundis.

[x] Applicetur. propter hoc enim pater excusatur, q filios habet subeuntes: vt ff. de mu. & ho. l. ij. §. quāuis.

a Censum tenuiorē. vt quia est impar oneri iniūcto: vt insti. de exc. tu. §. sed & propter paupertatem.

b Potiatur. s. propter rerum angustiā si ad per. &c. & facit quod no. s̃. eo. l. cum facultates.

n Oratione. qua datur immunitas professoribus, quā non habemus: sed facit ff. de va. mu. l. his. §. angariarum. & j̃. eo. l. medicos.

o Calculatores. i. geometræ. & cōponitur hoc nomē à geos, quod est terra, & metron, quod est mensura: quasi terræ mēsuratio. ad quod ff. de exc. tut. l. geometræ. vel. i. q docēt cōputum. ad quod. s̃. de erro. cal. l. vna. vel etiam primas literas docent: vt ff. de vac. mu. l. ij. §. fi. & fa. s̃. de decr. decu. super. l. j.

c DE PROFESSORIBVS &c. Siue profiteantur Romæ, siue in sua patria, habent excusationē: vt ff. de vac. mun. l. eos, qui. nisi doctores legū qui tātum Romæ docētes excusantur vt de exc. tuto. l. sed & reprobari. §. fin.

d Cum te medicū Adiutricis. hoc ideo dicit forte, quia illa secūda legio erat adiutrix illius legiōis ī qua erat princeps, potius enim demonstrat accidētiā facti quam ministerium iuris.

e Ciuilia. Omnia cōprehendit: vt ff. de mu. & ho. l. fi. §. hæc omnia. & j̃. e. l. medicos.

f Vacationē. quod est anno elapso post tempus reuersionis quo sarcinulas suas potuit cōponere: vt insti. de excu. tu. §. item qui reip. & ff. de vac. mu. l. tēpus. in prin.

g Numero. nota, duo fore necessaria scilicet quod sit de numero, qui per singulas ciuitates est statuendus: vt ff. de decre. ab or. fa. l. j. et quod immunitatem habeat: vt j̃. eodē. l. nec intra. si autē extra numerū est: nō nisi sit absens: vt in princi. huius l. & s̃. quibus nō obiicit lon. tem. prescr. l. ij. & ff. ex quib. cau. ma. l. inter eos. §. fi.

lios, vel filias quinque habuerint, permissa legibus immunitate seruanda. Quòd si quis propter censum tenuiorem [a] vacationem meruerit, atque hoc probauerit: beneficio potiatur [b], nec propter rerum angustias ad personalia vocetur obsequia.

TITVLVS LII.

DE PROFESSORIBVS & medicis [c].

Medicus donec sit in exercitu, habet immunitatem à muneribus personalibus, non post, nisi alio priuilegio vel alia causa possit excusari.

Imp. Antoninus A. I.

CVm te medicum legionis secundæ adiutricis [d] esse dicas: munera ciuilia [e], quandiu reipu. causa abfueris, suscipere non cogeris. Cū autē abesse desieris: post finitam eo iure vacationem [f], si in eorum numero [g] es, qui ad beneficia medicis cōcessa [h] pertinent, ea immunitate vteris.

Doctor, qui non legit vtiliter scholaribus, potest reprobari. Bar.

Imp. Gordianus A. II.

GRammaticos seu oratores [i] decreto ordinis [k] probatos, si non se vtiles [l] studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse †, incognitum non est.

Imp. Philippus A. III.

POetæ [m] nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. & CC. IIII.

ORatione [n] diui Pij liberalium studiorum professores, non etiam † calculatores [o] continentur.

Non sufficit esse de collegio medicorum, nisi specialiter immunitas sit concessa. Barto.

Iidem AA. & CC. V.

NEc intra [p] numerum præstitutum [q] ordine inuito † medicos immunitatē habere sæpe constitutū est: cùm oporteat eis decreto decurionum [r] immunitatem [s] tribui [t].

Imp. Constantinus. VI.

MEdicos, & maximè archiatros [u], vel ex archiatris [x], grammaticos, & professores alios literarum [y], & doctores legum, vnà cum vxoribus & filiis [z], necnon & rebus, quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functiōe & ab omnibus muneribus [a]

p NEc intra numerus medicorū statuit à decurionibus per singulas ciuitates: vt ff. de decr. ab or. fa. l. j. in fi. nisi in casu, vbi à lege statuit: vt s̃. de epis. & cler. l. parabolani. licet ergo aliquis ponat in ordine, vel licet ordo fiat de nouo, non gaudet immunitate, nisi obiiciat quod sit immunis: vt hic, & s̃. de dec. l. j. nec ob. s̃. de dec. l. vacuatis: quia hęc lex coadiuuat decretū. idē est si fuit data immunitas, sed reuocata: vt s̃. eo. l. grāmaticos. nā nō videt data, quæ nō durat: vt ff. de in rē ver. l. si pro patre. §. versum. & hoc etiā secundo modo pōt intelligi hæc. l. numerus autem docētium est vt no. j̃. eo. l. magistros.

q Præstitutum. Id est, statutum.

r Decurionum. in qualibet ciuitate.

s Immunitatem. s. personalium.

t Tribui. specialiter.

u MEdicos. Archiatros. Id est, est princeps medicorū & not. quod in accusatiuo & ablatiuo de iisdem dicit: itē no. maxime ideo, quia alij si modo sint intra numerū vel reipu. causa absunt, sunt immunes: vt s̃. eo. l. j.

Item dic medicū cuiuslibet ægritudinis humanę: vt ff. de va. cog. l. j. §. j. nō bestiæ: vt j̃. de exc. artifi. l. j. in pri.

h Concessa. quæ sunt. j̃. eo. l. medicos. & l. fin.

i GRammaticos. Oratores. alias rhetores qui docent rhetoricam. & facit j̃. l. nec intra.

k Ordinis. decurionum: vt s̃. eo. l. magistros.

l Vtiles. Ex causa ergo reprobantur: vt hic, & ff. de decre. ab or. fa. l. quod semel. & de mu. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. sed non sine causa: vt ff. de neg. ge. l. Pompo. §. sed eo dicto. item arg. contra. s̃. sen. rescin. non posse. l. j.

m POetæ &c. vt Virgi. vt inst. de iur. na. §. sed ius. nec geometræ: vt j̃. l. proxima. Accursius.

x Archiatris. s. aliquis puta vnus vel plures.

y Literarum. no. literarū. secus in mechanicis, nisi in certis: vt j̃. de excu. ar. l. j. & ij. Item dic literarū. s. liberalium artium, non poetæ, non calculatores: vt s̃. eodē l. poetæ. & l. oratione. & ff. de va. mu. l. ij. §. fi. Itē hic dic vt in titu. s̃. no.

z Et filiis. viuentibus patribus, nō potest: vt j̃. de meta. l. archiatros. & ad hoc. s̃. de epis. & cle. l. ij.

a Muneribus. de personalibus constat: sed quid de patrimonialibus? Respon. secundū P. & alios nō sunt immunes

ciuilib⁹ vel publicis immunes esse præcipimus: & neq; in prouinciis hospites [a] recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudiciū deduci [b], nec eximi vel exhiberi [c], vel iniuriam pati: vel si qs eos vexauerit, pœna [d] arbitrio iudicis plectatur †. Mercedes etiam eis & salaria reddi [e] iubemus, quò facilius liberalibus studiis & memoratis artib⁹ multos [f] instituāt [g].

Imp. Iulianus A. VII.

MAgistros studiorum [h], doctoresq; excellere oportet moribus [i] primū, deinde facūdia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse † non possum: iubeo, qsqs docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis [k] probatus decretum curialiū mereatur, optimorum conspirante [l] consensu.

Qui se gerit pro doctore cum non fuerit examinatus & approbatus, non excusatur à muneribus: secus si fuerit approbatus. Barto.

Impp. Valenti. & Valens AA. VIII.

REddatur [m] vnusquisque patriæ suæ qui habitum philosophiæ indebitè & insolenter vsurpare cognoscitur: exceptis [n] iis, qui à probatissimis approbati, ab hac debent collusione secerni. Turpe enim, vt patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ [o] vim se ferre profitetur.

Medici, qui sumunt salariū ex publico, ita paruis sicut magnis seruire tenentur, sed salarium ab infirmis recipere non debēt, nisi cū sani fuerunt. Bar.

Iidem AA. & Gratian. Augu. IX.

ARchiatri [p] scientes annonaria sibi commoda [q] à populi cōmodis ministrari, honestè obsequi tenuioribus malint [r], quàm turpiter [s] seruire diuitibus. Quos tantū ea [t] patimur accipere, quæ sani [v] offerunt pro obsequiis, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt.

Non debet in locum magistri defuncti alius subrogari, nisi fuerit approbatus: & licet subrogetur in numerum, non subrogatur in gradum. Bar.

Iidem AAA. X.

SI qs in archiatri defuncti locum est promotionis meritis aggregandus [x], non antè eorū particeps fiat, quàm primis, qui in ordine reperientur septem vel amplius iudicātibus [y] idoneus approbetur: ita tamen [z], vt quicunque fuerit admissus, nō in priorum † numerum statum veniat.

munes pro quibus. s. de mu. pa. professi. & s. eo. l. fi. vbi æquiparātur philosophis. Itē ꝓ eis. ff. de mu. & ho. l. fi. §. ab huiusmodi. & de va. mu. l. sunt munera. Itē specialiter remittit eis receptio hospitis, vt. ff. de mu. & ho. l. fi. §. fi. & j. de metallis. l. archiatros. & hic subiicit: per qd' colligit, quod alia patrimonialia sebeūt. est enim patrimoniale munus hospitis receptio: vt stati dices. Itē ꝓ eis. j. eo. l. fi. ꝓ eo ꝙ aliqs plus dare vult archiatris & militātibus in palatio. sed dic vt ibi, & ecōtra pōt dici, ꝙ patrimonialia non subeant per hanc. l. quæ gn̄aliter dicit cū reb⁹. & per hoc j. l. fin. & ff. de va. mu. l. his honorib⁹. §. angariarum, nec ob. de philosopho: qa est ratio auaritię à qua se dicit exulē: vt. ff. de vac. mu. l. i honorib⁹. §. philophis. vel dic i philosopho. vt dices. j. l. si qs. nec etiā ob. §. ab huiusmodi. qa excipe nisi p. l. speciale principis: vt est hic, & probatur d. l. sunt munera. in fi. quæ secundū hoc est pro hac opin.

[a] Hospites. quod patrimonij est: vt ff. de mu. & ho. l. iij. §. munus.

[b] Deduci. inuitū. sic nec domina: vt s. de offi. ci. iu. l. sed patietur missionē. vt ille qui de domo nō debet detrahi: vt ff. de in ius voc. l. plerique. & l. seq. Vel dic nisi pro sua causa. vel suo numero. vt. s. de epis. & cler. l. placet.

[c] Exhiberi. pro eodē. & semper in ciuili. vel dic eximi i criminali: vbi dabit fideiussorem vel iurabit. & sic nō detinebit sicut i domina fit: vt in authen. vt nul. iu. §. si vero crimē. col. ix. nisi sit grauissimū vt ibi dicitur. vel dic nisi pro sua causa: vt. s. dixi.

[d] Pœna. sic. j. de sumptu re. l. j.

[e] Reddi. quo ad doctores est cōtra. ff. de va. co. l. j. §. ij. Sol. hic de publico: ibi à scholari: vt. j. e. l. archiatri. vel hic sponte promiserat, ibi promittere non valebat. vel hic refertur ad alios prædictos, nō ad doctores. & fa. s. de excusa. mu. l. maximarum. & j. de excu. ar. l. j. in prin. & l. ij. in fi. & j. eo. titu. l. fi.

[f] Multos. s. discipulos vel scholares.

[g] Instituant. id est, instruant.

[h] MAgistros studiorū. liberaliū: vt. s. l. ꝓxi. i pri.

[i] Moribus. s. q oēs diuitias excedūt: vt dixi. ff. de tu. & cur. da ab his. l. scire oportet. Sed ante hoc debet habere sciētiam solertiā, & fidē: vt in procemio. inst. §. cūq;. & fac. j. de stu. li. vr. Ro. l. j.

[k] Ordinis. decurionum. ad quod. ff. de decr. ab or. fa. l. j.

[l] Cōspirāte. in bonā partē: sicut dolus bon⁹: vt. ff. de do. l. j. §. nō fuit. & no ꝙ vij. ad min⁹ dn̄t cōprobare: vt j. l. si qs. & forte etiā iurare: vt. s. de adu. diu. iu. l. nemini. & j. ꝓxi. fac. scr. l. vni cuiq;. & fa. j. de Tyro. l. fi. & de agē. in re. l. ij. & iij. & s. de dec. l. eū q Itē quot debeāt eligi in qualibet ciuitate, habes j. de stu. li. vr. Ro. Itē fa. in aut. qūo opor. epi. §. neq;. col. j. & de sā. epis. i pri. & j. de ꝓfes. q i vr. Cō. l. j. & j. l. proxi. & j. de excu. ar. l. fi.

[m] REddat. ad hoc. s. grāmaticos. & j. de ta. l. fi. & de mu. l. si qs.

[n] Exceptis. vt nō reuocētur. sed certe isti nō idebite vsurpāt, vñ iproprie dicit exceptis. q. d. illi reddāt, isti nō. & facit s. ꝓx. cū cōcor.

[o] Fortunæ. Hāc ferūt philosophi nō curātes de prosperis vel aduersis.

[p] ARchiatri. principes medicorum.

[q] Commoda. i. salaria. ad quod s. de postu. l. prouidēdū.

[r] Malint. malo seruire paupi honeste quā diuiti turpiter. sciēs enim nō debere habere aliqd ab ægro: ergo ita cito aut citius pauperi quā diuiti seruiet.

[s] Turpiter. erat enī turpe, ꝙ propter diuitias suas aliquis diues citius curaretur, quam pauper, qui nihil dare poterat. & hoc erat olim, antequā medici haberēt salaria de publico.

[t] Tantum ea. scilicet salaria.

[v] Sani. iā facti ꝓ obseqis p̄stitis nō ea &c. ad qd ff. de va. co. l. medicus. & s. de post. l. quisqs. §. j. & de offi. præ. l. plebisc. & in aut. vt. iu. sine quoquo. suf. §. j. co. ij.

[x] SI qs. Aggregādus. vt qa est dignus tali honore.

[y] Iudicātib⁹, & iurātib⁹. vt no. s. e. l. magi. vbi no.

[z] Ita tamen. facit. j. de tyro. l. j. & s. de of. ma. off. l. iij.

† alias, mercedes autem eorum & salaria &c.

† alias, ipsi non possunt.

Mores boni omnes diuitias excedunt.

Cōspiratio & dolus quādo que in bonam partē sumuntur.

† alias, numerum ac statum veniat.

Medici salaria ex publico habere debent.

a Grammaticos, oratores. Alias rhetores, alias, oratores.

b Philosophiæ. licet misceat: tamē philosophi subeūt patrimonialia: vt. s. de mu. pa. l. professio. Vel dic, quod hodie per l. istā idem in eis sit priuilegiū huiusmodi principis, & secundū hoc derogatur illi. l. professio. & illi. ff. de vaca. mu. l. in honorib⁹. §. philosoph⁹. vt ibi not.

† alias, quod in cæteris ad priora subiectis vltimus &c.

c Archiatros. philosophiæ.

d Primi ordinis. quē habent cū erūt. seniores iter alios: vt. s. de decu. l. Alexandrinis. in prin.

e Vexentur. An à patrimonialibus: dic vt. s. eo. tit. l. magistros. Accur.

f Indempta. i. sine administratione habita dignitate, vel cum ea sic adepto canone: vt. j. de fun. pa. l. fin. in fin.

g Hospitandū. sic j. de meta. l. archiatros. & supra. l. magistros.

h Filiis. & de hoc dic vt supra. l. magistros. & fac. j. de co. consisto. l. ij. & s. de epis. & cle. l. ij.

i DE ATHLETIS.

Pugnantes virtutis gratia, athletæ dicuntur.

Athletæ dicuntur qui sine mercede gratia virtutis pugnabāt: vt. ff. de infa. §. l. athletas. in sacris certaminibus.

k Athletis i-ta de mū. ciuiliū &c. quod est in fi. si probentur per omnes &c. & si probentur coronati coronis &c.

† alias, seu in empta administratione.

l Per omnē. Quia à prima ætate didicit & studuit in hoc vt pueri qui à tenera ætate legūt: quasi alīs non possent esse perfecti. quod est not.

m Coronis. coronā. i. gloria victoriæ, cui etiā dabitur pecunia vel species aliqua, quæ priuata pactione non obligātur: vt. s. quæ res pig. obli. pos. l. pe. nec in causam iudicati capiuntur si aliunde possit satisfieri: vt. ff. de re iudi. l. commodis. & s. de exceptio. rei iud. l. stipendia.

n Sacri. & approbante principe. ad quod. ff. de po. l. Græca quę incipit, honoris gratia. & secus agonē &c.

tim veniat, sed eum ordinem consequantur, qui cæteris † ad priora subuectis vltimus poterit inueniri.

Magistri scientiarum qui fuerunt palatini, habent perpetuā immunitatem ab omnibus, & ipsi & eorū filij & coniuges. Bar.

Impp. Hono. & Theod. Augusti. XI.

Grammaticos, oratores [a], atque philosophiæ [b] præceptores, necnon etiam medicos, præter hæc, quæ retrolatarum sanctionum authoritate consecuti sunt priuilegia immunitatesque, frui hac prerogatiua præcipimus: vt vniuersi, qui in sacro palatio inter archiatros [c] militarunt, cùm comitiuam primi ordinis [d] vel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, nulla municipali, nulla curialium conuentione vexentur [e], seu indempta [f] † administratione seu accepta, testimonialē meruerint missionem, sint ab omni functione, omnibusque muneribus publicis immunes: nec eorum domus vbicunque positæ, militem seu iudicem suscipiant hospitandum [g], quæ omnia in filiis [h] etiam eorum & cōiugibus illibata precipimus custodiri. Hæc autem professoribus memoratis, eorumque liberis deferenda mandamus.

o In quibus. scilicet coronis.

p Vel. pro saltem.

q Rome. nouæ. q. d. vnam coronam dicunt habuisse in Roma veteri vel noua, & has merito gratię nō pro hoc quod corrumpant æmulum. i. secum luctantem.

TITVLVS LIII.

DE † ATHLETIS [i].

Qui tribus præliis fuerit coronatus, quorū vnū Romæ fuerit, excusatur à muneribus. Bar.

Imp. Alexander A. I.

Athletis ita demum [k] si per omnem [l] ætatem certasse, coronis [m] quoque non minus tribus certaminis sacri [n] (in quibus [o] vel [p] semel Romæ [q], seu antiquæ Græciæ) meritò coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur: ciuilium munerum [r] tribui solet vacatio.

TITVLVS LIIII.

DE IIS, QVI non impletis stipendiis sacramento soluti sunt.

Infamia remouet quem ab honoribus, non à muneribus & grauamine. Bar.

Imp. Antoninus A. II.

Ignominiæ causa sacramento [s] liberati, honoribus [t] abstinere debent: à muneribus autem ciuilibus excludendi [v] non sunt.

Causariè missus ante finem militiæ, à muneribus excusatur, non tamen habet priuilegia veteranorū, licet habet vacationē. B.

Imper. Diocle. & Maximia. A A. II.

Cvm ob prouectæ ætatis senium [x] sis

r Munerum. Restringe & dic munerum personaliū, nō patrim. vt. j. de mune. & hon. l. qui immunitatem.

s Gnominiæ causa sacramento. quo milites tenentur: vt not. ff. de infa. l. ij. §. miles. & no. qd quatuor sunt gn̄a missionū: honesta quā do finit militia: vt j. eo. l. fi. & causaria propter infirmitatē: vt. j. l. proxi. itē causa euitandorum munerū. itē ignominiosa: vt hic, & ff. de re milita. l. milites. §. missionum. Accursius.

t Honoribus. Ad quod s. de dec. l. infamia. & l. ne quis. & ff. de interdi. & relegatorū. §. fi. & ff. de mili. test. l. testamenta.

v Excludēdi. alias excusandi, & alias excusati. & idē in eo qui gratia vitandorū munerū quo ad munera: vt ar. j. q mili. non pos. l. ij. non tamen arcetur honore: cum non sit infamis: vt. ff. de infa. l. ij. §. est & quartū. Item quod infamis cogitur ad munera, verum est nisi in locis vbi morari non licet: vt. ff. de excu. tu. l. ... sed & si milites. §. ... sed ignomi. & in... fra de re mili. l. iij. ... an autē debeat inferi causa ignominiæ in missione: dic vt nota. ff. de infa. l. ... iij. §. ignominiæ.

x Cvm ob. Senium. senex: est qui lx. an. habet. vel. lxx. quo ad munera: vt supra qui ætate. lege finali. & sic propter corporis debilitatē: & ideo est causaria missio: vt. ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ. licet hæc honesta sit, id est, non inhonesta: vt subiicit. Accur.

Itaque

a Itaque. propter senium: non propter militiam: vt j.l.proxi.in princip.
b Numero. xx. ann. vt j.l.proxi. & sunt huius priuilegia. ff.de priuileg.per totum. & j.de priuile. vete. per totum. & infra.l.proxim.
c Permittit.s.perpetuo:sed temporalem habet vel vni⁹ anni vel biẽnij vel triẽnij vel quadriẽnij prout militauerit:vt ff.de re mil.l. iij.§.qui militię.& j.de exc.tu.l.sed & milites.§.j.& ij.
d Veteranis. non eorũ filiis: vt ff. de va. mu. l. in honorib⁹. §.vacationum.
e Personalũ: non patrimonialiũ: vt ff. de va. mun.l. in honoribus.§. accusationum.
f Conceditur.etiã si nõ appellet quod est speciale:vt s̃.qñ prouo.nõ ne.l.veteranis. alias secus: vt s̃.de app.l.ciues.
g Vigesimũ,vt j. de re mi.l. viginti.
h Causariã.nõ sufficit causaria nisi tẽpus sit completum militiæ: vt hic, & s̃.l.proxim.
i Cohorte. & sic non in legione vel vexilatione.
k Superuacuo.qa nõ habebis.s.perpetuo:licet ad tẽpus: vt s̃.l. proxi. Item fallit in cohorte vrbana:vt j. de excusa.tut.l.sed & milites. §.plane si quis. Item huic.l.est.arg. contra.ff.de infa.l. ij.§. exercitũ autẽ. cõtra: qa ibi odiũ ampliat, hic fauor restringitur. i quo est arg.cõtra. ff. de lib.& posth.l.cum quidam.posset plane legi vt excusetur, qui fuit in cohorte.et est sic.s̃.de thesaur.l. vna. sed pro prima est. s̃. qñ pro. nõ est nec. l.veteranis. & d. l. sed.& mil.§.plane.

† oneribus.

† Non enim debent solui milites nisi cõpletis stipẽdiis. & dicitur in c.j.in fi. extra, de renuntia.

† Hoc loco legio peditum est, vexilatio militum.qua de re vide Vegetium li. ij. de re militari.

† Malim legere, à quib⁹ muneribus.

dimissus:honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest.habebis itaq; a à ciuilibus muneribus necnõ etiam honoribus † vacationẽ: non tamen ea priuilegia, quæ iis cõpetunt, qui pleno stipendiorũ numero b funguntur, vsurpare te ius permittit c: quando non perfecto statuto militiæ tẽpore,nec omnibus stipendiis decursis,sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis †.

Iidem AA. & CC. III.

Veteranis d ita demum onerũ & munerum personalium e vacatio iure conceditur f,si post vigesimũ g annum militiæ,quàm † in legione, vel vexilatione militauerint,honestã vel causariam h missionẽ consecuti esse ostendantur. Vnde cum te in cohorte i militasse cõmemores:intelligis superuacuò k vacationẽ tibi velle flagitare.

TITVLVS LV.

QVIBVS † MVneribus l excusantur ĳ, qui post impletam militiam vel aduocationem per prouincias suis commodis vacantes commorantur, & de priuilegiis eorum, & de conductoribus vectigalium fisci.

Principales conductores,non conductores conductorũ vectigalium habent immunitatem. Bar.

Impp. Dio. & Maxim. AA. & CC. I.

Non alios à muneribus & honoribus † vacationem habere, quàm qui mancipatum m suo nomine n vectigal à fisco cõducũt o, certum est.quare eos, qui ab his p quædam exercenda accipiunt, nullis priuilegiis esse munitos, haud q dubĳ iuris est.

TITVLVS LVI.

DE LIBERTINIS.

Libertini non habent excusationem à muneribus.Bartol.

Impp. Dio. & Maxim. AA. & CC. I.

Conditio libertinitatis de muneribus ciuilibus r tribuere non potest s excusationem,ne in ea quidem ciuitate,vbi domicilium t libertinus habet.

TITVLVS LVII.

DE INFAMIBVS.

Infames remouentur à dignitatibus:non à muneribus realibus vel personalibus.Barto.

Imp. Antoninus A. I.

Infames † personæ licet nullis honoribus qui integrę dignitatis hominibus deferri solẽt,vti possint u:curialiũ tamen vel ciuilium munerum

l Qvibvs &c. De hoc nil est in nigro, sed in constitutione Græca sic.s̃. de reli. & ad Treb.& de incer.perso.
m Non alios. Mancipatum. id est conductũ vectigal: vnde manceps id est, conductor:vt s̃.de vectigal.l.si quis.
n Nomine.quare hoc dicitur, statim supponit. Item intellige hãc l. si sunt legitimi cõductores, nõ palatini,nõ curiales, nõ milites, nõ clerici:vt j. quibus ad cõdu. præ.fi.l.j.& in auth. de san. epis.§. aliud.
o Conducũt. & durat cõductio,vt.ff. de vac. mu.l.in honoribus.§. nõ alias. Item hoc priuilegium est fisci, qui habet eius bona obligata:vt hic, & ff.de iu.immun. l.semper.§.conductores.aliud in colono prædij fisci: vt s̃.ad munici.l.fi. §.j.& s̃.de exc.tu. l.coloni. sed in colono prædij Cæsaris idẽ quod i isto: vt ff.de iu.immu.l. semper.§.coloni.et qui pe.tu.l.fi.
p His.scilicet conductoribus.
q Haud.pro non. sic j.de vete.nu.po. l.j.in fin.& facit.s̃. ne tu. vel cu.l.j.

† oneribus.

DE LIBERTINIS.

Hic tractatus de obsequio ciuitati debito.s̃.de li.et eorũ li. dicitur de debito patrono:et sic non superfluit hic per illũ tit. Accur.

r Conditio. Ciuilibus.de honoribus. dic:vt s̃.si li.aut seruus ad decu.l.j.
s Non potest. nisi in casu: quod dic, vt s̃. de excu.tut.l. nec senatorum. Itẽ non obst.j.ne quis lib.in.act. reipu. l. j. quia ibi est de actu seruis tantum conuenienti.
t Domicilium. nedum in ea nisi per patronum: & sic vtrobique:vt ff.ad mu. l. de iure.§. liberos.

DE INFAMIBVS.

Differt à tit. de infa.s̃. qa ibi de causis infamiæ: hic de iure infamium: sic non superfluit.

† Cõcor. c.inter dilectos extra de excel.prælat.in c.per inquisitionem.in gl. verb.indignũ. post princi.extra,de ele.

u Infames. Vti possint. nec nouiter delatis ĩmo perdũt veterẽ:vt hic, & ff. de iud.l.iudices.& l.neq;.& s̃.de decur. l. infamia.& de decu.l.infamia. & de re mil.l.ij.ad ho ff.de posthu.l.j. §. remouet.& de iu.l.cum prætor.§. non autem. & de offi.asses.l.iij.& de test.l.iij.§.lex Iulia.sed arbiter potest esse

vt ff. de ar. l. Pædius. & procurator & tutor vt instit. de excep. §. fi. & ff. de postu. l. j. §. sed est æquissimum.

a Non habēt. ad hoc. s̃. de decur. l. nec infames. & de iis qui nō imple. stipē. l. j. ibi, quippe criminosum &c. vt s̃. de decu. l. ne quis. nec pœna tribuit immunitatē: vt l. relegatorū. §. fi. ff. de inter. & releg. & male meritis &c. vt ff. depo. l. bona fi.

DE REIS postulatis.

b REos criminis. secus si pecuniæ sit debitor, nisi i duob⁹ casibus: vt ff. de mu. et ho. l. rescripto. §. debitores: & j̃. de deb. ci. l. j. & nisi sit status quęstio: vt ff. de re mi. l. q status. Idem si quæstio sit omniū vel magnæ partis bonorū: vt arg. inst. de excusa. tutorum. §. item propter litem.

c Postulatos. i. accusatos.

d Nouos veterem retinet: vt ff. ad municip. l. libertus. §. i qōnibus. sed nec testis potest fieri: vt ff. de testi. l. in testibus. nec pcur. vt s̃. de procu. l. reū. nec nomē militię dare: vt ff. de re mili. l. fi. Itē nō postulatus: secus si nō postulatus: vel postula. sed destitit accusator: vt ff. de mu. & ho. l. rescriptum. §. si quis. Itē hæc phibitio intra annū locū habet, non post: nisi steterit p accusatū quo min⁹ pcedatur: vt ff. de mu. & ho. l. reus. Itē an ad munera? Respō. sic, vt in simili quęstio. not. s̃. tit. j.

vacationem non habēt [a], sed solennibus indictionibus, ob tutelā publicam eos satisfacere necesse est.

TITVLVS LVIII.

DE REIS POSTVLATIS.

Pēdente processu criminali nō pōt quis ad honores vocari. Bart.

Imp. Alexander A. I.

REos criminis [b] postulatos [c] nouos [d] honores appetere nō debere ante quàm purgarint innocētiam suam, & à diuis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est.

TITVLVS LIX. [e]

DE IIS, QVI IN exilium dati [f] vel ab ordine moti [f] sunt.

Imp. M. Anto. Diog. I.

QVibus posthac ordini suo, vel aduocatiōibus ad tēpus interdicetur, post impletū temporis spatium [g] non prorogabitur infamia.

Imp. Gordianus A. II.

AD tempus exulare decurio iussus, et impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit [h] dignitatem, ad nouos verò honores non ad mittitur: nisi tanto tempore his abstinuerit, quā to per fugam [i] absuit.

TITVLVS LX.

DE FILIIS FAmilias [k] & quemadmodum pro his pater teneatur.

Qui consentit decurionatui filij emancipati, non obligatur: secus si ille filius erat in potestate, & ille videtur consentire, qui non dissentit. Bart.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. I.

PAtrem emācipato filio consentientē ad decurionatū, non teneri [l], dubij iuris nō est. tūc enim cōsentiendo pater ad decurionatū, obligatur [m], si filiū in potestate habeat. Cōsentire [n] autem etiam is videtur, qui non testificatur [o] dissentire † nominationi.

Appellare à nominatione facta de filio, est consentire. Bar.

Imp. Antoninus A. II.

CVm appellasse te dicas [p], ostendis [q] causam ad te pertinere. potueras enim cōtestari, & nō cōsentire oneri ei delato.

Filius in potestate cum patre ad idem munus non debet vocari: secus si sit emancipatus. Bart.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. & CC. III.

e DE IIS QVI IN &c.

Quia rei postulati sic puniuntur: ideo de hoc dicit. vel quia & hi sicut superiores arcentur honore: ideo de his dicit. vel quia infames fiūt sicut damnati: ideo post infames de his dicit. Et not. q triplex est exiliū: vt ff. de i nte. & rel. l. exilium. & prout accipietur pro relegatione. dic. q pręses potest relegare, si habeat insulam: alias non, sed deportare: vt eo. ti. l. relegatorum. in prin. & l. impe. in prin. & l. inter pœnas.

Exilium triplex.

f Moti per sententiam.

g QVibus. Spatium. nec distinguitur quo crimine &c. vt ff. de post. l. impator. & s̃. de infa. l. & si seuerior. et dic contraria vt in qualibet earum not. ff. de infa. l. quid ergo. §. pœna grauior.

h AD tempus. Recipit. si crimen non importet infamiam alias secus: vt ff. ad mun. l. ordine. & dic, vt ibi not. & de decu. l ij. §. non idem erit. Accur.

i Per fugam. s. latam quæ est species exilij: vt ff. de interdi. & releg. l. exilium.

k DE FILIIS fa[milias].

Quia in exilium dati vel ab ordine moti tenentur reddere rationē, ideo qualiter filius honoribus obligetur: & pater pro eo teneatur, dicit.

l PAtre. non teneri. nisi fideiubeat pro eo expressim, vel nisi emancipauerit eam in fraudem: vt ff. ad muni. l. fin. §. antepen.

m Obligatur. insolidum: vt ff. de admi. re. ad ci. pert. l. si filius. filius tamen primo excutitur: vt ff. ad mu. l. libertus. §. j. & de decu. l. j. Item adoptādo cōsentire videtur: vt ff. ad mu. l. Lucius, §. idem respōdit. cum alias non consentiens non te[†] netur, nisi de pecu. vt. j̃. l. fi. est & aliud necessarium quod filius sit habilis ad munus, ad quod vocatur: vt s̃. de est. ho. non con. l. j. §. de bap pro infante. Item & ci hic tenetur reipub. sci non autē illis, quibus nocuit in officio constitutus: vt ff. ad mu. l. j. & ij. licet quidam contra argu. s̃. q cum eo. l. Accurs.

n Consentire. No. de tacito consensu: vt ff. ad mu. l. j. argu. contra. ff. de procur. l. filiusfamil. §. inuitus. cum concor. Itē ar. cōtra. ff. de tute. l si filius. sed manere potuit etiam nominationi contradicens.

o Testi. coram ordinario, vel habili: vt ff. de deci. l. honores. §. fina.

p CVm appellasse te dicas. nomine tuo proprio, non filij. Accursius.

q Ostendis. nam grauati appellant, infirmi volunt curari. nam nec opus est medicus sano &c. sic ff. rem rat. hab. l. iij. §. falsus Sed contra. ff. de decu. l. spurij. §. pater. Sol. hic nomine sui grauaminis appellauit: & ideo sibi præiudicat. ibi pro filij grauamine. Vel sol. vt ibi. Itē cōtra. ff. de appel. l. si expressim. sed ibi ipso iure non tenuit. Item ar. contra. s̃. de postu. l. j. Accurs.

a Sij. Ad protostasiæ. Quod est patrimonij: & quale sit, dic vt s. de mu.patri.l. nec protostasiæ. & facit.ff.de mu.& ho.l. iij.§.si filius. §. quod pater.& §.si duo.& l.honor.l.plebei.Accur.

b Sine periculo tuo.sine periculo facultatũ tuarum & honoris.

SI iis, qui cum patre ad protostasiæ [a] munus vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberẽtur, cùm ex eadẽ familia hoc modo † duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sanè eos, quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatiõe retinere debebis.

† alias, ac domo.

Pater non tenetur pro filio curatore creato, sed qui eum nominauerit, tenetur. Bar.

Iidem A A. & CC. IIII.

SIne periculo tuo [b] magistratus filium tuum curatorem constitui, nec appellandi tibi necessitas incumbebat [c]. Sanè nominator, qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus deuocauit [d], si tamen ex voluntate tua antea filius decurio [e] factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

TITVLVS LXI.

DE PERICVLO successorum parentis.

Onus dignitatis quæsitæ per patrem transit ad hæredes. Bartolus.

Imp. Alexander A. I.

c Incũbebat. nec filio si dicas curatorẽ adulto, vel furioso, vel simili datũ. vel dic operis publici: & tũc filio imminet onus appellãdi, vt. ff. quando app. sit l.j.§.si quis. & §.alia. & adiũge hic, si tamen &c. Itẽ dicas nõ teneri in solidum filiũ, sed de peculio. sic. s. quod cum eo.l.j.

d Deuocauit. accipe detrimento. &c. Accursius.

e Decurio. nã tũc tenetur in solidũ: vt s. quod cũ eo. l. j. & facit. s. eo. l. j. & de decu.l. filios.

DE PERIC. successorum paren.

f SI de p prio. Editionem. vt quod promisit pecuniã pro honore filij habẽdo vt. ff. de mu. & ho.l. æstimatio. §.j. & secũdũ hoc dic editionẽ id est: pretiũ qđ edit aut datur pro honore vel promisit subiturũ onus honori admissũ. ad qđ. ff. ad mu.l.ho. in prin.

g Sacerdotem. dignitas cũ sumptu: vt. ff. ad muni.l cũ sponte. in princi.

h Erogationis. s. prædictæ. & dic si patre viuẽte habuit munus filius. & ita habet locum quod hic dicit & s. de decu.l.j. & l. in successione. & ff fa.er.l. si filia. §. idem scribit. scilicet ꝙ ipse pater teneatur, & eius hæredes, siue promisit, siue etiam tantũ sciebat, & non contradicit. Si autem cœpit gerere post mortem patris, non tenentur hæredes patris regulariter etiam si pro alio filio dum vixit pater, subiit onus simile, & etiã si filius iste viuo patre fuit decurio: sed munus pro quo quæritur subiit post: vt. ff. de mu. & ho.l. & si filiũ. & d. §. idẽ scribit. & l. ex patre. §. filius. Fallit autẽ in duobus casibus. primus si pater in vltima voluntate voluit cõtra: vt. ff. de mu. & ho.l. iij. §. fi. Vel nisi inter viuos fuit professus, quod de suo hoc onus volebat expediri: vt. ff. famil. erciscun.l. filia. §. Neratius. Item hæc, quę primo dixi, sunt vera: si minus erat tale, quod nec vendi poterat, nec ad hæredem filij aliquid peruenire poterat, alias forte solus filius teneretur. Accur.

DE MVLIERIBVS, IN quo loco munera sexui congruen. &c.

SI de proprio suo patrimonio † muneris editionẽ [f] tuo nomine pater tuus repromisit, ideoq́ etiam sacerdotẽ [g] te creari impetrauit: onus erogationis [h] commune omnium hæredum eius esse, prę ses prouincię non ignorabit.

† Muneris ditio quid hoc loco significet, explicat Anto. Augu. lib. singu. ad Moste. in annot. ad cap. vs.

TITVLVS LXII.

DE MVLIERIBUS, in quo loco munera sexui congruentia, vel honores agnoscant.

Mulier in loco domicilij mariti subit munera personalia: patrimonialia verò in loco, quo est patrimonium. Bart.

Imp. Philippus A. I.

EAm, quæ aliunde oriunda, alibi nupta est [i], si nõ in vrbe Roma, [k] maritus eius cõsistat, nõ apud originẽ suã, sed apud incolatum mariti ad honores [l] seu munera, quæ personis cohærẽt, quorumq́ is sexus capax esse potest, compelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonij verò munera necesse est mulieres in iis locis, in quibus possidẽt [m], sustinere.

i EAm quę. Nupta est. iure: vt. ff. ad mu.l. fi. §. iidẽ rescripserunt. idem & in vidua: vt. ff. ad mun.l. filij. §. j. & ad hoc s. de incol.l. fi. cũ cõcor. secus in despõsata: vt. ff. ad mun.l. ea quæ. idem in virgine, vel nõ iure nupta, vel corrupta: vt. ff. ad munici.l. de iure. §. fi. & s. de mu. & ori.l. filios.

k Roma. quia ibi est multitudo hominũ: vt in auth. de tab. vel ecõtra lege si, pro quã uis, quasi non sit dubiũ si ibi nubat: vt. ff. ad mu. l. Roma. sed prima placet.

l Ad honores hoc ad vtrunque est cõtrariũ. ff. de mu. & hon.l. iij. §. corporalia. sed de honore dic sine administratione. ad quod. j. de dignita.l. mulieres. Vel dic qđ ex certa sciẽtia principis scilicet illa non obstãte. ad quod. s. de nup.l. imperialis. §. similẽ. quæ placet. quia hic subiicit cõpelli. Item ad munera dic. s. personalia, non omnia vt in contrario, sed quędã vt hic subiicit, & intitu. hic: quod dic vt ff. de re iudicata.l. ij. & hoc nisi preuenta. vt. ff. ad muni. l. incola & de iu. om. iudi.l. cũ quædam.

m Possident. contra. s. de incol.l. cũ neque &. ff. ad mu.l. libertus. §. sola. Sed dic hic dici de patrimonialibus: vt. ff. de mune. & hono.l. rescripto. §. fin. sed pro dote vel dotali prædio quis soluit: Respondeo vir, sicut & tributum: vt. ff. de vsufruct.l. hactenus. §. fin. nec ob. ff. ad municipalem.l. Lucius. §. idem respondit constante, quia illud quo ad personalia per legem supra de decurioni.l. ad subeunda. Item, si alibi domicilium, & alibi prædiũ quod indicatur personæ pro rebus in loco domicilij, an alibi etiam res posita æstimabitur: Respon. non: quia sic iam pro ea duobus locis solueretur, & esset altera in tributo & altera patrimonialis præstatio: vt. ff. de cẽsibus.l.

forma.§. si vero. quod esse non debet. & fac.s̃.de mu. pa.patrimoniorum.

a DE LEGATIONIBVS.

Dixit de muneribus in genere, nunc in specie de hoc quod est personale munus. vt. ff.de mune. & ho.l.j.§.j. & l.fi.§.leg. & dicitur legatus qui à ciuitate vel prouincia mittitͤ ad principem vel ad aliū: vt hoc titu. aliàs legatus procon. vt.ff.de offi.procō.l.obseruare.§.j.& l.fi. aliàs legatus ecclesiæ ad papam, vt in authē. de sanc.epis.§. si vero episcopus.colla. ix. alias qui mittitͤ à principe, vel papa, de quo est.ff. de offi.asses.l.diē functo. priuatorū licet nobilium dicuntur nuntij vel missi ad causam definiendā. dicitͤ delegatus etiā à principe missus: vt.s̃.de iudi.l.à iudice. & no. quod debitor reipub.ea fungi non potest, aut is qui non habet ius postulandi, vt infames, licet debitor fisci non prohibeatur. Item vicarios dare nō possunt nisi filios, & quādo absenti est iniūcta quā gratuito suscipit. Itē libellū principi dare non potest nisi de his quæ ad iniuriam vel eius pertinent damnū: vel pupillæ suæ. Itē ordinatim eligitur nisi necessitas sit: vt. ff. e.l.iij.& l. si absenti. & l.legatus. & l. Paulus. Item non amplius quā semel nisi sit necessitas.ff. de mu. & hono. l. æstimatione.

TITVLVS LXIII.

DE LEGATIONIBUS [b].

Impp. Valeria. & Gallien. A A. I.

PAter triū [b] incolumiū liberorum legationib⁹ publicis liberatur.

Iidem A A. & Valeria. Cæsar. II.

CVm vos [c] proprio [d] nomine sumptus [e] ob defensionem [f] publicam susceperitis, id, quod ad proprias erogationes collega vester acceperat, non vobis reddere hæredes eius oportet [g]: sed si in ea causa est, vt restitui omnino oporteat, reipubli. debent potius inferre. Sanè si honorariis aduocatorum erat ea quātitas [h] destinata, restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, non iniuria postulatis [i]. eum autem collegam vestrum quem à defensione patriæ destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis [k].

Legatio transmarina tribuit vacationem biennij: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit. Bart.

Impp. Diocle. & Maximia. A A. III.

TRansmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennij vacationē munerum ciuilium [l] & honorum † habere, non eos, qui de proximo [m] obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

Qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem à muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Bart.

Imp. Constan. A. IIII.

VNiuersi omnino ex comitibus [n], vel præsidibus, qui suffragio perceperint dignitates, ciuilibus oneribus muneribusq́ teneantur adstricti, nec commoda publica [o] cum vmbratili suffragiorum pactione [p] lacerentur. eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt [q].

In ijs quæ publicam vtilitatem respiciunt, non valet reformatio facta à prouinciali-

b PAter trium aliàs quinque exiguntur: s̃.de iis qui nu.li.l.nepotes. & est ratio: quia peregre vadit, & eos deserit, & est alia excusatio à legatione. vt.j.l.iiij. & alia atque alia: vt. ff. eod.l.sciendū.§. si accusatio. & §.ordine. & aliæ de quibus dictum est. s̃.de excu.mu.

c CVm vos. id est, tu collega.

d Proprio. i. separatim.

e Sumptus. vel sumptus tantum, vel salarium de quo sit sumptus.

f Defensionem. syndicus ergo erat, vel erant: vt de mune. & ho.l.fi.§.defensores. vel defendebant non strepitu iudicij, sed alias. & facit. s̃.de infa.l.neminem.

g Oportet, sed hoc quando? Respon. si deseruit & spōte, vt hic, quo casu etiā extraor. punitur: vt. ff. eo.l.j. si autē vrgēte necessitate, tūc nō reddit: vt.ff.eo.l.legatus antequā.§.j.& hoc innuit. & idē de comitib⁹ eorū: vt de of.as.l.diē. si autē est dubiū, ipse debet probare necessitatē: vt.ff.eo.l.ij.§.j.& secundū hoc non sunt cōtra.ff. de va.co.l.j.§.diu⁹. & s̃.de adu.di.iudi.l.post duos. Ac.

h Ea quantitas. quam repetis ab hæredibus collegæ.

i Postulastis. vtili pro socio, vel act. in factū quibus debet solui, cū per eos hæredes nō stet: vt quia iā præstiterūt aduocatis: vt.ff. lo. l.q operas.§.diuus. & j̃.sum.iniun.mu. l.j. Vel hic simoniace: vt.j̃.de mun.l.ij. ibi, non.

k Potestis. & punietͤ extraor. vt dixi. nec nocet sociis alteri⁹ cessario: vt.ff. eod.l.ij.§. cessario.

l TRāsmarina. Ciuiliū. sine legatione, alias sine alio personali munere: vt. ff. de va. mu.l.legato. & ff.e. l.Paulus.§.j.

† o- rum.

m De proximo. secūdū hoc intelligūtur. s̃.de ho.nō con. l.ij. & ff.e.l.Paulus. §.j.in prin. & l.fili⁹. Itē hoc qñ suo nomine non pro alio: vt.ff.e.l.si filius. & l. vicarius. quia in casibus tantum per mittitur per alium, vt ibi notaui.

n VNiuersi. Ex comitibus. i. vniuersi comites pſidū vel pro cōsulū. & ipsi etiā præsides qui habēt dignitates. s. prædictas teneantͤ &c. sed certe imo & his similes excusantur à personalib⁹: vt.j̃.de exc.mu l.eos. & ff. de vac. mu.l. legato.§.comites. quæ sūt cōtra. Sol. hic pceperūt suffragio. i. auxilio, & ita per impetrationem. ibi ex mera liberalitate: quia meruerunt. ar. ff. quod quisq; iur.l.iij.in princ. vel hic perceperunt suffragio. i. promissione. i. hoc pacto quod nihilominus cū opus fuerit suscipiēt munera, & præstabūt auxiliū: & sic pactū seruādū: vt ar.ff.de iu.immu.l.ij. Vel dic suffragio. id est ppter suffragiū. s. salariū qđ habituri erāt ibi gratis, & secūdū hoc habeas in litera suffragio dignitates. alij habent suffragia dignitatū. i. salaria, & tūc locū habet vltima sol. vel dicas oīa plane hic finitus erat præsidatus: ibi, non, & sic bene sequitur exceptio legati.

o Publica. quæ sunt in muneribus subeundis.

p Pactione. quia pepigerūt, & nō subeūt. & sic facit p secūda sol. secūdū alios dic, à nō vmbrabili. q a dicit tacite intellectum ex quo habet dignitatē. q nō teneat ad munera alia: q non est verū, nisi scđm qđ dictū est.

q Versati sunt. hi enim si primo pſides & postea legati fue-

ti fuerunt biennio, vacant à muneribus personalibus & oneribus: vt s. l. proxi. non quia præsides sunt, sed quia legati fuerũt, licet præsidatum ad sui petitionẽ habuerint: vel licet pacto, vel licet ꝓ salario, vel licet per ceperint salaria ante ꝓ honoribus vel muneribꝰ à quibus modo vacant, sed forte reddunt ꝓ tẽpore, quo euitãt: vt no. s. l. ij. vel melius dic de legato. quia licet superiores dignitates non excusent vt dictum est: legatio tamẽ sola excusat. & semper dic intra tẽpora: vt s. l. proxi.

a SI quod. Postulat. à præside vel à prouincialibus. & dic de aliquo quod pertineat ad publicã vtilitatẽ prouinciæ. si autẽ de causa, quæ sit inter priuatos: tunc habet locum s. de rela.

b Nostræ sedi. pro eodem.

c Omnes. prouinciales assidẽtes præsidi. vel dic qui sũt assidentes præfecto, vt statim dices.

d Ordinarij. i. præsidis prædicti, qui cõsulit. & subaudi vt definiat per se. ad quod s. de rela. l. j. Vel dic. i. præfecti. & tũc subaudi tantũ. qa quãdoq; ad nos remittet vt sub ficit. vel dic ordinarij. qui vice principis in palatio, vel vice præfecti ordinarij cognoscebat.

e Quibus. scilicet desideriis.

f Fortuitis. s. super uenientibus. Acc.

g Vobis. loquitur præfecto prætorio Illyrici. q. d. non aliter definiendũ nisi principi quandoque, vt subiicit.

h Implenda. q. d. si per te potes expedire, facias, vel ad nos remittas.

i Prouincialium. vel dic de legendo legato.

k Sententia. prouincialium assidentium præsidi & in quo conueniunt ad principem consulendum.

l Partis. ad hoc. s. de dec. l. nominationum. & j. eod. l. proxi. & ff. de tu. & cu. l. vbi. & de dec. ab or. fa. l. ij. & quod. cu. vni. l. nulli. & ad mu. l. quod maior.

m QVoties. Destinatur. ad nos.

n Præcipimus. s. conuenire. quod est. j. si non ægri. &c. & no. ar. in electionibus. ad quod in auth. de hær. & Fal. §. si vero absunt. col. j.

o Firmata. super quo volunt consulere.

bus, etiam consentiente præside, nisi per præfectum vel principem fuerit approbata. Bart.

Impp. Theod. Arca. & Hono. AAA. præfe. præto. Illyrici. V.

Coloni censibus duntaxat adscripti, sicuti ab iis liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt [c]: ita iis, quibus annuis functionibus, & debito cõditionis obnoxij sunt, penè est, † vt quadam dediti seruitute videantur: quominus [d] est ferendum, vt eos audeant lite pulsare [e], à quibus ipsos, vtpote dominis, vnà cum possessionibus distrahi posse non dubium [f] est. quam decetero licentiam submouemus: ne quis audeat domini nomen in iudicio lacessere: & cuius ipsi sunt [g], eiusdem omnia sua esse cognoscant. Cùm enim sæpissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino prædij, aut vendere, aut alio modo alienare liceret [h]: quemadmodum contra eius personam æquo poterit iure consistere [i], quem ne propria [k] quidem leges sui iuris habere voluerint: & adquirendi tantùm, non etiam transferẽdi potestate permissa, domino & adquirere, & habere voluerint. Sed vt in causis ciuilibus huiusmodi hominũ generi aduersus dominos vel patronos [l] aditum intercludimus, & vocem negamus (exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi præbuerunt [m]) ita in criminum accusatione, quæ publica est, non adimitur eis propter suam suorũq; iniuriam experiendi licentia [n].

TITVLVS L.

DE COLONIS palestinis.

Coloni Palestini non possunt à terra recedere sicut alij: & eorum dominis datur reuocandi plena potestas. Barto.

Imp. Valen. & Valens A A. I.

censiti simpliciter dicebantur. At tu fusius videre si cupias de his Budæum adito. & Aulũ Gel.

† alias, vt quadã debita seruitute videantur adstricti.

a Poterit habere præsentiam. dummodo competens sit scilicet ordinarius rei: vt. s. de iuris. om. iudi. l. iuris.

b Prohibeatur. nec obest colono, q aliquando sit per vim exactus: vt ff. de mu. & ho. l. cura. Et no. pronũtiari de futuro, vt in negatoria: vt ff. si ser. vẽ. l. egi. Itẽ ar. cõtra. ff. de vsu. l. j. §. j. & facit ad hanc. l. s. tit. ij. l. cum satis. §. caueant. & l. colonus. & l. j. & s. lo. l. legem. & de discu. l. j. & in auth. de quæstore. & s. de agri. & manci. l. dominicos.

c Coloni. Non faciunt. sed domini præstãt p eis: vt. s. tit. ij. l. iiij. & no. q in eorum constõne exigitur scriptura, vt hic dicit. & s. tit. ij. l. colonos. sicut ĩ adscriptitio.: vt s. tit. ij. l. cum scimus. sed differunt: quia hic est ex adscriptitio natus secundũ quosdam. Vel censitus est, qui certã annuã pẽsionẽ dño soluit vt hac. l. adscriptitius qui incertã vt dimidiã fructuum secundum Io. Alij dicũt censitum, pro quo dñs præstat cẽsum, & scribit in cẽsum: vt cæteras res suas: vt in authẽ. de col. §. j. col. ix. & s. tit. eo. l. iiij. & s. de episc. & cler. l. quisquis. & j. de re mi. li. l. quicunque. Sed certe hoc debet facere de omnib9 adscriptitiis & colonis: vt. ff. de censi. l. forma. §. si quis inquilinũ. Et not. q quandoque large accipitur censitus: vt etiã adscriptitiũ comprehẽdat: vt. s. titu. ij. l. definimus. quandoque stricte: vt hic dicitur.

d Quominus. i. adscriptitij. si habeas quod. i. ppter quod alias quomodo est ergo ferendum &c.

e Lite pulsare. vt. s. eo. l. j. & j. ea. l. in fi. & s. tit. ij. l. definimus.

f Non dubium. vt. s. titu. ij. l. quemadmodum eadem est conditio inquilinorum: vt supra titu. secundo. l. definimus.

g Et cuius ipsi sunt. Coloni non serui, & sic quo ad seruitium, nõ quo ad dominium. nam sæpe vulgariter dicit amicus amico: tuus in omnibus sum, me tuũ esse recognosco. secundũ Py. sic alias omnia, principis esse intelliguntur. s. quo ad iurisdictionẽ, non dominiũ vel vtilitatẽ: vt. C. de quadr. præscri. l. fi. nec obest, q non possunt alienare, vt subiicit. nam nec maritus fundum dotalem: vt institu. quibus alie. licet. in prin. nec hæres rem legatam: licet sub conditione: vt. s. cõmunia de leg. l. fi. §. sed quia. & tamen sunt domini. Item pro hoc q liberi & suarum rerũ domini. s. tit. ij. l. iiij. vbi dicit eos cõscriptos in propriis prædiis. Sed an actio de peculio detur in dominũ? Rñ. sic vtilis vt no. s. tit. ij. l. ne diutius. Accur.

h Alienare liceret. vt & s. de epis. & cle. l. si quis presbyter. & l. iubem9. in prin. nec ecclesiã intrare: vt dis. liiij. c. si quis obligatus. & vij. q. ij. c. si quis. An autem testaris. Quidã q non arg. huius. l. & s. de secun. nup. l. si q pprioris. §. illud. Itẽ quia serui dicuntur. vt s. tit. ij. l. ne diutius. & l. queadmodũ. Sed dic, q potest inter suos de sua familia, nõ inter alios. arg. s. de hær. l. cognouimus. & de ince. nu. l. si quis incestas. Itẽ pro hoc quia & liberi dicuntur: vt s. tit. ij. l. cum satis. §. j. & de hoc not. insti. de iur. per. & s. titu. ij. l. ne diutius. Accur.

i Consistere. sic ergo si de facto agat non valet iudicium nec sententia sicut nec si seruus cõtra dominũ, nisi in casibus: vt. ff. de iudi. l. vix.

k Nec propria. prorsus. sunt tamen domini: vt modo not.

l Vel patronos eundem vocat patronum: vel dic post manumissionem: sed tunc poterit cum venia, vt libertus.

m Præbuerunt. vt s. l. j. & titu. j. l. cum satis. §. caueant.

n Licentia. non aliter. ad quod. s. qui acc. non pos. l. si quis. & ff. de iure fisc. l. ij. §. impetrat or. & s. de dila. l. fi. & de quæst. l. j. & in auẽ. de quæstore.

CVm per alias prouincias, q̄ subiacent nostræ serenitatis imperio, lex [a] à maioribus constituta, colonos quodam æternitatis iure detineat, ita vt illis non liceat ex iis locis, quorum fructu releuantur [b], abscedere, nec ea deserere, quæ semel colēda susceperunt, neq; id Palestinæ prouinciæ possessoribus suffragetur [c]: sancimus, vt etiam per Palestinam nullus omnino colonorum suo iure, velut vagus ac liber exultet, sed exemplo aliarum prouinciarū, ita domino fundi teneatur, vt sine pœna suscipientis non possit abscedere: addito eo, vt possessionis domino reuocandi eius plena tribuatur authoritas [d].

TITVLVS LI.

DE COLONIS Thracensibus.

Thracenses capitatione tributa non præstant, sed tributa terræ: non tamen possunt à terra discedere: & occultans vel retinens colonum Thracensem ipsum restituet domino cum peculio, & cum agnatione: & punitur in duabus libris auri. Bar.

Impp. Arcad. & Honor. AA. I.

PEr vniuersam diœcesim Thraciarum sublato in perpetuum humanæ capitationis [e] cēsu iugatio tantùm terrena soluatur. & ne forte colonis tributariæ sortis nexibus absolutis [f], vagandi, & quò libuerit recedendi facultas permissa videatur, ipsi quidem originario iure teneantur: & licet conditione videantur ingenui [g], serui tamen terræ ipsius, qui nati sunt, existimentur: nec recedēdi [h] quò velint, aut permutandi loca habeāt facultatem: sed possessores eorum iure vtantur, & patroni solicitudine, & domini potestate. Si quis verò alienum colonum suscipiendum retinendumve crediderit: duas auri libras [i] ei cogatur exoluere, cuius agros transfuga cultor euacuauerit: ita, vt eundem cum omni peculio suo & adgnatione restituat.

TITVLVS LII.

DE COLONIS † Illyricanis [k].

Coloni Illyricani origine, à terra se separare non possunt: & contra facientes reuocantur & reuocati subduntur in vinculis. item receptantes eos licet incognitos puniuntur. Barto.

Imppp. Valen. Theo. & Arcad. AAA. I.

COlonos inquilinosq;, per Illyricum, vicinasq; regiones abeundi rure, in quo eos originis adgnationisque meritò certum est immorari, licentiam habere non posse censemus [l]. Inseruiant terris non tributario [m] nexu, sed nomine & titulo colonorum: ita vt si abscesserint [n], & ad alium transierint, reuocati vinculis pœnisque subdantur: maneat quoque in eos pœna qui alienum & incognitum [o] recipiendum esse duxerint: tam in redhibitione operarum & damni, quod locis, quæ deseruerant, factum est: quàm mulctæ, cuius modum in authoritate iudicis collocamus: ita vt etiam dominus fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cùm ad criminis ratio-

a CVm per alias. Lex. in genere ponit lex. nā multę leges hoc dicūt: vt s. tit. iij. l. omnes. & l. seruos. & l. colonos. & aliæ plures.

b Releuatur. i. cultura propter quam fructus quærit, releuatur ab iis oneribus extraordinariis, quibus tributa faciunt eos subiectos. vt s. tit. j. l. j. & s. ti. iij. l. j. & l. colonos.

c Suffragetur. q. eorum coloni recedebant à solo quasi priuilegiati: q. nati in terra, ī qua Christus natus est.

d Autoritas. non ergo cadit à suo iure sic reuocādo. ar. j. de met. l. deuotū. & s. qn̄ li. vni. sine iu. l. j. & in auth. vt iu. sine quoquo suffra. §. necessitatem. colla. ij. & j. titul. j. l. j.

DE COLONIS Thracensibus.

e PEr vniuersam. Capitationis. pro capite non præstant. sic s. titu. iij. l. j. sed pro terra sic: vt oēs alij: vt s. sine cen. l. oēs. & est alias subiugatio in litera: quia oneri homines subiugantur p terra: vł quia sub iugo terra colitur. alias iugatio. et tūc idem sit sensus & ad hoc in authē. de manda. princ. §. coges.

f Absolutis. quantum ad capitationem.

g Videantur ingenui. not. non igitur serui. Accur.

h Nec recedendi. sic s. de ag. & censi. l. seruos. & l. colonos nunquam. & j. tit. proxi.

i Libras. no. pœnā suscipiētis Thracensem: sed qui tributariū priuati: tūc dic vt s. de agri. & censi. l. seruos. idem si Palestinum secūdum Pý. De Illyricanis dic vt j. ti. j. si patrimonialem Imperatoris: dic vt j. de fu. co. l. ij. cætera dic vt not. s. de ser. fu. l. quicunq;. & facit s. de agri. & censi. l. cū satis. §. fin. & in aut. de mā. prin. §. sed etiam. col. iij. & s. de ope. li. l. fin. & s. ti. j. & j. titu. j. & s. de argr. & censi. l. omnes.

k DE COLONIS Illyricanis. Id est, de Illyrico, id est, Sclauonia [†].

l COlonos. vt s. ti. j. Accur.

m Nō tributario. id est, nō tanquam tributarij: nā tunc posset recedere cū vellet. Accurs.

n Abscesserint. alias accesserint. Accurs.

o Incognitū. sciebat tamen alienum ne sit contra. s. de ser. fug. l. quicunq;. in fi. & s. de agr. & cen. l. cum satis. §. fi. alias esset iniquū. Adde quod not. s. titu. j. in fi. ad quod est. ff. de fur. l. falsus. §. qui alienum. & arg. ff. nau. cau. sta. l. fi. §. seruorum. & vnde vi. l. cum quę rebatur.

† Illyrium seu Illyris aut Illyria regio E pirri contermina est, Italię propinqua ab Illyrio, vt nonnulli volūt, Polyphemi filio aut vt quibusdā placet, Cadmi filio cognominata: q̄ fines habet Italiā hinc illinc Germaniam, Macedoniam, eidem Thraciā & Epirum.

† alias, Illyricianis.

Quod

nẽ solùm illud sufficiat, quod incognitum [a] sibi tenuerit. Seruum etiam in memoratis regionib⁹ si quis receperit, ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneatur: operarum præterea compendiis [b] damnisque præstitis. In libertis etiam, quos pari vsurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos colonos [c] duximus retinendum.

TITVLVS LIII.

VT NEMO AD SVVM PATROCInium [d] suscipiat rusticanos, vel vicos eorum.

Imper. Leo A. Erythrio præf. præt. I.

Si quis post hanc nostri numinis sanctionẽ in fraudem circunscriptionemque publicæ functionis [e], ad patrociniũ cuiuscunque conditionis confugerit: id, quod huius rei gratia geritur sub prætextu donationis vel venditionis, seu conductionis, aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus, qui talia instrumenta conscribere ausi sunt, bonorum proscriptione plectendis qui tamẽ sciẽtes ausi fuerunt [f] huiusmodi instrumenta conscribere. vicis etiam vel possessioĩbus ad patrocinia confugientium, publico vindicãdis. Hæ autem personæ, quæ contra publicam vtilitatem in clientelam suam suscepisse collatores detectæ fuerint, nobiliores quidẽ centũ auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocris [g] verò fortunæ facultatũ suarũ amissione plectentur: eadem pœna mulctandis etiã iis, qui intercedentes ministerium [h] suũ huiusmodi nefariis actib⁹ improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, qđ sacra constitutio à diuæ memoriæ Martiano promulgata continet, id est, in Thracica quidẽ diœcesi ab hinc annis xxx. hoc est, à consulatu Aetij iterum & Sigisbuldi [i] in Orientali verò & Aegyptiaca & Pontica & Asiana diœcesi, xxvj. hoc est, à consulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus [k].

Imp. Iustinianus A. II.

Si cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariam vxorem, vel econtrario si cuiuslibet ancilla seruo se iunxerit alieno: tam tributarij, quàm serui filios matrum sequi conditionem, earumque more genitricum suarum dominis subditos esse censemus.

TITVLVS LIIII.

NE RVSTICANI AD VLLVM OBSEQVIVM deuocentur.

Imp. Diocle. & Max. AA. & CC. I.

Ne quis ex rusticana plebe, quæ extra muros [l] posita capitationem suam detulerit, & annonam congruam pręstat: ad vllum aliud [m] obsequium deuocetur, neque à rationali nostro mularum fiscalium, vel equorum ministerium subire cogatur.

Impp. Valen. & Valens AA. II.

Si qui eorũ, qui prouinciarũ rectoribus obsequunt, quique in aduersis agũt officiis principatus, & qui sub quocunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles [n], rusticano cuipiã necessitatem obsequij quasi mãcipio sui iuris imponãt, aut seruũ ei⁹ vel forte bouẽ in vsus proprios necessitatesque cõuerterint: ablatis oĩbus facultatibus, perpetuò subiugentur exilio & nihilominus rusticanũ, qui se in eiusdem opera spõte [o] propria detulisse despon-

a Quod incognitum. i. sciens nõ esse suum.

b Cõpendiis not. lucrum. sic. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. & iij. §. fi. cum cõcor. ibidem positis.

c Liberos colonos. vt ĩ prima parte huius legis. in liberto autem priuati, dic vt s. de oper. lib. l. fi.

d VT NEMO ad suum &c. Quidam per potentiã pollicentiũ iuuare villam vel castrũ, vel singularẽ hominẽ rusticanũ in pręiudiciũ publicæ functionis: & faciunt simulatas emptiones, vel alios cõtractus quasi bona rusticorum sint illius potẽtis: quæ oĩa cassat hęc lex.

e Si qs. Functionis. vel ẽt priuati: vt in auť. de mã. prin. §. patrocinia. col. iij. & argu. s. ne li. po. l. j. & de iis, q po. no. ti. præ. & maťi. l. per diuersas. & s. de sedi. l. j.

f Ausi fuerunt. sic s. de enu. l. ij. & s. de sac. san. eccl. l. iubemus. §. his tabellionibus. Item fa. s. de exa. tri. l. fi.

g Mediocris. plus ex eodẽ delicto inferior quãsuperior puniť. sic. ff. de incẽ. rui. nauf. l. Pædius.

h Ministeriũ. sic s. de rap. virg. Acc.

i Sigisbuldi. pro priũ nomẽ cõsulis.

k Pręcipimus. pręcipit pro retroactis seruari. alias nõ esset: vt s. de legib. & con. l. leges. Accur.

Punitur plus ignobilis, quã nobilis pro eodem delicto.

l NE RVSTIcani &c. Ne qs. Extra muros. nõ dicit Romæ. & sic facit pro eo quod no. s. de cap. ci. cen. exi. l. j. & maxime quia inferior lex etiã de prouinciis dicit. & facit s. de agric. & censi. l. j. & l. colonos. et j. de pa. pu. l. fi. & de pri. do. au. l. j. & s. ne operæ à co. ex. l. j.

m Ad vllũ aliud obsequiũ. hoc male seruãt ciuitates. Accurs.

n Si qs eorũ. Terribiles. fa. s. si rec. prouincię. l. j. et s. ne op. à col. exi. l. j. & j. de diuer. offi. l. j. & ij. & ff. quod metus caus. l. iiij. & de offi. præsid. l. illicitas. §. illicitas. & §. ne quid.

o Sponte. secus si inuitus: vt s. quod metus caus. l. si per impressionem.

Non

ⁱ NON LICERE HABITA. &c.

Metrõ Græce, Latine mẽsura: comes, villa: inde metrocomia.i. villa mensurata, quæ datur trãslatis iussu principis: vt s. de iu. fis. l. certa. inde dicitur comœdia. i. villa seu villana dictio. nã dia.i. dictio. alij vt Py. dicunt. i. parochiæ vel diœce. in illis. s. terris vel villis.

ᵏ VT NVLLVS EX VICANEIS pro alienis vicaneorum &c.

Id est, in villa, seu vico habitantibus: vt ff. ad munici. l. qui ex vico. & sic secundum Py. loquitur in villanis: & alias est vicariis. Accursius.

ᵃ IN illis. Metrocomiæ. expone, vt in titulo, & est sic s. de exact. tri. l. si.

† Quid sit metrocomia pulchrè Alci. hic.

ᶜ Vicariis. Alias vicariis, alias vicaneis. & semper expone, id est, habitatoribus illius loci, sicut exponit s. ti. j.

ᵈ Loca sui. Sed fundos integros, q habent certos confines, possunt vẽdere: sed locus non est determinatus: vt ff. de verb. sig. l. locus. ī si. vnde posset oriri discordia secũdũ Py. & H. sed forte idem si totum: vt j. subiicit terrarũ &c. & j. de fun. li. l. vnica. & sic seruatur in villa Altedi Bono. diœces. & pro hoc in Lõbar. de prohib. alie. feu. vel al. l. si. Item an hęredẽ instituere? quod videt: vt ff. de ali. iu. l. ex hoc §. sed hæredem. Item pro hoc ff. de re mili. l. milites. in si. & de decu. l. decurio. itẽ. ff. de acqui. re. do. l. quæ dã. sed arg. cõtra. s. de secund. nup. l. si quis. j. §. certũ. & de leg. ij. l. peto. §. fratre. primum verius. arg. ff. de fundo. l. j.

ᵉ Non licere ei. sic s. si imperia. li. sol. l. j. arg. contra. C. de contrahen. emp. l. dudum.

ᶠ Contractus. improprie: cũ nullus sit ipso iure: & quatenus de facto est, rescindit: vt s. de rescin. vẽ. l. si dolo.

ᵍ Hoc tantum reddetur. forte neque dupli stipulatione vel melioratione locum habente: vt supra de leg. l. si. j. si. & secundum hoc etiam sciens agit. vel dic quod fuit ignorans: vel si fuit stipulatus licet vltra pretium. nam alias sciens etiam ad pretium non agit: vt supra de euict. l. si fundum. Sed argu. contra. s. de agri. & cẽsi. l. quemadmodum. & infra de fund. rei priua. l. nemo. vbi etiam pretium non repetit. Sed dices ibi sciẽs: hic ignorans. Accur.

derit, par pœnæ seruitudo constringat.

TITVLVS LV.

NON LICERE habitatoribus metrocomiæ ᵃ † loca sua ad extraneum trãsferre.

Imp. Leo A. I.

IN illis, quę metrocomię ᵇ communi vocabulo nũcupãtur, hoc adiiciendum necessariò nostra putauit humanitas vt nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur: sed si quis ex iisdem vicariis ᶜ loca sui ᵈ iuris alienare voluerit, non licere ei ᵉ, nisi ad habitatorẽ adscriptum eiusdem metrocomiæ, per qualemcunque cõtractum terrarum suarum dominium possessionemque transferre: sciente persona extranea, quòd si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentauerit: quicunque contractus ᶠ initus fuerit, carebit effectu: & contractu soluto, si quid præstitum est, hoc tantum reddetur ᵍ.

TITVLVS LVI.

VT NVLLVS ex vicaneis ʰ pro alienis vicaneorum debitis teneatur.

Imp. Zeno A. I.

GRaue est nõ solùm legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari ⁱ modis omnibus prohibemus.

TITVLVS LVII.

DE CENSIBVS ᵏ, & censitoribus ˡ, & peręquatoribus, & inspectoribus.

Impera. Constantinus A. ad populum. I.

QVoniam tabularij ᵐ ciuitatum per collusionem potẽtiorum sarcinam ad inferiores ⁿ, transferunt: iubemus, vt quisquis se grauatum probauerit, suam tantùm pristinam professionem agnoscat ᵒ. Dat. xv. cal. Febr. Romæ. Constantino A. iij. & Licino Consul.

Imperatores Gratianus Valentinian. & Theodo. AAA. II.

ʰ GRaue. Vicaneos perpetrari. nedum ciuis pro conciue. ad quod est s. de decu. l. prouidendum & de exacto. tri. l. j. & in authẽ. vt non fiant pig. §. j. collat. v. & j. de omni agro deser. hac definitione. & s. ne filius pro patre. Sed fallit. s. de bal. l. iure.

ᵏ DE CENSIBVS &c.

Census & tributũ & publica pẽsitatio sunt idẽ: vt s. quibus cau. pig. ta. cõtra. l. j. & s. si propter pu. pen. l. si.

ˡ Censitoribus. cẽsitor qui recipit ꝓfessiones collatorũ & cẽsum vel onus: & pignoris iure vẽdit prędiũ, si census nõ soluat: vt ff. de cẽ. l. forma. §. illã. & l. cũ possessor. §. pro pecunia. Perequatuor, q homines & territoria perequat, id est, val de æquat, ad quod ff. de cen. l. forma. §. si vero quis arg. & j. l. iij. Vel. qui prædiũ desertum æqua pẽsione, vt prius assignat nouo possessori: vt j. de fun. pa. l. fundi. & l. fund°. et æquat sterilia cum fertilibus: vt j. eo. l. omne. inspector q ad prędia ꝓuinciã liũ inspiciẽda accedere debet forte, vt referat quæ essent deserta vel male ęquata. quod hodie tollit: ut vt s. de an. & tri. l. fin. & dic vt ibi & in desertis adhuc habet locum: & hic dicitur discussor. vt s. eo. l. peręquatores.

ᵐ QVoniam tabularij. qui cum susceptoribus ad prouincias destinãtur: vt s. de susceb. & ar. l. duos. Accur.

ⁿ Ad inferiores. s. vt quidam falsi notarij Boñ. faciunt auferendo de æstimatione vnius, & addendo alteri.

ᵒ Agnoscat. & punitur tabularius: vt s. de apo. pu. l. j. §. hoc etiã & de immunit. nemi. conc. l. j. & ad id offi-

cio amodo non vocantur: vt s. de suscep. & ar. l. si aliquid. & facit j. eo. l. q grauatos. & de postu. l. prouidendum. & s. ne filii. pro pa. per totum. & s. tit. j. l. j. Accur.

a Quisquis. Feracium. id est, ferentium.

b Foetus. id est, fructus, & facit ff. de censi. l. forma. §. si vites. & de fur. l. si seruus nauē. §. interdum. & j. de proxi. item ff. arb. bo. fur. cæ. l. ij.

dāno: vt inst. pro socio. §. adeo aqua cū pinguetudine: vt. ff. de aqua plu. arcē. l. j. §. si naute sic. s. de iur. emphy. l. si. §. si duorū. sic fructus cū quarta: vt ff. de ino ff. test. l. Papinianus. §. si quis. quęri enim debet: vt ff. eo forma. §. pe. describētur ergo singula in publicis tabulis secūdum formā quę est ff. de censi. l. forma. Accursius.

QVisquis vitem succiderit, aut feracium [a] ramorum foetus [b] vetauerit †, quò declinet fidem censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus competenti indignationi subiiciatur: illo videlicet euitante calumniam [c], qui fortè detegitur laborasse pro copia ac pro reparandis agrorum foetibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse.

† alias, necauerit. alias, vitiauerit.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. III.

SI peræquatore [d] misso aliquis aut procuratorem suum [e] retraxerit, aut colonum per contumaciam retractationis fugauerit: ad eum censuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius absente peræquator apposuit [f], nostræ sanctionis authoritate tenebitur.

Imppp. Theodo. Arca. & Hon. AAA. IIII.

OMne territorium [g] censeatur, quoties defectorum leuamē exposcitur: vt sterilia atque arenia [h] † iis, quæ culta vel opima sunt, compensentur [i].

† Ieiuna, in scriptis quibusdā exemplari. alias, arētia. Alciat. vero legit arena.

Grauati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum: quo elapso non audiuntur vlterius: exceptis minoribus & absentibus reipublicæ causa: quibus non currit tempus, donec habuerint experiendi facultatem. Bartolus.

Iidem AAA. V.

QVi grauatos se esse à peræquatoribus conqueruntur, & iniusto oneri impares esse proclamant, competitionis [k] habeant facultatem, vt quid remissum gratia, quidue interceptum fuerit fraude, conuincant: & ex eo leuamen accipiant, quòd per deformia & criminosa cōmercia sibi impositum esse deplorant, vt aliis demeretur [l]. Quòd intra annum post codicum oblationem, [m] quo [n] videbitur, de iniusto conqueratur onere, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione † conuincat [o]: vt quod ei fuerat superfusum [p], ille cognoscat †, quem debitæ functioni fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio [q] denegabitur: exceptis minoribus, qui fuerint indefensi: iis etiam, qui abfuerunt reipublicæ causa: qui tamen † ex eo tempore, quæ sunt statuta, custodiēt ex quo ad agendum habuerint facultatem [r].

† Alias, competitione.

† alias, quā iudicis functionis fraus... &c.

† alias, ex tempore quo ... &c.

Impp. Arcad. & Honor. AA. VI.

PEræquatores [s] ac discussores, si incurrerint culpam negligentiæ vel gratiæ [t]: non solùm bonorum [v] iacturam, verum etiam annonarum in quadruplum [x] mulctam subire debebunt: ea verò,

c Calumniam. id est, pœnam dictæ indignationis.

d SI peræquatore. hoc dic vt in tit. & not. misso. sic s. si. re. l. si quis. & sic secundum cōscientiā: scilicet iudicis seu officialis.

e Suum. vt s. quod cū eo. l. iij. p cuius pręsentiā prędium erat melius: vt s. l. proxi. & sic de colono seruo vel adscriptio per quem erat melius prędiū. & etiā pro quo solui debebat: vt s. de agri. & censi. l. iij.

f Apposuerit. nō minus propter absentiam: vt ff. de cē. l. forma. §. si vites. & de reg. iur. l. patrē. & nihilominus punitur: vt s. l. proxi. & facit. s. de immu. nemi. conce. l. j. Accursius.

g OMne territoriū. hoc expone. ff. de ver. sig. l. pupillus. §. territorium. nam territorium simul cū ciuitate soluebat: vt s. de nat. lib. l. ij. in princ. cum ergo aliquorū pdia defecerunt vel chasmate, vel alio modo: petūt releuari, idest alleuiari tributis: vt ff. de cē. l. forma. §. illā. & s. de allu. l. iij. sic & in hac ciuitate propter depauperatos oīum de nouo fit ęstimatio.

h Arenia. vt bere chelesæ.

i Compēsentur. id est, ęqualiter imponantur secundū qd plus vel minus valent cōsiderādo. Vel dic compensetur vt quantum diminuitur in desertis, tantū addatur aliis: vt nō minus ciuitas cū territorio soluat quā cōsueuit. ar. in aut. de co. §. & p his. col. ix. Vel dic prædiis vnius ad eundē nō alterū: vt j. titu. j. l. qui per potentiā. & l. hac definitione. sic lucrū cum

k QVi grauatos. Competitioni. i. conquerēdi p appellationē. nā ciuiliter possunt appellare: vt in auth. de col. §. si vero aliquādo. col. ix. Itē accusare criminalit, vt subiicit.

l Demeretur. id est adimeretur. à demo demis.

m Oblationem. Id est, postquam sciuit iniquā impositionē per hoc quod fuit eiectus codex, vbi ipse & alij collaterales erant scripti.

n Quo. Id est, in quo anni tempore.

o Conuincat. pœnā peræquatoris, qd est, j. l. proxi.

p Superfusum. Id est, vltra modum impositum.

q Actio. i. adæquatio. sic ff. de sepulc. vio. l. iij. §. p. at ciuilis appellatio terminatē secūdū tēpora fatalia. s. de tē. & re. l. ij. & auth. ei q. &c.

r Facultatē. cōsonat. s. de pscr. xxx. anu. l. sicut. §. pē. & de an. exc. l. ij. in si. & de tēpo. in integ. restit. l. si. & ex qui. cau. in inte. rest. l. si. ff. de mino. l. interdū. & no. q ipso iure non currit ann. alias darē restitutio: vt ff. de mino. l. auxilium. nisi in casu. ff. ex qbus cau. ma. l. si qua. Accur.

s PEręquatores. hoc, expone vt in ti. at discussor potest dici qui quærit dominos pro prędiis desertis. & quęrit quis sit idoneus & etiam fideiussor: vt j. de loc. fun. l. j. Vel dic. vt s. in tit.

t Vel gratiæ. omittendo, vel male adæquando, & sic est lata culpa quæ dolo æquiparatur: vt ff. de susp. tut. l. impuberibus. §. j. & j. de col. fun. patri. l. placuit. in si.

v Bonorum. sic j. de dig. l. iudices. & l. quoties.

x In quadruplum. s. de exact. tri. l. j. cōtra. Sed dic duplum

plū fiscus accipiat de hoc quadruplo: vt ar. ſ. de aſſeſ. l. iij. Vel dic de alio officio. Vel hic accepit vt ſibi demeret, & aliis adderet: vt ſ. q grauatos. & ſic ſoluetur illi, ob cuius malū accepit: vt ff. de calum. l. & generaliter. §. ſi. Item cō tra in aut. vt iud. ſi. nequoquo ſuffr. §. ſi igit. in ſi. §. vbi maior imponit pœna. ſed in alio officio hic dicit. & facit. ſ. ad. l. Iul repet l. j. ſic ſ. de pœ. l. ſancimus. Et no. q̄ aut ab officiali hic accipit, & ſecurus ſit ſex menſibus, vt hic ſequit: & nō præſtat quicquā pro præterito tempore: vt hic, & j. tit. j. l. locū. & j. de fun. rei pri. l. ſi. in ſi. & ſ. de ſi. inſtr. & iu. ha. ſiſ. l. ſi Aut ſua autoritate accepit, & tūc bienio: vt j. ti. j. l. qui agros. contra. Et præſtat pro præterito tēpore ſicut ſi acciperet à priuato: vt ſ. ſine cen. l. ij. & ff. de pub. l. imperatores. quæ ſūt cō tra. Item facit. ſ. de inof. teſt. l ſi quis in ſuo. Sed arg. cōtra. ſ. de fab. l. iure. & de offi. procon. l. iij.

a A Pud eū. Obligatā. Hic no. tolli hypothecariā ſex mēſibus: vt & redhibitoria. alias cētum annis: vt ſ. de ſacr. ſan. ec. cl. l. vt inter diuinā. alias aliter: vt no. ſ. de præſcript. xxx. an. l. cum notiſsimi in princi.

Hypothecaria ſex menſibus tollitur.

b Mora. Magna. Et no. fieri ſine mora quod fit intra ſex menſes: alias intra quatuor menſes: vt ff. de iud. l. ſi debitori. Accur.

c Expēſis. per exceptionē. ad quod ſ. de cui. l. ſuper hoc eſt bonæ fidei poſſeſſor. vt ff. de acqr. poſ. l. iuſte.

† alias, adiicit.

d Donationes. Id eſt, datiões factę in nouū dominū. & ſa

quæ in damnum prouincialium fuerint accepiſſe conuicti, in quadruplum cogentur exoluere.

Impp. Honor. & Theo. AA. VII.

A Pud eum poſſeſsio firma permaneat, cui eam à peræquatore ſemel traditam fuiſſe conſtiterit: reliqua verò temporis anteacti à nouo domino fiſcum poſtulare non patimur: ne alterius culpa alter incipiat ſubiacere diſpendio. Si quis verò priuatus aut obligatam [a] ſibi poſſeſsionem, quæ deſerta vſque nunc permanſit, aut ex aliquo titulo deberi ſibi iure confirmat: allegationes ſuas ſine mora [b] vel per ſe, vel per aliam perſonam legibus ordinatam manifeſtare debebit: ita, vt ſi æquitatis ratione ſuadente ad petitorem fuerit translapa poſſeſsio: is, qui à peræquatore eam ſuſceperit, rei melioratæ ſuſceptis ſubleuentur expenſis [c]. Verùm ne ſub ſpecie litis donationes [d] ſemel conſtitutæ turbentur, ſex menſium ſpatium cenſemus debere ſeruari: intra quod is, qui putat ſibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat actiones. Quòd ſi tempus adſcriptum ſilentio fuerit interueniente tranſactum: nullum penitus repetendi volumus eſſe principium. Quòd ſi quis [e] ex eo tempore, quo peræquator prædium alicuì † addicit, de ſuo iure vel per ſe, vel per homines ſuos non crediderit actitandum, ſex menſium curriculis euolutis, in perpetuum conquieſcat.

TITVLVS LVIII.

DE OMNI AGRO DESERTO [f], & quando steriliis [g] fertilibus imponuntur [h].

Prædia deſerta decurionibus loci, cui ſubſunt, aßignari debent cum immunitate triennij: & ſi inſufficientes ſunt ad dicta onera ſupportanda, debent diuidi, & poſſeßionibus fertilibus aßignari.

Imp. Conſtanti A. I.

CVm diuus Aurelianus parens noſter ciuitatum ordines [i] pro deſertis poſſeſsionibus iuſſerit conueniri, & [k] pro iis fundis, qui inueniri dominos non potuerunt, quos [l] † præceptum earundem poſſeſsionum triennij immunitate percepta ſolennibus [m] ſatisfacere: ſeruato hoc tenore [n] præcipimus, vt ſi conſtiterit ad ſuſcipiendas eaſdem poſſeſsiones ordines minùs idoneos eſſe, eorundem agrorum onera poſſeſsionibus [o] & territoriis diuidantur accepta.

Poßidens fundos ſteriles & fertiles tributarios, ſi alienat fertiles, & ob hoc efficitur non ſoluendo, tenetur ad tributa fertilium & ſterilium emptor. Bart.

Idem A. II.

SI quis ab emphyteuticario, ſeu patrimoniali poſſeſſore priuati [p] iuris quidpiam comparauerit, cuius [q] ſubſtantia alias poſſeſsiones ſubſtentare conſueuerat: ſi ſuccisis quaſi quarundam virium neruis, reliqua [r] labūtur: earum poſſeſsionum onera ſubiturus † Deſertorem. eſt, quæ penes diſtractorem † inopem inutiles permanebunt.

Accipientes prædia deſerta cum immunitate triennij, debent cauere idoneè, quod dicta prædia non relinquent cùm damno reipublicæ. Bart.

cit. j. tit. j. l. locorū.

e Quid ſi quis. i. quia ne videatur replicari idem.

f DE OMNI agro deſerto, & quando ſteri les &c.

De cenſibus & perſonis eorū, qui præſūt cēſui dixit, nūc de prædiis, ex quibus cenſus percipitur. & dicit quod ager relinquitur ob ſterilitatē, & aliqñ datur à peræquatore vel cenſitore nouo poſſeſſori: vt j. de fund. pa. l. ſi quis à prioribus. aliquā do nouus poſsidet autoritate ſua: vt j. eo. l. vij. & viij. aliquando traditur à principe: vt j e. l. ſi.

g Steriles. i. quādo ſteriles fundi ſuſcepit, fertilibus cōpēſantur: vt j. l. v.

h Imponuntur. i. adiunguntur.

CVm diu[s]. Ordines. i. decuriones, vtpote ditiores, quod dic vt j. eo. l. quiſquis.

† alias, perceperamus.

k Et. pro. i.

l Quos. ordines.

m Solennibus. tributis.

n Tenore. ſ. de immunitate triennij. Sed contra. j. eo. l. l. quicunq;. §. cæterum. & §. illos.

o Poſſeſsionibus. ab aliis, qui nō ſūt curiales.

p SI quis. Priuati. ſ. Cæſaris

q Cuius. alienati.

r Reliqua. quæ ei remāſerant, vtpote nō ſufficientia pro expenſis. & facit. ſ. de debi. ci. l. ſina.

Quicun

a Qvicunque. Meruerint. id est, vt mererent. impetrauerint.
b Cautione. idonea cum fideiussore vel pignore: vt hic. & ff. mā. l. si mādauero. §. fi. & facit. j. de lo. fun. ci. l. j. & de fun. pa. l. quicūque. & s. de muri. l. pen.
c Haeredes. Agnoscere. id est, exoluere. sic ff. de le. j. l. apud Iul.
d Titulo. etiam inter viuos, quod alias nō contingit. & facit. C. de iure delib. l. quidā. & ff. de acquir. hære. l. ij.
e Qvi vtilia. Suscipiāt. id est, retineant.
f Si earum partiū. locorum inutiliū. Accursius.
g Quas partes inutiles.
h Aliis. nō est adiectiuū ad dictionē curialibus: sed dic aliis. s. vtilib⁹ locus: scilicet curialibus. sicut si dicerē, cedo prædium tibi.
i Sublata. s. culta. id est, ablata.
k Quos. s. paucos, nā pauci sunt, qui velint culta & bona deserere.
l Qvisquis. alias incipit, vt quisquis.
m Conductor? Id est, curialis: vt dixi. vel etiam nō curialis: vt s. l. j. & j. l. proxi. & facit. j. de fun. pa. l. fundos. & in aut. de col. §. si vero. col. ix. & de mā. da. prin. §. sed etiā. col. iij.
n Fundi. fertilis.
o Vel templorū. similia enim sūt. sic s. de rei do. vel. tēp.
p Possessor. i. conductor, qui & tributaria prędia possidet: vt in auth. de col. §. si quando.
q Præstatione. forte quæ præstabat, antequā esset sterilis saluo triēnio: vt s. eo. l. j. & sic nō est contra. s. de iu. fis. l. iij. §. diui fratres.
r Antiquos. Qui

Impp. Valentin. & Valens A A. III.

Qvicunque deserta prędia meruerint[a] sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quàm vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonij sui maxime vtilibus obligatis, idonea cautione[b] firmauerint susceptam à se possessionē nullo detrimento publico relinquendam.

Scriptus hæres à tributario debitore etiam onus fundorum sterilium agnoscere cogitur: & si hæreditati renuntiat, cogitur cedere omnibus bonis, quæ ex aliquo titulo à debitore percepit. Bartol.

Iidem A A. & Gratian. Augustus. IIII.

Haeredes scripti etiam pro minus idoneis fundis, fiscale onus cogantur agnoscere[c]: vel si renūtiandum hæreditati putent: cedant iis omnibus rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo[d] & iure perceperint.

Possidens prædia sterilia & fertilia non potest renuntiare sterilibus, & fertilia retinere, sed omnibus debet cedere, vt pariter omnia curialibus deferantur. Bart.

Impp. Valen. & Theodo. A A. V.

Qvi vtilia reipublicæ loca possident, permistione facta, etiam deserta suscipiant[e]: vt si earum[f] partium grauentur accessu, quas[g] antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis[h] curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, vt præstatione salua, cum desertis & culta possideant, sublata[i] à paucis, quos[k] iniquum est electa retinere, cùm municipes grauatura sit pars relicta.

Prædium sterile desertum iniungi debet possidenti fundum fertilem dominicum vel templorum: & si nullus reperiatur volens dictum prædium possidere, antiquo possessori restituitur præstita cautione tributa soluendi, & alias publicas functiones. Barto.

Iidem A A. VI.

Qvisquis[l] conductor[m] fuerit inuentus possessor fundi[n] fertilis, qui ex publico vel templorum[o] iure descendit: huic ager iungatur inutilior. quod si contra id reluctandum existimauerit alius possessor[p] sub eadem præstatione[q] quæratur, vel si voluntarius, qui sit conductor, non inueniatur: tunc ad possessores antiquos[r], id est, decuriones, vel quoslibet alios loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertantur, idoneis fideiussoribus præstitis.

Iidem A A. VII.

Qvicunque desertum fundum patrimonialem[s] exercuerit, & fertilem idoneumque præstiterit: saluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato[t] iure defendat, & velut domesticum, & auita successione[v] quæsitum sibi habeat, suisque relinquat: neque eum aut promulgatione rescripti, aut reuerentia sacræ annotationis[x] quisquā à fructu[y] impēsi operis excludat. Cæterùm eos, qui opimas ac fertiles possidēt terras, aut etiā nunc sibi existimant eligendas[z]: pro deserta, scilicet portione[a] summam debiti pręsentis[b] iubemus implere. Illos etiā, qui emphyteuticario nomine nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, sic ex illis quoque, qui præsidio[c] indigent, iustam ac debitam quantitatem

reliquerūt loca vtilia illorū, qui voluerit suscipere. Itē hæc non vere inutilia: vt s. l. proxi. dicit, sed locant hæredes. & fac. s. de fun. pa. l. quicunque.
s Qvicunque. Patrimonialem. i. pertinentem ad patrimoniū principis.
t Priuato. i. speciali. & hoc quo ad fiscū vel principem: vt j. de fun. pa. l. iij. in fin. sed alius habens in eo ius auditur vsque ad sex mēses: vt s. tit. j. l. fin.
v Successione. Id est, si per patris successionem haberet. & facit. j. de fun. pa. l. hi. & de fund. rei pri. l. j. & j. de diuer. præ. l. iiij.
x Annotationis. proprio motu. et facit. s. de rescin. vēd. l. iij. & de preci. imp. offe. l. quoties.
y Fructu. i. velut. Accur.
z Eligendas. Terras fertiles.
a Portione. Scilicet deserta. quæ ei detur: vt s. l. proxi. Vel dic, quod habet aliam sterilem. vel partem sterilis. nā vna supplet aliā vel statim. vel post biennium, vel post tēpora huius legis. ad quod. s. eo. l. hac definitione. & sic nō est contra. s. eod. l. j.
b Præsentis quasi dicat non præteriti tēporis: vt. s. ti. j. l. si. Accursius.
c Præsidio. Id est, deser

debere suscipere [a], vt indulto temporis spatio per biennium decretum canonem soluendum esse meminerint. Nemo tamen quaelibet meriti & potestatis obiectione submoueatur [b] quominus ad † diacatharotiae [c] vicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tributa & canonē soluturus [d]: illud speciali obseruatione procurans, vt primò vicinas & in eodem territorio sortiatur: dehinc si neque finitimas, neque in eisdem locis repererit constitutas: tunc demum etiam longius positas, sed inquantum fieri valet, pro interiecto spatio sibimet cohaerentes, pro modo & aequitate sucipiat: vel id cō sensu omniū [e] † fiat, qđ omnibus profuturum est.

Agrum sterilem & tributarium & desertum quilibet authoritate propria potest inuadere, siue inuadens sit vicinus, siue non sed dominus deserens intra biennium recuperare potest restitutis expensis cultori, quo elapso non auditur. Bartolus.

Impp. Valent. Theo. & Arca. AAA. VIII.

Qui agros domino cessante desertos, vel longè positos, vel in finitimis ad priuatum pariter publicumq; compēdium excolere festinat: voluntati suae nostrū nouerit adesse responsum [f]: ita tamen vt si vacanti ac destituto solo nouus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad suum ius voluerit reuocare: restitutis primitus, quę expensa constiterit, facultatem loci proprij consequatur. Nam si biennij fuerit tempus emensum: omnis possessionis [g] & dominij carebit iure, qui siluit.

Fundos patrimoniales principis ille dicitur possidere iure priuato, qui ipsos steriles accepit, & sui cultura fecit fertiles. Bar.

Iidem AAA. & Honor. A. IX.

Qui fundos patrimoniales iure priuato [a] canone saluo susceperint: hanc omnes sine vllius exceptione personae propositam intelligant optionem, vt aut ea loca, quibus minor est soli foecunditas, cum iis, ex quibus fructus vberes capiūt suscipere & tenere nō abnuant [b]: aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus [c] cedant.

Si fiscus alicui successit qui fundos steriles & fertiles possidebat, & aliquis per potentiam fertiles occupauit: cogitur steriles ex eadem substantia pro portione acceptare. Bar.

Impp. Arcad. & Honor. AA. X.

Qui per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt: cum quaestuosis [a] vberibusq; pro rata portione suscipiāt infoecundos [b] ex eadem substantia.

Iidem AA. XI.

Locorum domini intra sex menses [c] edictis vocati, reuertātur. qui si adfuerint [d], & propria [e] teneant, & ea quae ex praeterito cōtraxerint debita, redhibere cogantur. Sin verò se impares esse earum rerum tributis propria confitentur [f] absentia, nec adesse voluerint [g]: penes eos, qui haec susceperint, & certum quem [h] tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat: vt post quàm ea exoluerint: sciant sibi inquietudinem submouendam, nec subreptionem cuiusquam competitionis [i] loca, quae tenuerint, auferenda. quibus etiam illud indulsimus, vt ex eo tēpore, ex quo primùm loca, de quibus agitur, coeperint possidere tributa poscant [k].

---

desertis, quae eis dātur. A. cursius.

[a] Suscipere. s. iubemus. repete exactorem. Sed videtur cōtra huic superiori proxi respon. s. e. l. j. Sol ibi fiscale hic patrimoniale.

[b] Submoueatur. hoc onus cū haben tur tūc fertilia volebāt enim s. aliq excusare & accipere sterilia ad vicem cuiusdā hos. itatis, quod excusatur licet fertilē habeat.

[c] Diacatharotiç. hospitale. ad quod s. de episc. & l. omnia.

[d] Soluturus. Pro futuro, nō pro praeterito: vt j. eo l. hac.

[e] Omnium. municipum. vel maioris partis. sic s. de iurisd. om iu. l. ij. & no. qđ omnes &c. vt s. de autho. praest. leg. fi. & ff. de aedil. edi. le. quod si. § si plures. & qui & à qui. l. pe. § j Item facit. ff. de tu. & cur. da. l. diui. & s de exactio. tri. l. pro locis. & s. de censi. l. fi. Item facit φ hic sua authoritate inuasit. ibi a p̄ aequatore accepit.

Qui agros. Responsum. id est, consensum siue aliā interpretatione.

[g] Possessionis. cō dictio ergo ex lege cū quaerebatur, hic cessat, quae ad xxx. an. datur. Itē nec titu. nec forte bona fides hic exigitur. alias secus: vt s. de rei vend. l. nullo. Sed hoc speciale fauore tributorū: vt s. de iu. do. imp. l. fin. Item contra j. eo. l. locorū. Sol. ibi vocati fuerunt primi domini, hic non.

Qui fundos. [a] Iure priuato. emphyteu sic. Accursius.

[b] Non abnuant. i. nō renuant. Acc.

[c] Opimioribus. i. fertilio. ib. sic ergo fa. s. e. l. heredes. & j. l. proxi. & j. tit. j. l. fi. & in auth. de co. §. si vero. col. ix. & ff de admin. tut. l. cum querit. & ad exhib. l. Celsus. §. j. & s. de cad. toi. §. his ita. & de dā. infe cto. l. praetor. §. fin.

Qui per po. [a] etiam. Cū quaestuosis. facit s. l. proxi. Accur.

[b] Infoecundos. id est, steriles.

Locorū. Sex [c] menses. s. e. l. qui agros. in fi. cō tra. Sol. vt ibi.

[d] Adfuerint. id est praesentes sunt. & sic venerunt.

[e] Propria. scilicet praedia vocati pri°.

[f] Cōfitentur no. contumacē pro cō fesso. sic in auth. de exhiben. §. si vero. f d aliās cōtra. ff. de custo. reo. l. diuus. §. sic & diuus.

[g] Voluerint. intra sex menses vocati prius.

[h] Quem id est, aliquem.

[i] Cōpetitionis. j. de fun. patri l. si qs. & s. eo. l. quicunq; in prin. Accur.

[k] Coeperint. Nō pro

† Nota. hoc onus cū haben in poster. annot. legendū, putat diacatoches vel diacatochi. tu illū videto. vide etiā Alciat. hic.

† Nā qđ omnes tāgit, ab oībus debet approbari. Sic archiepiscopus debet ab episcopis puinciarū° or dinari: vt extra, de tempo. or di. c. si archiepiscopus. iūcta glo. super verbo, ab omnibus.

Vide facit per hanc glo. Io. de Plat. hic, & per ca. no. & maximè per Abb in c. ij. col. vij. extra, de confes.

[i] Competitoris.

Praestentur.

pro anteriori tēpore: vt s̄. ti. j. l. fi. & s̄. eo. l. quicunq̄. §. cæterum. Sed arg. contra. ff. de iure fis. l. prædiis. & de pu. l. imperatores. Solu. hic magis inuito datur: aliud in istis qui sponte emūt. arg. s̄. l. proxi. & l. qui fundos. Vel verius hic de sterili, & sua authoritate accepit: vt s̄. eo. l. qui agros.

a Hac definitione. Munificum prædium subditum.

b Destitutio. scilicet solutionis debiti. si autē ipsum prædiū desereretur tunc bene assignabitur alij cū onere: vt s̄. eo. l. quisquis.

c Despectione. superiori. l. cōpetitio. hic despectio. & al's defunctiōe. Et no. quod si habeo fertile prædiū, nō soluo pro te, qui habes sterile vel desertū, sed si habeo sterile & fertile, vnū soluit p alio: vt hic & s̄. de cēsi. l. omne. adeo qđ postquā sterile esset mihi datum à peræquatore non soluo pro præterito tempore: vt supra eo. l. locorū. in fine: licet secus si sponte acceperint vt ff. de iure fisc. l. prædiis. & de pub. l. imperatores. quæ sunt contra. & facit supra ne vxor pro mari. & in authen. vt nō fiant pig. col. v. & in auth. vt nulli iudi. §. quia vero. col. ix. & j. de exce. & exa. l. nullā. & supra vt nullus ex vicariis. &c.

† alias, defunctione.

d Præstigiis. expone: vt ff. de aduo. l. ita. Accur.

e Mutiletur. id est tardetur.

f Omniū prædiorū. tam rusticorum, quàm vrbanorum.

g Cōtracta. id est detracta: vt quia cessauerunt in solutione tributorū: tūc enim possessores exceptis ecclesiis amittunt prædia: vt hic, & supra de episco. & cle. leg. de iis. & de sacros. ecc. l. placet ibi, nulla &c.

† De hac materia vide per Innoc. in ca. per inquisitionem. extra, de accusa. & per Abb. in c. olim. de rescri. & in ca. at si cleri. de iud.

h Rura. hac lege no. quod desiderium apud a-

Ad tributa prædij sterilis nullus posidens, fertilia cogitur, nisi postquam assecutus fuerit. hoc dicit. Bart.

Impp. Honor. & Theodo. AA. XII.

Hac definitione sancimus, nullum possessorem, neque munificum prędium [a] pro alienis debitis vel destitutionibus [b] esse retinendum: neque eorum prædiorum † despectione [c] prægrauari, quæ ex iisdem bonis, quæ retinentur, nequaquā esse mōstrantur: nec vllis præstigiis [d] atque commentis exactio mutiletur [e].

Domini prædiorum debent requiri, vt soluant debita contracta: & ipsis cessantibus, assignantur volentibus soluere. Bart.

Iidem AA. XIII.

Omnium prædiorū [f] actores ac domini requirantur: quorum si vitio probantur debita fuisse contracta [g]: in absoluto est, vt debeat dominiū commutari.

Si curialibus patientibus, & apud acta fatentibus prædia esse alicuius, & tributa quis soluerit, apud soluentes remanet perpetuò dominium prædiorum: & nulla repetendi datur licentia. Bartolus.

Iidem AA. XIIII.

Rura [h] & possessiones † quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia desideriis suis vel reliquerunt, vel possidere alios permiserunt: penes eos, qui eas excoluerunt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabūt nullam habentibus curialibus copiam repetendi [i].

Idem AA. XV.

Si quis deserta prædia, quæ naualem [k] sustinent functionem, & in desertis nunc vsque remanent, superæquationis [l] iure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis conuenit ea [m] releuari vt grauis sors nauis † esse non possit pro ea, quæ resederit portiuncula [n]: cū aliis fuerit [o] dispendiis liberata.

Accipienti fundum patrimonialem sterilem sub certi canonis annua præstatione, non debet augeri canon ex melioratione. Bar.

Iidem AA. XVI.

Si quis authoritate nostri numinis de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatiōe susceperit firmiter [p] eum volumus possidere: sub eiusdem tamen canonis solutione, quem nostræ maiestatis authoritas per annos singulos soluendum esse præscripserit: nullamq̄ eos [q] descriptionem siue adiectionem, aut innouationem [r] in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus, fundos inopes atque egenos magno labore impenso, aut exhausto patrimonio vix fortè meliorare potuerunt vtpote deceptos, inopinatum onus suscipere, illudque velut quadam circūuentione deposci, quod si se daturos præscisssent, fundos minime suscipere, aut etiam colere paterentur.

Imperator Valentinia. Augustus. XVII.

ćta publica non potest corrigi. sic supra de liberali cau. l. cum pretium. Sed argumen. contra eodem tit. l. interrogatā. Sed ibi speciale ne pereat libertas. Itē facit ad hanc legē supra eo. l. quicunq̄. in princip. & infra de fund. patri. l. quicunque. & supra de exa. tribut. l. fin. & supra de censi. l. si peræquatorem.

i Repetēdi. intra biennium cum palam renuntiauit: vt supra de pac. l. postquam.

k Si quis. Naualem. nauicularij alicui⁹ fuerāt vel erant: vt supra de præ. naui. l. ij. & iij. quibus tributa dabantur ex prædiis aliquorum. Accursius.

† alias, nauis.

l Superæquationis. vna dictio superæquationis. Accursius.

m Ea. scilicet prædia quasi dicat multa grauamina inerant in eis quæ releuātur ab aliis, vt naualis sors integra soluatur. & secundum hoc ponitur hic titulo, vt supra de cano. lar. tit. bet. & sunt similia. qđ in vno releuetur, & in alio grauetur. ff. de iureiuran. l. eum qui. & supra lo. l. licet & supra eodē. l. quicunque. §. cæterum. & §. illos. & ff. de pu. l. cotem. §. finali.

Gratis in vno alio ... de ...

n Portiūcula. ex dictis prædiis, quæ dicuntur diminuta, eo quod macra & sterilia sunt facta. Accur.

o Fuerit. alias fuerit. s. portiuncula. alias fuerint scilicet prædia. Accur.

p Si quis. Firmiter. sic infra, de loca. præd. ciui. l. fi. in prin. & l. quicunq̄. & s̄. e. l. quicunque. in princ.

q Nullamq̄ eos. transit de singulari ad pluralem numerum. sic ecōtra. s̄. de in ius voc. l. fi.

r Innouationem. sic s̄. de agri. & cen. l. cū satis. §. caueāt. & s̄. quibus cau. co. censi. l. j. & s̄. de al. lu. l. fi.

Iubemus

a Iubemus. Municipem. i. muneri subiectum, vt innuit ex eo quod sequitur. & ff. ad muni. l. j. Acc.

b Territorij. terræ: vt s. eo. l. hac & sic aliter quam ff. de ver. sig. & l. pupillus. §. territorium. vel dic quod licet alij quādoq; cogatur extra territorū accipere deserta prædia: vt s. e. l. quicunq;. §. fin. curiales tamen nō: vt arg. s. de decu. l. curiales. & s. de act. & obli. l. ob causas. & l. rura. & illa quæ dixi. s. eo. l. hac definitione.

IVbemus [a], neminem curialem pro alieni territorij [b] debitis detineri, sed tantùm municipem pro gleba propria conueniri.

TITVLVS LIX.

DE FVNDIS limitrophis [c], & terris, & paludibus, & pascuis limitaneis, & castellorum [d].

Quidam præfectus, qui vocabatur Tyberianus, statuit quasdam possessiones, ex quibus militibus custodientibus limina imperij deferebantur frumenta. hoc statutum hic confirmat hac lex, & iubet in perpetuum obseruari, mandans quòd rescripta in contrarium impetrata, nullius sint momenti. Bartolus.

Impp. Valen. & Theodo. AA. I.

TYberianus [e] ad possibilitatem [f] singulorum quorūcunque locorum intuens, statuit certas possessiones, que ad limitem [g] frumenta cōueherent. Quocirca generali lege sancimus, Tyberiani dispositionem oportere obseruari, amouentes quicquid vel potentia cuiuscunq; elicuit, vel furtiua deprecatio: addentesq; nihilominus, in futurum nulli licere aduersus vtilem vetustatem & presentem legem nostram importuna & respuenda [h] reposcere.

In limite imperij nullus debet esse castelli detentor: nisi is solus, cui per principem detentio est commissa: contra facientes pœna hic inserta puniuntur. Bar.

Impp. Honor. & Theodo. AA. II.

h Solito. alias soluto. & facit ad prin. l. s. de comi. cõsi. l. ij. & de silentiariis. l. pe. & s. vt oẽs tam ciui. l. j. & in auth. de litigiosis. §. ad excludẽdas. col. la. viij. & j. de cast. l. fi. & j. de princi. agen. in rebus. l. fina. Item ad fi. s. de pri. scho. l. ij. Accur.

i Domiciliũ. Ex differentia enim lo[illegible]

† [illegible] o[illegible]n.

† Cõcor. e. in iudiciis. cum sua gl. circa mediũ. extra, de reg. iur. & in cap. per tuas. iũcta glo. super verbo excellentioris. extra de simo.

positione a, seu aliter quis eorum conuentus fuerit: nihil eum vel scrinio viri clarissimi adiutoris b, vel cuilibet alij nomine sportularum offerre compelli. omnibus antelatis c priuilegiis, quibus postea d per anteriores diuorum principum sanctiones defenduntur, in persona tam eorum, qui adhuc militant e, & qui posteà eandem militiam sortiti sunt, quàm eorum, qui prędictam militiam gradu vacante f † iam deposuerũt, vel posteà deposuerint seruandis: vt eorum commodo ipsi quoque vnà cum vxoribus & liberis, colonis præterea & seruis propriis, perfruantur.

Et quoniam † in controuersiis, quas in iudiciis moueri cõtingit, æqualitatẽ litigatoribus volumus seruari, volumus & aduersariis eorum pro sumptibus & expensis similem antelatorum beneficiorum prærogatiuam custodiri g. propter hanc etenim causam & viros deuotos memoriales non tantùm agendo in quolibet iudicio, sed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, priuilegiis à nobis indultis potiri decernimus. iis videlicet, qui militiam virorum deuotissimorũ memorialiũ gradu solito h deposuerunt, seu deposuerint, & si quietis amore per prouincias domicilium i fouere maluerint: omnibus nihilominus priuilegiis quæ huiusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam à nostra liberalitate præstita k sunt, muniẽdis, & eorum commodis atque auxilio potituris.

Numerus adiutorum primò determinatus, & postea per ambitionem ampliatus, est ad primum ampliatum numerum post præsentes adiutores reducendus. Et si vnus ex dictis adiutoribus fuerit incorporatus inter scriniarios memoriales libellorum vel epistolarum, potest alium coadiutorem loco sui subrogare: dummodo quæstori id scriptis, vel per libellum notificet nomen, tempus, & meritum subrogati, & quæstorum subscriptio apponatur: & adiutor talis subrogatus remanebit in ordine, qualis tempore dati libelli fuerat. Quod etiam in dignitatibus obseruatur, & hoc dicit tota lex, secundum Ioan. de Plat.

Imp. Iusti. A. XIII.

Comperimus diuinitus quidem pridem fuisse depositum l, viros deuotos adiutores tuæ m magnitudinis certo esse numero, nec ad huiusmodi nomen vel operam plures licitum esse adspirare, quàm in scrinio quidem sacræ memoriæ duodecim n tantùm: septenos verò in duobus reliquis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorumq́ libellorum: sed posterioris licentiam temporis supra modum indulgendo ambitionibus disturbasse rei merita, ac multitudinem diuulgasse, vt inter memorialium & adiutorum numerum o non longum p penè intersit.

Sancimus itaque, reduci eis, ac renouari statutum ordinis terminum: non vt eximãtur adiutoribus ij, qui præter prædictam dispositionem in præsenti exuberant: sed vt inter ea omnibus aliis interdicatur ab affectando hoc nomen, donec de-exeuntibus singulis ac recedentibus crescere possit vetita conglomeratio, legitimusque iam redeat numerus q: non prohibendis viris deuotis adiutoribus desistentibus ab eodem officio, cùm vel ad laterculensis r gradum in scrinio sacræ memoriæ prouecti fuerint, vel secundum locum obtinuerint in duobus

corum &c. vt s. de tempo. in inte. resti. l. fi. Accur.

k Præstita. in l. quã non habemus.

l Comperim⁹. Dispositũ. in l. quam non habemus.

m Tuæ. quæstori loquitur: vt j. l. fin. Accur.

n Duodecim. s. e. l. hac parte contra. Sol. vt ibi. Alij, qa ibi in memoralib⁹. hic in adiutoribus. Accursius.

o Numerũ. Nota duas scholas seu numeros memorialium adiutorum.

p Longum. l. longe, cum memoriales debeãt esse plures.

q Numerus. sic in auth. de referen. col. iij. & de mẽsu. ordinando. clerico rũ. & vt determinatus sit numerus cle. in princ. col. j. & s. de sa. san. ecc. l. non plures.

r Laterculensis. gradus quidam in scrinio * memoriæ depositionum principis. Accur.

Aliis.

aliis [a] scriniis, postquam proximi [b] creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina: tamen alios pro se, quos elegerint, subrogandos, adiutores petere, qui posteriores erunt cæteris. Illud etiã disponendum duximus, vtpote nonnullis anterioribus exemplis subnixum necnon iustitiæ congruũ, vt ab iis, quibus concessum est adiutorum agmini pro se sociare, libellus offeratur viro illustri pro tempore quæstori, petendaq́ꝫ eius subscriptio, tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipsam cõtinens: idest, quòd inter [c] adiutores ei, quem pro se subrogat, mereri permissum est. ordinandis videlicet iisdem adiutoribus pro ratione temporum [d], quibus libelli porrecti sut, vt etiam si in memorialium matricula inferiore loco sit, qui prior in adiutoribus meruit [e], adiutor quidem habeatur superior, memorialis verò posterior pro vtriusque ordinis modo, vel discrimine. quod etiam in aliis quoque penè omnibus officiis [f] obseruari dignoscitur.

Adiutores cùm conueniuntur sine rescriptis, eorum nomen voce sola sufficit demonstrari: aliàs tam in scriptis, tam in causa, quàm in actis est demonstrandum. Item si adiutores commeatu accepto se absentauerunt, durante tempore absentiæ integrum debent habere salarium ac si præsentes essent. Bar.

Idẽ A. Proculo. XIIII.

HAc lege sancimus si quando adiutores viri magnifici pro tempore quæstoris sacri nostri palatij in accusationem ciuilis causæ vel criminalis deducti fuerint, strictum iuris & integritatis congruum ordinem conseruari: vt si sine scriptis conueniendi sint, nomen eius præcipientis [g] ore designatum esse sufficiat. Sin autem scriptis in querimonia vnus adiutorum, aut plures fortè ferendi sint: monumenta [h] sententiarum in persona tantummodo conueniendi adiutoris præcedẽtium, æquum & iustum initium futuro præstent certamini. Et quoniã probationibus [i] & exemplis potius, quàm indecoræ consuetudini decet indulgeri: quod in vniuerso deuotissimorum scrinio libellensium † euicisse monstratur, id in adiutores sacræ memoriæ, sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus: vt qui liberam proficiscendi licentiam pronunciatione commeatus adepti fuerint, sine qualibet stipendiorum aut emolumẽtorum deductione [k] peregrè degant. Etenim pro tempore viris clarissimis proximis, & meloproximis, aut eorum adiutoribus, absentiæ causa vel offerre de suo proprio, aut ex annonis seu stipendiis quicquam relinquere cogendis: quamuis Ianuarias calendas indultum excedat spatium, & intra se festum diem contineat. Ad hoc illud obseruari sancimus, ne alius adiutor propter quamcunqꝫ ambitionem iis, qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem adeatur, licet in veterem numerum redacti fuerint [l].

Adiutores sacrorum scriniorum etiam supernumerati possunt alios subrogare loco ipsorum, vt ipsi assumantur inter scriniarios collegiatos: non autem propter morbum, vel senium, vel aliam necessariam causam, constitutione hoc permittente hac in parte correcta. Bar.

Idem Augustus. XV.

CErtæ quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus viri illustris pro tẽpore quæstoris nostri palatij, quorum obsequio res agitur quæstoria, dedimus. quarum prima [m] quidẽ ad supplicationem eorundẽ adiutorum [n] emissa, numero eorũ, qui erãt illo tẽpore, quo preces nobis obtulerũt, neqꝫ aliquem eximi, neqꝫ addi precepit, præterquam si

[a] Aliis. s. libellorũ vel epistolarũ: qđ dic vt in titulo.

[b] Proximi. i. in dictis gradibus fuerunt incorporati.

[c] Inter. hoc continet subscriptionẽ quod inter adiutores ei, quem pro se subrogat.

[d] Temporum. sic j. de priuileg. eo. q in sac. pa. l. fi. Ac.

[e] Meruit. i. qui dicessit ab adiutoribus inter quos erat prior: nunc est vltimus inter memoriales: sed subrogatus ab eo inter adiutores erit primus inter eos, si modo ordo tempus libellorũ ei dederit: qa præcedentes eum sunt mortui: ne obstet. s̃. eo. ibi, qui posteriores erant cæteris. Vel dic quod memorialis vltimꝰ sit adiutor: & poterit esse primus. Idẽ si desinant præcedẽtes. arg. j. l. proxi. & sic duo habent officia: quod contradicit. s̃. l. hac parte. nisi dicas quod hic quasi vnum reputatur, cum sint circa idem.

Officia duo regulariter qs habere nõ potest.

[f] Officiis. puta in scriniis principum. Vel dic etiã in scriniis aliorum magistratuum. nam & alij habent: vt j. l. proxi.

[g] HAc lege. Prę cipientis id est, agentis vel accusantis.

[h] Monumenta. id est, scripturæ sentẽtiarum præcedentium. s. cõuentionalium. & facit. s̃. l. in sacris. §. hoc si prolata. & de digni. l. quoties.

[i] Probationibus. alias procurationibus, alias prouocationibus, id est, procurationibus, quibus homines vocãtur ad ius: & sic sunt duę partes. Accursius.

Absens causa studij, commeatũ habere debet.

[k] Deductione. videt adesse, qui abest licito commeatu, quo ad præbendã. & sic facit ꝑ clericis absentibus. Itẽ quod priuilegium vt s̃. eo. l. in sacris. alias secus: vt s̃. de domesticis. l. iij. & de epis. & cleri. l. si qua per calumniã.

[l] Fuerint. facit. s̃. l. proxi. & j. l. proxi. §. illo.

[m] CErtæ. Pria. Hæc est. s̃. e. l. comperimus.

[n] Adiutorum. i. adiutoriorum * syncopa. sic. s̃. de præpo. pa. sic. s̃. de præpo. laborum. & sic in hac lege frequenter ponitur. Accursius.

* Nugatur Acc. si modo expẽdas qd velit Imp.

Laterculensium

† Libellenses hic, quos alibi libellorũ scriniarios ait.

quis eorum, vel ad laterculensis[a] gradum in scrinio sacræ memoriæ, vel ad secundum locum in duobus aliis scriniis: id est, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum prouectus fuerit. Nam his licere desistentibus ab adiutoris officio, alios pro se, quos voluerint adiutores subrogare, vltimum locum in iisdem, adiutoribus obtenturos, licet superiorem in memorialibus habeant[b]. Altera[c] verò per sacram Pragmaticam est, per quã excelsæ memoriæ viro Proculo suggerente præcipimus, illos etiã adiutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium valeant, veluti senium, vel morbum, vel aliam necessariam causam. quod ex ipsorum adiutorum petitione idẽ magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab aliis memorialibus tam in scrinio sacræ memoriæ, quàm in cæteris duobus, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum relatis.† adiici comperimus diminutionem[d] eorundem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem, & insuper venditioni[e] quodammodo memorati officii locum introductum esse. quod ne decætero fiat, præsentem sanctionem ad tuam magnitudinem mittimus, per quam iubemus illis tantum permissum esse secundum prius nostræ serenitatis rescriptum alios in locum subrogare, qui vel laterculensis gradum in scrinio memoriæ, vel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint[f]: secunda[g] nostra sanctione super hoc capitulo decætero cessante: nulli danda licentia, eorundem adiutorum, præterquàm si ad memoratos gradus ascenderint, alium pro se eisdem adiutoribus ex quocunque fortuito casu connumerare: vt eo modo ad veterem numerum iidem adiutores redeant. & xij. quidem in scrinio sacræ memoriæ, septem verò in aliis duobus sint. id est, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum. Illo[h] videlicet obseruando, ne alius adiutor per quamcunque ambitionem iis, qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem, licet in veterem numerum redacti fuerit, addatur[i]. Nam si per mutationem, licet fortuiti casus inciderint, prohiberi disposuimus, multò magis prioribus manentibus alios introduci vetamus: scilicet anterioris sanctionis[k] capitulis in suo robore permansuris.

TITVLVS XX.

DE AGENTIBVS in rebus[l].

Nullus de numero agentium in rebus locum mortui per pecuniam debet inuadere: sed in locum eius ille debet succedere, qui gradu post eum erat proximus, & dignus labore. Bar.

Impp. Theo. & Valen. AA. I.

NVllus[m] de schola[n] agẽtium in rebus decætero locũ mortui conetur inuadere: sed is, qui ordine stipendiorum, & laborum meritò ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius præmia percipienda succedat, omni obiectione[o] cessante.

Agens in rebus deponendus, vel eximendus de libro agentium non est per aliquem iudicem, ad cuius officium non spectat cognitio contra eos. Barto.

Iidem AA. II.

NVlli[p] posthac sine nostræ maiestatis authoritate discingendi[q] agentẽ

---

a Laterculensis. Hæc omnia expone vt in d. l. comperimus.

b Habeant subrogantes, non autẽ dicas. quod vnus habeat duo officia: vt s. e. l. hac parte, vel dic vt no. in d. l. cõperimus.

c Altera. hoc est Græca. Accur.

d Diminutionẽ. nam cũ multi erãt supra numerũ, non poterãt minui: sed liceat cuilibet seni vel morboso. Acc.

e Venditioni. qa fingens vel nõ fingens ægritudinem vendebat locũ subrogato.

f Adepti fuerint. vt l. comperimus.

g Secunda. scilicet Græca, quã nõ habemus.

h Illo. facit. s. l. pxi. §. fi.

i Addatur. vt sic vltra numerum.

k Sãctionis. s. Græcæ. Sed arg. j. ti j. l. pe. Item facit in authen. de defen. ci. §. nulla. col. iij. & vt iud. sine quo. suffr. §. nulli. coll. ij. & de mã. prin §. eos aũt. coll. a. iij. & s. de asses. l. nullus.

l DE AGENtibus &c. Hi sunt, quibus electionum cura mandat: vt j. de decur. l. vlt. & erant plures. diuisi per diuersos numeros: vt j. l. iij. & qlibet numerus habebat prępositũ: vt s. de offic. ma. of. l. j. & dicebanẽ principes: vt. j. tit. j. per totum. nam de illis ibi dicit. Accur.

† Alias, aditi.

m NVllus. scilicet alter quam ille de quo dicitur.

n De schola. neque de extraneis. adeo, quod si militauerit in officiis spectabiliũ non accipiet hic locum: vt s. de offi. mi li. iu. l. pe.

o Obiectione. alias obiectione et als obreptione. & facit s. de pxi. sacr. scri. l. vnicuique & j. de castren. l. j. & in authen. de mo. §. ordinationem. col. j. & s. de offic. mag. of. l. nemo. & de aduo. di. in. l. petitionẽ. §. quãdo autem. & de aduo. di. iu. l. fina. in prin. & j. de tyro. l. fi. & s. de muril. l. si quis. & s. de pfes. l. magistros. & s. de stu. lib. vrb. Ro. l. j. & s. de of. re. pro. l. si qs &. j. de diuer. offi. l j. & s. de offi. præfect. vrb. l. fi.

p NVlli. scilicet iudici.

q Discigẽdi. i. deponẽdi. sic s. de ag. & man. l. iij Accur.

Eximen

in rebus, nulli eximendi [a] † pateat copia: nisi probata schola, & animaduersione veteris iudicis [b], & nullam timere debet contumeliam vilitatis [c].

Matricula agentium in rebus non debet esse nisi xlviij. quorum quilibet præest ducentis. circitores verò debent esse trecenti: & equites quadringenti quinquaginta. Bartolus.

Imp. Zeno A. III.

MAtriculam [d] † agētiū in rebus à tua [e] celsitudine confectam admittentes, iubemus, ne ducenarij plusquam xlviij. in singulis [f] habeātur in posterum, & numerum centenariorum ducenti viri, quos vacante tempore gradus competentes admiserint [g]: pariq; modo biarchorum † nomen meritumq; ccl. viri dūtaxat: præterea circitorū [h] ccc. & equitum cccel. impleant. sit in æternum illa quoq; fixa stabilisq; tuæ sublimitatis dispositio: vt si quis de numero ducenariorū, quos xlviij. quotannis [i] esse censuimus, forsitan de luce migrauerit: laborum eius fructuum successores ab intestato, vel ex testamēto veniētes, & lucrum dispensent [k]: & ita omnibus inter cæteros superstites potiantur solatiis, tanquā si viuus, qui hæc eadē diu sperauerat, sibimet vindicasset. Qua de causa locū etiam eius successorum intuitu vacare [l] conueniet.

Nemo autem sine diuali probatoria, quā codices in sacro scrinio memoriæ positi, debeant inferendam accipere [m], militaribus eiusdem deuotissimæ scholæ stipendiis vel priuilegiis potiatur.

Nullus de numero centenariorum vel ducenariorum in rebus agentium noxam contrahens in ciuitate Constantinopolitana conueniri potest coram alio, quàm coram officiorum magistro in causa ciuili vel criminali: quo priuilegio non vtitur si extra ciuitatem illam degat, vel deposito officio. Bartolus.

Idem Augu. IIII.

EX eo [n], quo primum ducennæ vel centenariorum gradum [o] in schola agentium in rebus militantes meruerint, desināt [p] in sacratissima videlicet ciuitate cōstituti alterius iudicis cuiuslibet authoritate pulsari, vel in alio quolibet examine, præterquam viri magnifici magistri officiorum, & cui forsitan ipse concesserit, actionibus sui quisquam aduersarij respondere. Quod multò magis in criminalibus causis obseruari decernimus. Absurdū [q] est enim, vt in eius salutem vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Huius autem beneficij prærogatiuam subadiuuis † [r] etiā, qui pro singulis inueniuntur temporibus, deferri iubemus: licet hanc in eorum persona more quoque veteri seruari cognouerimus: vt tamen post depositum [s] officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege respondere non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum personas in prouinciis repertas, concessa nunc speciali fori prærogatiua (nisi publicæ executionis [t] solicitudo his iniuncta sit) vti prohibemus, eosq; ordinariorum [v] etiam pro veteri iure sententiis obedire præcipimus.

TITVLVS XXI.

DE PRAEPOSITIS agentium † in rebus.

Imp. Zeno A. I.

---

[a] Eximendi. à matricula seu libro, in quo nomina eorū erāt scripta: sed ipsa l. eximit quēq; propter delictū eius: vt j. de cōme. l. fi. & facit. s. de decu. l. nemo.

[b] Iudicis. alicuius.

[c] Vilitatis. viles vocat alios iudices vel respectu eius agentis dicit: quasi vile sit timere: vt ff. de reg. iur. l. vani.

[d] MAtriculā: i. librū, vbi nomina infra scriptorū erant descripta per ordinē, & fuerant vocati.

[e] A tua. magistro officiorū loquitur, vt patet s. de offi. magi. offic. l. j.

[f] In singulis. hi xlviij. erant principes dicti: vt hac d. l. j. & quilibet præerat forte ducentis. Accursius.

[g] Admiserint. accipe impleāt, quod est j. & hi ducētū suū principem habent, q centenarius dicitur. & sic sequentis numeri quilibet suum vt d. l. j.

[h] Circitorum. circitores dicuntur, qbus vestiarij vel lintearij dant. vestē circunferendam & distrahendā: vt ff. de institoria l. cuicūque. §. j. & dic quod omnia sunt nomina numerorū militantiū inter agentes in rebus.

[i] Quotānis. i. singulis annis.

[k] Lucrum dispēsent. sic. s. de proxi. sa. scr. l. si quis in sacris. & de aduo. diuer. iu. l. post duos. §. j. & s. de dome. & pro. l. fi.

[l] Vacare. vsq; dū debebat durare defunctus, si vixisset, ne duobus salariis grauaretur respub. Accursius.

[m] Accipere. hoc est quasi registrum. & j. de diuer. offic. l. pbatorias.

[n] EX eo. s. tpe.

[o] Gradū. Ad quē non suffragio sed labore qs puenit. vt s. de offi. ma. of. l. j. & ij. & s. eod. l. j.

[p] Desinant. alias destituant: & alias desināt: & alias deserant.

[q] Absurdum. sic ff. de pe. l. capitaliū. §. & vt generaliter. & de sena. l. qui indignus. sed arg. cōtra. ff. de iud. l. solemus. §. latrunculator. & facit. j. de ap. p pto. l. fi. de pala. l. viros. & de cast. l. fi. & de vetera. l. fi. & de diuer. offic. l. viros. & de priui. schol. l. ij. & s. de silentia. l. pe. Accur.

[r] Subadiuuis. nomina appellatiua quorūdam militantium inter agentes: vt j. l. proxi.

[s] Post depositū. j. tit. j. l. principes. cōtra. & j. eo. l. fin. Sol. vt ibi.

[t] Executionis. aliās executoris.

[v] Ordinariorū. s. præsidum: vt s. de mod. mul. eos. Accursius.

DE PRAE-positis agentium in rebus.

Agen

† aliàs, paterant elogio. vide Alciat. hic.

† Multa in, hanc l. Alci. hic, & Pyrrh. tu illos videto.

† Biarchi sunt, qui ad vitam totius domus principalis necessaria redimebāt.

Circitores qui sint.

† aliàs, iis etiam qui sub aliis cingulis inueniūtur pro temporibus.

† aliàs nō est hic tit.

AGentes in rebus, qui per ordinem [a] consequi solẽt principatus [b] insignia, in vnoquoque scrinio fabricarum & barbarorum † quaternos sub ambarum [c] solicitudine per annum dũtaxat integrum procedentes gradatim subire, hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis videlicet vniuersis negotiatoribus quodlibet mercimonium per se gerentibus, interpositasve personas, cum eis antè sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare [d]: exceptis nihilominus iis, qui possessionum alienarum solicitudinem procurationemve susceperint. Eos enim ad hæc officia volumus aspirare, quorum labores scholæ agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostræ mansuetudinis excludendi qui cũ scholæ eidem socientur in sacris scriniis, quibus viri spectabiles primicerius & tertiocerius præsunt, adiuuantes eos, publicarum chartarum tractatibus occupantur: & duobus officiis [e] operam suam adhibere non possunt. Nam præter emolumenta, quæ de prædictis scriniis consequũtur, principatus etiam solatio debent esse contenti. Quòd si morbo, vel ætatis senio capti, & imperiti huiusmodi rerum, vel quocunque alio vitio přę dediti, per se memorati officij curam subire nequiuerint, consideratis præcedentibus eorum laboribus [f], per substitutum [g] chartularium eiusdem scrinij, cui præfuturus est, ipse idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm scientiam peritiamque rerum habentem, electione sua suarumque periculo facultatum, præfatum munus eos implere præcipimus.

Agentes in rebus, & eorum serui, vxores & liberi siue agant per se, siue per procuratores eorum, siue conueniantur, habent circa soluendas sportulas priuilegium, quod habent in sacris scriniis militantes: nec coguntur dare fideiussores extraneos de iudicio sisti: sed sufficit fideiussor de suo numero in rebus agentium: & per hoc priuilegium non derogatur alijs priuilegijs eis concessis. Ioan. de Pla.

Imp. Anasta. A. II.

HAc saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conuẽtionibus & modo sportularum executoribus præbendarum, pro quantitate sumptuum, quæ circa litigia sibimet ab aliis inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se procuratores, [h] exercenda, conuenit ab his agnosci: ac beneficiis quæ in sacro nostro militantibus ministerio iampridem per diuinas sanctiones indulta [i] sunt, perpotiri: & fideiussorem idoneum de eadem schola [k], non autem extraneum offerre compelli, ita tamen, vt priuilegia quæcunque centenariis seu ducenariis vel chartulariis seu viris clarissimis principibus post depositam quoque militiam iam per dispositiones principales impertita [l], & nunc vsque obseruata esse noscuntur, intacta inuolataque custodiantur: cùm perabsurdum, perque temerarium sit, hanc nostræ liberalitatẽ pietatis (quãquam astuta interpretatione) non ad augmẽtum anteriorum priuilegiorum sed deminutionem conuertere [m] cõcedi. simili videlicet forma pro matribus [n] & vxoribus eorum, necnon etiam liberis sub eorũ potestate cõstitutis, nec aliam sortitis, vel

[a] Per ordinẽ. matricula decurrẽte: vt s. de offic. ma. offic. l. j.

[b] Principatus. vt fiat princeps agentium: vt. d. l. j. & j. tit. j. l. j.

[c] Sub ambarum. id est, præponebãt cæteris agentibus: minores tamẽ erãt principibus: vt hic colligitur: quales erant antiquarij in scrinij memoriæ: vt supra tit. ij. l. hac parte. & hæc sunt nomina quorũdam numerorum in rebus agentium.

[d] Militare. Not. negotiatores non militare: vt j. nego. nemi. & s. de dig. l. ne quis. Item cõductores & procuratores: vt & s. loca. l. fina.

[e] Duobus officiis. no. sic. s. titu. ij. hac parte. cum concor. Accursius.

[f] Laboribus. prodest hactenus fuisse bonum. sic. ff. de re mil. l. iij. §. is qui. & l. nõ omnes. §. à barbaris.

[g] Per substitutũ. sic, s. tit. j. l. iiij. Sed contra. s. tit. j. l. fin. §. pe. Solu. ibi in alio officiali, quàm hic Itẽ facit, qđ aliquis per substitutũ facit, & suo periculo: vt hic. & s. de epi. & cle. l. quisquis. et. l. ad similitudinẽ. & de admi. tut. l. decreto. & ad muni. l. qd ergo. & de pol. l. de pollicitationibus. &. s. de peric. no. l. fi. & quo quis or. l. fi. & de decur. l. nullus. &. ff. de cõsti. pe. l. quod autẽ. §. sed. & si quis. Accursius.

[h] HAc. Procuratores. quoslibet, nisi sint illustres v t s. & in auth. vt illustres. §. j. col. v. & s. de procu. l. pe.

[i] Indulta. vt s. tit. ij. l. in sacris.

[k] De eadem schola. sic prædi. l. in sacris. §. j.

[l] Impertita. per leges quas non habemus. nam leges quę sunt. s. non dicunt de priui. competẽtibus post depositũ officium. & facit. j. ti. j. l. ex agentibus. sed contra s. tit. j. l. ex eo. ibi, vt cum &c. & verbũ ibi positum si non certe &c. vbi subaudi, vel similes principes. soluit contrarium. Accur.

[m] Conuertere. priuilegia extẽdũtur: ff. de consti. princi. l. vlt. Item no. cum datur priuilegium priuilegiato, non ideo aufertur primũ priuilegium sic & s. de di. l. iij. & argu. ff. de act. & obliga. l. Lucio.

[n] Pro matribus. de matribus & de seruis dic, vt not. s. titu. ij. l. in sacris. in princi.

† alias, Barbaricorũ, alias Barbariorum.

Negotiatores militare non debent.

Bonum fuisse hactenus prodest.

Quan

sortituris militiam, necnõ etiam seruis ad eos pertinentibus seruanda: ita vt in prouinciis quoque supradictæ personæ degentes, simili beneficio perfruantur: sportulas tamen & litiũ expẽsas pro tertia superius enarratæ quantitatis [a] parte soluturæ: denarũ [b] librarũ auri cõdemnatione, aliaque grauissima indignatione iis feriendis, quicunq; nostra iussa quolibet modo, seu tempore violauerint, seu violari consenserint.

TITVLVS XXII.

DE PRINCIPIBUS agentium in rebus [c].

Finito labore agentium in rebus, agens princeps agentium creandus est: nec potest ad aliquas publicas vel priuatas functiones vocari, nisi de principis conscientia: nec vexari potest coram aliquo iudice, nisi coram principe: nec patronus causarum potest ignorante principe contra eum aliquid postulare: & contra faciens pœna decem librarũ auri punitur. Bartolus.

Imp. Zeno A. I.

AGentes [d] in rebus post palmã laboris emeriti, principatus [e] honore remuneramus. atque ideo officiales tam ad necessitates publicas, quàm priuatas, non nisi à principe [f] mittantur authore: nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum [g], etiam si intercessio in locis degentis officiĳ fuerit impertita. Causarum etiam patronos ita volumus esse conuentos [h], ne ignorante principe vllam postulationem introducant [i], neve sub vnius persona suscepti, fraude quadam aliena [k] negotia inferenda esse pertentent. Quòd si fuerit definitio [l] cõtempta: decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri.

Omnes agentes in rebus sunt sub eorum principe conueniendi, etiam si senatoria dignitas præfulgeat in eis: actus verò soliti expediri per cœtum senatus, expedientur per ipsum aliquo rescripto subuentionum non obstante. Bartolus.

Imp. Anastasius A. II.

OMnia citatoria [m] omnium scilicet causarum, atque personarum, licet sint senatoriæ dignitatis [n], ad principes [o] specialiter reuocari præcipimus: actus verò cæteros, qui à sacratissimo cœtu senatus tractari consueuerunt, censualium [p] solicitudine celebrari: nec aliquod præiudicium [q] ex subreptitio rescripto supplicibus inferri.

Principes agentium in rebus decorantur dignitate proconsulari. Bartolus.

Idem A. III.

PRoconsularis apicis dignitatis adiectione principes agentium in rebus præcipimus decorari [r].

Principes agentes in rebus possunt habere domesticos, quorum industriam & fidem putant esse comprobatam: licet illi domestici eodem officio sæpe functi fuerint: & si in dicto officio per vngintiquinque annos seruire non possint corporis valetudine impediti, & ob hoc ad honorariam dignitatem principis beneficio transmigrauerint: iisdẽ priuilegiis & beneficiis potiẽtur, quibus potitur factus princeps agentium. Barto.

Impp. Theodo. & Valenti. A.A. IIII.

[a] Quantitats. facit d. l. in sacris. & j. eo. tit. l. fi. & de priui. scho. l. quoties. & s. de silen. l. pe. & de exc. mu. l. eã. & j. q mili. nõ pos. l. eis. & de priuile. eo. qui in sacro. l. ij. & j. de mu. l. scriniarios. & j. de castrẽ. l. iij. & l. fi. & ff. de lib. ag. l. si quis ali. §. fi. & de fabric. l. eos qui. & j. de pri. scho. l. hac lege.

[b] Denarum. i. decem & decem: vt ff. de leg. j. l. si quis testamento. & facit s. de legi. & constitu. l. ij. in fine.

[c] DE PRIN. cip. agen. &c. Dic vt s. tit. ij. in titul.

[d] AGentes. Et hoc expone vt in titu. s. tit. j. & dic palmam. i. victoriã & finẽ laboris. sic aduocatus habet palmam, cũ vincit causam vt ff. de var. & co. l. j. §. & si palmarij.

Aduocatus cũ vincit in causa, palmã habet.

[e] Principatus id est, vt sit princeps agẽtium in rebus: quod fit ꝑ laborẽ nõ suffragio decurrente matricula: vt s. de of. mag. off. l. j.

[f] A principe. i. ab Imperatore: vt non cõueniatur, nisi coram Imperatore dictus princeps. Vel dic à principe prædicto: & dic ad citandum vel exigẽdum aliquid ab eo, qui est de sua militia: vt j. l. proxi.

[g] Personarũ. vel dic dictorũ principum, & sine ipso. s. Imꝑatore. Vel dic personarum. s. militantium sub principe. nam non vexabãtur ab alio iudice, nisi à dicto principe: & quod subiicit etiam si intercessio. i. præceptio fuerit impertita offic. i loco degẽtis. i. citati, vel conuenti vel coram Imperatore secundũ primum: vel corã principe secundum aliũ intellectum: videbatur enim tunc contra: quasi nõ trahatur extra locũ suũ. arg. s. de epis. & cleri. l. omnes qui.

[h] Conuentos. id est admonitos.

[i] Introducant. cõtra prædictos in ꝑmisso examine vocatos secundum vtrunq; casum, vel nec pro eo, nec cõtra: quia in vetito examine vocatur secundum vtrunq; casum.

[k] Aliena. s. dicti vocati principis secundum primũ casum: vel sub eo militantis secundum alium.

[l] Definito. s. huius legis. & facit j. de re mili. l. nemo. & s. titu. iij. l. in sacris. Accur.

[m] OMnia citatoria. quæ habent fieri coram principe agentium in rebus, vt de iis q militant sub se: vt s. l. proxi.

[n] Dignitati. s. qui sub eo militant: & sic ex consensu imperatoris qui fecit legem istã, hoc permittitur: ne sit contra s. de dign. l. nemo vel dic hic honorem senaturę tãtum: ibi habet & actum.

[o] Ad principes. s. agentium in rebus.

[p] Censualium. i. coram magistro cẽsus, condicat actus. s. legitimos. s. insinuatio, & similes, vel sub. coram alio cui⁹ sit iurisdictio.

[q] Præiudicium. i. qđ præiudicet prędictis, alias male videtur sonare leges.

[r] PRoconsularis. Decorari. ergo est spectabilis: vt in authen. de non alie. §. fi. col. ij. nec ob. j. eo. l. vlti. in princ. vt ibi no.

Ex agen

EX agentibus in rebus† principalibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat [a] eos, quorũ fidẽ induſtriamq́ probatam ſibi exiſtimant: etſi ſæpe eodem officio fuerint [b] ante perfuncti.

Et ſi quis agens in rebus poſt vigintiquinque anno. curricula, ob aduerſam corporis [c] valetudinem militiæ finem minimè valuerit expectare, ſed ad honorariam ex principe dignitatẽ teſtimonio [d] ſcholæ proſilierit; iiſdem eum priuilegiis muniri cẽſemus, quibus ij, qui ad principatus actum progreſsi ſunt, potiuntur.

Sed in ſalutationibus iudicum conſeſsibuſq́ priores eos, qui per longæ militiæ metas ad principatus actum peruenerint, etſi actus tẽpore poſteriores [e] ſint, eſſe præcipimus: nihil cenſualibus, vel apparitoribus aduerſus priuilegia eorum excogitantibus, tanquàm [f] in actus principatus fuerint verſati: vicenarum librarum auri condemnatione contra eos propoſita.

Vicarianæ dignitatis titulis honoratur, qui princeps agentiũ aut magiſter officiorum eſt effectus. Barto.

Iidem AA. V.

EOs, qui ordine [g] trãſcurſa militia, poſt ducenam [h] ad deſideratum principis [i] peruenerint gradum, aut adiutores viri illuſtris magiſtri officiorum extiterint [k]: cùm inter honoratos cœperint numerari [l], vicarianæ [m] dignitatis titulis decorari cenſemus.

Princeps agentium in rebus cingulo comitiuæ primi ordinis fungitur. Barto.

Iidem AA. VI.

PRincipes agentium in rebus, quos ſæpe ſæua pericula, vitæq́ interdum renuntiatio [n] ad memoratum gradum adduxit, completo tempore militiæ ſuæ comitiuæ [o] primi ordinis cingulo in diẽ vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præſtitis ſaluis [p] priuilegiis) decernimus.

Militans in ſchola agentium, ſi fuerit de corpore cohortalium: licet princeps agẽtium factus ſit, filium curiæ obligatũ relinquit: ſed ſi ipſum ſuſceperit, poſtquam princeps factus fuerit, liber erit à curia. Bar.

Imp. Leo A. VII.

QVicunque ex corpore cohortalium militans in ſchola agentium in rebus filium procreauerit, ante, quàm ad metas militiæ ſuę perueniat, principatus [q] honore decoretur: & licet ipſe poſt finitã militiam, vtpote liber, nulla debeat huiuſmodi conuentione pulſari [r]: filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium.

Si verò poſtquam adeptus fuerit principatũ, ediderit filium: is, qui natus eſt, etiam ſi in ſchola deuotiſsimorum agentium in rebus militiam ſortitus non fuerit: ita liber ſit ac ſecurus, vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur, quaſi iam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

Imp. Anaſtaſius A. VIII.

MVltis deuotiſsimæ ſcholæ agentium in rebus aditionibus permoti, viros clariſsimos [s] eiuſdem ſcholæ principes, qui finitis militiæ ſtipendiis exeunt, quoties ex maioris iudicis ſententiis quotiès ex maioris iudicis ſententiis quoties ex maioris iudicis ſententiis ipſi vel eorum coniuges, aut liberi, vel

EX agẽtibus. [a] Liceat. qđ non licet. ſ. habere domeſticam rectori prouinciæ: vt s̃. de aſſeſ. l. nullus.

† alias, principibus.

[b] Fuerint. ſic s̃. de aſſeſ. liceat.

[c] Corporis facit s̃. titu. j. l. agentes. §. quod ſi morbo. Et not. quod nõ dicit hic quod eligat & alium ſubſtituat: & ſic non eſt cõtra s̃. ti. ij. l. fina. Sed illa l. agentes dicit ſibi ſolui.

[d] Teſtimonio. forte totius. & ſic non iurãt: ſed verbotenus bonũ de eo dicunt, ſic in auth. de mo. §. cogitãdum. col. j. vel dic q̄ iurent xv. ar. s̃. tit. iij. l. vnicuiq́. ſecus ergo ſi miles feciſſet prius: vt j̃. de re mi. l. miles. & ff. de infa. l. ij. §. ignominia & ff. de re mil. l. milites. §. j. & ij.

[e] Poſteriores. facit s̃. de conſu. l. j. in fi. Sed contra s̃. de præpo. ſa. cubi. l. j. & de ſilen. l. j. vbi videtur præferre, eũ, q eſt tãtũ honorarius. Sed dic illas intelligi ſecundum iſtam: vt qui eſt in actu ſemper præferatur honorariis eiuſdẽ, vel alterius dignitatis: vt s̃. vt dig or. ſer. l. ij. §. ſed adminiſtratores.

[f] Tanquam. vere nihil: quia habetur perinde, ac ſi fuiſſent in actu, & compleuiſſent militiam qa omnes p̃cedẽtes eũ deceſsiſſent: & ſic iſte fuiſſet princeps. & facit ad legem iſtam j̃. de pala. l. palatinos. & s̃. tit. ij. l. ij.

[g] EOs qui ordine. q̄ eſt faciendum: vt s̃. de offi. ma. offi. l. j.

[h] Ducenã. dignitas eſt, vt dicta l.

[i] Principis. ſ. agẽtium in rebus.

[k] Extiterint. qa tũc debet fieri princeps cũ ſteterit in ducena per annũ: vt s̃. tit. j. l. matriculã. aſſumptus enim adiutor fuit magiſtro officiorũ: quia ſuper omnes iſtos princeps erat. nam ipſe faciebat matriculam: vt s̃. tit. ij. l. matriculam.

[l] Numerari. hoc ipſo.

[m] Vicarianæ. qui eſt ſpectabilis, vt proconſ. quod patet: quia inter ſpectabiles ponitur: vt s̃. de offi. vi. cui proconſuli æquiparauit s̃. e. l. p̄conſularis. & facit j̃. l. p̄xi.

[n] PRincipes. Renuntiatio. renuntiat q ſe ſupponit periculo. & facit ff. pro ſo. l. ſi nõ fuerint. §. j. in fi. & j̃. ti. j. l. vlti.

[o] Comitiuæ. & hoc cingulũ comitiuæ eſt ſpectabile: vt not. ſupra de offic. eius qui pro. l. j. & concordat cum ſuperioribus & duabus proximis. Acc.

[p] Saluis. facit j̃. de priui. eo. qui in ſac. l. de cubiculis. & s̃. de ſilen. l. fina.

[q] QVicunq́. Principatus ſubaudi et principatus. &c. quod ſit matricula decurrente.

[r] Pulſari. vt s̃. de de decu. l. fin. §. viri quoq́. & facit in ea dẽ l. §. necnõ magiſtri. & s̃. de dig. l. ſenatores. & ff. de ſena. l. emancipatum. & ff. de dec. l. ij. §. j.

[s] MVltis Clariſsimos. i. claræ dignitatis: ſpectabiles tamẽ ſunt: vt s̃. eo. l. procõſularis. et ſub. iubemus. Sententiis. citatoriis.

Vel ſa

[a] Vel serui. de iis dic s. tit. iij. l. in sacris. in princi.
[b] Procuratores. de hoc s. titu. j. l. fina.
[c] Sportularum. in fiscum dandarum. ideò in sporta ponitur: vt seruiamus verbis: vt insti. de donatio. §. est & aliud.
[o] Patronis. q cogūt arbitrū pcedere: vt d. l. in sacris.
[p] Notariis. arbitri.
[q] Tertiam. partem solidi.
[r] Dictū est. in executore expresse, & i aliis sensit idē.
[s] Editione. i. prodēdis exēplis gestorū. sed s. proxi. p scribendo in quaterno iudicis.

serui [a], aut coloni, siue per se, siue per procuratores [b] conueniantur: non amplius quàm vnum solidū executoribus sportularum [c] nomine præbere compelli: apparitoribus vicariani seu præsidialis iudicij non nisi tertia parte solidi tantum præstanda [d] nullasque iisdem concussiones, aut vexationes in præbendis fideiussoribus ingeri: sed eos fideiussores, quos locorum defensor existimauerit [e] dare: ita videlicet, vt pro tenore generalium edictorum ij, qui vel in sacratissima vrbe, vel in prouinciis immobiles possidēt facultates, adiuratoriæ cautioni [f] & substantiæ suæ credātur. Hoc etiā adiiciēdo, vt nūquā, nisi ex sentētia [g] ex scriptis prolata penitus moneantur. Ad similitudinem insuper aliorum [h] officiorum, quoties ciuiles vel criminales contra eosdem cognitiones mouentur executorem quidem negotij vsque ad finem litis ciuilis seu criminalis vnius esse solidi præstatione contentū [i]: & pro insinuandis [k] nostræ serenitatis apicibus, vel simplici contra obnoxios eorum postulatione deponenda, binos solidos ab his vel coniugibus eorum præberi, & quotiescunque exemplaria [l] postulantur ij, quorum interest, accepto solido, quod petitur, præbere non differant. Pro implendis verò monumentis [m], vnde conueniendi tribuitur executoribus facultas, non vltrà quàm tres solidos, quibus competit, impertiri præcipimus: arbitro [n] verò non amplius quàm solidum, & fisci patronis [o] dimidiam solidi partem, notariis [p] verò tertiam [q] vsque ad finem (sicut dictum est [r]) causæ præstare super editione [s] chartularum solidi partem dimidiam præbere. Quòd si non apud arbitrum, sed in cōpetentibus iudiciis maioribus cogitatio celebretur: inducendi quidem negotij gratia non nisi quatuor solidos eosdem viros clarissimos erogare [t], gestorum [v] verò excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare: & nullius vltra suprascriptas quantitates, cuilibet alteri præstandi, sumptus exactione vexari, his omnibus locum habentibus, siue ipsi aliis litem ingerant, siue ab aliis pulsentur.

TITVLVS XXII.

DE CVRIOSIS † & Stationariis [a]

Denuntians maleficium punitur, si non probat: & ideo alium pro delicto non incarcerat. Bartolus.

Imp. Constan. A. I.

CVriosi & stationarij [y] vel quicunque fungunt hoc munere, crimina iudicibus nuntiāda meminerint, & sibi necessitatē probationis [z] incūbere: nec citra periculum sui si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. cesset ergo praua con-

[d] Præstanda. nomine sportularum pro fisco. nam pro se infra accipient.
[e] Existimauerit. de suo forte numero: vt arg. s. ti. iij. l. in sacris. §. fideicō. & s. tit. j. l. fi. §. fideiussorem. Accur.
[f] Adiuratoriæ cautioni. ex qua collige generaliter oēs possessores immobilium rerū debere iurare iudicio sisti, quanquā non satisdent. M. vt no. ff. q satis. cog. l. sciendū. Item quid si nō possidet? Rñd. idem, vt iuramēto stetur: vt s. ti. iij. in sacris ibi, ita vt si &c. nunc iurat satisdare non posse: licet hoc alij faciant: vt s. de epi. & cle. auth generaliter. Vel potes hic dicere secus quā in proximo sa. scri. vt si satisdet, si non habet immobilia: vt s. pxi. nullasque &c. Item no. qui hic innuit, quod si possidet Romæ, euitet in prouincia: & econtra. quod non puto: cū loco satisdationis sit possessio.
[g] Sententia. epistola citatoria.
[h] Aliorum. vt s. ti. iij. l. in sacris. & s. de dig. l. quoties.
[i] Contentum. hoc pro se accepit.
[k] Insinuandis. id est scribēdo rescripto principis vel simplici petitiōe actoris in libro iudicis. Accur.
[l] Exemplaria. hic illa eadem exēplificantur. et sic aliud pro scribēdo, & aliud pretiū pro exēplatura dantur. Ac.
[m] Monumentis. i. pro scribenda epistola citatoria: vt. s. eo. l. omnia.
[n] Arbitro. i. delegato. vel propriè, vt not. s. titu. iij. l. in sacris.

[t] Erogare. hoc habebunt iudices: vt in auth. de iudi. §. ne autē inter hæc. coll. vj. sed s. in pri. l. fiscus.
[v] Gestorū. hic de nomine aliorum iudicum, non arbitri de quorū nomine s. prox. dixi. & no. quod hæc omnia priuilegia habet comes consistorij: vt s. de comi. cōsi. l. j. & ij. & facit. j. de priui. scho. l. hac lege. & s. de agric. & cen. l. oēs. de spor. l. ij. & insti. de satis. §. sed hodie. & in aut. de nup. §. j. coll. iiij. & j. de castren. & ministe. l. ante omnia. Item non turberis si in aliquo differat lex ista ab illa. l. in sacris. Acc.
[a] DE CVRIOSIS. Dictum est in genere de agētibus in rebus & eorū principibus: nūc de duabus speciebus. Primo de curiosis, quorum officium erat vel in conūtiare crimina, & remittere criminosos: vt j. l. fi. Item secundo de quibusdā qui præerant euectionibus: vt in tribus sequentibus legibus.

† Curiosos existimat Alci. hic dici, non qui vbiubi delicta fierēt denunciabāt, vt sensit Accur. sed tātum qui cōmissa in curia principis, vel in comitatu præsidum per omnes prouincias referrent ad præfectū. Stationarij autem (inquit) sunt, qui stationariorum militum (hoc est, eorum qui ad aliquem locum tuendum deputati sunt, delicta deferrēt. Nihil tamen horum ex legibus huius tituli deprehendas.

[y] CVrio si & ille pro his, accipiēdi sunt, qui pro eodem curiosi & stationarij, forte, quia stabant certo loco vnde consueuerant fugere delinquētes. Idē dicitur irenarcha: vt ff de custo. reo. l. diuus.
[z] Probatiōis. no. ergo non credi officiali, nisi & probet. qd dic: vt s. de acc. l. ea qdē & fa. l. fin. & de cust. reo. l. j. Sed arg. contra. ff. de offic. præfec. vrb. l.

verb.l.j.§.fi.
a Immittebant.vt j.de cohor.l.j.Item qđ cõsuetudo praua reiicitur,facit in authen. vt nul.iud. §.j.col.ix.
b A Gentes. Publici cursus. officium huius erat portare pecuniam publicam per prouincias,& conducere naues & animalia ad ferendam annonam reip.& tempore competenti facere incipi iter vel cursum,& prouidere ne quid subtrahatur: vt hic,& j.l.fi.& j.de cu.pu.l.iij.&l.fina.
c Credimus.sic de pręfecto credit princeps: vt ff.de offic. præfec. præto.l.j.
d Officio.i.alius non intromittat se. vel dic,φ iste non intromittat se de alio officio.ad quod s.de agen.in re.l.pe nulti.& vlti.prima placet.
e Cursum. arripiẽdo iter ante alios: vel alĩs faciẽdo cõtra præceptũ istius.
f Euectio.i.quod vehitur:vel.i.quando iter arripitur,dicatur huic alias est aduocatio sic dicta euectio:quia animalia vocantur ad publicum cursum.
g Pro animalibus. mulis puta:vel pro equis, quisqꝫ accipiat pro decem,cũ nõ habeat nisi viij.
h Cogatur.ad hoc j.de ero.mil.ann.l. excellentiæ.& s. de excu.mu.l.placet.
i P Er id Sustinetis. loqui agẽtib⁹ in reb⁹.Ac.
k Statuenda. No. nõ iuuatur officio vel dignitate,q male eam seruat. sic s. de dig.l.iudices. & l. quoties. & j. de cur. pu.l. iij. & de vete.l.iij.item & fa. ff.de in ius vo. l.ij. & de mi.l. auxiliũ. in fi.& s.de.epis. & cle.l.generaliter.

Officium aut dignitatem male seruans eis non iuuatur.

l A Gentes. Censemus . Ad

suetudo per quam carceri aliquos immittebant[a].

Officium agentium in rebus est curiam habere super euectionibus cursus publici portando pecuniam publicam per prouincias,& conducendo naues & animalia ad deferendum annonas:& alius officialis sub pœna se intromittere non debet:& recipiens pecuniam pro animali in cursum publicum non edicto,pœna quadrupli punitur.Ioannes de platea.

Idem Augustus. II.

AGentes in rebus, in curis agendis,& euectionibus publici cursus[b] inspiciendis, nostrorum memores præceptorum, credimus[c] in omnibus velle profutura reipublicæ:ideoqꝫ solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere, & non ab alio penitus officio[d]. Hi verò peruigili diligentia prouidebunt ne quis contra euectionis authoritatem moueat cursum[e], vel amplius postulet quàm concessit euectio[f]. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi cœpti priuetur effectu. Demonstretur etiam iudicibus vel curiosis euectio, etiã si quis nobis iubentibus festinare memoret in obsequium necessarium:nec pręualeat contumacia vel dignitas. Ergo nummum iam vetamus exposci pro animalibus[g] in cursu minimè constitutis. Quòd si fortè aliquis existimauerit perpetrandum: eius quadruplum,quod accepit,inferre cogatur[h].

Condemnatio præfecti facta de agente in rebus est nulla: nisi talis agens aliquid contra honorem,honestatem, & decus sui officij commiserit : quia tunc grauius punitur.Bart.

Imp.Constan.A. III.

PEr id tempus, quo cursus tuendi solicitudinem sustinetis[i] condemnationes præfectorum circa eos solos irritæ sunt futuræ, qui seruauerint honestatem.erga eos verò qui inhonestè,& contra decus seculi vel honorem militiæ versabuntur: non solùm condemnatio mansura est,verũetiã grauior pœna est statuenda[k].

Agentes in rebus singularibus per singulas prouincias sunt mittendi,qui in euectionibus inspiciendis curam tantum habebunt cum alijs iudicibus vel prouincialibus: & alios illicitè non vexabunt:de causis non cognoscent:& non detrudent in carcerem.Bart.

Idem Augustus. IIII.

AGentes in rebus singulos per singulas ꝓuincias mittendos esse censemus[l], quibus inspiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari: vt nihil prorsus commune[m] aut cum iudicibus, aut cum prouincialibus habeant,nec naues debebunt illicita concussione vexare, nec libellos,aut attestationes vel contestationes litis gratia suscipere[n], aut in carcerem quẽquam trudere[o], sed cursui solùm vacare.

TITVLVS XXIIII.

DE PALATINIS † sacrarum largitionum, & rerum priuatarum[p].

Palatini pro capitibus eorum & iugis tantum pensitationem fisco soluent,ab aliis verò muneribus sordidis vacant.Barto.

Impp.Valent.& Valens AA. I.

PAlatini[q] pro capitibus[r] seu iugis[s] suis tantum pensitationem atqꝫ obsequia recognoscent,extraordinariis & sordidis muneribus,& susceptionibus &[t], temonariis[v] oneribus liberati.

quam curã & cursum illi ex schola agentiũ debent exire,quos ordo militiæ vocat & laborum adiutor: vt s. de offic. ma. of.l.j. plures ergo & alij agentes erant in rebus: vt d.l. & s.de agen.in re.l. matriculã. Et not. huius officium:vt s.e.l.ij.
m Cõmune.sic.j.ti. j.l.nihil.
n Suscipere. ad audiendum. Accur.
o Trudere. vt s.e. l.j in fi. sed si inueniat fugitiuos, in custodia detinere possitvt ff.de fug. l.fi.in prin.cũ isti dicantur stationarij: vt s.e.l.j.prin.
p De pala[...] et sacra.&c.
Scilicet principis nam vtriusqꝫ priuilegium idem datur vt j.e.l.fi.
q P Alatini. alias vicarij palatini:quia quodãmodo gerunt vicẽ principis.& sic pro eodẽ, alias dẽ est vicarij.
r Pro capitibus. No.sic.s.de agri.& cẽ.l.cũ antea.& nerusti. ad vllũ &c.l. j. Sed contra.s. de ca.ci. cen.exi l.j.& de colo. Thracen. sed et illa specializ.
s Iugis.i.boũ: vt in auth.de mã.prin. §.coges.col.iij.Ac.
t Susceptionibus. hospitũ: vt de clericis dicitur.s.de episco.& cle.l.j.
v Temonariis .i. alias temerariis: al's temo[...]

† Pa[...] tini [...] quia [...] hic dic[...] tur [...] nes in [...] latio [...] bitibus [...] lij quia [...] pe[...] mo.A[...] plerumque [...] qui [...] tribus [...] Impera[...] Quare [...] in prouin[...] cias [...] bantur [...] cebantur [...] rij, à [...] tio [...] do.

Thesaurarius vel comes thesaurorum repertus semel culpabilis in officio, iterato ad eandem militiam non aspirabit: nec etiam aliam acquirere potest. Bartolus.

Imppp. Valens Gra. & Valent. AAA. II.

NVllus thesaurensis, vel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus euersor [a] quocunque pacto [b], aut repetat militiam suam, aut aliã sibi requirat per ambitũ dignitatem, vel se transferat ad aliam quamcunq; militiam.

Singulis annis vnus ex palatinis mitti debet ad regendũ principatum comitis domorum Cappadociæ. Bartolus.

Imppp. Gratia. Valen. & Theodo. AAA. III.

PRisco [c] iam nunc ordine reuocato [d], de palatino potius officio ad regendum principatum officij comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit, vereatur. Idoneos itaque singulis annis è numero mittẽdariorum ad hoc eligere debebis [f], & mittere.

Palatini habent commune cum alijs iudicibus prouinciarum: sed excepta reuerentia, quæ eis debetur, non solùm per iudices minores, verum etiam per maiores quilibet iudex debet in suo officio deseruire. Bartolus.

Iidem AAA. IIII.

NIhil omnino vllis iudicibus [g] cum palatinis nostræ clementiæ, quicunq; à comitibus diriguntur, sit cõe atq; coniunctum [h]: sed excepta reuerentia (quæ non solùm ab inferioribus [i], sed etiã à maioribus, & in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum defertur atque defertur) suis quisq; necessitatibus obsecundet.

Effectus princeps palatinorum, ad aliam dignitatem consolare non potest. Bartolus.

Iidem AAA. V.

QVidam post impletum ordinem militiæ palatinæ, quam gesserant, honoremque transactum ad exceptorum [k] scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, vt nulli prorsus de hinc ista audendi relinquatur occasio: sed vnusquisq; eius scrinij, quem primum militando [l] elegit, ordinem persequatur: nec in alterius loco finem militiæ requirat: quia iam proprij ordinis transegerit principatum.

Præses palatinus iniungere non potest sordidum munus. Bartolus.

Iidem AAA. VI.

AB officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum, vt neque ipsa [m] postmodum [n] licitum sibi credat iisdem aliquid iniungere. & propterea prouinciarum rectores prohibeant quicquam vlterius tale conari.

Hæc lex est hodie modicæ vtilitatis: ideo non est circa eam insistendum. vide eam per teipsum, quia circa eam laborare esset littus arare. Bart.

Iidem AAA. VII.

SCriniis [o] omnibus largitionum comitatensium infra scriptas decernimus dignitates, vt his contenti, ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiam si speciale beneficium emẽdicato suffragio [p] quisquã voluerit impetrare. annonas etiã iuxta definitum dignitatũ modũ volumus pr͏̃star i. nec ampli⁹ quicquã præsumi. Breuis, quẽ dignitates, per singula scrinia officiorũ sacrorũ largitionum habere statuimus, hic est. Scrinij exceptorum præfectus ordinis secũdi numero vnus, itẽ secundicerius exceptorum numero vnus. ducenarij duo, vnus tertiocerius, & quartocerius centenarius vnus. Item primicerius instrumentorũ, epistolares numero duo, formæ primæ numero triginta sex, formæ secundæ numero quatuor, formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorũ præfectus ordi-

temonariis. & facit j. de priui. eorum, q in sac. pa. l. j. Accur.

[a] NVllus. Euersor. quia male gessit.

[b] Pacto. i. modo. & facit s. de susc. l. si aliquid. & s. de digni. l. iudices & ff. de suspec. tu. l. iij. §. quæri. in fi. §. & de ac. l. si cui. §. iisdem. & j. de coho. l. si cohortalis. & s. ad legem Iul. de ambit. l. j.

[c] PRisco. principatus Cappadociæ specialiter deputatus pro suis stipẽdiis comiti domorũ, ad quem regẽdum mittitur de palatinis: quẽ etiã verebit comes male aliquid per eum vel alium gerere.

[d] Reuocato. antea sic fuerat: sed in dissuetudinem habitum reuocat.

[e] Mittẽdariorũ. id est palatinorum qui sunt habiles ad mittendum.

[f] Debebis. comiti domorum loquit: vt j. l. proxi. & not. hic ar. q maius p̃latus timet bonũ subditum.

Prælatus malus bonum subditum timet.

[g] NIhil. Iudicibus. alias militibus, & alias comitibus. s. prouinciarum.

[h] Coniunctũ. dũ palatini gerant suũ officiũ. & sic nõ obstat s. de agẽ. in reb. l. ex eo. in fi. & l. fi. §. ita. q sunt cõtra. & facit s. tit. j. l. fi.

[i] Ab inferioribus. no. reuerẽtiam maiori à minori deberi: & econtra: sic s. de offic. re. pro l. potiores & de offi. diuer. iudi. l. ij. itẽ no. qđ archiepiscopus in hac terra honorare debet episcopum: vt hic, nec suã iurisdictionẽ per illius p̃sentiã perdit: vt in aut. de defen. ci. §. nulla. col ij.

Reuerentiam debet minor maiori impendere, & ecõtra.

[k] QVidã. Exceptorum. id est, ad aliam dignitatem.

[l] Militando. subaudi elegit. & facit s. vt dig. or. ser. l. j. & de proxi. sa. scri. l. vnicuique.

[m] AB officiis. Neq; ipsa. scilicet excellentia tua. Accursius.

[n] Postmodum. i. post legẽ istã. Vel dic post finitum officiũ: & dicit in sordidis & similibus: ne sit contra. s. eo. l. j.

[o] SCriniis. hac l. nominantur officiales, qui subsunt comitibus domorum: & hi soli habebant stipẽdia: & est falsa hæc. l. in omnib⁹ fere libris circa literam.

[p] Suffragio sic s. de princi. agen. in rebus. l. omnia.

Placuit

[a] Placuit. Et palatinis. & pro id est.
[b] Ex iisdem. scilicet palatinis. Ac.
[c] Terni. alias tamen, alias tantum, alias terni. & qui sunt centenarij & ducenarij & certi numeri, habes s. l. proxi. & qbus singulis ānis aliquot quiescunt, vt hic.
[d] Prouisionis. s. tuæ, & præfecto loquitur.

[e] Non aliter. Annotatio nem. id est, priuilegium nostro motu sed cū consilio procerū est pragmatica sanctio. & facit s. de agē. in re l. matriculam. in fi. & j. de re milita. l. neminem.
[f] Palatinos. Ad calcem. id est, finem. nā calx, calcis, pars pedis extrema:

nis tertij numero vnus, centenarius numero vnus. Secundo epistolares numero duo, formæ primæ numero tres, formæ secundæ numero vnus, formę tertię numero duo.

Sacri scrinij tabellariorum præfectus ordinis tertij numero vnus, ducenarius numero vnus, centenarius numero vnus, epistolaris numero vnus, formæ primæ numero tres, formæ secundæ numero quinque. Scrinij canonis præfectus ordinis tertij numero vnus, ducenarius numero vnus cētenarius numero vnus, epistolares numero duo, formæ primæ numero quatuor, formæ secundæ numero quatuor.

Scrinij mittendariorum ducenarius numero vnus, centenarij numero quinque, epistolares numero octo, formæ primæ numero octo, formæ secundæ numero triginta tres. Scrinij sacræ massæ præfectus ordinis tertij numero vnus. i. primicerius sacræ massæ numero vnus, item secundarius numero vnus, ducenarij numero duo, item tertiocerius numero vnus, ducenarij numero duo, & quartocerius centenarij numero sex, epistolares numero quatuor. Artifices specierum ducenarij numero quatuor, cētenarij numero sex, epistolares numero octo, formæ primæ numero octo, formæ secūdæ numero quatuor. Artifices solidorū ducenarij numero octo, epistolares numero sex, formæ primæ numero nouē, formæ secundæ numero triginta. Sculptores & cæteri artifices cētenarij numero vnus, epistolares numero quinque, formæ primæ numero sex, formæ secundæ numero decē & octo. Scriniarij ad responsum per formā primā numero vnus, per formā secundā numero duo, ducenarius numero vnus, centenarij numero duo, epistolares numero tres, formæ primæ numero quatuor, formæ secundæ numero duo, formæ tertiæ numero vnus. Scrinij ad limitem per formam primam numero vnus, ducenarius numero vnus, formæ primæ numero vnus, formæ secundæ numero duo, formæ tertiæ numero tres. Scrinij nostri per formam ordinis tertij numero vnus, per formam epistolaris numero duo, formæ primæ numero septē, formæ secundæ numero decem, formæ tertiæ numero quatuor. Officialiū sacrarū vestiū ducenarij numero tres, centenarij numero tres, epistolares numero duo, formæ primę numero duodecim, formę secūdę numero decem, formæ tertiæ numero octo.

Deputati sacrę vestis per formā secundi ordinis numero duo, centenarij numero duo, epistolares numero duo, formæ primę numero tres. Scrinij ab argentariis per formam ordinis secundi numero vnus, epistolares numero vnus, formę primę numero sex, formæ secundæ numero tres, formę tertiæ numero vnus. Ad pecunias per formā ordinis secundi numero vnus, formæ primę numero vnus, formę secūdę numero duo, formæ tertiæ numero quinq;. Argētarij comitatēses ducenarij numero vnus, cētenarij numero duo, epistolares numero tres, formæ primæ numero octo, formæ secundæ numero vigintiquinq;. Barbaricarij centenarij numero duo, epistolares numero quinq;, formæ primæ numero octo, formæ secundæ numero vnus.

Palatini transmissi per prouincias, anno elapso cingulo liberantur. Bar.

Iidem AAA. VIII.

Placuit iustē omnibus mittendariis & palatinis [a] officiis profutura suggestio, quam insinuasti, vt ex iisdem [b] annis singulis ex ducenariis terni [c], ex centenariis habito prouisionis [d] intuitu, cingulo liberentur.

Nullus officium sacrarum vel priuatarum largitionum assumere potest, nisi mediante principis authoritate. Barto.

Imppp. Valē Theo. & Ar. AAA. IX.

Non aliter quilibet in officio sacrarum largitionum vel priuatarum rerum cingulum militiæ sibi sumendum existimet, nisi nostræ mansuetudinis annotationem [e] meruerit.

Palatini adiutores & primicerij finito officio sicut agentes in rebus à præbitione tyronum cæterisque muneribus sordidis sunt immunes. Barto.

Imppp. Theo. Arc. & Hon. AAA. X.

Palatinos, qui sacrarū remunerationū rationē tractantes inculpātur, ad calcem [f] terminūq; militiæ peruenientes, necnō etiā adiutores et primicerios diuersorū officiorum, præcipimus habere priuilegia,

trema: vt ibi est iũctura tibiæ & pedis subcel. est pedis cõcauum: inde subcellaris. secundũ P.

a A tyronum. ab his excusant prin. agen. in re. vt s. de prin. agẽ. in re. l. ex agentibus. & facit s. de proxi. sac. scri. l. j. in fine.

b AD similitudinẽ. Ibi ad similitudinem incipit lex: vt s. de proxi. sac. scrin. l. pro biennio.

c VIros. Videatur causa. sic s. de proxi. sac. scrin. l. in sacris. §. ita.

d Respondere. sic s. de silen. l. penult. & de agen. in re. l. ex eo. & l. fin. §. ita. & facit s. de of præfe. vr. l. j. & de of. comi. re. priua. l. pe.

e Permiserit. sic s. vbi sena. vel clarissi. l. fi. & in auth. vt cle. apud ꝓpri. epis. §. penul. col. vlt.

f INter. Tres. alias res, alias tres.

g Tribuni. infra l. proxima.

h Necessitate. nisi ordinaria: vt s. eo. l. fina.

i IVbemus. Par. nã omnia sunt principis: vt supra de quadri. præscri. l. fina.

Principis sunt omnia.

k Iustum. vbi eadem ratio, idem ius sic s. ad legem Falc. l. fina. & ff. ad legẽ Aquil. l. illud. cum sequen.

l Possint. vt s. l. proxi. & s. e. l. j. & s. de ꝓxi. sa. scri. l. iubemus. & xxxiij. q. v. c. item apud.

m DE STRAtoribus.

Hoc stratorium. id est, stabulum. vnde in Genesi, Rachel hoc videns posuit idola patris sui in stratorio cameli: & sedit super ipsum. vnde stratores dicuntur, qui præsunt stabulis, seu equis stantibus in stabulo.

quæ nuper agentium in rebus scholæ nostra sunt mansuetudine cõtributa: scilicet vt à tyronum [a] præbitione memorati reddantur exortes: cæteraq́ꝫ onera non agnoscant.

Impp. Arcadi. & Honor. AA. XI.

AD similitudinem [b] sanctionis, quam de proximis sacrorũ promulgauimus scriniorum, etiã in officio, sacrarũ largitionũ, atqꝫ priuatarum rerũ pro biennio annum sub perpetua obseruatione præcipimus custodiri: ita, vt & priuilegia, quæ huiusmodi officiĳ, vel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra, illibataq́ꝫ seruentur.

In ciuitate Constantinopoli palatinus apud præfectum vrbi non compellitur litigare, nisi pro seruitutibus, domibus, vel annonis quæstio moueatur: in prouincia verò cognoscit præses contra palatinum: sed in causa criminali contra eum non fert sententiam, nisi ex suggestione principis sub quo militat palatinus. Bartolus.

Imp. Theodo. A. XII.

VIros deuotos palatinos non oportet in hac regia vrbe apud virum illustrem præfectum vrbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorũ, & seruitutibus & annonis orta videatur causa [c]. in aliis verò causis tam pecuniariis, quàm criminalibus apud viros illustres tãtummodo comites suos respondere [d]. rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos, nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili, quàm pro criminali causa permittimus: sic tamen, vt non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicĳ vir illustris comes, sub quo militat, certioratus hoc ei ꝑmiserit [e].

Palatini primicerij, & tres scriniorum primicerij, & tribuni prætoriani militari dignitate funguntur: & nulla potest eis iniungi necessitas publica vel priuata. Bartolus.

Idem A. & Valentinia. Cæs. XIII.

INter alias prærogatiuas, quas ante meruerãt scholæ societatis sacrarum largitionum, primicerius, & tres [f] primicerĳ scriniorum tribuni [g] prætoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniũgenda publica vel priuata necessitate [h].

Palatini principis eisdem priuilegiis funguntur, quibus palatini sacrarum largitionum: & ideo primicerij & primates scriniorum principis finito officio inter militares tribunos numerantur: & nulla solicitudine negotij publici vel priuati possint vrgeri. Bart.

Iidem Augusti. XIIII.

IVbemus viros deuotos palatinos rei nostri numinis priuatæ eisdem priuilegiis decorari, quibus etiam palatini, qui in sacris largitionibus deferuntur. Cùm enim par [i] similisq́ꝫ militia sit, iustum [k] & cõpetens videtur, iisdem vtrunque officium priuilegiis gloriari. Primicerios itaqꝫ officĳ, tresq́ꝫ primates scriniorum rerum priuatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos saluis iisdem præstitis priuilegiis, sacris constitutionibus nostram clementiam adorare decernimus: ita tamen, vt nullam iniunctionem, nullam solicitudinem priuati vel publici negotĳ quolibet iudiciario præcepto sustinere possint [l]: sed excepta omni necessitate omniq́ꝫ fatigatione, adeptæ dignitatis honore potiantur.

TITVLVS XXV.

DE STRATORIBVS [m] †

Impp. Arcadius, & Hono. AA. I.

PEr omnes prouincias edictum generale misimus, vt stratoribus vnus tantùm solidus proprio nomine posceretur [n], & in of-

P Ero- anes Po- scere tur. ff. de offi. procon. l. iij. §. nemo contra. Solu. hic in cognitione causarum & definitione præsidẽtes non debent eis vti, sed circa equos sic. Vel aliud ĩ proconsule. & aliud in præside, vt hic: imo ibi aliter accipitur. id est, veridarius: hic qui præest equis ferrandis & sellis & frenis præsidis: vnde versus, Sternitur æquiuoce mare lectus asellus & hostis; aureum hic habet

† Stratores, inquit Alci. hic, eos intelligimus, quos princeps varia necessitate mittit ad prouincias, vt nũtient aliquid, quibus tenentur ꝓuinciales subinde mutare equos quo celerius eant. tu si libet vide Pyr. hic.

ferendis equis certam formam statutam æqualem prouinciales nostri custodiendam esse cognoscāt [a]: quos [b] etiam fisco certo † modo solidorũ obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdictum est, illi dare stratoribus non timerent. officium quoque grauitatis tuæ centum argenti libris mulctabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, non ilico eam seueritati iudiciariæ prodiderit.

TITVLVS XXVI.

DE CASTRENSIANIS † & MINISTERIANIS [c].

Castrensiani & ministeriani officio finito per lapsum biennij, alius subrogatur: ipse verò ad idem officium nullatenus eligetur. Bartolus.

Imp. Constanti. A. I.

IN officio spectabilitatis tuæ secũdum formam diualiũ responsorum post completũ tempus præfinitum, id est biennium, prioribus decedentibus insequentes ad locum pro merito [d] laborum stipendiorumque succedant: nec vlla licentia tribuatur iis, qui impletum deposuerint officium denuò ad eandem militiam, vel solicitudinem remeandi.

Si vltimus inter ministeriãnos gradum primæ, secundæ, vel tertiæ formæ inter castrensianos fuerit adeptus, scribendus est in matricula tertiæ formæ. Bartolus.

Idem Augustus. II.

SI quis primæ, vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cælitus [e] valuerit impetrare: supernumerarius † vltimus [f] formæ tertiæ in matriculis habeatur.

Militantes in hac militia, & eorum matres, & vxores non possunt conueniri in causa ciuili vel criminali, nisi sub comite castrensianorum. Barto.

Impp. Valentinian. & Theodo. A A. III.

II, qui in schola vestis sacræ militant, vel matres eorum, vel vxores, criminalem, vel ciuilem litem contra se commouendam, in nullo alio, nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine [g].

Castrensiani & ministeriani eorumque matres, vxores & filij solùm coram magistro officiorum sunt conueniendi, nisi pro tributis & muneribus suscipiendis, & delictis commissis, pro quibus possunt coram iudicibus locorum conueniri: habent etiam priuilegium circa minores sportulas secundum modum hic descriptum soluendas, ac etiam circa fideiussorem iudicio sisti præstandum: vt vnum ex coniunctis vel de suo numero præstare possint.

Imperator Zeno. IIII.

ANte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris vel maioris sacro ministerio nostro deputatos (quorum officia sigillatim breuis [h] subter annexus continet) nisi à tuæ duntaxat magnitudinis sententiis conueniri [i]: vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantum modo amplitudinis examine præbeant aliquando responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conueniantur facilè iudicis cuiuscunque mãdatis: ipsis quoque sportulis & fideiussionibus modum constituimus obseruandum: ante omnia decernentes, nequando sine scriptura [k] vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuæ magnitudinis, eademque non edita [l], conueniri possint: cõuentos verò non alium fideiussorem nisi actuarium [m] vel vnum ex primatibus suæ scholæ executoribus pro responsione suæ personæ sine scripto præstare: siue per seipsos, siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt: siue in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur, nec vltrà conuentionis [n] nomine sportularum, quàm vnum aureum executoribus vsque ad finem litis præstet, quemcunque contigerit conueniri. Inducen-

---

habet pro suo stipẽdio singulis dieb[9]. Item & quãdo præses, vel rex, vel comes donat equum, habet à donatario solitam quantitatẽ: puta alium aureũ: sic enim faciunt reges Hispaniæ. nam in præsidibus prouinciarum loquitur & eorum stratoribus.

[a] Cognoscant. illi donatarij. & sic no. quod dans punitur sicut simoniac[9] qua si corrumpẽs eum, vt equum donandũ vituperet principi. sic s. de episco. & cle. l. si quenquã. Item facit j. de metatis. l. deuotũ. & s. ne ru. ad vllum obsequi. l. ij.

[b] Quos prouinciales. i. donatores. Accursius.

[c] DE CAST. & ministe.

In lib. Ir. de cõsistorianis aut castrẽsiatiis. qui forte prę erant castris principis ordinãdis, & erant plures: & eligebãtur decani: vt j. tit. j. & mensores qui mensurabant, quãtum mœnia iuxta castrum vel similia: vt j. titu. j. & ij. Accursius.

[d] IN officio. Merito. sic supra, de agẽ. in re. l. j. & j. de tyronibus. l. si. Item facit s. ad legem Iul. de ambi. l. j. & j. titu. j. l. j.

[e] SI quis. Cælitus. id est, diuinitus, vel à principe.

[f] Vltimus tertia forma erat maior aliis: vt inuit. & patet s. tit. ij. scriniis. vbi pauciores semper ponũtur in tertia forma.

[g] II qui. Examine. facit j. e. l. fina. & s. de agen. in re. l. si.

[h] ANte omnia. Breuis. hunc breuem nõ habes.

[i] Conueniri. subaudi iubemus: vt nulli pulsantiũ &c. quod est j.

[k] Sine scriptura. sic s. de di. l. qties. et j. de proxi. fac. scri. l. in sacris. & quod subiicit vel ꝑ etiã.

[l] Non edita. in scriptis.

[m] Actuariũ. s. de proxi. fac. scri. l. in sacris. § fidei.

[n] Conuentionis. s. spor

† alias, centum solidorum modo.

† Magis latinè, inquit Alci. hic, diceretur de castrensibus ministris. tu illũ videto.

† su[...] numerariis.

dorum [a] ſanè nomine,& cognitionum exercendarum præſtandæque perſonæ gratia,ex ſimplici [b] poſtulatione contra eos habita:ſiue ex appellatione ſubſecuta,vel alio quolibet modo [c] in iudicio deponatur: tribus tãtummodo ſolidis vſque ad terminum negotiis eos, qui accepturi ſunt, præcipimus ſemper eſſe contentos: in cognitionalibus ver ò geſtis edendis, duos tantummodo præſtari ſolidos [d]. Hæc autem priuilegia non in eorum tantummodo,ſed in matrum [e] quoque & vxorum [f] perſonis valere, & ad integrum permanere: filiis [g] quoque & maritis eiuſdem fideiuſsionis nomine, ſi neceſsitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades [h] exigi: ipſoſque [i] dum militant,& poſt emenſam [k] militiam, cum iis, qui ex tempore prioris præſtitæ ſibi pragmaticæ ſanctionis eiuſdem militiæ ſtipendia impleſſe noſcuntur, omnibus priuilegiis perfrui(cunctis nihilominus capitulis, ſacris affatıbus diuæ recordationis Martiani,quos ſe meruiſſe aſſerunt valituris,excepto hoc quod in diuerſis iudiciis tunc reſpondere præcepti ſunt)hac ſanctione decernimus.Aduocato quoque fiſci, exceptoribus etiam, qui apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiendi,vſque ad terminum finemque negotij tertiam duntaxat ſolidi partem præbituros. In huiuſmodi autem arbitrorum geſtis edendis non vltra pręſtare,quàm dimidiam ſolidi partem: & cùm per prouincias conſtitutas,fideiuſſoribus cõuentus cauerit adiuratoriæ tantũmodo cautioni [l] committi:nec vllo tempore niſi ex tuæ duntaxat magnitudinis ſententia cõueniri: exceptis tributariis, & munerum functionibus, & criminibus, quæ in locis inquiri,flagitari,& vindicari generalia legum præcepta [m] conſtituunt: præſenti ſanctiõe decernimus viro clariſsimo adiutore ſublimitatis tuæ in ſpeculis [n] conſtituto, nequid ex iis,quæ ſtatuimus, aliqua ſubreptione violetur.

TITVLVS XXVII.

DE DECANIS [o] †.

Primi

Quatuor ex decanis,qui primum locum in ordine tenuerunt per biennium,ad primiceriatus officium aſſumuntur:& alij in locum eorum debent ſubrogari tranſacto biennio.Barto.

Imppp.Theodo.& Valentinia.& Arcad. AAA. I.

QVatuor †qui ex corpore decanorũ ad primum militiæ gradũ peruenerint, bienníj ſpacio primiceriatus [p] gerãt officium:neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia & ambitione ceſſante, poſt duorum annorum curricula ſuccedant prioribus ſubſequentes.

Decani adhærentes famulatoribus principis, coram illuſtri magiſtro officiorum ſunt conueniendi. Bartolus.

Impp.Theodo.& Valen.AA. II.

NOſtræ pietatis famulationibus adhærentes decanos non oportet pro deſiderio pulſantium ad alia pertrahi iudicia,ſed viri illuſtris tantùm magiſtri officiorũ obſeruare examẽ. Hoc nanq; modo neq; manſuetudinis noſtræ obſequia decipiuntur:& agẽtibus aduerſus eos iure adhibetur reſponſum [q]. Ad exẽplũ itaque deuotiſsimorũ ſcholariũ [r] nulli licere memoratos ad aliud iudiciũ trahere, et pulſatos [s] priorum fidei ſcholæ permitti præcipimus.

TITVLVS XXVIII.

DE MENSORIBVS [t] †.

ſ.ſportulis,quæ dãtur à conuentis.

[a] Inducendorum. ſ. executorum, qui inducũt partem in iudicio,quandocũque eſt opus.

[b] Simplici.in cauſa principali.

[c] Alio modo. puta extraordinarie.

[d] Præſtari ſolidos. ſ.exceptoribus.

[e] Matrum.trãſit ad ſuperiores per priuilegium. quod dic vt not.ſ.de proxi.ſac.ſcri. l.in ſacris.circa princ.

[f] Vxorũ.ſic ſ. de dig.l.mulieres,

[g] Filiis.ſic ſ.qui ſatiſd.cog.l.ij.§.ij. & ſ.de proxi.ſac.ſcri. l.in ſacris.§.vt ita.

[h] Vades.i.fideiuſſores. inde vadium vel vadimonium.i. pignus.

[i] Ipſoſque.ſ. deputatos noſtro miniſterio.

[k] Emenſam.i. finitam,ſic ſ.de ſilen. l.ſina.in fine.

[l] Adiuratoriæ tãtũmodo cautioni. ſic.ſ. de aſſ.l.j.§. ſuper.& in authen.vt nulli iudi.§. neceſſarium.col.ix.& ſ. de proxi. ſac. ſcri. l.in ſacris.§. vt ita.&c. cum ſuis concor.

[m] Legum præcepta.vt ſ. vbi de cri. agi opor. l. j. & in auth. qua in pro.& ſ.vt omnes tam ciui. quam mili.l.j.in prin. & j. de priui. ſcho.l. ij. Accur.

[n] In ſpeculis.ſic ſ. de pri. car. l. j.& facit ad l.ſ. de agẽ. in re.l.ex eo.& l.ſi. & ſ. de co. conſi.l. ij.& j.de pri.ſchol. l.quoties Accur.

[o] DE DECA. Decanus.i.decem virorũ ſocietas ſecundũ H.vel q pręeſt decẽ:vnde decaniſſa.i.vxor decani & dic vt ſ.ti.j.in ti.

[p] QVatuor. Primiceriatus facit.j titul.j.l.j.& ſupra.titu.j. l.j.

[q] NOſtræ. Reſponſum.ſic ſupra titu.j.l.fin. & de præpo. ſac. cu.l. iij. & de ſilen.l.penu.& de agen.in re. l.ex eo. & l.fina.

[r] Scholarium. vt j.titu.iij.l.ij.

[s] Pulſatos.vt ſ.ti. j.l fina.

[t] DE MENſoribus. Columnarum vel lignorũ, vel hominum.à metior,metiris,ſecundum H.& dicvt in ti.ſupra de caſtren.vel dic mẽſores frumẽtarios: vt ff.de iu. im.l.fin. vel illos, qui metiebantur hoſpitia militum:vt j.de metatis.l.j.vel etiã hæc omnia officia habebant.

† Decani dicebãtur qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernij vocãtur. Alc. hic.

† Alias, incipit, Qui ex corpore.

† Menſores ſunt qui in caſtris ad podiſmũ dimetiuntur loca,in quibus tentoria milites figant, vel qui hoſpicia in ciuitatibus præſtant.

a PRimicerius. facit s. tit. j. l. j.

b DE PRIVILEGIIS eorum, &c. Quocunque offic. vt. jl. j.

c APalatinis. Calũnias. i. munera patrimonialia. esset enim calumnia, si ab eis exigerent.

d Nominationes. s. ad personalia: vt j. hac l. & j. l. proxi.

e Ordine sanguinis. no. ar. contra. ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. à te. & facit. s. de proxi. sacr. scr. l. iij. & l. in sacris.

f Indiscreta. non attenta, nec cõsiderata.

g DE cubiculis. s. de præpo. sa. cu. l. ij.

h Memoriales. s. de proxi. sac. scr. l. iij. & l. in sacris.

i Pentaprotias. nomen Græcum est. & dicitur à penta, qđ est quinq;: & ptia, quod est decima. i. minus quintæ partis decimarum: sic dicitur munus decaprotiæ. s. à decẽ: & est munus patrimoniale: vt s. de mune. pat. l. nec protostasiæ & ff. de mun. & ho. l. si. §. mista & l. iij. §. decaprotos. et ibi no.

† Imò quinque primorũ munus est, quos alibi sacræ cõstitutiones quinque summates vocant. Alcia. hic.

k Castrense. vt j. de cast. om. pala. pecu. l. j.

l Donati sunt. ad hoc s. de as l. nõ parum. & de agen. in re. l. si. C. de ar. cõtra s. de test. mil. l. pen. & de test. mil. l. pe. & de resti. mil. l. vl.

m Militaribus. i. licet suam militiam complere debeant, quæ est s. decurio. l. j. & si. & facit. s. de agen. in re. l. si. & j. l. proxi.

n EX aula nostra. Discedẽtes. ab aliquo officio aulæ: vt s. l. proxi. §. habeant.

Imp. Zeno. I.

PRimicerius [a] mensorũ biennio expleto agẽtis in rebus militiam sortiatur.

TITVLVS XXIX.

DE PRIVILEGIIS eorum, qui in sacro palatio militant [b].

Palatini à cunctis muneribus sordidis sunt immunes, & eorum filij & nepotes: & ipsis & eorum mancipiis nulla iniuria debet inferri. & contrà faciens punitur. Bartolus.

Imp. Constan. I.

APalatinis tã iis, qui obsequiis nostris inculpata officia præbuerunt, quã illis, qui in scriniis nostris, id est, memoriæ epistolarum, libellorũq; versati sunt procul vniuersas calũnias [c] siue nominationes [d] iubem? esse submotas: idq; beneficiũ ad filios eorũ atque nepotes ipso ordine sanguinis [e] peruenire, atque immunes eos à cunctis muneribus sordidis & personalibus permanere, cũ vniuersis mobilibus & mancipiis vrbanis: nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita, vt qui hoc contempserit, indiscreta [f] dignitate pœnas debitas exoluat.

Cubicularij principis, quibus vocatio est concessa, & memoriales scriniorum & libellorum & epistolarum, & etiam palatini: & agentes in rebus, & filij & nepotes eorum ad honores & munera non vocantur inuiti: & à personalibus & corporalibus muneribus sunt immunes. Barto.

Idem A. II.

DE cubiculis [g] nostris vacatione donatos, vel diuersis obsequiis palatinis, memoriales [h] etiam, qui in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorum, sacrarumq; dispositionum referuntur: necnõ & si qui in vtroq; officio palatinorũ comitatensiũ, singularumve vrbium, & officio amissionum, & castrensis sacri palatij militant, priuilegia volumus habere, vt nec ipsi, nec filij, nec nepotes eorum ad honores, vel munera municipalia deuocentur. Quibus omnibus condonamus, ne exactorum † vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeãt: vel obsequium temoniariorum †, vel pentaprotias [i] aut etiam tyronis præsentationẽ agnoscant. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, vt etiam censualibus, vel personalibus, vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant castrense [k] peculium: siue adhuc palatiũ obseruent, siue optata quiete donati sunt [l]. Quibus omnibus priuilegiis coniũgimus agentes in rebus, licet militaribus [m] videantur esse subnixi.

Discedentes ab aliquo officio in palatio principis, licet sint idonei & experti, tamen ab omnibus oneribus ijsdem iniunctis sunt immunes. Barto.

Impp Grati. Val. & The. AAA. III.

EX aula nostra discedentes [n] viri ab omnibus iniunctis [o], habeantur immunes: numerariorumq; fastus [p], vel rapaces quæstus tanquam experientes [q] & idonei non patiantur.

Qui missionem meruit ab officio, quod in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs, qui post ad regendas dignitates vel prouincias, sunt assumpti. Barto.

Iidem AAA. IIII.

OMnes, qui in palatio militando, diuersis actibus paruerint, volumus in tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, obtinere insignia: vt his omnibus præferantur in ordine atque consessu, qui posteriori tempore [r] regendas prouincias dignitatesq; susceperint palatinas. Si quis autem temeraria vsurpatione statuta violare tẽtauerit: sacrilegij [s] pœnam sustineat.

TITVLVS XXX.

DE PRIVILEGIIS scholarum [t] †.

o Iniunctis. id est, ab his quæ iniungerentur.

p Fastus. id est, q sunt numerarij.

q Experientes. id est, experti: licet sint idonei, non vocentur.

r OMnes. Posteriori tẽpore sic s. de offic. præ. præ. l. j. & ij. & vt di. ord. ser. l. fin. & de cons. non spe. l. j. & ff. de albo scri. l. j. & ij.

s Sacrilegij. sic s. vt di. ord. ser. l. j. & j. de ero. mili. an. l. leg.

t DE PRI[illegible] rum.

† [illegible] vel [illegible] In [illegible]

† Te[illegible] nariorum forte [illegible] Alcia. hic.

† Sch[illegible] res hic [illegible] tellige [illegible] [illegible] sacro palatio.

In quibus tyrones militiam addiscũt. i. societatem militũ nam ℑ. l. vlti. vocat fortissimos.

a Viris. Comitibus. alias comitibus, alias militibus: quia forte sunt magistri militum.

b Senatores. i. nobiles, qui erãt scholares. i. de societate militum. sic & ff. de iud. l. si lõgius. §. si. Item no. aliquẽ degradari. sic ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ. & ℑ. de agri. & manci. l. ij. & iij.

Degradatur quis dum dignitate spoliatur.

c Ad tuæ. magistro officiorum loquitur: vt & ℑ. de offic. ma offi. l. scholarium.

d Barbarorũ. ℑ. de agen. in re. l. agentes in princ. & ℑ. de cõmer. & mer. l. ij.

e Valeat vsurpare. no. cõtra eos qui dicunt dñm Ottonem potestatem in fraudẽ vocari defensorẽ, sic ℑ. de na. lib. l. j. in fi. & ff. de tut. & cura. da. ab his. l. scire oportet. §. j. & de transf. l. cũ hi. §. si cũ lis. Accur.

† alias, Barbaricorũ, alias Barbariorum.

f Hac lege. Scholis. i. societatibus militum armatorum.

g Tuæ celsitudinis. magistro officiorũ loquit. sic ℑ. de dec. l. ij. in fi.

h Obseruari. sic ℑ de cast. l. vlt. in fi. & est ratio ĩ vtroq; vt subiicit. et fa. in authen. vt iudi. sine quoquo suf. §. quod autem. col. ij. & vt non fiant pi. circa princi. & vt neque mil. neque fœ. circa fi. & ff. de of. præsi. l. iij. & ℑ. vbi se. vel cla. l. quicunque. in fi. & in qui. cau. mi. fo. præ. l. j. Sed contra ℑ. de agen. in re. l. ex eo. §. quod multo magis &c. & ff. de reg iur. l. nõ debet cui quod plus

Magistri militum senatores milites suos scholares verberare vel degradare non possunt: sed istud spectat ad officiorum magistrum. Item magister militum suos domesticos senatores duccnarios, vel centenarios facere non potest. Barto.

Imppp. Theo. Arcad. & Honor. AAA. I.

Viris spectabilibus comitibus a scholarum verberandi, degradãdive senatores b ac ducenarios, licentiã denegamus. ea nanq;, quę tali cõmotione digna sunt, ad tuę c sublimitatis volumus referri notitiã. Insuper etiã domesticos eorum, nõ senatores vel ducenarios cẽtenariosve fieri decernimus: pœna quinque librarũ auri plectendo, quisquis hanc diuinam iussionem excesserit: scrinio verò Barbarorum d † si tale quid, vel attẽtari passum fuerit, vel attentatum cõtra leges nõ suggesserit, decem librarũ auri condemnatione plectendo. Illud etiam obseruari non sine ratione conuenit: ne is, cui domestici officium per militiæ gradum vel quinquẽnij tempus interdici cẽsuimus, familiaritate comitis simulata, rem prohibitam alio nomine valeat vsurpare e.

Militans in aliqua militia, qui stipendijs decursis primicerius factus est, omnibus priuilegiis sibi competentibus perfruatur: & etiam in causis ciuilibus coram officiorum magistro tantum cogitur respondere. in criminalibus verò causis hoc priuilegium non sortitur. Bar.

Impp. Honor. & Theo. AA. II.

Hac lege decernimus, vt q in singulis scholis f militant, quiq; post emensa stipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perueniunt, & adorata nostræ diuinitatis purpura, virorum clarissimorum comitum meruerint dignitatem: tã cingulo, quã priuilegiis omnibus sibimet competentibus perfruantur: ac deinceps vsq; ad finem vitæ foro tuæ celsitudinis g tantummodò subiaceant: nec ex alterius cuiuslibet sententia ciuile subire litigiũ cõpellantur. In criminalibus sanè controuersiis, & in publicis tributis ita etiã aduersus tales viros prouincias moderãtium congruã iurisdictionem volumus obseruari h, ne sub prætextu concessi priuilegij, vel flagitiorũ crescat authoritas, vel publica vacillet vtilitas.

est &c. sed illa ex eo erat in vrbe: hic in prouincia.

i Quoties. Sẽtentia monitoria.

k Tui culminis. loquitur magistro officiorum: vt no. ℑ. l. proxi.

l Scholares. expone vt in tit.

m Cõstitutæ. hoc dic, vt ℑ. de di. l. mulieres & ff. ad mun. l. si. §. viduam. & in authẽ. de nup. §. nõ tamẽ. col. iiij. & ad id quod de matribus dicit, facit ℑ. de quæstio. l. ij. Sed cõtra. ff. de senato. l. j. Sol. vt no. ℑ. de proxi. sacro. scri. l. in sacris. circa prin.

n Serui. hoc dic vt d. l. in sacris.

o Consuetudine. sic ℑ. de diuer. offi. l. viros.

p Suæ scholæ. officialis quidã erat. & facit lege prædicta, in sacris. §. fidei.

Arbi

Imperator in hac lege concedit scholis, id est, societatibus militum priuilegia, quæ concessit magistris sacrorum scriniorum & agentium in rebus, & eorum principibus & consistorianis de quibus in l. fi. ℑ. de consisto. scilicet circa forum, circa fideiussorem, scilicet de iudicio sisti, circa solutionem sportularum & similia tam in vrbe, quàm in prouincia. Et hoc sit pro summario.

Imp. Anastasius A. III.

Quoties super causa ciuili vel etiam criminali, ex sententia i videlicet iudicij tui culminis k scholares l, vel eorum cõiuges (siue adhuc viuerent earũ mariti, siue post mortem eorum in viduitate constitutæ m sunt) matresve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non specialiter alterius iudicis iurisdictioni subiectam conditionem sortiti sunt, & serui n ad eos pertinentes conueniuntur: minimè eos, easve extranei fideiussoris exactione vexari, sed pro consuetudine o vetustissima & iugiter obseruata, numerarium videlicet suæ scholæ p fideiussorem præbere iubemus, hoc videlicet obseruando, vt in criminalibus causis quinque alios primates ex triginta viris à primicerio vsque ad trigesimum retrò numerandi vnà cùm numerario, volente scilicet & non recusante, præbeant fideiussores, aut recusanti-

bus quinque (ſicut dictũ eſt) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fideiuſſor vnà cum numeratio præbeatur: ita vt executoribus non amplius ab iis, quàm vnus ſolidus ſiue per ſe, ſiue per procuratorem reſpondere maluerint, præbeatur. In ſubeundis autẽ cognitionalibus certaminibus quoties cauſa fuerit arbitro [a] delegata: pro cõteſtatione litis vnũ ſolidum, & pro definitione ab arbitro recitanda, alterum vnũ, & nihil amplius dari decernimus. Quòd ſi cã in iudicio tui culminis ab ipſa conteſtatione litis, vel relatione iudicis, aut appellatione interpoſita ventilatur: pro inducẽda cognitione non amplius, quàm tres ſolidos & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus inſtrumentorum nomine, editionis quinetiã geſtorum duos tantummodo ſolidos dabunt. Quoties ſanè apud viros clariſsimos prouinciarũ moderatores ex delegatione ſcilicet ſententię tuę magnitudinis contra viros fortiſsimos [b] ſcholares vel eorũ coniuges, vel liberos, vel ſeruos cognitio celebretur non amplius, quàm dimidiam partẽ conſuetorum ſumptuũ præberi decernimus. hoc etiam adiiciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint vſque ad quinque menſium ſpatium, intra quod ipſis erit remeand [c] licẽtia: nullam penitus actionem ſuper ciuili videlicet negotio (exceptis criminibus [d] & tributariis functionibus) ſuſtineant. Ne tamen ibi quoque [e] poſt quintum ſcilicet commeatus menſem ex ſententia iudicij tuæ magnitudinis conuenti, in exigendis fideiuſſoribus aliquod ſentiant detrimentum: adiuratoriæ [f] eos cautioni iubemus committi. Quoties autem ex verbis, & ſine vlla ſcriptis prolata ſententia [g] iidem fortiſsimi ſcholares, vel eorum matres ſeu coniuges (vt dictum eſt) aut liberi, aut ſerui moneantur: nihil pro ipſa executione ſportularum nomine penitus eos, vel eorum matres, ſeu couiuges, aut liberos (ſecundum ſuperiùs datam diſtinctionem) vel ſeruos præbere decernimus. Sed ſi talis ſit negotij vilitas, vt etiam ſine ſcriptis, conſentientibus [h] videlicet partibus, ſuper ea poſſit cognoſci: expectato ſine ſcriptis (ſicut dictum eſt) habendæ cognitionis euentu, ſi deteriorem calculũ reportauerint, ſportularum nomine vnum tantummodo ſolidum executori præſtabunt.

Si verò cauſæ qualitas habendam in ſcriptis cognitionem flagitauerit: in hoc neceſſe eſt caſu interlocutione in ſcriptis proferenda ea, quæ ſuperius de quantitate ſportularum decidendarumq́ cognitionum diſpoſita ſunt, obſeruari.

TITVLVS XXXI.

DE CASTRENSI OMnium palatinorum peculio [i].

Palatini habentes aliquod priuilegium, quicquid quæſierint in officio morantes ex donis principis, aut eorũ induſtria principe cõſcio, retinẽt tanquam caſtrenſe peculiũ: & à labore caſtrorum non ſunt immunes. B.

Imper. Conſtan. A. I.

OMnes palatinos, quos edicti noſtri iandudum certa priuilegia ſuperfundunt [k], ſi quàm [l] rem, dum in palatio noſtro morantur, vel parcimonia [m] propria quæſierint, vel donis noſtris fuerint conſecuti: vt caſtrenſe peculium habere præcipimus [n]. Quid enim tam ex caſtris eſt, quàm quod nobis conſciis ac propè conſpectibus noſtris adquiritur? Sed nec alieni ſunt à puluere & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra [o] comitantur, qui præſto ſunt ſemper actibus, quos intentos, & eruditos ſtudiis

[a] Arbitro. i. iudici delegato. ſic ff. de ap. ex conſenſu.

[b] Fortiſsimos. per hoc nota q̃ de militibus armatis loquitur.

[c] Remeandi. ad militiam.

[d] Exceptis criminibus. proprie excipit à functionibus: impropriè à tributis. & facit ſ. de caſtrẽ. l. fi. §. fin.

[e] Ibi quoque. ſ. in prouincia. nam poterit cõueniri poſt quinque mẽſes: ſed certo modo vt dicit ad qđ eſt dictus §. & facit ſ. vt mi. fori præſcri. non vtantur. l. j.

[f] Adiuratoriæ. ſic ſ. de caſtrẽ. l. fi. §. fi. & de pxi. ſac. ſcri. l. in ſacris.

Citari non debet quis ſine ſcriptis.

[g] Sententia. ſ. citatoria: & dic de facto. nam de iure in ſcriptis ſunt conueniendi: niſi ſit cauſa vilis, & partium cõſenſu, vt ſubiicit

[h] Cõſentiẽtibus. no. cõſenſu partiũ ſentẽtiare poſſe ſine ſcriptura ſic. ſ. de epi. & cle. l. generaliter. in fi. ſed hodie etiã ſine cõſenſu partium: vt ſ. de ſenten. ex bre. re. auth. niſi. & fac. ad l. ſ. de dig. leg. quoties. & idẽ in ſimilibus ibi no. i l quoties. & ſ. de prox. ſa. ſcr. l. in ſacris & de prin. agẽ. in rebus. l fin.

[i] DE CAſtrẽſi omni. &c. Id eſt, de militibus palatij, q̃ principẽ ſequuntur: vt ſ. tit. ſuperiori: ſed hic circa peculiũ.

[k] OMnes. Superfundũt. i. locupletantur. R. & dic edicti de legibus que ſunt ſ. tit. ij. l. j. & ij. quę ſunt Cõſtantini, vt iſta. Vel dic, quod nõ habemus.

[l] Si quando. alias ſi quando. alias ſi quam rẽ, dum &c.

[m] Parcimonia. abundat ſi. Et nota, parcimonia. ſic & ſ. de epiſc. & cle. l. ij. & ff. de pec. l. peculium ex eo.

[n] Precipimus. vt ſ. de bon. quæ lib. l. pe. & fac. ſ. de aſſeſ. l. velut. & de aduo. diuer. iud. l. fori & de inof. teſta. l. fi. & de ſilen. l. fin. & de epiſ. & cler. l. cum lex. & l. ſacroſanctæ & ſ. ti. j. l. ij. in fin. & de bono. poſ. ex teſt. mil. l. j. & fa. erc. l. ſi filius. & ff de co. bo. l. fi. §. nec caſtrenſe.

[o] Signa noſtra. q̃ ſtant nobiſcũ, & ſequuntur

quuntur nos: licet non sint in castris, quæ facit fieri alicui per aliquem ducem belli: vt.j.de re mili.l.nemo miles. lit. no. de puluere.

a DE EQVESTRI dignitate. Conuenit præcedentibus.

EQuites. Romanos. qui Romam custodiunt.nã & illi habentur pro absentibus reipublicæ causa: vt ff. ex qui.cau. ma.l.milites. Et dic q̃ aliqui præsidẽtes aliis erant nõ enim simplex militia est dignitas: vt.j. ti.ij. l.fi.in prin. Accur.

Infamis factus dignitates perdit.

c Clarissimatus.i. consulatus: vt.s̃.de do.& pro.l.ij.

d DE PERFECTISSIMATVS dignitate. Dignitas erat forte, vt esset dictus p̃fectissimus miles.

e COdicillis, Negotio. vili.

f Honorem, scilicet istum: probitate ergo datur, nõ pretio. sic s̃. de episc.& cleri.l.si quenquam.

g Alicuius priuati sine aliquo vili officio: vt s̃.de di.l.ne quis & facit.s̃.de agen.in re.l.agentes. §.j.

h QVI MILITARE possunt, vel non. De armata militia loquitur: & de hac prima parte loquit̃ j.e.l.j ij.iij.& iiij.

i Et de seruis. de hoc.j.c.l. pe.& vlti.

k Et vt nemo.de hoc.j.e.l.is.

l SI militiæ.lis. s. magistro militũ, & ducibus: vt j. tit.ij. l.penul.

m Habent.s.debitis.vel habeas offerre.nec tamẽ sine p̃

itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideoq̃ palatini nostri, qui priuilegiis edicti vti potuere, peculia sua pręcipua retineant, quæ dum in palatio constituti sunt, aut labore (vt dictum est) proprio, aut donatione nostra quæsierint.

TITVLVS XXXII.

DE EQVESTRI dignitate[a].

Imp. Iusti. A. I.

EQuites Romanos[b] secũdum gradum post clarissimatus[c] dignitatem obtinere iubemus.

TITVLVS XXXIII.

DE PERFECTISSIMATVS dignitate[d].

Imp. Iusti. A. I.

COdicillis p̃fectissimatus fruetur, qui impetrauerunt, si abhorreant à conditione seruili, vel fisco, aut curiæ obnoxij nõ sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio[e] constiterint, nec sibi honorem[f] venali suffragio emerint, nec rem alicuius[g] administrauerint.

TITVLVS XXXIIII.

QVI MILITARE[h] possunt, vel non possunt: & de seruis[i] ad militiam vel dignitatem aspirantibus: & vt nemo[k] duplici militia, vel dignitate & militia simul vtatur.

Volentes militare, se debent etiam offerre ei, qui habet ius probandi: scilicet officiorum magistro. Item nullus causa litis vitandæ militare potest. Bar.

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. I.

SI militiæ nomen dare vultis: offerte vos iis[l], qui probandi ius habent[m]. Non autem ignoratis eos, qui litis[n] causa militiam appetierunt, postulantibus aduersariis solui sacramento solere.

In fraudem ciuilium munerum nullus armatæ militiæ nomen potest assumere. Barto.

Imp. Alexander A. II.

NOn tantùm decurionum filiis, sed omnibus in fraude ciuilium munerum, nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodesse displicuit[o].

Coloni, vel saltuenses ad militiam armatam volentes vel inuiti non sunt admittendi. Bart.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. III.

CVra peruigili obseruare debebit sublimitas tua, ne coloni, vel saltuenses[p] aut vltro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inuiti.

Curialis vel cohortalis conditionis existens ad armatam militiam non assumitur. Barto.

Impp. Leo A. IIII.

OMnes omnino curialis vel cohortalis conditionis constituti, nullam armatam militiam in posterum arripiant[q].

Duas militias diuersi generis, aut dignitatem & militiam eodem tempore quis habere non potest: secus si ad idem tendant. Barto.

Imp. Iustinia. A. V.

IIs quidem[r], quibus indultum hactenus demonstratur, quò binis aut ternis pluribusve mereantur[†] cingulis, non coniunctis ex prisca consuetudine, sed absectis[s] atq; discrepantibus, detur electio, quẽ retinendũ sibi potius censeant, quẽ deserendũ

batoria principis aggregãtur: vt j.titu.l.iij.l. neminem. alias nõ militet: vt in auth.de mã. pri. §.fi.co.iij. & fac.s̃. de fabri.l.iiij.

n Litis.s. vitandæ vt ff.de re mil.l.iij. §.nõ omnis. & l. fi. & fa.s̃. si p̃pter publi.l.j. & de tab.l.j. & de decur.leg.qui derelicta.& l.ne qs. & l.omnes & s̃. de procu.l.maritus.§. primo, & infra.l. proxi.

o NOn tantum. Displicuit. vt ff.de mun.& ho l.iij.§.fi.& facit.s̃.l. proxi. cũ suis concor.

p CVra. Saltuenses.prædiorũ cõductores coloni pratorũ saltuenses dicũtur, vt s̃.de fun. pa.l.fi.I prin.& fac. s̃.de agr.& cen.l.colonos.& de fu.co.l. j.& fin.& de manc. l.iij.

q OMnes. Arripiãt.fa.s̃.vbi curi.vel cohor.l.j. & ij.& s̃. de ta.scri. l.j.& s̃.eo. tit.l.j. cũ suis concor.Accur.

r IIs quidẽ.alias eis, alias iis.

s Absectis. id est, separatis, sed valeret hoc, si separatim possit: vti vt j. §.fi.Accur.

Ordi

† Mereãt forte: aut certè, vtantur.

cognoscant: vt in eo, quod optauerint, firmiter maneant: eo quod despexerint sine dubitatione repellantur †. In posterum verò nemeni prorsus facultas pateat eodem tempore, plusquam vnius ordinis [a] nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (vt dictum est) binis pluribusve militiis [b], nec dignitatem coniungere cuilibet alij cingulo concedi: vt & qui supplicandum de re vetita nobis existimauerint, pœna decem librarum auri pro temeritate, quamuis infructuosa [c], plectantur: & qui susceperint [d] iussionem Augustam per subreptionẽ elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri mulcta feriantur: scriniis etiã necnon officiis, quorum hoc interest, si non restiterint [e], & hanc pragmaticam legem † abiecerint, decem librarum auri dispendio puniendis. Siquid autem contra hoc perpetretur: sciant omnes, quod extra concessum admissum est, aut auctum fuerit, vel notis conscriptum publicis: simile habeatur, ac si nec impetratũ, nec pronũciatũ oĩno, nec insertum esset vllis matriculis. Scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis, siue ciuilibus administrandas prouincias, seu gerendos quoslibet numeros, vel iam etiam sunt seu decætero fuerint iussione nostra sortiti, & vt seruetur eis gradus [f] augusta pro meritis sanctione: parem [g] indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerĩt solicitudinem, aut in priori cingulo protinus persistẽdi nullo vindicando titulo dignitatis, quam solicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem [h] adquisierint administrationis obtentu. Verum [i] priore cingulo desistendi (monente [k] tamen innata nobis clementia) liberum esse cunctis perspeximus, si militia, qua decedendum est, inter eas habeatur, quas volentibus licet distrahere & in alios eam conferendi [l], & pretia cõsequendi [m]: prout in iisdem agminibus consueuerint hactenus: excipiendis videlicet, nec deducendis in hãc perpetuò conseruandam legem pragmaticam iis, qui binas militias simul compositas, & sociali nexas consortio fuerint assecuti vt viris deuotissimis scholaribus atq; cãdidatis fieri moris est: necnõ inviris deuotis laterculensibus & pragmaticariis, vel à secretis [n] contingit: & quos [o] memorialium, aut etiam agentium in rebus adornat cingulum: & si qui simili stipendiorum coniunguntur [p] copula.

Dominus patiens seruum militare, dominio priuabitur, & iure patronatus: sed si eo ignorante seruus militiam fuerit adeptus: tunc intra triginta dies tantum ex quo sciuerit, datur sibi eum vendicandi potestas. Bar.

Imp. Iustinianus A. VI.

SVper seruis, qui postea ad quãdam militiam aspirare tentauerint, vel scientibus, vel ignorantibus dominis, præcipimus, siquidem ignorantibus his eam meruerint [q]: licere dominis adire competentem iudicem, & suam ignorantiam, eo quòd contrariũ minimè † probatur, ostendere [r], eo q; modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere. Sin verò scientibus his seruis militauerint [s]: cadere quidẽ eos non tantũ dominio eorum, sed etiã

[a] Ordinis. s. militiæ armatæ vel inermis, vt subiicit.
[b] Militiis. no. s. de asses. l. fin. & de postu. l. quisq;. & s. de proxi. sacro. scri. l. hac parte. cum suis cõcor. & ff. de col. Illy. l. j. §. ij.
[c] Infructuosa. no. puniri affectum etsi non sequatur effectus. sic. s. de legi. & consti. l. ij. in fi. & in Lombar. de consi. mor. l. si quis. & ne ad regẽ. ne. in fin. l. iij. ar. contra ff. quod quisq; iur. l. j. §. fin.
[d] Susceperint. iudices, ad quos deuenerunt: vt s. de præci. impera. offerẽ. l. rescripta. facit s. si nu. ex rescri. pet. l. j. in fi. & de pe. bo. subla. l. j. & s. vt lit. pen. l. ij. & fin. & in auẽ. vt omnes obe. iud. col. ij.
[e] Restiterint. Nota sic. s. de decur. l. omnes. & de appel. l. quoniam.
[f] Gradus. i. ordo, quem percipiẽt ante susceptam administrationem. M. & repete, fuerint. sortiti.
[g] Parem. s. qualem. dixit. s. e. l. in prin. ibi, detur electio.
[h] Quem. s. titulum.
[i] Verũ. pro sed. & est alias desistẽte & alias desistendo. & alias dis. & idẽ est sensus.
[k] Monente. alias monẽte. & alias moderante
[l] Conferendi. i. cõferre. ad quod s. de inof. test. l. omnimode. §. fi. de pig. l. vl. & authen. ibi posita & s. de pxi sac. ser. l. vnicuiq; & l. in sacris.
[m] Consequendi. i. consequi.
[n] A secretis. nomẽ officij.
[o] Quos. s. prædictos omnes.
[p] Iunguntur. s. per legem scriptam nõ per priuilegiũ principis viuentis & nota. per hanc legem non licere habere duas prebendas.

† Facit ad hoc c. de multa. extra, de preb. lib. vj. vbi dicitur quod nullus potest retinere duas dignitates.

† alias, obiecerint, & rectius.

SVper seruis.
[q] Meruerint. No. q lex facit liberum. sic in auẽ. de san. epis. §. si seruus. coll. ix. & de nup. §. si vero ab eo. col. iiij. & de mona. §. j. col. j. & de bo. lib. l. fi. in fi. & s. de præposi. sac. cu. l. iubemus. i prin. Sed cõtra. ff. de re mil. l. alienã. vbi nõ fit liber. Sol. hic corrigit, vel hic erat electus. ibi sua autoritate vsurpauit. Itẽ contra s. de ta. l. generali. Solu. vt j. l. proxi.
[r] Ostendere. Nota probari ignorãtiam eo ipso, q contra nõ probatur. sic ff. de acc. l. l. si cui §. j. quilibet emĩ ignorans presumitur: vt ff. de pba. l. verius. & insti. de le. §. quod autem. & ff. de ad. mi. tu. l. hoc autem. & s. de præpo. sa. cu. l. iubemus. in fi. & s. de pet. hær. l. q se. Item quod dicit pbatur, quomodo pbat reus? Rñ q a excipit asserẽdo. ff. de proba. l. in exceptionibus. Item est ei nos gerẽdus: vt ff. de prob. l. circa. & facit s. de liber. cau. l. non mutant.
[s] Militauerint. tempore huius. l. & facit ad legẽ in auẽ. const. quæ dedi. §.

di.§.j.&s̃.ne rei domi. vel templo.l.j.&j̃.l.proxi.

[a] SI quis. Domino serui. hæc lex facit liberum: vt s̃.l.proxi. cum si mil[i]bus. Sed contra s̃.de ta.l.generali. Sol. illa trahit ad istam: imo ibi munus, hic dignitas.

[b] Accipiẽtes. nã donamus nostris militibus stipendia & alia: vt s̃. de cas. om.pa.pecul.l.j. & j̃.tit.ij.l.j.

[c] Imperfectũ. ad hoc s̃.ad Syl.l.fin.

[d] Præteritæ. vt s̃.l.proxi.

[e] Notum. No. sic ff. quando ap.sit.l.j.§.si.& l.fin.& ff.de cal.l.annus.& de excu.tu.l.quinquaginta. Accursius.

[f] Spoliari. armata. vel inermi militia: vt j̃.tit j.l.j.

NEGOTIAtores &c.

[g] EOs. Ergasterio. id est, statio ni quasi negotiationi.

[h] Prohibem⁹. hoc nõ nobilitatis defectu. nã & libertus militat: vt ff.de re mil.l.si duobus.& de bo.li.l.si filius.§. Papinianus.& s̃.ti.j.l.pen. sed quasi ex vili officio non debeant assumi: vt s̃. de di. l. neq; & de perfectissima dignitate.l.prima & j̃.de cohorta.l.antepen. & per id quod subiicit argẽtariis, quasi nõ sit hoc vile officium: vt s̃.titu.j.l. omnes quia semper ibi animum habẽt. arg.s̃.loc.l.milites. Sed cõtra s̃.de iur. om.iud.l.vlti. vbi negotiatores militant. Solu. hoc nouum, illud vetus nã hic dicit de cætero. Vel sol. vt ibi.

[i] Hos enim. vt sunt cæteri præter argentarios.

[k] Iam. ante hanc legem.

omni patronatus iure. illos verò ingenuos effectos si quidem vtiles ad militiam eis datã visi fuerint, in ea durare: sin verò minimè idonei sint, ea priuari.

Super illis autem seruis, qui iam militauerunt, & adhuc in eadẽ militia perseuerant, licentiam damus dominis intra triginta dierũ spatium ab eo tempore cõnumerãdum, quo præsens sanctio diuulgata fuerit, vel nostram adire clementiam, vel competentes iudices, & suam ignorantiam cõmendare, eosq́ in suum dominium recipere. quo tempore transacto, simili modo tam dominio, quàm omni patronatus iure cedere eos necesse est.

Non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris amplius sub commeatus occasione dimittere. Sin verò saluberrimam constitutionem † auferendo, amplius, quàm triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit, pecunias quidem, quæ post præfatorum triginta virorum numerum per commeatus dimissis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationis erogator non dubitet repetandas. Sciat verò tribunus præter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes sese de propriis facultatibus singulis militibus, quibus vltra numerum triginta virorũ sub nomine commeatuum eos dimittendo, causa nõ consequendi publica solatia, dederit: quicquid ob iniquã dimissionẽ amiserint, soluturum. Nec prius idem tribunus ab eodem

† ... offi... do.

a Decem ex deuotissimis. No. decem testes necessarios sicut & alias. xv. vt s. de proxi. sacro. scrin. l. vnicuique. regulariter cōtra. ff. de test. l. vbi. Item no. sub præsentia. sic ff. de testi. l. testium. & in authen. de hæredi. & fal. §. hinc.

b Negotiatione. quia forte in ea est erogator.

c Simulatque. id est postquam.

d Ministrandas. facit s. e. l. his scholaribus.

CVm sæpe. e Rationes. propter timorē forte gardanæ.

f Causam. s. forte propter delictū psonarum vel rerum.

g Ingeratur. pro stipendio puta talium militum.

h Agnoscere. videtur, q custoditus à nuntio communis debeat soluere nuntio nō cōmuni, per l. istā. sed certe imo ille, qui facit custodiri: vt patet j. ibi, vel si ante latā &c.

i Imputando. id est quod soliti erāt antea de publico habere pro salario, hoc habeant: nō autem plus à publico, sed ab eo in cuius stant seruitio.

Iussio

decedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est, quos post permissam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illæsos reddiderit. Hoc etiam adiiciendo, vt sub gestorū testificatione tā decem ex deuotissimis a principiis primates eorū, videlicet, quàm vnusquisque caput scholæ iuratus deponat sub præsentia sua rem (sicut superiùs dispositum est) fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis vnumquemque militem solatium suum manu sua ab erogatoris dextera suscepisse: & huiusmodi gesta, relatione à virò clarissimo tribuno, vel deuotissimis principiis intra tres menses mittenda, ex quo profectus fuerit, numerandos, ad nostram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curando, vt pro tempore erogator, postquam datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos vel tres menses seu quatuor, pro qualitate, scilicet spatiorum, commissam sibi sollicitudinem erogationis non dubitet faciendam, vel si vlterius apud se pecunias publicas, differendo erogationem, ausus fuerit retinere: sciat se modis omnibus damnum, quod ex negotiatione b miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militi soluturū. Scientibus iis, qui præfatæ dispositionis obseruantiam, siue in differēda vltra sigillatim definitū tēporis spatium erogatiōe, siue in qualibet alia parte fuerint egressi, non solùm sese militiæ cinguli amissionē, verū etiam facultatū quoque suarum publicationem pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationū quoque sollicitudinem ab officio tuæ celsitudinis (si imperatoria fuerit violata dispositio) ad alios transferendam. Si verò idem officium simulatque c huiusmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostræ mansuetudinis, vel certè ad scientiam illustrissimæ magisteriæ referre curauerit potestatis, vt eiusdem apparitionis † periculo tale flagitium principales minimè possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto reuelato, quicunque saluberrimas nostræ constitutionis, vel pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minimè possit pœnas euadere: ita, vt singulis militibus, qui non obseruato in eorum persona tenore † dictæ dispositionis, læsi fuerint, liceat sacratissimum nostrum, per vnum fortè, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos, petere cōmeatum, & porrectis precibus, quod contra nostram dispositionem passi sunt, approbare: eoque facto, statutis violator imperatoriæ dispositionis suppliciis percellatur. Illud præterea omnibus modis obseruari decernimus, vt erogator omnes pecunias, quæ mortuis militibus vsque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, secundum iam datam diualem dispositionem vxoribus, vel liberis eorum non dubitet ministrandas d.

† Apparitoris.

† alias, rectè dispositionis.

Milites deputati ad custodiam alicuius personæ, vel loci, annonam de publico non percipiunt: sed à constituta persona salarium habebunt de publico. Item milites non debent ad custodiam alicuius deputari sine principis licentia obtenta in scriptis. Barto.

Imp. Iustinianus A. XVII.

CVm sæpe contingat propter quasdā maximas & inexcusabiles rationes e, quibusdam ad custodiam vel ob aliam huiusmodi causam f milites deputari, vel etiā iā deputatos esse, & nō cōueniat hoc modo publicū aliquod damnum seu dispendiū sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero curiis, vel quibusdā corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel aliis personis pro custodia (vt dictū est) vel tali alia causa à nostro numine deputati sunt, vel fuerint: ne per eorū trāslationes, circa annonarū vel capitum † eis præbendorū erogationem, publicis rationibus quædā læsio ingeratur g, eandem rē de proprio personam seu etiā psonas, cui vel quibus deputati sunt, vel fuerint, hæc modis omnibus agnoscere h. hoc tātūmodo de publico pro iisdem annonis † & capite præbēdo & imputando i, quod in locis, ex qbus præfati milites peruenīūt, seu puenerūt, imputabaē: vel si ante latā præstationē supradictæ personæ recusauerint, eosdē milites nō recedere de

† alias, capituum.

† alias, & capitu.

a Iussione. sic s. de manda. prin. l. j.
b Tuæ celsitudinis loquitur præfecto. Accur.
c DE EXCOCTIONE &c.
Expone, vt patebit. i. eo.
d Opinatores. i. exactores. militaris annonæ: vt s. tit. j. l. opinatores.
e Delegantur. vt ibi exigant, & militibus dent, qui ibi sunt pro republica.
f A nullis. i. nō petant ab illis famulis excoctionē panis quos cōsuetudo excusat. & sic no. pro consuetudine prouincialium sic. ff. de offic. procon. l. obseruare. §. obseruare. & l. si in aliquā. §. & ferias. & s. de testa. l. testamenta. & ff. de aqua plu. ar. l. si prius. & de decu. l. non enim. §. vlti. & s. de expen. lu. l. j. & j. de diuer. offi. l. viros sed ab aliis omnib⁹, quos consuetudo nō excusat, efflagitent: vt j. proxi.

Consuetudo regionum attenditur.

g Tua. magistro militum loquitur. Accur.
h IN excoctione. bucellati. id est panis azimi qui ideo buccellatus dicitur, quia facile per bucellos, i. per parua & minima frusta diuiditur. P.

* De hoc supra, de erog. mili. anno. l. j. diximus. nugatur autē hic. Acc.

† Alias, exactiōe.

i In translatione: id est, in deferendo ad milites, qui ibi prope in limitibus sunt.
k Nullus. nisi consuetudo excusat: vt s. l. proxi. & ad idē ff. de mune. & hon. l. iij. §. eos.

† Alias, optiones, vt & infra per totum titu.

l Domus. si quam in ea prouincia habemus. ad quod. s. vt in emptione specierum. l. j. & j. de cur. pub. l. nullus. & s. de priui. do. aug. l. iiij.

† Alias, cōtra om. cōsue. nullis consi. familiis.

suis locis, vel eos, qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire. hoc omnifariam custodiendo, vt nemo deuotissimorum militum cuicunque personæ seu corporis sine speciali nostræ serenitatis iussione [a] scriptis proferenda deputetur: officio tuæ celsitudinis [b], si hāc nostræ mansuetudinis formam, quoties super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, & quid eos, quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minime curauerit: tam dispendiū, quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quam triginta librarum auri mulctam propter desidiā suam, imò magis conniuentiam, depēdere cogendo: rectoribus nihilominus prouinciarum & apparitoribus eorum, si statuta nostra violauerint, seu violari concesserint, eiusdem condemnationis solutione percellendis.

TITVLVS XXXIX.

DE EXCOCTIONE † & translatione militarium annonarum [c].

Opinatores delegati, vt militibus annonam exigant & eis soluant, à prouincialibus non petant panis excoctionem, nisi sit inter eos consuetudo contraria. Bar.

Imp. Theo. A. I.

OPinatores [d] † quib⁹ species in diuersis prouinciis delegantur [e] †, contra omnem consuetudinem à nullis [f] consistentibus famulis excoctionem panis efflagitent. Illustris igitur authoritas tua [g] nouā vsurpationem congrua authoritate repellat: vt cum opinatores in prouincias delegantur, vetus consuetudo seruetur.

Ab excoctione panis nulla domus etiam principis excusatur: & si procurator domini cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit punitur ipse & dominus si fuerit cōscius. Bart.

Idem A. & Val. A. II.

IN excoctione [h] bucellati, quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione [i] etiam annonæ, nullius [k] excipiatur persona: videlicet, vt ne nostra quidem domus [l] ab iis habeatur immunis. Et si quisquam (quod non opinamur) implere, quæ sunt præcepta, neglexerit: in procuratorem [m] eius seuerissime vindicetur: ita vt si huiusmodi contumaciæ dominum † conscium esse constiterit: quadruplum id, quod pro eius capitatione poscitur, posthabita [n] † dilatione soluatur.

TITVLVS XL.

DE MILITARI VESTE.

Canonem vestium à calendis Septembris vsque ad calendas Aprilis respublica soluet. Barto.

Imppp. Val. Theo. & Arca. A A A. I.

OMnem canonem vestium [o] ex calendis Septembris vsque ad calendas Aprilis [p] nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ vel eius officio condemnationis, quam tuæ [q] iustitiæ videbitur.

Imppp. The. Arca. & Hon. A A A. II.

PRouinciæ Thraciarum † per tricena iuga seu capita cōferant vestem. Scythia & Mysia † in tricenis [r] iugis seu capitib⁹ interim annua solutione dependāt: per Aegyptum & Oriētis partes in tricenis ternis [s] iugis: per Asianam verò & Ponticā diœcesim ad eundem numerū in capitibus, seu iugis annuæ vestis collatio

m In procuratorē. cū dominus abest ad quod. s. vnde vi. l. meminerint. & de fal. mo. l. j. §. actore.
n Posthabita. sine dilatione.
DE MILITARI VESTE.
o Omne. Vestiū. militū: vt ex tit. patet.
p Aprilis. no. in calendis Aprilis vestiendum pro æstate: sed tunc nauigiū incipit: vt s. de naufra. l. quoties. in fi.
q Tuæ. loquitur præfecto præto. Accursius.
r PRouinciæ. In tricenis. forte pro singulis. xxx. iugis vnum aureū dabit aliquis. Item pro tot capitibus alium aureum ad vestes militum.
s Ternis. i. triginta quatuor, secundū Hug.

[a] Comparatitiū. id est, qui comparabunt, si non habent.

† Orientis prouinciam.

[b] Debere. sed in merce fortè dabūt æquiualens.

[c] Fortissimis. Tremisses. s. quia in trientes remittuntur. P. & de his fit mentio. s. de eroga. mi. aun. l. per hanc. §. hoc videlicet.

† Alciat. hic legit, Orthodosiæ natis. in quibusdam exēpla. Histroneatis.

[d] Chlamydibus. fortè pro furrura vel fibulis. nā pro toto parum esset.

[e] Militaris. adæratio. i. æris cōgregatio certo tēpore: vt s. e. l. j.

[f] A gynæciariis. hoc expōe vt s. de murileg. in tit.

[g] Gregariis. i. vilibus puta de plebeis natis: sicut grex est inferiorū pecorū, sicut ouiū. maiorū autē dicitur armentum, secundū Hug. No. ergo q fortissimis quinq dētur partes in pecunia: inferioribus datur sexta in pāno, qd volunt eligere.

† Tremissis aureus nummus erat siliquarū octo pōdere, vt tres solidū penderent. Vi. de Anton. Aug. emēdat. lib. ij. c. ix.

[h] DE METATIS & epidem.

Metati dicunt milites in terminis castrorū, q castra vallo vndique circundabāt. vnde i Exo. Castrametati sunt filij Israel. sic & ponitur. s. de episc. & cle. l. omnia. Sed epidemetici dicunt, qui s. milites sunt cōstituti metientes siue dimetiētes militibus hospitia. ab epi. qd est. s. & metis. i. metatis, id est, de iis, qui s. milites dimetiūtur. i. diuersis diuersa assignāt hospitia.

Metati qui dicuntur.

Epidemetici qui dicuntur.

† Alias, iumtōribus.

Si qs. Videtur dicere quod epidemetici habebant sub se mensores, qui quidē mensurabāt hospitia accipientes tertiā: vt j. l. proxi. & in eminēti loco scribebāt

dependatur ita, vt per Orientem † prouinciæ in titulo auri cōparatitij, quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur: exceptis Ostroenatis † & Osrhenia & Isauria. nā eas demum constat aurum cōparatitium [a] minimè debere [b].

Ad vestem militis non præstabuntur bini tremisses, sed vnus solidus. Bar.

Impp. Arcad. & Honor. AA. III.

Fortissimis militib⁹ nostris, per Illyricū non binos tremisses [c] † pro singulis chlamydibus [d], sed singulos solidos dari præcipimus.

Quinque partes pretij vestis militaris in pecunia debent dari fortissimis militibus: debilibus vero sexta pars in panno. Bartol.

Impp. Honor. & Theod. AA. IIII.

Militaris [e] adæratio vestis à collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferēda: ita, vt qnq eius ptes fortissimis militibus erogētur in ptio: sexta verò portio à gynecariis [f] clemētiæ nostræ absque vlla vel ipsorum, vel publica incōmoditate, p eadem cōtexione suscepta minoribus † gregariisq [g] militibus in ipsa, quàm maximè eos desiderare cōstiterit, speciei præbeatur.

TITVLVS XLI.

DE METATIS & epidemeticis [h].

Mensor deputatus ad hospitia mensuranda per epidemeticos, & militibus danda seu assignanda, si in hospitiis domo scripserit nomen militis, cui sit hospitium assignatum, & postea deleuerit, punitur pœna falsi. Bartolus.

Imppp. Theod. Arca. & Honor. AAA. I.

Si quis [i] metatorum [k] nostrorum manum, qua deputatas singulis, qbusq domus denotant, & postibus [l] hospitaturi [m] nomen adscribunt, delere non dubitauerit, ad instar falsi [n] reus constituti huius authoritate teneatur.

Impp. Arcad. & Honor. AA. II.

In qualibet, vel nos ipsi vrbe fuerimus, vel in qua ij, qui nobis militant commorētur: omniū tam metatorū [o], quā etiā hospitum iniquitate submota, duas dns propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, † vt in tres domus diuisæ partes, primā eligendi dns habeat facultatē: secūdā hospes, quā voluerit, exequat: tertia domino relinquenda. Plenū em æquitate atque iustitia est, vt q aut successione fruitur, aut emptione, vel extructione gaudet: electā præcipuè iudicio suam partem teneat & relictā [p]. Ergasteria [q] verò, quæ mercimoniis deputant, ad pdictam diuisionis iniuriam non vocentur, sed quieta sint, & libera: & ab omni hospitum iniuria defensata, solis dominis conductoribusq deseruiāt. Sanè si stabulū (vt assolet) militari viro in tertia domus pte defuerit: id ex ergasteriis (nisi id dns qualibet occasione puiderit) pro animaliū numero vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè viris non tertiā partē domus, sed dimidiā hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat cōditione seruata, vt alter ex his (si libet [r], atque maluerit) diuisionem arbitraria æquitate faciat, alter eligendi habeat optionem. & firmissimum perpetuò,

nomē eius, qui ibi debebat hospitari: qbus non licet delere nec variare postquam fecerint, quasi suo officio functi: vt ff. de re iud. l. iudex. & s. de offi. procu. Cæsa. l. fina.

[k] Mensorum. dicti mēsores: de quibus habes s. de mēsoribus.

[l] Postibus. i. ostiis sic. ff. de insti. l. si pupillus. §. de quo.

[m] Hospitaturi. s. militis. Accur.

[n] Falsi. quia delet verū: vt ff. de fals. l. j. §. q in rationib⁹.

[o] In qualibet. Metatorum. expone vt s. l. px.

[p] Et relictam. præfertur qui maiorē habet partem de re: vt s. de donat. l. sancimus. §. j. & facit s. de iis qui se defe. l. j. circa prin. arg. cōtra. s. quādo & quib. quar. pars deb. l. ij. circa prin. Sed quis diuidet? rn. mēsor: vt s. hac l. imnuit: et s. l. pxi.

† Alias, vt in tres domo diuisæ partes.

[q] Ergasteria. quæ sunt i plateis vl an giportis: vt j. l. vlt.

[r] Quilibet. si habes quilibet, videt abundare propter verbum alter. si habes quibuslibet scilicet de prædictis illustribus.

[s] Et alter. puta hospes. nā & s. prius eligit hospes. Acc.

Cunctos

quod iussimus, perseueret: ita vt xxx. librarum auri, q illustrissima sunt præditi dignitate, fisco nostro se pœnam illaturos esse cognoscant: cæteri verò militia sciant se esse priuandos, si generale præceptum amplius vsurpādo quàm iussimus reprehensibili temeritate violauerint.

Præsentibus iudicibus, qui de causa cognoscendi potestatem habent, non debent eorum prætores adiri. Bart.

Iidem AA. III.

Vnctos iudices scire volumus à prætoriis ordinariorum iudicum his [a] præsentibus abstinendum.

Domus fabricensiū ad hospites recipiendos non grauantur. B.

Iidem AA. IIII.

Fabricensium [b] domibus vbicumque constitutis omnem molestiā hospitum præcipimus amoueri. Sed & Antiochensibus & cæterarum ciuitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu [c].

Imp. Theod. A. V.

Deuotum [d] possessorem ab omni inquietudine liberamus. primò igitur omniū ad nullum prædium [e] publicum vel priuatum domus nostrę vel cuiuscunque iuris † vllus metator [f] accedat, si à quoquā fuerit destinatus. Licentiam enim domino, actori [g], ipsiq́ plebi serenitas nostra commisit, vt eum, qui præparādi gratia ad possessionem venerit, expellendi habeat facultatē: nec crimen † aliquod pertimescat: cū sibi arbitrium vltionis suę sciat esse cōcessum [h]: recteq́ sacrilegum prior arceat, qui primus inuenit. Administrantem verò, eiusq́ officij proceres quorū pręceptio inhibitā personā ad agrū aliquem destinauerit, in tēpus pro scribi debere cēsuimus.

Solā sanè hospitalitatem [i] sub hac obseruatione concedimus, vt nihil ab hospite, qd' vel hominū vel animaliū pascuis necessariū credit, postuletur: omniumq́ sit accelleratū iter atque continuū nec vlli liceat residere: ne diuturnitas cōmanentiū, vlla ex parte prędiū vexet. Decem etiā librarū auri mulcta feriet quisqs administrutor, rogator, apparitorve vllus, militans.s. vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit [k]. Intantum enim inhiberi sceleratum morē iubemus, vt ipsis quoq́ præbētibus impunitum esse nō patiamur, si qd sponte [l] cōtra pręceptū nostrū pbati fuerint obtulisse.

Idē A. & Val. Cæs. VI.

Hoc prospectum est, vt infausta [m] hospitalitatis prębitio toleret, nec balneū [n] quisquam à domino ædium postulet.

Iidem Augusti. VII.

Deuotissimos milites, ex procinctu redeuntes, vel proficiscentes ad bella, muri [o] sacratissimæ vrbis singulæ turres in pedeplanis [p] suis suscipiant.

Medici sacri palatij & vrbis Romæ magistri liberalium artium: & pictores ingenui quoad viuūt sunt immunes ab onere hospitandi. Bart.

Iidem Augusti. VIII.

Archiatros [q] nostri palatij, necnon vrbis Romæ, & magistros literarum [r], pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modò ingenui sunt) hospitali molestia quoad viuent, liberari præcipimus.

Hospitātes milites in domibus habitationū ipsorum nullam aliam discussionem, vel pœnam debet [illegible] nullus debet impetrare: vt à munere hospitandi milites

---

[a] Vnctos. His ordinariis iudicibus. Et no. contra legatos curiæ Romanę qui hospitantur in domibus episcoporū & aliorū prælatorum eis præsentibus. & facit in authē. de def. ciui. §. nulla. vbi defensor nō perdit iurisdictionē propter presentiā præsidis.

[b] Fabricensiū. ij sunt, qui faciūt publica arma: vt no. s. de fa. in tit.

[c] Comitatu. alias comitatu, alias cōmeatu.

[d] Deuotū. quales debēt esse omnes pꝛouinciales.

[e] Prędium. quia secus in domo: vt j. e. l. §. solam.

[f] Metator. i. miles vt s. in tit. no.

[g] Actori. i. castaldioni domini eo absente.

[h] Concessum. no. sic & s. de iur. fis. l. prohibitū. & est argu. ad id quod not. ff. de iustitia & iu. l. vt vim. Item facit s. quando lice. vnicui. sine iu. se vin. l. j. & ij. & de iur. emphy. l. ij & de adul. l. Gracchus. & ff. de adul. l. mariti & ad l. Aqui. l. sed & qui cunq́. & l. quemadmodū. §. j. & in authen. vt lice. ma. & auiæ. §. his. & s. de decur. l. eos. & l. generaliter. Item not. quod hic permittit vltionem, non solū defensionem. sic. ff. de bo. li. l. q cū maior. §. si libertus. in fi. sed hic pꝛo defensione ponitur. & d. l. qui cum maior. p iudicium vēdicat: vt no. ff. ad l. Aqui. l. scientiam. §. qui cum aliter. in fi.

[i] Hospitalitatem. id est recipiēdo hospitem in tertia vel dimidia parte domus: vt s. l. ij. Accursius.

[k] Postulauerit. sic s. ne rust. ad vllum. l. ij. & de erog. mili. an. l. iij.

[l] Sponte. sic & s. ne rusticani ad vllū. l. ij. in fi. & j. tit. ij. l. ij. Accur.

[m] Hoc prospectū. Infausta. i. non horrenda secundum Hug. alias pꝛo malo homine: vt s. de repu. l. cō sensu. circa princi. Accurs.

[n] Nec balneum. s. nec conitibus lauacra.

[o] Deuotissimos. Muri. genitiui cas⁹ est. A.

[p] Pedeplanis. id est in pedibus turrium & murorum vrbis, quæ spissæ sunt, poterunt milites se descendere, vt se ibi præparent aliis vestibus ad eūdū. & videtur vna dictio in pedeplanis.

[q] Archiatros. i. principes medicorū, seu maiores medicos. & facit s. de inoffic. testamen. l. l. fina. & de profes. & medi. l. medicos. & l. fin. Accurs.

[r] Literarum. non primarum: vt ff. de mun. & hono. l. vt gradarim. §. fi. Accursius.

Omnes

Legati apostolici nō debēt ī episcoporum domibus hospitari.

† alias, nullus metator.

† Hæc verba recitātur in glo. super ver. expelli. in prin. ca. vlt. extra, de loca. & condu. & per hunc tex. vult ibi dicta gl. dicere, q̄ dominus potest propria authoritate expellere emphyteutam, si non soluat ei canonē. Consulit tamē illa glo. q̄ dominus expellat emphyteutam iudicis authoritate, per l. ij. C. de pignorib.

sit immunis, & vicini domus grauetur. Barto.

Iidem. Augu. IX.

OMnes qui metata [a] in suis domibus præstant, siue hospitia præbuerint metatoribus [b], siue quolibet pacto satis eis fecerint: nullam vel pensionis, vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci, vel ordinis in hac florentissima vrbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare [c], quod & in prouinciis obseruari oportet. Cæteris verò, quibus illustris dignitas sub cingulo, vel citra cingulum [d] pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in iis præcipimus obseruari, quos ipsa quidam administrationis cōditio spectabiles nouit: honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres. Scituris omnibus, quòd si quis cū cingulo perfruatur, & excusationem propriæ domus impetrauit: vt à pensione etiam portionis tertiæ [e] sit immunis, & militiæ causa metatum alienis domibus sibi crediderit vindicandum: siquidem honore præditus excusationis ius habeat carebit legum priuilegiis, [f] quas fraudare conatus est. Si verò inter eos, quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur: centum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur.

Quidam in hac lege nominati dum viuunt, & post mortem eorum hæredes filii, parentes, nepotes, frater, soror, vxor, & eorum tres domus à molestia recipiendi milites habent immunitatem: quidam duas, quidam vnam tantùm, quidam dimidiam tantùm. Bartolus.

Imp. Valen. A. X.

HAc lege sancimus, vt si quis consulatem ac patriciam meruerit dignitatem [g]: tres domos proprias, dum superest, habeat hospitum immunitate securas. hæredes verò eius filij, aut pater, aut mater, aut nepotes, aut frater, aut soror, aut vxor: duarum [h] domorum suarū excusatione potiantur. Si quis verò consulatu tantummodo gloriatur: duas semis [i] domos suas immunes habeat. post fata verò eius memorati hededes vnam semis domum suam habeant nullis hospitiis prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cū memoratis hæredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. Præfectorij verò, necnō & magistri militum duas domos suas habeāt, quoad vixerint, hospitibus liberatas. Hæredes verò eorū memorati vnā defendant domū suā simili excusatione munitā. Magistri verò officiorū, vel quæstores vnam semis domū suā, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam. Hæredes verò eorū prædicti vnā ab hospitibus iure defendant. Comites autē domesticorum, & profectorum, & sacrarū largitionum, & rerum priuatarū, & vir spectabilis primicerius notariorū singulas domos suas ab hospitū grauamine, dum viuunt gaudeant esse securas. Memorati verò hæredes eorum mediam partem vnius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionē hospitibus deputandā esse cognoscāt. Si qui illustres honorarias dignitates quascūque sine actu cælitus [k] impetrauerūt: æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pādant pro tertia, quę legibus præfinita est, portione: exceptis videlicet ergasteriis [l], que in plateis [m], vel angiportis esse noscunt: quod in omnibus domibus, que hospitales sunt, obseruari iubemus: ita, vt nemo vel ex sacro rescripto, vel ex diuina annotatiōe, seu pragmatica sanctione, cōtra hāc legē vti possit excusationis auxilio [n]: iis omnib9, q̄ p hāc legē cōstituimus, in hac æterna vrbe obseruādis.

Tribuni ex primicerio immunitatem habent ab hospite recipiendo in domibus, quas tenent in vrbe. Constantinopolitana. Bart.

---

a OMnes. Metata. i. castra vel hospitia, vt postea exponit.

b Metatoribus. i. militibus.

c Vendicare. sic ff. quod quisq; iur. l. j.

d Cingulum. ad qd' s. vt dig. ordo ser. l. ij. & in authē. vt ordi. præ. coll. v. Itē & facit j. l. proxi. §. si qui.

e Tertiæ. s. eodem l. ij.

f Priuilegiis. No. eum carere priuilegiis legum, qui eas fraudare conatur sic s. de Iudæ. l. Iudæos & ff. de mino. l. auxilium. in fi. & facit ff. de pœ. l. quędā & s. de epis. & cle. l. presbyteros. Sed arg. cōtra s. de iu. l. properandum. vbi etiam cōtumaci seruatur ius.

g HAc lege. Dignitatē. & sic habet duas. Acc.

h Duarum. minus habet hæres quàm defunctus. & sic est arg. contra ff. de re iud. l. hæredē. Item nota, priuilegium trāsit ad superiores q dic vt s. de pro. sac. scri. l. in sacris. vel non sunt superiores cum iam defuncti non sunt.

i Semis. i. medietas. vt insti. de hær. instit. §. hæreditas. Alij ergo semisses pro tertia præstabant hospitiū: vt j. eo. §. comites.

k Cælitus. id est, à principe ad quod s. l. proxi.

l Ergasteriis. i. stationibus: vt s. eo. l. ij. §. ergasteria.

m Plateis. nā quasi omnia sunt in plateis vel angiportu: qd' expone: vt. ff. de verborum significatione. l. & portu. in fi.

n Auxilio. sic infra de petitio. bono. sub. l. prima & ij. aliud si per. l. scriptam in corpore iuris: vt s. hac. l. & l. proxi.

Decem

a D Ecem. s. l. proxima.

b DE SALgamo. &c. Hoc expone vt j. l. j. sed P. dixit nomine salgami & oleũ intelligas gamos. i. mulier sed secundũ H. salgamũ, id est, culcitra: compositũ à gamos & salica vel salmo, & gamos nuptiæ, vel mulier: qa * maxime propter talia fiunt culcitræ. & est neutri generis.

N E qs. Auferat. id est accipiat & hoc ad officium præsidis pertinet: vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. Et no. etiam à volente: quia semper præsumitur cõcussio. sic s. tit. j. l. de uotum in fi. & s. de re mili. l. fi. §. vt aũt. & de offi. procon. l. obseruare & s. ne rusti. ad vllum. l. ij. & ne quid à colla. exi. l. j. & de rapto. virgi. l. j. & s. de ero. mil. an. l. j. & iij. Item sicuti salgamũ hoc comprehendit sic penus omne id qd' esui & potui est destinatum: vt ff. de penu le. l. iij. in pri.

DE COMmeatu.

N E cui. Tribunorũ. nisi vsque ad triginta milites: vt. s. de ero. mil. an. l. per hanc. §. vt aũt. Vel hic barbari erãt proprie, vt sub iicit: ibi non.

c Dare. facit. s. de testa. mili. l. tribuni. & l. milites. & l. fi. in prin.

f Capite. sed qui in pace deserit militiã perdit eam: vt. ff. de re mil. l. nõ oẽs. §. j. Et nota puniri licẽtiantẽ & licẽtiatũ.

g Q Vicũque. Sacrarum. fiscalium.

h Priuatarũ. principis.

* Pudet certe hui⁹ confidentiæ adeò ignarę, quę vel ad ignota conniuere, aut certe cum honesta excusatione præterire. Et qd' deteri⁹ est, recte docẽti non acquiescere. Nam snia Plac. est q̄ salgami appellatione veniat oleum &c. qui in hoc recte præcipit, deferitur ab Accur. hominis docti præceptio vt pessima sequatur. Tu vero cũ eodem Plac. viro sane docto, dic oleum salem, butyrũ, & condita huiusmodi sale condimenta & esculenta salgami appellatione venire: vt anno. Alc. ex carmine Ausoniano. Salgama non hoc sunt, quod Balsama condit odores.

Licentians & licentiatus æque puniuntur.

Imp. Leo A. IX.

D Ecem[a] post primicerium tribunos, in domibus, quas in hac regia vrbe possident, metatorum iussimus vacationem mereri.

TITVLVS XLII.

DE SALGAMO [b] hospitibus non præstando.

Imp. Constan. A. I.

N E quis comitum, vel tribunorũ, aut prępositorum aut militum nomine, salgami gratia culcitrã, lignũ, oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant [c]: sed sint prouinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè præpositis, militibusq́; graui vexationi subiacentibus.

TITVLVS XLIII.

DE COMMEATU.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest: contrà faciens capite punitur. Bartol.

Impp. Arca. & Hono. A A. I.

N E cui liceat prępositorum vel tribunorum [d] cohortum, vel vicariorum, & miliarium eorum tempore expeditionis quocunq; genere, cuiquam de militibus à castris atque signis, vel iis etiam locis, in quibus prætendant, discedendi commeatum dare [e]. Si quis verò contra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore in quo Barbarorum incursio extiterit: & tunc cùm præsentes in castris atque apud signa milites esse debeant, quisquam abfuerit: capite [f] vindicetur.

Impp. Theo. & Valentin. A A. II.

Q Vicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, iis videlicet, qui sacrarum [g] & priuatarum[h] remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spatium supra diem cõmeatus, aut iussionẽ euectionis abfuerit: is inferiorem locum, quinque antelatis posteriorib⁹, deuoluatur. Is verò, qui anni vacationem arbitratu proprio, iudiciarij præcepti oblitus assumpserit, à decem post se militantibus trãsferatur: ac deinde cùm iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit: quadraginta de sequentibus post feratur. Qui verò nec post quadriennij quidem tempus [i] militantium non immerito matriculis auferatur.

Qui sine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriennio vacauerit, modo hic inscripto punitur. Barto.

Imp. Zeno A. III.

S I quis[k] sine commeatu aliquo annum in penatibus [l] propriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete trãsegerit: decem sequentibus post ponatur in quo verò biennalis culpa deprehenditur: viginti sibi antepositos congemiscat. tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit: ita, vt quartus exempto [m] matriculæ, nullam veniam derelinquat.

TITVLVS XLIIII.

DE TYRONIbus [n].

Imppp. Valens, Gratia. & Valentin. A A A. I.

i Tempus. subaudi curauerit ad suũ officium redire. & habeas militãtium non immerito &c. habetur tamẽ ratio temporis & valetudinis: vt. ff. de re mili. l. qui commeatus. & facit. j. l. proxi. cum suis concor.

k S I quis. differt à præcedenti: quia hic sine cõmeatu: ibi sic.

l In penatibus. id est, domibus propriis: vt. s. de exhi. l. ij. A.

m Exẽpto, aliãs exemplo, & augetur pœna: quia assuescit delictum. sic s. de domest. l. iij. l. xj. & de primicerio. l. fi. & de aduo. diuer. iu. l. fi. & de superexa. tri. l. j. & s. l. proxi. Sed ar. cõtra. ff. de pœ. l. si diutino & ff. de ritu nuptia. l. qui in prouincia. § fi. sed vtrobique patet ratio.

n DE TYronibus. Id est, nouis militibus: quia adhuc non erant scripti inter milites fortissimos: vt ff. de mili. testa. l. ex eo.

Nullus

a Nullus Vagus. q.d. quasi firmiter debet stare in militia: vt s. de re mi. l. milites Et sic est ar. q. vagus scholaris non vagus nō fiat magister.

Scholaris vagus nō fiat magister. debet magister fieri.

b Veteranus. vel propter debilitatē: vel quia diu laborauit: vt s. de iis, q non imple. sti. l. j. et ij. Accurs.

c Aut censibus. s. qui mi. non pos. l. j. & ij.

d Quisquis. Ignorauerit. facit s. qui mili. non pos. l. pe. & fi. & s. de tabel. l. generali. & ff. de pu. l. cotem. §. dominus. & s. l. proxi. in fi. Ac.

e Tyrones. in scholis. & nō dicas vbi addiscunt: q ibi omnes sunt tyrones. vnde nō esset post quos ponerent. Sed dic, quod tyro electus inter milites stet loco posteriori i scholis. i. in societatibus militum, seu in matricula: vt s. de tes. mil. l. ex eo. & s. ti. j. l. pe. & vlti. & sic bene sequitur, nec enim &c. et s. de off. ma. off. l. j. & ij. et de proxi. sac. scri. l. vnicuiq. & de agē. in re. l. vnicuiq. & facit j. de di. offi. & ap. l. j. & s. de offic. co. rei mili. l. j. & de profe. l. magistros. & ff. de al. scri. l. fi. Sed argu. contra s. de offic. rec. puinc. l. potioris.

DE LITTORUM &c.

f Saluberrima. Illicitę. vt victualia & arma. alias pœna capitis cum amisione bonorum imponitur: vt s. quę res expor. non de. l. j. & ij. & ff. de publi. l. cotem. in principio.

g Sustineāt. sic s. de naucle. l. j.

Nullus tyro vagus [a], aut veteranus [b] aut cēsibus [c] obnoxius, ad militiam accedat.

Imppp. Theo. Arcad. & Honor. AAA. II.

Quisquis alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit: conuictus ac proditus auri librā ærario nostro cogatur inferre: mancipio scilicet domino (si factum ignorauerit [d]) reddendo.

Imp. Anasta. A. III.

Tyrones in scholis [e] loco semper posteriore ponantur. nec enim patimur quenquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborū assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur.

TIVLVS XLV.

DE LITTORUM & itinerum custodia.

Impppp. Gratia. Valent. & Theod. AAA. I.

Saluberrima sanctione censemus, ne merces illicitæ [f] ad nationes Barbaras deferantur: & quæcunque naues ex quolibet portu seu littore dimittuntur, nullam concussionem vel damna sustineant [g], ita tamē, vt earum naucleri deponant, in quam prouinciam ituri sunt: vt hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio, seu concussio quoquo modo procedat.

TITVLVS XLVI.

DE DESERTORIBUS & occultatoribus [h] eorum.

Recipiens scienter desertorem in agro, vel in domo si est actor vel procurator, capite punitur: sed domus vel prædium, confiscatur: si ipsius est dominus. Item manifestans desertorem præmiatur. Item desertor est, qui tempore belli se absentauit à signis. Item si seipsum prodiderit, veniam meretur. Punitur verò desertor à pœna legibus statuta: quam si iudex dissimulauerit, vel gratia distulerit, ipse punitur. Bartolus.

Imp. Theo. A. I.

Si quis fortè desertorē agro rectove susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procurator loci, qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus verò, si huius rei conscius fuerit: prędij, in quo latuerit desertor, amissione [i] puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit [k]: mediocris [l] loci ingenuus immunitate [m] potiatur. Neque solùm de iis loquimur, qui proximè signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verum etiam qui stipendiis militaribus [n] degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor, autem habebitur, quisquis belli tempore abierit à signis [o]. Horum qui sponte processerit [p], peccati anterioris supplicium non timebit. Sin verò flagitiosa ignauia delitescat: per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, vbicunq; correptus, seueritati iudicis offeratur, denegeris mortis gladium subiturus. Sin autem rector prouinciæ propositam seueritatem, vel gratia, vel dissimulatione distulerit: patrimonij atque existimationis damno subiiciatur: & in officij primores [q] capitaliter vindicetur.

h DE DESERTORIBUS &c. Desertores milites occultatores priuatos vocat.

i Si quis. Amissione. sic s. de fu. l. mone. l. j. & de iis qui latro. vel ali. l. ij. & de cap. & postli. re. l. fi. & de ince. nup. l. iij.

k Prodiderit. id est manifestauerit. Accurs.

l Mediocris. i. homo pauper. sic ecōtrario honesti loci diues, vt ff. de trans ac. l. cū hi. §. si in annos.

m Immunitate. munerum forte. seruus verò fit liber: vt s. pro qui. caus. ser. p pręm. ac. lib. l. fi. & facit in auth. de nō alie. §. fi. & s. de epis. & cler. l. nulli. in fi. & s. loc. & condu. l. fina.

n Militaribus. licet non sint proxime applicati.

o A signis. alibi largius: vt s. de re militari. l. iij. §. emansor.

p Processerit. i. q se pdiderit, antequā ab alio manifestetur: sic. s. de pœ. iud. qui ma. iu. auth. nouo iure.

q In officij primores. i. in officiales præsidis. Et no. contra præsidem & officiales, qui pœnas legibus impositas gratia vel dissimula debent.

Pœnæ legum differri non

ſimulatiōe differūt. ſecundum Al.

a SI deſertores. Opprimant. vt ſ. qñ li. vnicu. ſi.iu.ſe vin.l.j.§.j.

b Tractatoriarū. i.abſentiarū, vel licentiationū, ad qd' j. de trac.l.j.

DE VETEranis.

c CVm itro iſſet principia ſcilicet numerorū.

Salutare principem cuiq; non licet.

d Salutatus. Not. quod non licet cuilibet ſalutare principem: vt.ſ.de ſilē. l.j.& facit.ſ.de ſen. paſ.l.j.

e Indica quę ſunt. No.benignam rñſionē ſic.ſ. de trāſac.l.vt reſponſum.

f Magnificentia. ablatiui caſus.

g Ciuili.i. pſonali: vt j.in fi.ſed priuiale ordinariū ſubeūt.ſic ff.de priuil.vete. l.iij.& iij.

h Collatione.extraordinaria.in ordinariis enim ſecus vt dixi.

i Ob venditionē. hoc eſt, vt aliquid det pro loco, vbi tenent pergulā. ad quod eſt ſ. de nundi.l.j.

k Deportatorio. deportatoriū dicitur on⁹, quod redēptor pontis à tranſeūtibus pro onere vehēdo exigebat: vt innuitur. ff. loc. l.cum plures.§.vehiculum.& de verbo.ſignifi.l.in lege. Accur.

l PRouidendū. Cumulati.qa facti ſunt protectores. ad quod ſ. de dome. & prote.l.j.

VEterani.

m Nec rus colunt. No.milites veteranos rus colere. Sed cōtra.ſ. de mād.a.& col.pa.l.fina. ſed ibi non colunt, vt ſint adſcriptitij.

n Exuti.vt ſupra de digni.l. iudices. & facit ſ. de circē. l.iij. & de epiſc. & cler. l. generaliter. magis enim pœna ſunt digni &c. vt ſ. de epiſco. & cleri.l.presbyteri. Accurſius.

Deſertor inuentus reſiſtens, vt rebellis opprimitur. Item diligens debet eſſe iudex, ne ſub prætextu alicuius licentiæ deſertor poſſit euadere. hoc dicit. Bartolus.

Imp. Leo A. II.

SI deſertores inuenti reſiſtendum, atque armis oppugnandum putauerint, tanquam rebelles in ipſis temeritatis ſuę conatibus opprimantur [a]: ita tamen, vt prouinciarum iudices ſolicita cautione diſquirant, ne ſub falſarum tractatoriarum [b] nomine, deſertionis ſuæ crimen defendere moliantur: nec ſuppoſitis & commentitiis epiſtolis euadendi habeant facultatem.

Idem Aug. III.

QVi relictis militaribus caſtris, ſe ad deprædationes vel latrocinium contulerint: ſeuęritatem iudicis non euadant.

TITVLVS XLVII.

DE VETEranis.

Veterani gaudent priuilegijs hic inſertis. Bart.

Imp. Conſtan. A.

CVm introiſſet prīcipia [c], & ſalutat⁹ [d] eſſet à prę fectis & tribunis, & à viris eminentiſsimis acclamatum eſſet, Auguſte Conſtantine, Deus te nobis ſeruet, noſtra ſalus, noſtra ſalus, verè dicimus iurati, dicimus adunati: veterani exclamauerunt. Cōſtantine Auguſte, quid nos veteranos facis, ſi nullam indulgentiam habemus? Cōſtantinus Auguſtus dixit. Magis magiſque cōueteranis meis beatitudinē augere debeo, quàm minuere. Victorinus veteranus dixit. Muneribus & oneribus vniuerſis locis conueniri non ſinamur. Conſtantinus Auguſtus dixit, Apertius indica, quæ ſunt [e] maxima munera, quæ vos contumaciter grauāt. Vniuerſi veterani dixerunt, Ipſe perſpicis. Conſtantinus Auguſtus dixit, Iam nunc magnificentia [f] mea omnibus veteranis dico id eſſe conceſſum. perſpicuū ſit, ne quis eorū in vllo munere ciuili [g], nec in operibus publicis conueniat, nec vlla collatione [h], nec à magiſtratibus, nec vectigalibus, in quibuſcunque nundinis interfuerint, vllam ob venditionē [i] proponendam dare debebunt. Publicani quoque (vt adſolēt agentibus ſupplere) ab eiſdem veteranis amoueantur: quiete poſt labores ſuos perenniter perfruantur. Fiſco quoque noſtro eadem epiſtola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: ſed liceat eis emere & vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec ſolū integra beneficia eorum ſub ſeculi noſtri otio & pace perfruantur, ſed etiam nullo munere ciuili, id eſt, corporali, ſeu perſonali, vel deportatorio [k] onere eos affici concedimus.

Veteranus factus protector nullis iniurijs eſt pulſandus: contrà faciens eſt ſecundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciæ. Bartolus.

Idem Auguſtus. II.

PRouidendum eſt, ne veterani, qui ꝓtectoria dignitate cumulati [l], aut honores varios pro meritis ſuis conſecuti ſunt, incongruis pulſentur iniuriis. quod ſi quis hoc crimine fuerit deprehenſus, rectores prouinciarum pro iuriſdictione ſua examinantes factum, pro ſua qualitate eos coërceant.

Veteranus, qui ſe latrocinio dedit, priuilegijs nudatus, competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. Bartolus.

Imp. Conſtan. A. & Iulia. Cæſ. III.

VEterani, qui ex negligentia vitā nec rus colunt [m], nec aliquid honeſtum peragunt, ſed latrociniis ſe dedunt: omnibus veteranorum priuilegiis exuti [n], pœnis cōpetentibus à prouinciarum rectoribus ſubiiciantur.

Veteranus effectus inuitus, vel volens non militat: & ſententia contra eum lata tali ordine non ſeruato, non valet: niſi dum ipſe militabat, quæſtio in cognitione eſſet deducta: quia tunc ibi finitur.

Nullus

licet veteranus sit effectus, nisi speciali priuilegio sit indultum sibi contrarium. Barto.

Imp. Theodo. A. IIII.

NVllus eorum qui sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicum sententiis, quæ nõ his obseruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus: nisi fortè reperiatur ibi tẽpore militię cœpta [a] cognitio. Tunc enim velut necdum cingulo deposito, sub militari iudice rẽ tractari, finiriq́; præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidã ex his sese defendãt.

TITVLVS XLVIII.

DE FILIIS OFficialium militarium, qui in bello moriuntur [b].

Imp. Constantin. A. I.

I, qui ex officialibus quorumcũque officiorum [c] geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt [d], in parentum militiam vocentur.

Impp. Arcad. & Honor. AA. II.

FIlios [e] primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

TITVLVS XLIX.

DE OBLATIONE votorum †.

Imper. Augustus. I.

QVando votis [f] cõmunibus felix annus aperitur, in vna libra auri [g] & solidis obrizatis principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus: statuẽtes, vt deinceps sequentibus annis vniuscuiusque sedulitas principalibus suis † talia inferat semper & deferat.

TITVLVS L.

DE NVMERARIIS actuariis, & chartulariis, & adiutoribus, siue scriniariis, & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumque iudicum tam militarium, quàm ciuilium.

Numerarij seruientes rectoribus in diuersis obsequijs, tormentis & lacerationibus puniuntur. Barto.

Impp. Valentin. & Valens AA. I.

VOrax [h] & frudulentum numerariorũ propositũ, qui diuersis obsequiis rectoribus obsequuntur, ita inhibendũ est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus [i], cõditioni eos subdi tormentorum, & aculeis atq; lacerationibus subiacere.

Numerarij consularium, qui hodie tabularij appellantur, tormentis subiiciuntur, nisi iudicibus, vel aliis ad prouinciam per principem destinatis nomen debitorum sub actorum testificatione mõstrauerint, vt eis iudicantibus omnes fisci debitores ad solutionem compellãtur: tẽpusque tabulariorum triennio cõcluditur. Bar.

Imppp. Gra. Valent. & Theo. AAA. II.

QVi numerarij appellari consueuerãt consularium atque præsidum duntaxat tabularij post hanc nostram sanctionem vocabuntur [k]: scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel iis, qui prouecti nostro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequẽter ingesserint sub actorũ testificatione [l]: quos scire oportet cum iis, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos: nisi omnia debita ipsis fuerint iudicantibus persoluta [m]: triennij [n] tamen spatio tabulariorũ decet tempus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinent. Barto.

Iidem AAA. III.

NVmerarios amplissimæ tuæ sedis [o] cingulũ habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij & tabularij collocantur: vnus ad ratiocinium arcæ fiscalis, alius super titulis largitionalibus, nullusque alterius officio se immisceat. Barto.

[a] NVllus. Cœpta. vt ff. de iuris. om. iud. l. cum quædam. & de iudic. l. si quis postea. & l. vbi. & s. vbi de cu. con. l. si.

DE FILIIS offi. mil. &c.

Quæ officia multa sunt: vt ex superioribus titu. patet.

[c] I qui. Officiorum. militarium: vt ex titu. patet.

[d] Sunt. cum filij vocentur. q. d. non aliam militiam. ad quod cõcor. s. de tabu. l. si. & j. l. proxi. non enim debẽt diuidi familiæ: vt s. cõ. vtri. iu. l. possessionum. sed vbi est emolumentum, pręfertur filius omnibus aliis. vt s. de p. xi. fac. scri. l. vnicuique. §. j.

[e] Filios. s. l. proxi. cum suis concordan.

DE OBLATIONE vo. &c.

[f] QVando votis. Id est volũtati dominandi principibus annus aperitur. Accursius.

[g] In vna libra auri. donum erat in libra auri per obolos puri auri, qđ vocatur obryzatũ: vt s. de vete. nu. po. l. j. & si. Et no. q̃ p q̃ donat, de melioribus rebus debet dare.

† Votum à pollicitatiõe qd differat, explicat Alc. lib. v. parergõ. ca. ix. quo loco etiã explicat quid icantur solidi obrizati de quibus fit mentio in l. vnica huius titu.

DE NVMErariis, act. &c.

[h] VOrax sic supra, ne liceat po. l. ij.

[i] Sancimus. in quadã. l. quã non habemus. et facit s. de decurio. l. quilibet.

[k] QVi numerarij. Vocabuntur. not. mutari nomẽ. sic in auth. vt iud. sine quoquo suf. §. illud.

Mutatio nominis est permissa.

[l] Testificatione. sic s. de appel. l. præcipimus. §. in his autem omnibus.

[m] Persoluta. prædictorũ desidia qua si litẽ suã quodãmodo faciãt vt iudex: vt insti. de ob. quæ ex qua. del. in prin.

[n] Triennij. No. officium tabularij triennio durare.

[o] NVmerarios amplissimę tuæ sedis. præfect. præto. loquitur.

In pro

† principibus.

Imppp. Valenti. Theo. & Archad. AAA. IIII.

IN prouinciis singulis duo numerarij, qui & tabularij [a], collocentur [b]: quo ad [c] vnũ fiscalis [d] arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales [e] pertinere tituli iubeantur: hoc sciturі, quòd si ex alterius quicquam actibus ad alteram partem illicita fuerit vsurpatione trãslatum [f] is qui culpam iudicis dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus.

Licet scriptor alicui iudici obsequens efficiatur decurio, non definit esse scriptor: & agnoscere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bartolus.

Iidem AAA. V.

EXceptores [g] omnes iudicibus prouincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur, neque à fisco vllas consequuntur annonas: absque metu dare cœptis operam (etiam si decuriones sint) minimè prohibemus [h]: dummodo munera [i] propriæ ciuitatis agnoscant, & peracto secundum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam [k] redeundum esse non nesciat.

Numerarij à communione actuariorum abstinere debent. Bartolus.

Impp. Arcad. & Hono. AA. VI.

NE diutius ad cunctorum perniciẽ actuarij [l] numerariorum consortiis adiuuẽtur: illustris authoritas [m] tua cunctos ex numerariis actuariorũ societate præcipiat abstinere, atque ab eorum communione discedere. quòd si hoc moniti [n] custodire neglexerint: iisdem pœnis se, quibus actuarios, non ambigant subiacere [o].

Actuarij secundum consuetudinem antiquã sunt ordinandi: et si aliter factũ fuerit factũ ab eis nõ valet: & ipse faciens punitur.

Imp. Leo A. VII.

ACtuarios [p] tam clarissimæ vrbis Constantinopolitanæ, quàm Chimeleæ [q] †, & quarũcunque curialiũ ciuitatũ diuersarum [r] non aliter, nisi [s] vt consueuerant, manus sanxerit principalis, sublimitas tua [t] præcipiat ordinari. quòd si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profectò irritis iis, quæ vetita contrectauerit [v], etiam congruam indignationem incurrat.

Scriniarij vel numerarij non possunt à præfecto prætorio pecuniam sumere mutuò: vel aliquid pro expensis publicis alicui promittere. Bartolus.

Idem Augustus. VIII.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis [x] tuæ iubemus nullatenus in posterum, aut mutuam pecuniam sumere [y], aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi [z], quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus [a].

Nullus in numero militum numeratus actuarius fieri officio deposito ad aliquam militiam aspirare potest. Bartolus.

Impp. Leo Iunior & Zeno AA. IX.

NEmini [b] licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato, solicitudinem actuarij subire, vel post depositam eandem curam, ad militiam aspirare: quatenus inter priuatos agens, omniq; militari priuilegio denudatus,

[a] IN prouinciis. Tabularij. vocantur: vt supra eodem. l. ij.
[b] Collocẽtur. vt s. de suscep. l. duos.
[c] Quo ad. alias quo, pro vt: alias quo, pro quia.
[d] Fiscalis. fiscalis autem arca dicitur quia principio cõsuetudo fuit populi Romani, vt pecuniam quam ex tributis percipiebant in marsupiũ ab initio reponerent: sed si marsupiũ nõ sufficeret, ad fiscum. i. ad saccum deuenirent. hoc idem & in principe fuit vt primo in bursa, deinde ad fiscum deueniret. i. ad saccũ. & sic quandoq; ratio fiscalis dicitur ratio Imperatoris. postea cum nec fiscus sufficeret, ad domum deuentum est, quæ vocatur ærarium, eo quod æs ibi reponebatur. Aeris vero appellatione forte tunc tẽporis omnis pecunia continebatur. & sic populus Romanus auctus est.

Aeris appellatiõe, omnis pecunia continetur.

[e] Largitionales. i. qui ipsi principi largiuntur seu dantur: vt s. de cano. lar. ti. l. ij. & l. j.
[f] Translatum. sic s. de compen. l. j. & de exacto. l. ij. Et no. inferiorem debere accusare superiorem. Accur.

Superiorem debet accusare inferior.

[g] EXceptores. i. scriptores. H. vt ff loc. l. sed addes. §. fin.
[h] Prohibemus. si quis ex scriptore sit decurio, remanet scriptor. idem in notario: vt s. de fal. l. si qs decurio. sed nõ de nouo: vt s. de de. l. vniuersos.
[i] Munera. quæ decurionibus imminent.
[k] Curiam. id est, officium decurionum, & facit supra, de assess. l. vltima. & C. de aduoc. diuer. iudi. l. ij.
[l] NE diutius. Actuarij. q recipiunt pecunias publicas: vt s. de erога. mi. an. l. l. actuarij. numerarij scientes de abaco docerẽt facere Trebellianũ: vnde non debẽt eis sociari: vt j. eo. l. nulli. & j. de diuer. of. l. in his. & facit s. de paga. l. j.
[m] Authoritas tua. loquitur præfe. vr. Accursius.
[n] Moniti. numerarij.
[o] Subiacere. forte extra ordinem: vt d. l. in his.
[p] ACtuarios. expone vt s. l. proxima.
[q] Chimeleæ. nomen ciuitatis est.
[r] Diuersarum. i. actuarios.
[s] Nisi. accipe manus &c. Accur.
[t] Sublimitas tua. loquitur præfecto prætorio.
[v] Cõtrectauerit. No. nõ valere quæ fiunt à non iure electo. argu. contra. ff. de offi. præto. l. barbarius.
[x] SCriniarios. Tuæ magnitudinis loquitur p̃fect. prætorio.
[y] Sumere. sic s. si certum peta. l. cos. & ff. si certum petatur. l. præsidis.
[z] Cogi. s. scriniarios. Accursius.
[a] Volumus. sic s. de admi. tu. l. cum quædam.
[b] NEmini. sic s. de episco. & cleri. l. officiales. & ar. s. de agen. in re. l. fin. §. fideiussores.

Nulli.

a NVlli. Adiuuare propter timorem rationis corrũpendæ & corruptibiliter notandæ.
b Chartulariis. chartularij sũt scriptores, qui nõ sunt scriniarij. id est, notarij. vel, id est, qui nõ presunt scriniis.
c Adiutorum. id est scriniariorum.
d Nulla. No. ascẽdẽdum ad dignitates per gradus, non descendendum: vt s̃. quẽadmo. ci. mu. indi. l. maioribus. & ff. de mu. & hon. l. vt gradatim.
e OFficio tuæ magnitudinis. loquitur magistro militum officiorum.
f Precibus. s. porrectis.
g Statuatur. i. statueremus. quod & fecimus tunc.
h Annuens. scilicet tunc.
i Promulgata. ad postulationem tui officij.
k Reuocauit. scilicet tunc, vel postea. & sic nunc reuocamus, quod tũc cõcessimus ad petitionem officij tui. sed quãto tempore durabunt? Respõ. triẽnio forte: vt s̃. eo. l. ij. in fine. Vel aliter expone legẽ: quia statuerat vt per biẽnium duraret: tunc remouet quod est vltra annum ac petitionem tui officij, ad quod s̃. de pxi. sac. scri. pro biennio.
l PEr hanc. Tuę celsitudinis. loquitur præfecto prætorio Illyrici. nam eius officiales deponebant officiũ, & fiebãt tribuni prætoriani ascẽdendo ad maiorẽ dignitatem: vt s̃. l. nulli. & tũc proferebatur quędã interlocutoria, seu decretum electionis, & aliquid ei dabaẽ hic ergo statuit idẽ seruari in illis, qui

nihil nundinationis vel fraudis circa cõmendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

Scriniarij adiutores non debent sociari numerarijs & chartularijs, nisi secundum modum hic declaratum. Item numerarijs in prouincijs hic descriptis adiunguntur scriniarij adiutores ordine hic declaratio. Item adiutoribus & tractatoribus, incumbit necessitas scribendi præcepta & commonitiones et euectiones, quæ fiunt prouincialibus: & scripturæ sine forma prædicta factæ præsumuntur falsæ, & contra facientes pœnis hic declaratis puniuntur. Bartolus.

Impe. Zeno A. X.

NVlli scriniario liceat pro tempore numerarios plus, quàm quaternis vicibus, nec his tamen, cõtinuandis, adiuuare a.

Idemq́; hoc super chartulariis b in prębenda pro tempore numerariis opera obseruari decernimus: ita, vt adiutorum c quidem bienniĳ, chartulariorum verò vnius anni interuallo cõtinuatio interrumpatur. nulla d adiutoribus ad chartulariorum solicitudinem, quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia: ita vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerariis, non nisi ab iis scriniariis, qui intra triginta viros à numerario retrò nũerãdo. Asianę verò diœceseos numerariis non nisi ab iis, qui intra quinquaginta à numerario similiter retrò numerandos inueniuntur: Ponticæ verò & Thraciæ diœceseos passim & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè commonitoria, vel præceptiones, aut euectiones, seu quælibet publica instrumenta non solùm adiutoribus, verùm etiam prouinciæ illius, de qua disponitur tractatori inspiciendi, itidemque subscribendi, aliorum quoque, qui vnà cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autẽ sine hac obseruatione ex Orientali, vel Asiano vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis, quæ à scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur: quod in iisdem instrumentis solùm numerarium eiusdem diœceseos, eiusque adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit. ita, vt sit quid huius legis fuerit violatum: numerarij quidem tam gradus sui, quàm solennitatum seu solatiorum vniuersi vnius anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam subeant.

Officium actuarij, quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. Bartolus.

Idem Augustus. XI.

OFficio tuæ magnitudinis e datis precibus, f postulante, vt numerariorum actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur g: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens h, dispositionem, quæ super biennio promulgata i fuerat, super vno tantummodo anno reuocauit k.

Officiales præfecti prætorio Illyricano, si dignitatem comitiuam adipiscuntur, profertur sententia interlocutoria seu decretum electionis. Et illud eis dari debet, quod ante hanc legem dabatur, cùm officio prædicto deposito eligebantur prætoriam tribuni. Bartolus.

eliguntur ad comitiuam de dictis officialibus.

Impe. Anastasius A. XII.

PEr hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunis, prætorianis, dum dignitas eis, qui in scriniis seu gradibus officiĳ tuæ celsitudinis l deponunt militiam, præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur: hoc super honore quoque comitiuæ dignitatis

De cur

eis impertiri, vt ſententia pro fine eorũ militiæ proferenda dignitatis etiam mentionem cõtineat. Hæc quoque tantummodo & ſine ſpeciali codicillorum vel diuinorũ apicum ſanctione ad eandem dignitatem adipiſcẽdam, & priuilegia eam ſequentia ſufficiat: ita tamen, vt primi ordinis comitiuam per interlocutionem eiuſdem poteſtatis mereantur hi, id eſt, cornicularius & chartularius & primiſcrinius, et numerarius ſcrinij Macedoniæ, & ſcrinij Daciæ, & ſcrinij operum, & ſcrinij auri: hoc eodem in iis etiam, qui poſt nouellam diſpoſitionem diuæ memoriæ Zenonis, quæ de eiſdem pœnis loquitur, & de eiſdem perſonis, quæ depoſuerunt militiam, obtinente.

TITVLVS LI.

DE CVRSV † publico, & angariis, & parangariis a.

Imp. Conſtant. A. I.

Equos, qui publico curſui deputati ſunt, nõ lignis vel fuſtib⁹, ſed flagellis tantummodo agitari decernimus b: pœna non defutura contra eum qui aliter fecerit.

Præſides & rationales, quibus per rempublicam annonæ ſubminiſtrantur pro pecoribus gubernandis, vſurpare non poſſunt bubulcos. Item nullus cùm annona aliam viam debet tenere, niſi per curſum publicum, quo proficiſcendi licentia eſt conceſſa. Bartolus.

Idem Auguſtus. II.

Præſidibus, & rationalibus, cæteriſq́; quibus reſpublica & ãnonas & alimenta pecoribus c ſubminiſtrat, vſurpandi paraueredi d licentia derogetur e. Sed nec per aliam viam eundi quiſquã habeat facultatem, niſi per quàm curſus publicus ſtare dignoſcitur f: excepta videlicet tua g ſublimiſſima ſede, cui curſus publicus, & proficiſcendi per eum licentia, & vbi ratio exegerit, præſto eſt h.

Nullus iudex, vel cuſtos publici curſus pati debet per publicum curſum aliquem ire: niſi vadens primò ſeriem ſuæ euectionis oſtendat, & volens reſiſtere, aut vltra tempus vehere, ſi repertus fuerit, retinebitur. Barto.

Impp. Arcad. & Honor. AA. III.

Evectiones ab omnibus i poſtulentur: & tam iudices, quàm cuſtodes k publici curſus minimè tranſire patiantur ante, quàm ſeriem euectionis aſpexerint.

Quòd ſi quis putauerit reſiſtendum, & ſine euectione iter facere detegitur, vel vltrà tempus, quod euectioni inſertum l eſt, publico curſu vti conatus ſit: vbiubi repertus m fuerit, ibidem iubemus retineri: & ſiquidem dignitate præditus ſit: de eius nomine ad prouidentiam tuam n & ad illuſtrem virum comitem, & magiſtrum officiorum referri: aduerſus verò cæteros protinus o indignatio competens exercenda eſt, quos ſynceritas tua pro loco graduq́; militiæ p ibidem coërceri poſſe crediderit.

Parhippus appellatur, qui licentiam habens de duobus vehendis, tertium vehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem ſecundum licentiam ſibi datam quis vehit, non debet delictum reputari, ſiue euectionem faciat euectioni præpoſitus, ſiue mulio. Bartolus.

Impp. Honor. & Theod. AA. IIII.

Parhippum eum videri & habendum eſſe, qui vſurpato vno, vel duobus veredis q, quos ſolos euectio continebit alterum tertiumve r extraordinem commoueat. Nihil autem intereſſe debet, nec ad crimen vocari, vtrum agens in rebus ſuo itineri, an s mulionis ſubiugando modo, euectionis datæ formæ licentiam non excedat.

---

a DE CVRſu publi. &c. Quandoq́; ponitur curſus pro officio currendi, quandoq́; pro loco, per quã curritur ſecundũ H. vt j. l. ij. erant enim quidã officiales, qui præerãt officio, vt facerẽt conduci militibus annonam & arma in plauſtris, quæ ducebãtur cũ equis. vł in ipſis equis. ſ. e. l. curſum. & j. de fab. l. fi. §. quoties.

b Equos Decernimus. ſic ff. ad Sylla. l. j §. impuberi.

c Præſidibus. Pecorib⁹. ſub. pro.

d Paraueredi. indeclinabile ⁊ i. quadrigarij. & dicitur à para, quod eſt iuxta, & verede. i. equo ducẽte rhedã: à veho & rheda. ſecundũ H. & ſic bubulci vel aurigæ dicuntur paraueredi: à para, quod eſt iuxta.

e Derogetur. i. denegetur.

f Dignoſcitur. vt j. eo. l ſi quis. & ff. de re. di. l. fina.

g Tua. loquitur præfecto prætorio.

h Præſto eſt. i. conceſſa eſt vel præſtita: vt j. eo. l. iudicibus. & loqtur præfecto prætorio. vel eſt aduerbium temporis. i. præſentialiter conceſſa.

i Evectiones ab omnibus. ſcilicet prouincialibus. niſi ſpeciali lege excuſent: vt j. e. l. curſum.

k Cuſtodes. vt ſũt agẽtes in rebus: vt ſ. de decuri. l. ij. & l. fina.

l Inſertum. ſic ff. ex qui. cau. maio. l. ſi cui. §. fina.

m Vbi repertus. alias repetit. ſic ff. de offi. præ l iij.

n Prouidentiam tuã. loquitur præfecto prætorio.

o Protinus, facit de deſerto. l. ij.

p Militiæ. ſic. ff. de offic. præſ. l. iij.

q Parhippum. Veredis. expone: vt ſ. l. ij vel ſecundum P. veredus dicitur currus à veho, & rheda. inde dicit veredus. i. vehens rhedam.

r Tertiumve. alias tertiũve. alias tertium vel &c. & dicas agens in rebus, qui præeſt euectionibus: vt ſ. eo. l. euectiones.

s An, alias necne. alias an ne.

† De curſu publico multa Alcia. hic non aſpernanda itiaem et Bupæ. in anpot. poſte. n l pandectas.

* Si pergas audire, huiuſmodi præceptionibus, certe fies inept⁹ omnino. Nõ enim dictio inflexilis eſt. vt tradit Accur. vt liquet infra l. comperimus. Indicat autẽ tam curſorem publicum excurſorẽque quàm iumenta currui publico princípis ſumptu deſtinata. Vt et veredari⁹ nuncium curſorem ſiue tabellarium equeſtrem celeritate literas pferentẽ ſignificat. Nam veredus, equus eſt in deuorãdo velocitatis miræ, q̃ venationi vſui crebro fuit: vt diſcere licet ex Martiale. Parcius vtaris meneo rapiente veredo. ſtragula ſuccincti venator ſume veredi.

Si quis.

Imp. Theodo. A. V.

SI quis per publicum cursum [a] iter faciens cuiuscunque dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diuerterit: pœna in eum competens [b] proferatur.

Senatus habet potestatem euectionis, cum ad principem vadit: vehens verò contra publicum cursum, pœna hic inserta punitur. Bartolus.

Idem Augu. VI.

EVectionum copiam senatui [c], cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen, cum aut à nobis euocatur, aut à clementiæ nostræ veneratione discedit [d]. Si quis ergo posthac contra vetitum [e] sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit: motũ in se nostræ mansuetudinis excitabit.

Stabula prouincialium non debent fieri sumptu publico: sed expensis prouincialium: pro quibus habebunt animalium stercus. Bar.

Idem A. & Valentin. Cæs.(?) VII.

IN omnibus prouinciis veredorũ quarta pars [f] reparetur. stabula autem vt impensis publicis [g] extruantur, contra rationem est: cùm prouincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda: & vtilius sit tam publico, quàm iis, quos stercus animalium pro suo solatio [h] habere concedimus.

Imp. Valen. A.(?) VIII.

VT agẽdi itineris possit esse moderatio de ni veredi [i] per dies singulos [k] ex vtraque parte [l] dimittantur [m]: pœna quinque librarum auri minimè defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint.

Faciendæ euectionis copia omnibus iudicibus denegetur, excepto præfecto prætorio, & officiorum magistro: nisi ad transmittendas publicas functiones, euectionem faciant. Bart.

Impp. Leo & Anthemius(?) AA. IX.

IVdicibus [n] faciendæ euectionis copiam denegamus: cùm id tantùm nostro numini, & tuæ sedi, necnõ viro illustri magistro officiorum sit reseruandum [o]: cum neque præfecto vrbi, nec magistris militũ, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alij præter memoratas duas potestates à nobis hoc cõcessum sit. Iis enim tantum ambulandi facultatem iudices [p] ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum persecutores viderint constitutos [q]: scituri, si definitionem nostram excesserint: se quidẽ vigintiquinque auri libris, officia verò quinquaginta esse mulctandos.

Super animalibus publicis ad euectionem cursus publici deputatis, nullus contractus locationis etiam ad euecturam emptionis tenet. Bar.

[illegible] X.

GRauissimæ pœnę acerbitate proposita, euectionum contractus [r], animalium quoque publicorum merces [s] & ementis, & distrahentis coërctione prohibemus.

Iidem AA. XI.

NVllus euectione vtatur priuatus [t] †, tametsi valuerit impetrare.

Imp. Leo(?) A. XII.

QVoniam veredorum [v] quoque cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras auri sella cum frenis, sexaginta itidem auerta [x] non transeat [y]: ea conditione, vt si quis præscripta moderationis imperatorum † libramenta transcenderit: eius sella in frusta cædatur: auerta verò fisci iuribus deputetur: exceptis † auri centenariis [z] †, quæ necessarium est ab hippocomis in solicitis sacculis [a] reportari.

† Alias, impetratiõe: alias, moderaminis imperatorij.

† Alias, aurigariis.

† Cẽtenaria existimat hic Alciat. intelligẽda ornamenta in modum nomismatis, quæ equorum pectorib[us] affigũtur.

[a] SI quis per publicũ cursum. expone vt in tit. & facit s. eo. l. ij. & iij. § j. & est ratio, vt tollatur copia se furandi.

[b] Competens. i. arbitraria. ff. de pœnis. l. sanctio.

[c] EVectionum. Senatui qa parificat. in princi.

[d] Discedit. sic s. de decu. l. si quis decurio.

[e] Vetitum. omnibus est vetitum, nisi certis: vt j. eo. l. iudicibus.

[f] IN omnibus. Quarta pars. nam non omnes simul, sed separatim. & expone veredorum, vt s. l. parhippum.

[g] Publicis. sic s. de oper. pu. l. turre.

[h] Solatio. i. stallatico.

[i] VT agendi. Deni veredi. i. xx. vt ff. de leg. j. l. si quis testamento.

[k] Per singulos dies. vt non sese inuicem impediant.

[l] Ex vtraque parte. i. mittentium & remittentiũ. ad qd' j. eo. l. fi.

[m] Dimittantur. id est, mittantur, & remittantur.

[n] IVdicibus. i. alij magistrat[us]. quam inferiores nõ debent de publico habere euectiones, sed accipiant ad vecturam.

[o] Reseruandum. & senatui: vt s. eo. l. euectionum.

[p] Iudices. qui pręsunt mittendis: & agẽtes in rebus. vt s. eo. l. iij.

[q] Cõstitutos. i. deputatos in quarta veredorum: vt s. l. in omnibus nõ aũt alium pro alio: qa tunc esset parhippũ vt s. eo. l. parhippũ.

[r] GRauissimæ. Contractus. id est, rerum, quæ vehuntur. quod dic vt s. de nauicu. l. pe. & quæ res ven. nõ pos. l. iij.

[s] Merces. quia locant alicui ad vecturã animalia publico cursui deputata.

[t] NVllus. Priuatus. quinimo nec magistratus nisi duo. vt s. eo. l. iudicibus.

[v] QVoniam. Veredorum. expone: vt s. eo. l. ij.

[x] Auerta. i. pectorale equorum.

[y] Non transeat. scilicet sella & auerta.

[z] Auri centenariis. alias aurigenariis, alias auri centenariis.

[a] Sacculis. sine sella aliqua forte. & quod dicit hippocomos, expone, vt j. l. proxi.

Non

a Non patimur hypocomos hypo, id est, sub: comos, id est, villa. inde hyppocomi, qui sunt sub villanis.

b Veredarij. id est, ducentes equos alibi ꝑ ipsis equis vt no. s. eo. l. ij.

† Hyppocomi dicũtur stabularij, seu equorum curatores.

c Sagorum. hoc sagum sagi, vestis tenuis & abrasa, secundum Hugo.

d Notam i. infamiam: vt s. de dig. l. ij. vel secundum P. i. bullam singulis manibus eorũ impressam: vt s. de aqueduc. l. decernimus. & de fabricẽ. l. stigmata.

e Publici. Not. consuetudinẽ j. eo. l. cursum. & ff. de test. l. iij. §. fina.

f Committi. vt faciant onerari plaustra.

g Excipiunt. i. accipiunt.

h Si quis. s. officialis. Accur.

i Mutatione. mittit equos non mittendos, & releuat mittendos: ad qđ s. eo. l. parhippum.

k Is tantummodo. scilicet legatis qui &c & dic gẽtibus non subditis secus, vt j. eo. l. cursum. ibi, quoniam etiã legatorũ, &c. & facit j. eo. l. iudicibus.

l Nemo. Mutationibus. i. euectionibus, quę fiunt per mutationes personarum & equorum: vt s. eo. l. in omnibus. Acc.

m Animalia id est equos ducentes veredos.

n Per mancipes. qui manu capiunt.

o Apparitores. i. publicanos: vt s. de vecti. l. si quis. P. nã cum mancipes earum vendunt, parũ datur eis: & sic laborem perferre nequeunt. Et sic not. quod equus male pabulatus, male vadit. Accur.

Equus malè pabulatus, malè vadit.

p Ne id. sub. vn-

Non debent rustici, qui hyppocomi appellantur, perducendo equos per publicum cursum indigna spoliatione vexari. Bartolus.

Idem Augustus. XIII.

Non patimur hyppocomos a †, per eos, qui veredis vtuntur, indigna spoliatione vexari: siquidem nonnulli veredarij b saga eorum c dicũtur auferre, vel præcidere. quocirca per omnes iudices & curiosos miserabilis remoueatur iniuria: scientibus cunctis, quòd si obseruata non fuerit nostra sanctio: non solùm damna resarcire, verùm etiam notam d, & mulctã, qui neglexerit, subire cogetur.

Exhibitio cursus publici secundum consuetudinem locorum committitur, vt plaustra faciant onerari. Bart.

Idem Augustus. XIIII.

Publici e cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem, vel curialibus, vel cohortalibus debet committi f, vel iis, qui suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt g.

Mittens equum in cursum publicum non mittendum, quadruplum pretij dicti equi fisco restituat. Bar.

Imp. Zeno A. XV.

Si quis h, vel pro vna mutatione i veredum superducendum esse crediderit, quadruplum supra dictorum animalium pretium fisci iuribus inferat.

Legati gentium principi non subditarum cursu publico possunt vti. Bart.

Idem Augustus. XVI.

Is tantummodo k vtendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

Subtrahens mulionem euectioni deputatum, decem libras argenti fisco persoluat. Barto.

Idem Augustus. XVII.

Nemo mulionem mutationibus l deputatum, vel per solicitationẽ, vel per receptionẽ † subtrahere audeat: decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

Curari debet ne equorum cursui publico deputatorum pabula, id est, præbenda cariori pretio vendatur, & etiam vt non teneãtur prouinciales viliori pretio vendere. Barto.

Idẽ Augustus. XVIII.

Animalia m publica, dum longè maiore ac periniquo pretio pabula æstimantur, per mancipes n atque apparitores o apertè vexantur: ne id p contingat, sublimitas tua q disponat, vt nec pabula mutationibus r desint nec prouinciales vltrà, quàm iustitiæ sinit ratio, prægrauentur s.

Prouinciales & curiales ad præstandum animalia indebita ad cursum publicum non grauantur: quia satis est, si conferũt in pabulis & pecuniis equorum deputatorum cursui publico. Bar.

Idem Augustus. XIX.

Comperimus prouinciales, & pabula, & pecuniam pro cursu equorum censualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam parauerdorum t onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnquam cursus publicus veniat in querelam: & occasio deceptionis curiales, vel prouinciales animalia indebita præstare compellat.

Nullus dux posteaquam ducatum suum intrauit, vti debet cursu publico, sed iumentis proprijs: quod etiã obseruatur in officialibus cohortalibus: pœna contrà facientibus imminente. Barto.

Idem Augustus. XX.

Nemo ducum ingressus semel prouinciam v suam postmodum in itineribus faciẽdis † cursu atque angariis ipse sibi ne suo vtatur officio: sed expeditionem militarem iumentis propriis x exequatur. De † cohortalinis etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per prouinciam suam discurrens, veredo y conetur in libe

de ne, &c.

q Sublimitas tua. loquitur præfecto prætorio. Accur.

r Mutationibus. id est, equis, qui ꝑ mutationes vehũt: vt s. l. proxi.

s Prægrauentur. quia nõ debent minus vili pretio vendere. Accur.

t Comperimus. Parauerdorum. expone: vt s. e. l. ij. & facit j. de luc. aduo. l. ij. & s. de vec. l. vsurpationẽ. & ff. de offi. præsi. l. illicitas.

† Alias obreptionem.

v Nemo. Prouinciam. id est ducatum.

Prouinciam ꝑ caculatur.

x Propriis. facit s. de statu. & imagi. l. & virtutum. & in authent. de manda. prin. §. illud.

y Veredo. expone vt s. eo. l. ij.

Nullus

† In cursu angariis ipse sibi suum vtatur officium.

† Alias, cohorta-

posterum, cùm sacra prohibitum sanctione cognoscat. Quòd si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea, quę decernimus, contemnenda putauerit: per singula animalia, quibus vsus fuerit, singularum librarum auri illatione mulctabitur.

Etiam ecclesia tempore expeditionis non excusatur ab angarijs, vel parangarijs. Bart.

Imp. Ana. A. XXI.

NVllus penitus cuiuslibet ordinis, seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis excusationem angariarum seu parāgariarū habeat [a].

Imp. Iustinus A. XXII.

CVrsum ambularem ab omni Orientali tractu, necnon ab iis ciuitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis [b] meminit, tolli amputariq́; decernimus, ita tamen, vt in transitu fortissimorum militum (quando nostra serenitas disposuerit ex aliis ad alia eos loca deduci, euectionesq́; animalium secundum consuetudinē [c] à nostra fuerint sernitate consecuti) & in armorum tam conuectione, quàm translatione [d] seruata consuetudine, in profectione, quinetiam legatorum [e], animalium dominis, qui ea solent accepta mercede locare, praebenda pensio arcae tui culminis imputetur, tractatorias [f] videlicet animalium super memoratis causis nulli aliȷ̄ iudici, cuiuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

Imperator Iustinianus A. XXIII.

IVbemus nemini licere cuiuscunque scholae, vel officiȷ̄ vel militiae seu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque causam proficiscenti, seu redeunti supra vnum veredum [g] vnumq́; parauheredum, cum euectione tamen iudiciali [h] mouere: nisi specialis ei praestita sit nostrae serenitatis, quantitatem animalium cōtinens euectio. exceptis procul dubio iis, qui pecunias publicas deuehūt: cùm in hac parte sine nostra quoque speciali authoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta transuehendae pecuniae summa & eius tuitio deposcit. quinquaginta librarum auri iis feriendis condemnatione, quicunque nostra iussa quolibet modo, seu tempore violauerint, seu violari concesserint.

TITVLVS LII.

DE TRACTATORIIS & statiuis [illegible] †.

Licentia data pro animalibus ad vehendum & arripiendum iter, debet biduum continere: ad moram verò trahendam quinque dies: & nulla debet dari pro se & necessarijs sibi personis, nisi illis tantùm, qui animalia vsui publico deputata persequuntur. Barto.

Imperator Constantinus A. I.

TRactatores † [k] cum statiuis solitis tantūmodo bidui tempus accipiant [l]. nulli verò penitus cùm necessariis sibi personis praebeantur, nisi iis tantummodo, qui animalia atque equos sacro vsui necessarios persequuntur [m]. ita tamen, vt his dimissis in tractatoriarū corpore [n] quinque dierum numerus adscribatur: vt nullus vltra hoc temporis spatium, ad residendum in quo libitum fuerit loco copiam nanciscatur.

TITVLVS LIII.

DE APPARITORIBVS praefectorum praetorio, & [illegible]

Cornicularij praefectorum completo munere principis purpuram adorēt: & cùm sint otio donati, ad aliud officium non deuocantur. Bartolus.

Imperator Leo A. I.

---

a NVllus. Habeat. sic s. de sacrosan. eccle. l. neminem. & de excus. mu. l. maximarum. & s. de quib. mu. vel prae. l. ij.

b CVrsum. Tui culminis. loquit praefecto praetorio.

c Consuetudinē. s. eod. publici.

d Translatione. s. de fabri. l. fina. §. quoties.

e Legatorum. s. e. l. his tantūmodo. contra. Solu. ibi.

f Tractatorias. id est literas datę licentiae vehendi animalia. & addde, vt s. titu. j. in sum.

g IVbemus. Veredū. hoc expone vt s. eod. l. ij. Accursius.

h Iudiciali. praefecti non alterius: vt s. l. prox. in fine.

t DE TRActatoriis & statiuis.

Forte declinat hic & haec tractatoria. & erāt viri qui tractabant, & contrectabāt animalia publica, & equos sacro vsui deputatos. Vel fort: tractatorię dicuntur literae datae licentiae vehendi animalia: vt s. titu. j. l. cursum. in fi. vel vt liceret ad tractandum, id est, ad apprehendendum criminosos impetrare: vt supra, de deser. l. j. §. j. imo & ius erat licentia militi data forte falsa.

k TRactatores. ex pōe vt in titu.

l Accipiāt. vt iter arripiant.

m Persequuntur. scilicet qui deputati sunt ad hoc: vt supra, tit. j. iudicibus. §. his enim.

n Corpore. scribebatur dies datorum in quodam libro, vbi omnes scribebantur, & biduū ad inchoandū iter, & quinque dies alij quibus possit stare in itinere, vbi velit, nō plures: alias capitur, vbi inuenitur: vt s. titu. j. l. iij. Et not. quod sic biduum datur iis, qui accipiūt literas ad transeundū per castrum francum.

DE APPARItoribus praefecto. &c.

Praefe

† Statiua loca dicūtur, in quibus aliqs immorat: à stando. Tractatores aūt dicūtur, qui facultatē habēt adducendi equos in publico cursu: vnde est tractatoria facultas.

† Alias, Tractatorix.

PRæfecturæ [a] cornicularios qui annis singulis exeunt, post trāsactos corniculos nostram adorare purpuram volumus: quo honore perfunctis, cùm iam missionē tenuerint, liberum otium damus: vt ad susceptionē [b], cuiuslibet necessitatis officium minimè deuocētur.

Præfectiarij exactiones prouincialium facere non debent, nec etiam habere custodiam horreorum. Barto.

Idem A. II.

PRæfectiarios [c] ad perniciem [d] prouincialiū exactionibus in ꝓuinciis, vel potius lucris & questibus suis [e] sese immiscereve tamus. Præterea vel horreorum [f] gerere custodiā, vel curiarum [g] ius atque arbitrium sibi præsumere his denegamus. Horum si quis præsentis legis temerator existat: volumus eū competenti motu & indignatione percelli.

Cornicularij, primiscrinij, & numerarij præfecti prætorio sortita laborum requie priuilegijs hic insertis gaudent. Barto.

Imp. Anastasius A. III.

COrnicularij [h] & primiscrinij, numerarij insuper, qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborū requiem sortiuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus, ab omnibus in dictionibus, tam militarium, quàm ciuilium [i] iudicum semper habeantur immunes [k]: & ciuilium tantùm iudicum, non etiā militarium iurisdictioni subiaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, vt si quis præfectiarius dū militat, vel post depositū cingulum, sine testamento, quod legibus comprobatur, nullisq; abintestato successoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates prouisione magnificæ tuæ sedis, non fisci iuribus [l], sed arcæ tui culminis rationibus vindicentur. Scriniariis autē & exceptoribus, cæterisque, qui in officio tui culminis merent: cùm in legione prima [m] adiutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis, in quibus pulsantur, tuæ celsitudini deputamus. In prouinciis verò commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus [n]: nisi publicum officium aliquod eis iniunctum sit.

TITVLVS LIIII.

DE APPARITORIBVS PRÆFECTI VRBI.

Qui administrauerunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Item apparitor sedis vrbanæ illustris de concusso pistore conuictus punitur. h.d. cum l. sequenti.

Imppp. Gra. Valen. & Theo. AAA. I.

PRęter eos, qui de officio eminentiū potestatum [o], numero stipendiorum, & curriculis euolutis, vrbisq; pręfecturæ, serenitatis nostræ [p] annis singulis attingere purpuram venerariq; præcepti sunt [q]: nulli prorsus eorum, qui prouincialia officia peregerint, tranquillitatis nostrę muricē [r] adorare sit liberum, omnium suffragiorū obreptionere cessante.

Impp. Arcad. & Hono. AA. II.

QVicunque illustris vrbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit: accusatus atq; conuictus, perpetui panificij [s] nexibus addicetur.

TITVLVS LV.

DE APPARITORIBVS magistrorum militum & priuilegijs eorum.

Imppp. Valen. Valens & Grat. AAA. I.

QVi sese [t] in officiis magistrorū equitū ac peditū militare mon-

[a] PRæfecturæ. s. prætoriæ vt in titu. & cornicularij erat, qui cornua sonabant quādo milites ibāt ad bellum secundū H. de quibus. j. l. iij. & s̄. de offi. di. iudi. l. sciant. & facit ad hanc. l. j. titu. j. & s̄. de pala. sac. lar. l. j. & de dome. & protec. l. j. Accur.

[b] Susceptionem. id est, officiū susceptoris. de qbus habes. s̄. de suscep. l. j.

[c] PRæfectiarios. id est, officiales præfecti.

[d] Perniciē. i. quod esset pernicies prouincialium.

[e] Suis. sic. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis.

[f] Horreorum publicorum. Aldri.

[g] Curiarum. scilicet vt sunt agentes in rebus: vt. s̄. de curiosis. l. ij.

[h] COrnicularij. Expone: vt s̄. l. j. oēs isti erāt officiales præfe. præt.

[i] Ciuilium. sic s̄. de agen. in re l. ex eo. §. vt autem non.

[k] Immunes. vt supra. l. j.

[l] Fisci iuribus. sic ff. de iniust. rup. test. l. si quis exhæredatus. §. eius. ibi, qđ si tædio &c.

[m] Prima. multa enim erant. sic s̄. de castren. pecu. l. fina.

[n] Iubemus. sic s̄. de offic. recto. prouinc. l. in officiales. & s̄. de agen. in re. l. ex eodem. in fine.

DE APPARITORIBUS præfecti vrbi.

[o] PRæter eos. Potesta tū vt sunt p̄fe. pręt.

[p] Serenitatis nostræ. hic pone superiorem versum numero stipem &c.

[q] Præcepti sunt. vt s̄. titu. j.

[r] Muricem. id est nos muriceo colore vestitos: vt s̄. de vest. holobe. l. ij. lib. xj.

[s] QVicunque. Panificij. si habes beneficij, habeas abdicet. si panificij, habeas tunc addicetur, & tūc est contra. s̄. de pœnis. l. ne quis. Solu. hic speciale. nam & alias toleratur talis sentētia, licet sit inciuilis: vt ff. de pœ. l. moris. §. sed damnare.

DE APPA[illegible]

[t] QVi sese. s̄. titu. ij. l. j. & iij.

Qui

[a] Qvicunq; in officio. Ordinis sint militaris. scilicet eius militiæ in qua fiunt, puta numerarij. & similes: vt j.l. numerarios. nõ tamen modo militari possunt testari: vt s. de test. l. scriniarios. quæ est contra. Vel dic, vt not. s. de castren. pecu. l. fina. Accur.

[b] Probari volumus: vt & s. de agri. & censi. l. colonos. & facit s. qui mili. non pos. l. iij. & iiij. & j. titu. primo.

† Alias, desũt hęc, in aliquo officio.

[c] Numerarios. De his habes. s. de numera.

[d] Præsentalium. i. eorum qui pręsentialiter nobiscum sunt: vt s. de re mili ta. l. nemo miles

[e] Exeuntes. de officio numerarij.

[f] Deferentes. scilicet, numerarios beneficium partis mili. q. d. licet finiatur militia prima, deferunt tamen secum partẽ beneficij seu honoris: quia sociãtur tribunis, vt habeant eam dignitatem siue administrationem quã habẽt tribuni. ad quod s. de silen. l. fi. in fine. Accursius.

[g] Immunes. sic s. de asses. l. non parũ. Accursius.

[h] Principatus. & hi principes erant quidam officiales magistri militũ maiores aliis, quasi prima capientes secundum Hugo. & facit infra de cohortalibus. l. j.

[i] Tribunis vigilũ. non loquitur de illis, qui sunt s. de offic. præfec. vigi. l. j. sed de iis, qui sunt j. de cohor. l. j.

† Vestris.

[k] Eos nostris. loquitur magistro officiorum.

[l] Statutorum. taxatus erat eorum numerus. & facit. s. de sacrosan. eccl. l. non plures. & s. de offi. magi. mili. l. ij.

strauerint, ab omni nominationis iniuria excusent.

Imp. Theod. & Valenti. AA. II.

Qvicunq; in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris [a].

Imp. Martianus A. III.

Probari apparitores magisteriæ potestatis, neque curiales † in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus adscriptos volumus [b].

Numerarium illustrium completa militia & principatus munere functi gaudent priuilegijs hic insertis. Item qui sunt de numero militantium gaudent priuilegijs eorum: qui verò sunt vltra numerum, non. h. d. cum l. sequenti. Bartolus.

Idem Augustus. IIII.

Nvmerarios [c] virorũ illustrium magistrorum militum, tam præsentalium [d], quàm Orientalium, qui ordine & stipendiis militiæ fuerint decorati, exeũtes [e] tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes [f], sociari præcipimus: ita videlicet, vt post completam militiam, ab omnibus indictionibus tam militariũ, quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes [g]. principatus [h] verò munere functos tribunis vigilum [i] militaribus aggregari volumus.

Imp. Zeno A. V.

Eos, qui in officiis nostris † [k] merentes, statutorum [l] tantummodo numero inserti sunt, fori præscriptione muniri [m]: cæteros verò, qui supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas præfecturas, & apud charissimos prouinciarũ rectores de quolibet pulsari & cõueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus.

TITVLVS LVI.

DE APPARItoribus proconsulis & legati.

Obsecundans proconsuli vel legato, non debet esse curialis, vel adstrictus alicui corpori: & si adstrictus est, debet restitui. & apparitores legatorum debent esse quadringenti. Barto.

Imp. Constant. A. I.

Officio [n], qđ tuis meritis obsecundat, nõ curialem quenquã, nec ex cæteris corporibus volumus aggregari, at si qui erunt apparitores huiusmodi, restitui eos muniis debitis mox iubemus.

Imppp. Valent. Valens & Gratia. AAA. proconsuli Aphricæ. II.

Apparitioni tuæ [o], & legatorum quadringentos censuimus deputãdos, de iis duntaxat, quos esse sibi detractos reipub. membra [p] non quærunt.

Impp. Arcad. & Hono. AA. III.

In proconsulari prouincia [q] officium proconsulare postulet, quod exigere consueuit, nec alienis se partibus impudenter [r] inferat.

TITVLVS LVII.

DE APPARITORIBVS comitis Orientis.

Impe. Zeno A. I.

In officio [s] comitis Orientis non amplius, quàm sexcenti apparitores habeantur, quos quidẽ publicis necessitatibs nouimus abunde suppetere.

& iij.

[m] Muneri. nam offi. magi. mili. l. ij. sub te, non sub alio conueniuntur & in ciuilibus. & in criminalibus caussis.

DE APPARItoribus proconsul. & legati.

[n] Officio loqt̃ proconsuli Aphricæ. & facit s. tit. j. l. ij.

[o] Apparitioni tuæ. procõsuli Aphricæ loquitur. & facit s. titu. j. l. j.

[p] Membra. vt enim homo habet multa membra: sic respublica habet diuersa officia: quod patet per hunc librum. & tractatum de officiis, & insti. in proœ. in fine. nõ ergo alterius curiæ adstrictũ accipiet.

[q] In proconsulari prouincia. i. in ea quam procõsul regit. nã aliqua reguntur per alios, scilicet comites prefectos.

[r] Impudenter. sic ff. de procur. l. quæ omnia. §. j.

DE APPARItoribus com. Orientis.

[s] In officio. s. ti. j. l. ij. Accursius.

De co

a DE COhortalibus &c. Qui officio curię erant coarctati. Accursius.

b Principibus. hoc dic, vt s. tit. iij. l. numerarios. in fi. not. sed quidam habent titu. j. l. proxi. nullus.

c OMnes stationarij, qui stabāt in confinibus: qui & dicunt limenarchæ, & irenarchæ: vt ff. de cu. re. l. diuus. Accursius.

d In custodia. vt & s. de curio. l. j. in fi. & l. fin. & de pri. car. l. j. & de accu. l. si quis.

e NVllus. Probare. id est, approbare in officiū. vel prouehere. i. promouere sine litera principis, quæ eū approbet: vt hic & j. de diuer. offi. l. in his. & l. pen. & fi. & s. de re mil. l. neminem.

f Sustinētia. vt s. de agen. in re. & nō alij: vt s. de decu. l. j. & fi. in fi.

g Munere. id est, gerentibus tantum munus.

h Adminiculum. quod est per officiales quos sibi elegit.

i SOlita. alias incipit, solita cohortalibus Syriæ priuilegia &c. alias incipit priuilegia. &c. desunt.

k Bastagiæ. Bastaga seu vastaga (vtrūque enim dicit) officium publicum est, vel militia qđ gerētes bastagarij dicebātur: qui rusticos ad quintā bestiam principi dandā cogebāt, vt s. de muri. l. iiij. & l. æternam.

l Primipili. quia fuerat primipilari[9], & not. quod quidā habēs pastus primipili & leges transacta functiōe pastus primipili cōpe. se. &c. & dicit pastus per similitudinē: quia

† Malo (inquit Alciat. hic) cohortalibus legere quam cohartalib[9], qđ in domestica militia alicuius cohortis essent: id genus milites. & ita in exemp. Vict. in huius titul. legib[9] legit. quare vide etiam Budæum in poster. anno. in pandectas.

Bastagiarij. qui dicuntur.

TITVLVS LVIII.

DE COHORTALIBUS a †, & principibus b cornicularijs ac primipilarijs.

Stationarij, qui irenarchæ appellantur, non debent facere exactiones, nec aliquem in carcerem mittere, etiam si crimen sit manifestum. Bartolus.

Imp. Constan. A. I.

OMnes stationarij c, neque superexactionem audeant, neque carcerem habeāt, neve quis personam, licet pro manifesto crimīe, apud se habeat in custodia d: sciens, quòd si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est.

Nullus iudex volentem militare approbare debet sine sacra approbatoria, nec permittere etiam vehere, exceptis prouinciæ officialibus, qui cursus publici solicitudinem sustinent. Bartolus.

Imppp. Theodo. Arca. & Honor. AAA. II.

NVllus iudicum quenquam sine sacra probatoria probare e audeat, vel prouehere. Excipimus tamen officia prouincialia cursus publici solicitudinem sustinentia f, nec enim tanto muneri g adminiculum h denegari publica permittit vtilitas.

Priuilegia solita concessa, per dominum Diocletianum principem confirmantur, & etiam extenduntur, prout infrà describitur. Barto.

Impp. Arcad. & Hono. AA. III.

SOlita i cohortalib[9] Syriæ priuilegia, quæ à diuo Diocletiano porrecta sunt atque concessa, nos quoque porreximus: ac iubemus eos non ad solicitudinem bastagiæ k †, non ad functionem nauiculariam deuocandos, non inuitos curialibus cœtibus adscribendos: verùm peracto labore militiæ, † pastus primipili l competenti sedulitate functione trāsacta, prærogatiuam his recusationis m offerimus.

Iidem AA. IIII.

OFficia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis volumus admoneri, vt susceptos in officio proprio n, vel probatos, cohortium nomine, vel legionum priuilegiis existimet inserendos.

Habens plures filios debet cohorti siue collegio, cui est adstrictus, vnum ad seruiendum deputare, alterum suæ patriæ. Si verò habeat vnum tantùm potius curiæ suæ patriæ, quàm collegio eum deputare debet.

Iidem AA. V.

QVicunqꝫ per Osdroenam † primipilarius maiore lætatur numero filiorum: vnū loco suo veluti hæreditario iure substituat o, alterum pro amore patriæ, Osdrosenæ p † curiæ tradat obsequiis, cęteris qua voluerit militia prouisurus. Sinautem duos tantū procreauerit: cohorti satisfacere cogatur, & curiæ. Quòd si vnum procreauerit: eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus sanè licētiam patribus eorum, quam ipsis huius legis authoritate ciuitatū obsequio aggregantur, vt si quos curiales patrocinio principalium, inuenerint excusari: in medium proferāt: vt & ipsi similibus officiis deputati, careant impetratis q.

Apparitor criminosus fugiens citandus est, quòd nisi intra talem diem venerit, contra eum proferetur sententia condemnatoria, & ipso non comparente, condemnabitur. Barto.

Impp. Honor. & Theo. AA. VI.

SI apparitor defugerit criminosus, edictum, quo reuocari possit, adiecta conditione r, legibus subsequatur: cui nisi

sicut homo primo comedit, secūdo digerit: sic iste primo gerit officiū secūdo rationem reddit, & ita digerit quodam modo: vt j. e. l. ordinariorum. & alias fastus *, & eodem modo legit. vel careas vtroqꝫ & punctua post dictionē primipili. Accur.

m Recusationis. à prędictis solicitudinibus bastagiæ. & nauiculariorum.

n OFficia. Officio proprio scilicet tuo, & vel, pro etiam.

o QVicunque. Substituat. vt s. de officio mil. l. ij.

p Osdrosenæ. i. prouinciæ prædictæ. & sic habeas Osdrenæ, alias est Desenæ: & bñ stat.

q Impetratis. per quam curiam euitabant: vt & s. de decu. l. euacuatis.

r SI apparitor. Conditione nisi ad talem diem venerit. proferet sententiā cōdemnatoriam, sic enī peremptorium mittitur: vt ff. de iudic. l. ad peremptorium. nā hic quodammodo est perēptoriū. pōt enim dānari, licet absens officialis: vt & s. de pœ. l. diuus.

fuerit satis factum: meritò in latitantem à iudice pro qualitate peccati sententia proferatur. Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina subleuamus [a].

Apparitores quorumcunque iudicum non possunt scribi in numero aliquorum militum aut contemplatione alicuius stipendij relaxari prius, quàm primipilli rationem reddiderint, nec etiam petere, vt quieti donentur. Item solutus militia ob delictum, non ob hoc quietem accipiet, & bona talis delinquētis illi militiæ relinquuntur. Bar.

Imp. Theod. A. VII.

ORdinariorum iudicū apparitores, qui [b] vel speculatorum, vel ordinariorum [c] attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione relaxentur prius, quàm primipilli pastum [d] digesta ratione compleuerint.

Quòd si ante debitum [e] locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defessæ senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda: non prius otio condonetur, quàm omne, quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo, addicuntur infamię, nec integro peculio [f] sub hac occasione lætantur: ita condignæ vltioni eos volumus subiacere, vt functioni quoque, quæ extremæ [g] militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur.

Imp. Valen. A. VIII.

SPeciebus primipilaribus, adhærendis [h] eadē pretiorum taxatio seruetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri.

In Illyrico centum apparitores singulis iudicibus obsecundent, & non vltra ad quæ obsequia non deputentur iniqui, sed illi, qui tantùm solicitudines debitas exequuntur. Bart.

Idem A. & Martianus A. IX.

PEr Illyricum, in quo plurima ac maxima necessitatum publicarum emolumenta officiis constat præsidalibus expediri: centum [i] numero singulis iudicibus obsecundent: nec vltra hunc modum vel ad militiam vllus aspiret, vel conniuentia iudicum perseueret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia, non illi, qui vano militiæ nominæ immania [k] lucra sectentur: sed qui necessitatem officij solicitudinibus debitis exequantur.

Nemo potest ad officium cohortalium accedere, nisi prius in matricula cohortalium receptus & descriptus fuerit: pœna contrà facientibus imminente. Bartolus.

Iidem AA. X.

QVicunque chartas, vel tabulas [l] vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optauerit: non antè accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit [m]: pœna propositâ iis, qui contra statuta cœlestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

Exemptus de grege cohortalium propter crimen, si voluerit ad idem sacramentū repedare, allegare debet, & ostendere principis oraculum ex certa forma concessum. Barto.

Imp. Leo A. XI.

SIquis ex grege [n] cohortalinorum vrgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus, quietis artibus immoretur: aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ maiestatis oraculum amplissimæ tuæ sedi offerat allegandum [o].

Si cohortalis apparitor vel cohorti obnoxius hoc officio derelicto ad aliam aspirauerit dignitatem: tam ipse, quā liberi eius tali dignitate, & militia spoliati, ad pristinam conditionem retrahuntur, nulla nisi triginta annorum præscriptione obstante.

Imp. ... A. XII.

sed alias regulariter contra s. de accu. l. absentem.

[a] Subleuamus. sic s. de apost. l. iij. & ff. de ædil. edic. l. si quis sit fugitiuus.

[b] ORdinariorū. Qui. s. iudices speculatorū, quales sunt præsides: vt s. de priua. carce. l. j.

[c] Ordinariorum. s. aliorum. nam & præsides ordinarij sunt: vt j. de mo. mulct. l. eos.

[d] Pastum. expone vt s. eo. l. solita.

[e] Ante debitum. præpositio. & dic locū, id est, tempus sic, vt in vulgari dicimus. nō est adhuc locus. i. tempus vel dic ante aduerbiū tēporis. vel dic qd' locum adducebat ad impetrandā excusationē: quia scilicet diu in eo loco i. officio steterat, vel in infirmitate, vel in senectute. A.

[f] Peculio. i. salario quod peribit: vt j. eo. l. quisquis. §. de hinc.

[g] Extremæ. id est, si etiam in minima militia erat obnoxius, omnia sua bona ei relinquit.

[h] SPeciebus. Adærandis. alias adhærendis, alias ad ærandis. i. ad ærarium deducēdis [*] pro dando primipilaribus. et facit s. de erog mil. anno. l. septem.

[*] Imo, id est, ære æstimandis vt interpretat ele gāter Budęus in posteriorib. annot. ad pandect.

[i] PEr Illyricum. Centeni. sic s. de appari. procon. sul. l. ij.

[k] Immania. id est crudelia & iniqua, alias inania. & sic idem.

[l] QVicunque. Tabulas. officium emendi chartas & parandi & sic de tabulis. i. pugillaribus dicas, vbi acta vel memoriæ publicæ scribebantur.

[m] Fuerit. sic supra de fabricen. l. si quis.

[n] SI quis. Ex grege. ꝓpter vtilitatem dicit gregē. sic s. de mili. veste. l. si. in si.

[o] Allegandum. sic. j. de diuer. offi. l. iij. Sed contra supra de suscepto. l. si aliquid. Solutio. hic alias, non in officio deliquit. Vel hic ex certa scientia: vt ibi patet. Itē j. tit. secundo lege quicunque. contra. Solutio. ibi. Item facit s. de digni. l. iudices.

Si

a SI cohortalis. Reuocetur. sic s. vbi decu. vel cohor.l.j.& s q mili.non pos.l.iij.
b Patriæ. patrem sequitur sic s.de murile.l.fi.lib.xj.& de fabricen l.iij.& de tabu.l.j.& fin. & j. §.sed nec.
c Annis.xxx. sic s.de præscrip xxx. ann.l. præscriptione.contra vbi dicit xl.Sol.hic propter dignitatem in qua stetit.arg.s.de fun. rei pub.l eũ.sed ibi nõ fuit in dignitate
d Exempla maiorum. quos sequitur: vt s.ea.l.§. liberis. & fa.C.de emen.ppinquo.l.j.
e Cunctos. non solum viles cohortales repelluntur à dignitatibus,sed etiã omnes artifices: vt subiicit,& s. de digni.l.ne quis. & nego.ne mili.l.j.
f NVllum. Ex principe. hoc expõe.vt s. de ap.maio.mil.l. numerarios. in fin.
g Blandiri. quasi possit deserere suũ officium.
h Concedimus. s. l.proxi.in princ.cũ concor.
i Responsa. repete contra.
k QVisquis. Careat.vt s.de offi.rect.pro.l. si quis.& fac.s.l.pxi.& l. si cohortalis.in princip.cum concor.
l Interpositã personam. quod nõ potest per se, nec per alium:vt ff. de admi.rerum ad ci.per l.ij.§.j.

DE APPA ritoribus præfecti annonæ.

APparitores. m Præfecturæ.i.præfecti vrbis. nam vni cõmissum alter facere non debet:vt s. de testa.l. hac cõsultissima & s.de offi.præfe.vrb.

SI cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti, ad vllam aspirauerit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus,ad statum pristinum reuocetur [a], liberis etiam in tali eius conditione susceptis, fortunæ patriæ [b] mancipandis.

Quòd si quis ex his ausus fuerit vllam affectare militiam : nulla præscriptione tẽporis muniatur, præter eam scilicet,quę ex triginta annis [c] colligitur: sed ad conditionem propriam trahatur. nec ipse vel liberi eius post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare.

Sed nec ad aliam cohortalinus,vel cohortalini filius audeat aspirare fortunam,cui maiorum suorũ exempla [d] præiudicant. Sed etiam cunctos [e],qui diuersarum rerum negotiationibus detinentur trapezitas scilicet,vel gemmarum,argentique & vestium venditores, apothecarios etiam cæterosq; institores aliarum mercium quibuscunque ergasteriis adhærẽtes,iubemus à prouincialibus officiis remoueri:vt omnis honor, atq; militia à contagione huiusmodi segregetur.

Nullus primipilaris & cohortalis ad aliam militiam aspirabit, etiam ex aduecatione principis: & statim restituendus est curiæ ciuitatis vnde oriundus est. Bartolus.

Idem Augu. XIII.

NVllus ex primipilaribus,nullũ ex principe [f] cohortalis officij, vel ad aliam posse militiã aspirare,vel ministeriis sibi contra publicam vtilitatem blandiri [g], vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium prę teriti status accedere concedimus [h]. Quòd si contra hanc tam saluberrimã formam, vel responsa [i] cœlestia,quædam militia aut dignitas audacter eliciatur:pro ingestis haberi,etiam si speciali annotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videatur: nec assertionẽ ei quoquo modo patere,qui se memoratis artibus publicè studet commoditati subtrahere: sed statim ciuitatis, vnde oriundus est, curiæ tradi præcipimus.

Obligatus cohorti,etiam ex priuilegio principis cõcesso motu proprio ad dignitatem aliam non aspirabit, & carebit effectu priuilegij: & commodum cohortalis militiæ non habebit. Bart.

Imp. Anastasius A. XIIII.

QVisquis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus,vel regimẽ prouinciæ,vel cingulum cuiuslibet militiæ, vel dignitatis quoquo modo meruerit, ante omnia contra licitum vsurpatis impetratisve careat [k], etiam si vltronea nostra liberalitate ius gerendæ prouinciæ,vel militiæ,seu dignitatis cuiuspiã sibi iactauerit fuisse delatum:dehinc vniuersis solatiis cõditionis, quã speuerat † defraudatus, ne quid eorum omnino per se,vel per interpositam personã [l] possit adquirere,primipili tantum munus implere cogatur: mox curialibus ciuitatis,in qua natus est, in diem vitæ suæ functionibus inhæsurus:ita scilicet,vt etiam ij,qui post impletam talem militiam quolibet militiæ dignitatisve genus affectauerint, curiæ patriæ suæ restituantur.

† Spreuerat.

TITVLVS LIX.

DE APPARITORIBVS præfecti annonæ.

Imp. Antoninus A. I.

APparitores vrbanæ præfecturæ [m] annonario officio sese non inserant:sed apparitorum ęmulatione secreta [n] ministerio suo annonæ pręfecturæ fungantur [o].

Imp. Constantinus A. II.

PRæfectus annonę canonẽ,qui ad officiũ suũ pertinet per cõpulsores [p] suos exigat:& cũ officio [q] suo retineat obno-

l.studentibus.& argu.j.de excu.l.ij.
n Secreta.i. separata remota vel diuisa.
o Fungantur cum suis apparitoribus: vt j l.proxi.
p PRæfectus. Cõpulsores.id est apparitores.
q Officio. i. cum officialibus.

Obno

xius [a],qui ad implẽdum canonem deuotionis suæ exactionem non ostenderit.

TITVLVS LX.
DE DIVERSIS officiis & apparitoribus iudicum, & probatoriis eorum.

Adstrictus chartarum officio, vel publicis ratiociniis, si ad militiam conuolauit, ad primum officium reuocatur, & in locum talis reiecti substituitur alius, quem merita dignũ faciunt. Bar.

Imp. Constan. A. I.

SI quãdo præfectus prætorio vel vicarius, aut rector prouinciæ significauerit eum, qui chartis, ac ratiociniis publicis inuenitur obnoxius, ad præpositum castri, ac militum [b] transisse: retractus illi adsignetur officio à quo ad necessitatem prestandi ratiocinij deuocatur [c]. in reiecti verò locũ is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulãtur insignia [d].

Absolutus à militia, ad eandem non aspirabat sine licentia principis: & impetrans contrarium per obreptionem, punitur pœna quinque librarum auri. Bartolus.

Imp. Constan. A. II.

NVllus ex iis, quos claruerit militia resolutos, indebita denuò sacramenta sine Augusti affatibus [e] suscipiat. Si quis autem id per obreptionem nem fortè meruerit: quinque librarum auri mulctetur incommodo.

Idem A. & Iulianus Cæs. III.

NVllus apparitor amplitudinis tuæ [f] vel de officiis palatinis ad eã prouinciam, ex qua oriundus est, vel in qua collocauerit larem [g], vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus [h], obtentu publicæ necessitatis, vel executor priuati negotij dirigatur. Etẽ officij tuæ celsitudinis primiscrinius tres libras auri fisci vtilitatibus sine dilatione persoluet, si statuta fuerint temerata. Apparitor verò, qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc verò pœna etiam cæteris irrogata est: vt si domesticus, aut protector, aut stator, vel [i] agens in rebus vel palatinus vtriusque officij, vel ad eandem prouinciã in qua natus est, vel ad eam, in qua collocauerit larem [k], cum huiusmodi vsurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus ipse, qui se voluerit mitti, auri libram vnam fisci iuribus inferre cogetur. Adiutores verò officiorũ, & palatinorum, ac numerarij comitum illustrium virorum, siue actuarij libram auri fisci iuribus soluent: nisi statuta fuerint custodita.

Imp. Iulianus A. IIII.

QVi vel exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur [l].

Apparitor ob culpam, vel negligentiam amotus officio per sententiam, ad nullam militiam aspirabit. Bartolus.

Impp. Gratia. Valentinia. & Theodosi. A A A. V.

QVicunque apparitores ob culpam, vel neglig ẽtiam fuerint iudicato districti [m] ad nullam militiam habeant facultatem aspirandi: nec ex rescripto [n] his vllus aditus reseretur, quos congruit pœnæ grauissimæ subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis aspirare contempserint.

Nullus debet fieri proconsul Asiæ, comes Orientis, præfectus Augustalis, vel eorum vicarius, nisi sacri scrinij probatoria consecretur. Barto.

Impp. Arcad. & Honor. A A. VI.

IN iis officiis [o], id est, virorum spectabilium proconsulis Asiæ, comitis Orientis, prefecti Augustalis, & vicariorũ (quos etiam monuimus sub triginta interminatione librarũ auri) nemo aliter admittatur nisi eũ emissa sacri scrinij probatoria cõsecrauerit. Quòd si quis talis sub tua [p] fuerit iudicatione conuictus: profectò irritis iis,

---

a Obnoxius. scilicet præfectus annonæ.

DE DIVERSIS officiis & apparitori. &c.

b SI quãdo. Militum, s. præpositũ ram.

c Deuocatur. i. reuocatur: vt & s. tit. ij. l. si cohortalis.

d Insignia. sic. s. de agen. in re. l. j. & de tyro. l. fin. cum suis concor.

e NVllus. Affatibus. sic. s. de cohor. l. si quis ex. Sed contra. s. ad leg. Iuli. l. j. Sol. hic ex certa sciẽtia: ibi non. ar. s. de suscep. l. si aliquid. ad idem facit quod in l. contraria not. Item facit. s. de re mil. l. semel.

f NVllus. Tuę. loqtur præfec. præto.

g Larem. & ita animo constituit ibi domicilium: vt. s. de inco. l. ciues.

h Commoratus. licet non habeat ibi domicilium: vt. s. l. proxi. cum cõcor.

i Vel. pro etiam.

k Larem. subaudi vel ibi iam fecit idẽ officium: vt prædixit. & facit. s. de cri. sacri. l. si. & de asses. l. in consiliariis. & ff. quibus ex caus. ma. l. ij, qui. & l. si.

l QVi vel. Non vetentur. sic Insti. de suspe. tu. §. si.

m QVicunque. Districti. alias adstricti. i. obligati: puta sunt cõdẽnati. alias districti ab officio iudicato, id est sententia separati. ad qđ est s. de offic. præfect. præ. l. si quos.

n Nec ex rescripto. vt s. ti. ij. l. si qs contra. Solu. hic in officio deliquit: ibi non: vt ibi no.

o IN iis officiis id est officialibus istorum, qui sequuntur. & facit. j. eo. l. probatorias. & l. fina. & s. de cohor. l. ij. & s. de nume. l. curialis.

p Sub tua. loquitur præfecto prætorio.

Ad

quæ vetita contrectauit, etiam congruam indignationem incurret.

Iidem AA. VII.

AD splẽdidioris [a] priuilegia militiæ, postea, quã priorem cõtinuo labore compleuerint, eos venientes admittemus, qui ea voto adispiscendi honoris crediderint expetenda, non eos, qui studio exercendæ cupiditatis [b] ambierint, vel vt [c] in meliori fortuna positi, aut ea scelera, quæ prius commisisse doceantur, occultent: aut alia deinceps posint impunè committere.

Duces & apparitores, & limitanei castrorum sub officiorum magistro conueniuntur: non tamen per hoc derogatur iurisdictioni magistri militum Thraciæ & Illyrici, qui ex consuetudine contra eos iurisdictionem habent. Bar.

Imp. Theodo. A. [†] magistro officiorum. VIII.

VIros spectabiles duces, eorumque apparitores, necnon limitaneos [d], castrorumque præpositos tantummodo ex sublimis tui iudicij [e] sententia conueniri, nec aliis subiacere iudicibus præcipimus: illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientes, Thraciarum, & Illirici ex longo tempore hactenus obtinuit [f], reseruata.

Memoriales & agentes in rebus & apparitores præfecti prætorio Orientis non sortiuntur præmia militiæ, nisi secundum consuetudinem sint eorum electiones manu principis approbatæ, non per literarum exempla & debent dicti officiales esse fideles Christiani. Bartol.

Idẽ A. & Valen. Cæs. IX.

PRobatorias memoralium [g] & agentium in rebus, cæterorumq́ nihilominus apparitorum prætorianæ per Orientem amplissimæ præfecturæ, eorum etiam, qui in diuersorum iudicũ officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus [h]: non passim nec licenter solis authoritatibus, vel sacrarum militarium literarum exemplaribus, sed ex authẽticis [i] tantũ sacris probatoriis manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis: ita vt nullus his dolus [k] aut fraus posit annecti. de iis etiam, qui sunt veræ & catholicæ [l] fidei, iubemus admitti. Aliter verò militantes, nisi ex iis sint, quos solis authoribus [m] apparitioni aggregari vetusta consuetudo [n] perdocuit, detecta fraude cuiuscunque accusandi studio, non solùm mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylũ subire [†] decernimus, & bonorum omnium amissione mulctamus.

Approbatio facta per principem militis militare volentis habens subscriptionem principis & administrantium, sub quibus ipse debet militare, ipsi traditur: exinde verò eorundem iudicum subscriptionem habens, apud officium dimittitur. Bartolus.

Iidem A. & C. X.

HAc sanctione decernimus, vt in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria iis qui sociandi sunt cuicunque militiæ, quàm sine diuinis probatoriis adipisci non possunt: sed periculo primatum vniuscuiusque officij ipsas authenticas [o] sacras, quæ diuinam nostræ pietatis continent adnotationem cùm subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt, iis, qui militare

---

[a] AD splẽdidioris. id est, maioris.

[b] Cupiditatis. sic & s. tit. ij. l. per Illyricum. & de re mil. l. contra publicam. Item no. quod ascẽdere licet nõ descẽdere: vt. s. de nume. l. nulli. § nulla. Ac.

Ascendere, nõ descendere licitũ est.

[c] Velut. cum proxima litera legit. Item no. delicta magnorum celari, & nõ puniri. quod sæpe contingit: licet iustitiæ claues errent.

Maiorum delicta celari debent.

[d] VIros. Limitaneos à militibus imperij sic dictos: vnde & agri militũ limitanei dicũtur: vt s. de fun limi. l. fi.

[e] Tui iudicij. loquitur magistro officiorum.

[f] Obtinuit. circa iurisdictionẽ. & sic no. quod cõsuetudo dat iurisdictionẽ. sic s. de emã. lib. l. j. & fi. & ff. ad mun. l. magistratus. & l. fi. et in electionibus valet: vt ff. qđ cu. vniuer. l. mili. & l. item. §. sed hodie. & in aliis vt s. de ero. mil. anno. l. per. §. si qua. & ff. de legib. & senatusconsul. l. sed. ea & s. de exac. l. j. & de priui. scholæ. l. iij. & l. probatorias. in fin. & s. de aquædu. l. vsum.

Consuetudo dat iurisdictionem.

[g] PRobatorias memoraliũ literæ, quibus approbãtur memoriales per principẽ: & sic de aliis.

[h] Decernimus. scilicet vt aliter non teneat de eis facta electio. nisi principis sit subsecuta approbatio vt hic, & s. eo. l. in his. & s. de agen. in re. l. vlt. & iij. in fi. et de cohor. l. nullus. & de re mili. l. neminem. & caue: quia non omnes officiales debẽt habere probatorias: vt j l. proxi. §. quãuis.

[i] Authẽticis. Not. authenticũ nõ exẽplum pbare. sic in authen. vt spõ. lar. §. & hæc insuper. & s. de diuer. re. l. sancimus. & s. de eden. l. procurator. Sed sic. quid si hoc exẽplũ autoritate ordinarij sit publicatum? Videtur valere: vt in auth. vt fra. fil. §. j. sed hic puto sec⁹: quia dicit manu nostra subscriptis. Ac.

[k] Dolus. No. nullus dolus potest cõmitti cũ principe, nec ambitio: vt ff. ad legem Iul. de ambi. l. j. nec deficere solennitas: vt ff. de testa. l. omnium.

[l] Catholicæ fidei. Hęc lex Leonis est qui catholicus multum auxit sta. eccl. vt in auth. de nõ alie. in prin. col. ij. & facit. s. de postu. l. fi. & de episc. audien. l. iubemus.

[m] Autoribus. nobis. Accur.

[n] Consuetudo. no. sic. s. l. pxi. in fin. cũ concor.

[o] HAc lege. Authenticas. ex quibus solis probatur: vt s. l. proxi. & nota quod mittebatur probatoria ad eum, sub quo erat futurus officialis, vel ipso probato [†] portante vel aliquo, qui subscribebat & exemplabat & authenticum dabat approbato. Accursius.

Cætero

a Cæterorum. a- lias cæterorum, & dic tunc præter nominatos in l.§. pro xi.& in eius concor.alias certorum & tūc dic, quod officialia iudicia cursus publici solicitudinem sustinentia, secundum Al.

b Notitiam.quæ est j.ibi, & est notitia.

Pœna falsi, est pœna capitis.

c Capitis.nā hæc est pœna falsi: vt §. de falsis.l.vbi.

d Et notitia.Quidam habent titulū. et est notitia scrinij memoriæ probatoriæ:& incipit.l.agētiū &c. sed melius est,vt totum sit de lege præcedenti.& dic quod nominat officia, quorum officiales esse non possunt,nisi approbent per principem vt §.l.ista promisit.

e Scrinij. subaudi, est notitia &c. Accursius.

f A Gentiū. Officiis procōsulis.item est notitia:& sic in sequentibus.

De execu- toribus, &c.

g Ne per diuersas. hanc legē intellige per id qđ habes.§.de ca.lar.titu.l.ij.& in authē. de co.§.eos autem. & de exacto. tri. l. missi.

Q Vicunque. h Palatio. subaudi de velà.

i Tituli.sunt enī multa officia in palatio, quibus prouinciales respondent pro principe.

k Approbetur.in scriptis:non aliter: vt §.de iur fisc l.pro hibitum.in fi.& de empl.non man.prin.l.j.

† Hæc l. in scriptis nostris exempl. non est separata,sed continuus est textus cū præced. l.

l Iure nota vnum non debere tangere de officio alterius.§.de mune.l.in prouinciis. & de testamen.l. consulta. et est ratio,ne ratio nes fiscales per hoc

volunt,præstari:& exemplaribus videlicet eorum cū subscriptione eorūdem iudicū apud singula quoque officia,prout conuenit reseruandis.Quamuis autem manifestum sit de huiusmodi probatoriarum obseruatione excepta esse cæterorum a iudicum officia: tamen ne vlla ignorantiæ relinquatur occasio:omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiæ sociari, notitiā b in sacris apicibus subdendam esse censuimus.

Sub hac igitur obseruatione omnes, qui siue in hoc sacro palatio nostro, siue in aliis quibuscunq; officiis deinceps militare cupiunt:qui tamen (vt dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum,vel veteri cōsuetudine,nisi præcedentibus sacris probatoriis militiæ sociari:sicut subiecta notitia demonstrat, adipisci præcipimus. scientibus iis,qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam conniuentia vel negligētia quadam colludere tētauerint: non tantum amisione bonorum omnium, sed etiā capitis c periculo, vtpote crimini falsitatis obnoxios,semetipsos esse plectēdos.Et est notitia d hæc. Scrinij e memoriæ probatoriæ sic.

Idem A.&C. XI.

A Gentium f in rebus, palatinorum sacrarum largitionum, rerum priuatarum partis Augustæ. Item scrinij sacrarum epistolarū sic:officij virorū illustriū præfectorum prætoriis Orientis & Illyrici, & vrbi, officij proconsulis † Asiæ & Achaiæ, officij comitis Orientis,officij præfecti Augustalis,officij comitis diuinarum domorum,officij vicariorum Thraciæ,Ponti,& Asiæ, Macedoniæ,& Thesaurensium classis.Item scrinij sacrorum libellorum sic. officij virorum magistrorū militū vtriusq; præfecti Oriētis & Illyrici inuitatorum, admissionaliū memorialium,omniumq; pędagogorum, cellariorum,mensorum, lampadariorum, eorum,qui in sacris scriniis deputati sunt decanorum partis Augusti, & cursorum partis Augustæ,officij virorum spectabilium ducum Palæstinæ,& Mesopotamiæ nobilis comitis Phœniceseos Corsænæ †2 Syriæ,& Augustæ Euphratensis,Arabiæ, & Thebaidis,Libiæ,Pētapoleos. vtriusq; Armeniæ,vtriusque Ponti, Scythiæ, Misiæ † primæ,secundæ Daciæ, Pannoniæ, officij virorum spectabiliū comitis Aegypti, Pamphiliæ, Hisauriæ, Licaoniæ, & Pysidiæ.

turbentur:vt §. de compensa.l. secunda.Accursius.

† Phœnices Osrhenæ, legit Alcia. hic Hooian. legit, Osdroenæ.

† Mœsię, Alciatus.

TITVLVS LXI.

DE EXECVTORIBVS & exactoribus.

Ne apparitores vel palatini exactores per prouinciam vagando inferant prouincialibus molestiam,periculum gestorum per eos pertinet ad eos, quorum sunt apparitores & exactores.Bart.

Imp.Arca.& Hono.A A. I.

N E per diuersas g prouinciarū partes, aut palatinus exactor accederet,aut illustrium virorū apparitor vagaret̄,vel militaris terror īferret formidinē: hac lege sancimus,vt oēs memorati intenti sint ad prouinciæ rectorē,& cū eo agant ipso cōsistēte,disponēte, & agnoscente, & suo periculo rē pagāt & īpleant vniuersam.

Deputatus ad vnum officium,se non intromittat de officio sui collegij.Bar.

Idem A A. II.

Q Vicunq; ex palatio h nr̄o cuiuslibet tituli i ad puincias cōmeauerit,cōpulsor,exactor,admonitor, portitorve pręcepti agens in rebus,vel palatinus,vel apparitor illustrium potest atū hoc tm̄ ptātis arripiat,quod mandatū curiæ suę specialiter approbet̄ k :nec qđ iniūctū alteri fuerit † collegæ,vsurpare alter iure l præsumat:ne dū hæc sibi inuicē mutui officij licētia partiunt̄,agāt cuncti,qđ singulis credebatur.

† Alias, ne qđ iniūctū alteri fuerit collegij iure alter præsumat vsurpare.

Exactor intra annū debet ostēdere,quid exegit: & si non exegit,cām denotare cur nō exegit,alias punitur.

Imp.Theo.& Valen.A A. III.

Siue ex prætoriano officio, siue illustris comitiuæ sacrarum largitionum, necnon & rei priuatæ nostræ, vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam, quis fuerit destinatus, sciat se intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare [a], eique suam efficaciam ostendere, & quid eius instantia exactum fuerit, quidve in debito habeatur, & penes quos resederit, vel cuius culpa, aut qua causa in eadem prouincia fuerit derelictum. Quòd si exacto spatio anni in eius regionis visceribus prædator insidians † deprehensus fuerit remorari: tunc absolutus cingulo militiæ obiicietur † primoribus eius militiæ decem librarum auri mulcta proposita, si redire dissimulet: & † vices [b] officiorum ligatus ferreis nexibus cura prouincialis officij ad debitum mittatur examẽ [c]: nec ei liberum sit, vt hoc se priuilegio, aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium, vel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur: cùm iisdem licentiam auferamus [d] in eadem prouincia cõtinuare exactionem.

Imp. Zeno A. IIII.

Nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis, vel priuatis præcipimus conueniri [e].

Facienti exactionem contra modum, potest licitè resisti & si probatur criminosus, potest puniri. Barto.

Imperator Anastasius A. V.

Contra nostra præcepta, si quisquam vetito ac temerario ausu exactionem exercere † audebit [f]: licebit prouinciæ moderatori eundem † correptum ad sublimitatis tuæ [g] iudicium sub proscriptione [h] † dirigere. & licebit prouinciali [i], si probetur [k] obnoxius executor [l], contra vetitum exactionem sibi vindicantis temeritatem legitimè repellere.

Exactor præfecti prætorio antequàm exactionem publicarum pecuniarum susceptam impleat, aliam suscipere non potest, si tamen fuerit necessitas duas exactiones simul in eadem prouincia faciendas suscipere potest, sed non tres. Bar.

Imp. Iustinianus A. VI.

Sancimus [m], vt eum, cui ex iudicio tui culminis quocunque modo, siue studio [n] numerariorum, aut tractatorum vel ipsorum iussu, qui pro tempore amplissimæ tuæ sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum iniungatur: minimè priùs liceat aliam sollicitudinem gerendam suscipere, quàm reuersus iniunctæ sibi causæ responsum præbuerit. Si tamen ita fors tulerit, vt in ea prouincia, ad quam exequendi causa publici negotij aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exequenda: non prohiberi vnum eundemq́ executorem ab hac vrbe regia proficiscentem, duorum simul, non plurium negotiorum executionem suscipere: dum ipsi quoque tertij negotij nõ sit iniungendi [o] licentia antequàm de superioribus responsum [p] portauerit. Executoribus iis, qui secundam [q], siue simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exequendam suscipere: non solùm cinguli & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilij supplicium subituris. Eandem hanc pœnam numerarium [r] quoque, & eius adiutores, ad quorum curam quod violatum est, pertinet formidare.

---

a Siue remeare. vt s̃. de exac. trib. l. penult. & de eroga. mi. ann. l. opinatoribus.

b Per vices. alias vicarios, alias vices i. vicarios. Accur.

c Examen. ad eũ à quo fuit missus. & est similis reductio de pręside qui aufugit ante rationẽ redditam: vt s̃. vt oẽs, tam ciui. quã mili. l. j. & alibi: vt s̃. ad legem Iul. repe. l. j.

d Auferamus. nã nullã aliam debet recipere: vt & j̃. eo. l. sancimus.

e Nullam conueniri. vt & s̃. vt nullus ex vicariis. l. j. de omni agro deser. l. hac definitione. & argu. in auth. vt non fi. pig. & s̃. ne vxor ꝓ ma. l. iij. sed arg. cõtra. s̃. de fabri l. iure.

f Contra. Audebit. quia possessorem prouinciale exigit aliter quã præses velit vel cõcutit, cum nihil nisi voluntate præsidis facere debeat. vt s̃. eo. l. j. Accursius.

g Tuæ. loquitur præfecto prætorio.

h Sub ꝓscriptione. id est, sub fida custodia, forte etiam in catenis: vt s̃. eo. l. siue. in fi.

i Prouinciali. possessori. & no. dari licentiã resistendi officiali excedẽti modum: vt s̃. de iur. fis. l. prohibitum. & s̃. de meta. l. deuotũ.

k Probetur. ipso facto.

l Obnoxius executor. repellit̃ executor temere vendicans sibi exactionem contra vetitũ.

m Sancimus. Sic construe, sancimus vt minime liceat &c. liceat dico scilicet eum cui ex iudicio tui culminis. & loquitur pręfecto prætorio.

n Siue studio. qa numerarius procurauit vt mitteretur, vel alius officialis: vt in fin. illius. l. vel ille misit, qui loco præfecti quandoq; est, vt eius vicarius.

o Iniungẽdi. subaudi licentia. alias est in textu.

p Responsum. præbuit, qui binos lepores &c. sic s̃. a confesso. l. fina. & s̃. qui cum mili. non possel. l. debeis §. primo.

q Secundam. in alia prouincia: vt non contradicat superiori responso. Vel tertiam in eadem, vel in alia.

r Numerarium. not. puniri qui imponit, vel facit imponi illicitam ambasiatam.

† Insidens.

† Alias, priorib⁹.

† Alias, vicarios.

Officiali modum excedenti resisti potest.

TITVLVS LXII.

DE LVCRIS aduocatorum, & concussionibus officiorum, seu apparitorum [a].

Cognoscens se læsum à ducenarijs, centenarijs, vel aduocatis pandat iniuriam, vt dicti officiales conuicti puniantur. Bart.

Imp. Constanti. A. I.

SI quis à ducenariis [b], vel centenariis, vel fisci aduocatis læsum se esse cognoscit: adire iudicia, & probare iniuriam non moretur: vt in eum, qui conuictus fuerit, competenti seueritati vindicetur.

Idem augustus. II.

PRæter solennes & canonicas [c] pensitationes, multa à prouincialibus indignissimè postutur ab officialibus & [d] scholasticis [e], non modo in ciuitatibus [f] singulis, sed etiam mansionibus, dum ipsi & animalibus eorundem [g] alimoniæ sine pretio ministrantur. Prouinciales [h] itaque cuncti iudices tueantur, nec iniurias inultas transire permittant.

Impp. Grati. & Valentin. AA. III.

QVoties compulsor arguitur in deprædatione conuictus, etiam non consulta clementia nostra pœnam [i] subeat legibus competentem.

a DE LVCRIS ADVOCATOrum, & concussionibus officiorum, seu apparitorum.

Scilicet priuatis: vt j. l. j. & ij. de lucris dic, vt s. de suf. l. vnica. not. licet quidam dicant de hoc non dici in hoc titu. sed de aduocatis.

b SI qs à ducenariis. qui præerant ducentis. quod dic vt supra, de agen. in re. l. matriculam. & facit s. vbi causæ: fisc. l. vniuersi. & de super exact. l. j. & l. proxima.

c PRæter. Canonica. i. regulares. sic supra, de sacrosanct. eccl. l. placet.

d Et. ponitur &, pro id est Accur.

e Scholasticis. id est, ab iis, qui sunt de scholis vel eius societatibus. sic enim accipitur. s. de priuil. schola.

f Ciuitatibus. id est, in ciuitatibus, vel in villis. vel, id est faciunt deferri ad ciuitates, vel etiam ad domos eorum mittunt.

g Eorundem. scilicet officialiũ. ad quod s. de cur. pu. l. comperimus. & l. animalia. & s. l. pxim. cum concor.

h Prouinciales. accusatiui casus est prouinciales. Accursius.

i QVoties. Pœnam. omnẽ honorẽ excludit reatus: vt s. vbi se. vel clar. l. j. in fi. & facit s. de offic. præfecti prætorio. l. si quos.

k CVrialibus. Corporibus. similibus publicæ vtilitati intendentibus. Accursius.

l Licet. accipere ab incorporatis prædictis corporibus, quod licet ab aliis, sed esset præda accipere ab istis. ad quod supra, de silen. l. decurionibus. §. j. ij. & iij. si autem diceres no. accipi ab istis quod nec ab aliis; in nullo videtur eis subuenire.

Impp. Archadi. & Honor. AA. IIII.

CVrialibus, & nauiculariis, omnibusque corporibus [k] ita subueniri volumus: vt nihil ab apparitoribus vniuersorum iudicum liceat [l], quod ad prædam prouincialium pertinet.

TITVLVS LXIII.

DE PRIMIPILO [m].

Imp. Gordianus A. I.

COmmoda [n] primipilatus post administrationem [o] incipiunt deberi. & si is, qui ea percipere debuerit, prius rebus humanis eximatur, hæredibus [p] petitio salua sit.

Impp. Diocles. & Maximian. AA. II.

OBtentu nominis primipili, ciuiles actiones [q] ad alios iudices transferendæ non sunt.

Iidem AA. & CC. III.

VTilitas publica præferenda [r] est priuatorum contractibus. & ideo si constiterit, fisco satisfactum [s] esse ob causam primipili: poteris obligatam tibi possessionem dotis titulo petere, vt satis doti fieri possit.

Solùm ex causa primipili filius non existens hæres patris potest conueniri pro patre: in alijs verò secus. Bart.

Iidẽ AA. & CC. IIII.

m DE PRIMIPILO.

Primipilarij. * dicuntur primi administratores. & sic accipitur. i. de cohor. l. solita. & l. ordinariorũ. & s. de epis. & cle. l. officiales. alias pro his, qui primipilum ferunt. secundũ H. potest accipi hic vtroque modo. vel dic primipilum portantem aliqua occasione sui officij administrare, & sic vtrunque continet.

* Primipilaris cẽturio est decimæ legionis, qui cæteris nobilior est, quãquam primipilus, ac primipilari quandoque de milite primipili dicatur vt legere est apud Titum Liuium lib. vij. ab vrbe cõdita. apud Vegetium facile deprehendes. Non tamẽ desunt qui primipilum pro annona militari nonnunquam assumi velint. Ad quod facere vide. l. iij. huius titu. & l. speciebus. supra de cohor. secundum Alciat.

n COmmoda. i. salaria. sic accipitur. ff. de re iudicata. l. commodis.

o Post administrationẽ. s. finitã. & hoc innuit sequens litera, & sic no. ar. quod in fine anni sit soluẽda pẽsio. quod dic: vt not. s. loca. l. iij. & iiij. Accur.

p Hæredibus. no. hæredibus dari salarium. sic s. de pxi. sacr. scri. l. si quis. & de dome. & pro. l. fi. & de aduo. diuer. iu. l. post duos. & ff. de offic. ass. l diem. & s. de ero. mili. anno. l. pen. in fin. ar. contra s. de lega. l. ij.

q OBtẽtu. Ciuiles actiões. quibus tenetur primipilarius alicui priuato, quod non sub procuratore Cæsaris, vbi cõuenit eũ fiscus, sed corã cõpetẽti iudice aget: vt s. de iuris. om. iu. l. iuris. & l. in criminali. Vel dicas, quod debitorem debitoris primipili cõueniat fiscus coram suo iudice, & sic loquitur. s. de con. ex lege. l. j. vt cũ grauetur, quod cõuenitur in iudicẽ, nõ grauetur, cum nec cum fisco cõtraxerit. argument. ff. de iureiurando. l. cum qui.

r VTilitas. Præferenda. vt. & ff. pro soc. l. actione. §. Labeo. & s. de caducis tollendis. §. penultimo.

s Satisfactum. aliter non: vt s. quibus cau. pig. ta. l. iiij. & facit supra, de donat. inter virum & vxorem. l. si non verum.

a Cum ex sola. Cōueniri. no. non cōueniri vt hæredem eum, qui hæres non est: vt s. arb. tutel. l. eum. & de repu. hæredi. l. j. & ij. & s. de reuocand. iis, quæ in fraud. cred. l. ij. & iij. sed hoc fallit, vt hic. Item quandoque aliter quam pro hæreditaria parte: vt ff. de pol. l. ex pollicitatione.

Cum ex sola primipili causa liberos, etiã si patribus hæredes non existant, teneri diuus Aurelianus sanxerit: si neque successistis patri vestro, nec quicquam ex bonis eius tenetis: cõsequẽs est, à paternis creditoribus vos non conueniri[a].

TITVLVS LXIIII.

PVBLICAE lætitiæ[b] vel consulum nunciatores, vel insinuatores constitutionum, & aliarum sacrarum, vel iudicialium literarum, ex descriptione vel ab inuitis, ne quid accipiant immodicum[c].

Imppp. Gratianus Valent. & Theo. AAA. I.

Qvicquid nostrorum vnquam nunciari cœperit prospero-rum, vt bella si desinunt[d], si oriuntur victoriæ fastus[e], si honor datus fuerit regalium[f], vel consulum, vel trabearum[g], compositæ ve pacis erit offerenda[h] tranquillitas, si sacros vultus[i] inhiantibus forte populis inferimus: hoc sine immodico pretio nunciari, excipique sancimus. actum iubemus esse castissimum, indigentibus, non numerariis[k] esse præbendum. iudices[l] statuimus esse solicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris[m] pretium gaudiorum. Quòd si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum: & in accipientem[n], pudoris fortunarumque manebit excidium, & cogentem par pœna mulctabit, & officium[o] triginta librarum auri vexatione quatietur.

Finis libri duodecimi Codicis.

b PVBLICAE lætitiæ vel consulum. Lætitiæ, scilicet nũtiatores. & dic, vel quia principi aliquod felix nuntiabatur à fidelib⁹: vel quia consul eligebat: vel qa princeps etiã mittebat eis aliquã cõstitutionem, & nũtius dabat, & subscribebat se dedisse.

c Immodicum. i. magnum licet parum accipiant ab iis, quibus hanc lætitiam portant.

Bellũ animę & corporis perditionem inducit.

Imo fastus hic librum significat in quo leges & cõsules scribũtur, vt vult Alciatus hic quãquam Pyrrhus Accursiũ hic tueatur.

d Qvicquid. Si desinũt. Hæc est lætitia, cum bellũ perditionẽ animæ & corporis & substãtiæ inducat: vt in authen. de armis in principio. Accur.

e Fastus.* i. qa homo sit fastuosus, id est, sublimis, & etiã superbus, propter triumphum.

f Regalium. quia fit Imperator rex Hierosolymitanus, vel consul Romanus. nam accipiebant consulatum quãdoq;. vnde noster Iustinianus ter fuit consul. vt in prooemio. ff. in fin.

g Trabearũ. trabea vestis regalis de purpura secundum H. qua consules vesti bãtur. & nunc imperator, vt consul.

h Offerenda populis à nobis per nostrum nuntium. Accursius.

i Sacros vultus. quia tenemus publicã curiã, vel ostẽdim⁹ nos aliis, & nũtius vadit & dicit populo, vt veniat videre. Accur.

k Numerariis. i. nuntiis nostris. nã tales mittuntur. Et no. indigẽtibus potius dandũ. Sic s. de epi. & cle. l. si quis ad declinãdã. §. pe.

l Iudices. terrarum, vbi huiusmodi mittuntur.

m Ex miseris. id est, pauperibus.

n Accipientem. à sponte dantibus. & no. cogẽtem & sponte accipientẽ pari pœna adstringi. Sic s. de re mili. l. si. §. vt autem.

o Officium. id est dicti iudices cum suis officialibus.

ILLVSTRI VIRO, AC IVRECONSVLTO PRAESTANTISSIMO, OPTIMOQVE VIRO DOMINO NICOLAO BOERIO BVRDEGA. in Senatu præſidi meritiſsimo, Petrus Rebuffus S. P. D.

COgitans ego æquiſsime præſes, quanta ſit authoritatis tuæ amplitudo, quàm ingens, & ſonorum famæ tuæ nomen, quod olim Pythagoræ illi Samio, id hodie tibi contigiſſe video. Siquidem poſtquam ſeiunxit ſe ab humanis vir ille grauiſsimus, eius dicta vt à verò minimè aliena, ꝓ oraculo quodam Apollinis apud eos, qui illum quondam audiuerant, anxiè ac religiosè ſuſcipiebantur, ita vt nihil eſſe verius illis putaretur. De te verò qualem vbique gentium induerint opinionem vtriuſque iuris ſacerdotes, ſatis oſtendit iſta (ad quam te non diuitiarum vis, atque copia, non aulicum artificium, non palpans & blandula adulatio, ſed tua eximia virtus & incredibilis in legibus interpretandis æquitas euexit) ſenatoria dignitas. Certè quoties in auguſto illo Aquitaniæ ſenatu, imò in quolibet totius Galliæ iudiciali foro dubia incidit aliqua & reciprocans quæſtio, ad te, velut olim ad Oedipodem, vel tua opera concurritur, adeo vt mirandum ſit in vno homine tantam iuriſprudentiæ (vt interim varia quibus ornatus es, ſcientiarum genera omittam) notionem exiſtere. Itaque cùm non ſim neſcius Peſſulanenſes pro communi vtilitate vigilias non ſpernere, vt licet videre de Azone, qui in tres nouiſsimos libros Iuſtiniani Codicis commentaria, ſeu Summam appoſitè in Monte Peſſulano digeſsit. Item teſtatur & Ioannes Berberius, cuius extat opus illud lucubratiſsimum, cui Viatorium iuris nomen impoſitum eſt. præterea Bertrandum de monte fauentio, qui. l. diem functo. in eodem caſtro repetiit: & ex poſt in Cardinalem, ob eius præclaram ſcientiam creatus extitit. Quantum verò adiumenti, vt domeſtica etiam exempla adducam, attulerit noſtri ordini hominibus Iacobus ille Rebuffus, mihi patruus magnus, ſatis oſtendunt præclaræ eius inuentiones, & ſcripturæ. Ego quoque horum exemplo accenſus, hoc qualequale eſt tranſpoſui potius, quàm compilaui: tibiq́ꝫ (cui omnia debeo) dedicandum duxi, ex cuius fontibus potiorem pręſentis munuſculi partem hauſiſſe (ſi nullo eſt veritas contaminanda mendacio) fatear, eſt neceſſe. Illud ergo iucundo ſuſcipies animo vir humaniſsime, atque ſub vmbra tui nominis à latrantium canum baubatibus proteges, quod ſi feceris, incredibiles, mihi crede, ad literarum laborem fortiter ſubeundum ſtimulos ciuibus tuis concitabis. Vale tui Rebuffi memor.

a A

Feudorum diuisio vigecuplex.

- I.
  - 1. Ecclesiasticum quod
    - ab ecclesia datur,
    - ab ecclesia suscipitur, datur, vel suscipitur
    - à clerico non tãquam ab ecclesia.
  - 2 Seculare.
- II.
  - 3 Regale
  - 4 Non regale.
- III.
  - 5 Nobile
  - 6 Minus nobile
  - 7 Aliqualiter nobile
  - 8 Ignobile.
- IIII.
  - 9 Paternum, seu antiquum
  - 10 Nouum.
- V.
  - 11 Paternum
  - 12 Maternum.
- VI.
  - 13 Masculinum
  - 14 Fœmineum.
- VII.
  - 15 Habens propriam naturam
  - 16 Habens impropriam.
- VIII.
  - 17 Reale
  - 18 Personale
  - 19 Personalissimum.
- IX.
  - 20 Iurabile
  - 21 Non iurabile.
- X.
  - 22 Ligium
  - 23 Non ligium.
- XI.
  - 24 Annale
  - 25 Perpetuum.
- XII.
  - 26 Diuisible
  - 27 Indiuisibile.
- XIII.
  - 28 Purum, siue simplex
  - 29 Non rectum.
- XIIII.
  - 30 Francum
  - 31 Non francum.
- XV.
  - 32 Ad omnes hæredes transitorium
  - 33 Non transitorium ad omnes hæredes.
- XVI.
  - 34 Corporale
  - 35 Incorporale.
- XVII.
  - 36 De camera
  - 37 De cauena.
- XVIII.
  - 38 Guardiæ
  - 39 Castaldiæ
  - 40 Quod pro mercede datur.
- XIX.
  - 41 In curte domini
  - 42 Extra curtem.
- XX.
  - 43 Aduocatiæ
  - 44 De tabula.

SEQVITVR NOVA ARBOR FEVDOrum cum eius solenni declaratione, in qua multæ ponuntur correctiones, quæ contraria consuetudine inualuerunt, maximè in hoc Christianissimo Franciæ regno, compilata per spectabilem ac egregium virum dominum Petrum Rebuffum de Monte Pessulano, Iuris vtriusque doctorem Bituris regentem.

**
*

a QVANQVAM multa in hac materia Feudorum scripta reperiantur hincinde dispersa: tamen quia variantibus temporibus iura & consuetudines variãtur. in c. j. de consanguinit. & affinit. ita quod vix in ista materia potest certa dari doctrina, vel regula in hoc regno: sed secundum consuetudines locorum, & ritus, variatur vsus, vt asserit conterraneus meus Ioan. Berberi. in viator. iuris, in ti. de feud. in penul. q. ideo breui bonum ratus diuisiones colligere quasdam, & consuetudines, contra consuetudines feudorum scriptas, nunc in viridi obseruantia in hoc regno existentes, iuxta. l. Arriani. C. de hæret. & cum consuetudines feudorum fuerint vsu hominum introductæ, contrario vsu possunt tolli. §. ex non scripto. insti. de iur. natu. & ibi docto. & Ioan. fab. in §. j. in fi. insti. de his per quos agere possumus. Bal. in l. ij. per illum text. ff. de vulg. Deci. consi. cclxix. consultus. in col. iiij. nume. viij. & cõsi. cccxc. quoniam ex facto. col. vj. versi. v. quia ius. num. xij. c. vno. §. filij. in j. si de feudo contentio sit inter domi. & agna. vasal. Et maxime dominatur in feudalibus consuetudo. c. Obertus. de feu. cogni. glo. l. de quibus. ff. de legibus. Guido papæ singu. cccccxciiij. Et etiam cum sint consuetudines locales, non habent nos in hoc adstringere regno, inquis Petrus Iac. in sua practi. in rub. de successio. feud. & doctissimus ille D. meus & conciuis D. Boer. in lib. consuetu. Bitur. in §. ij. de consue. feud. & censual. quod est verum in casibus, in quibus reperitur contraria consuetudo: alias seruabuntur consuetudines Feudorum tanquam ius scriptum, vt concludunt communiter docto. in præludiis Feud. & quia hæc materia est fructuosior, & frequentior in Francia, & aliis regnis, quam in Lombardia, quæ caret rege, ideo semper in passione, & anxietate erit, secundum Petrum de ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad reuocationem Feudi, in prin. sed dicit verum de facto: sed de iure christianissimus rex noster Franciæ est rex & dux illorum: sed væ illis, cum eum non admittant, sed quotidie rebellent. Sunt etiam causæ Feudorum graues & magni ponderis; magnosque solent præstare prouentus, vt asserit modernorum facile princeps Iaso. in proœ. feud. in princ. & est hodie practicabilis, ex cuius scientia oriuntur nummi, & transeunt in bursas aduocatorum feudistarum, secundum do. Io. sanxõ in cõsue. Turo. in tit. (cõment hõmage se doit offrir à son seigneur.) in prin. estque lucrosa materia: vt verbis vtar D. Io. Pyrri. in cõsuet. Aurelia. ti. de feud. c. iij. & quãdoque vnus casus est sufficiẽs ad ditandũ hominẽ, si in hac materia accidat, per vitã. Videndũ est ergo quid sit feudum vnde dicatur, quæ sit eius natura: & demũ ad diuisiones & arboris declarationem veniemus. Primo quero quid sit Feudũ: & rñ. quod est beneuola actio tribuẽs gaudiũ capientibus capiẽsque tribuẽdo, in id quod facit prona & spõte sua parata c. vno. ver. beneficiũ. in quibus cau. feu. amitta. & hãc definitionẽ posuerũt cõmuniter summistæ, quã sequit̃ Soz. consi. clxvij. nõ inutilis. in prin. in ij. vol. & cõsi. lxvj. visa donatiõe. in iij. volu. aliã definitionẽ citat Io. raynaud. in cõpreh. Feuda. in prin. videlicet, Feudũ est beneuola & libera rei immobilis, vel æquipollẽtis cõcessio, cũ trãslatione vtilis dominij, proprietate retẽta, sub fidelitate & exhibitione seruitiorũ honestorũ & bene dicit honestorũ: quia si Feudũ cõcederet̃ ad seruitiũ in honestũ, non teneret Feudi cõcessio. ar. tex. in l. si remunerãdi. §. rei turpis & l. si mãdauero. §. qui ædẽ. ff. mãda. & insti. eo. §. illud Panor. in c. bonæ. in ij. num. xiiij. de postul. præla. nã generaliter nouimus turpes stipulationes & concessiones nullius esse momẽti. l. generaliter. ff. de verb. obli. Petrus de bella pertica in suo tract. de Feu. in j. parte quæst. vj. Sequitur Franci. Curt. in suo tract. de feu. in j. parte. q. v bi dicit septem esse requisita: quę latius extẽdit vir magni consilij D. Io. le cirier in tract. de iure primogenituræ. q. iiij. li. ij. in ver. possessio. co. ij. nec vasallus in factis turpibus tenet̃ uño obedire. arg. l. hæ demũ. & l. eius. ff. de ope. lib. cap. domino guerrã. ibi, iuste. in prin. hic finitur lex &c. idem tenet Pet. de ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feud. in princ. ponens ibi aliam definitionem. & Barba. aliam in tit. de Feud. col. iij. & Pet. de bella pertica in d. tract. de Feud. in prin. ponit tres. Sed benedic. in repe. c. Raynutius. in ver. & vxorem. in iij. decisio. num. cccccxxiiij. extra de testa. sequitur definitionem Ioan. Rayn. licet Io. de selua. in suo tract. de beneficio. in j. quæ. j. partis alias definitiones ponat: tamen Ias. in præludiis Feud. & nouissime D. Bartho. de chassa. in consue. Burgund. in tit. (des fiefz, sequuntur definitionem D. Ray, & Ioan. sanxõ vbi supra in prin. dicit esse verã in genere, sed nõ in specie pro Feudo nouo vel antiquo: late tradit in omni censura doctissimus vir d. Clau. Aquen in specu. feu. ti. de definitione & inuẽtione feudi. vbi sic definit, Feudum est cõcessio rei habilis pro fidelitate: quia periculosa est omnis definitio. l. omnis definitio. ff. de regu. iur. ad alia transeo. Et hoc Feudum vocatur beneficium. in §. beneficium. si de feud. defuncti conten. sit inter do. & agna. vasal. capitu. vno, de feudo. fœminæ, & de benefic. fra. cum similibus. sequitur Curtius in d. tract. de feu. in prima parte, quæstio. xj. Et sic infertur quod archiepiscopi, episcopi, & alij prælati, pro eorum beneficiis possunt nominari vasalli papæ: nam suos episcopatus à papa quasi in feudum habent, & eidem iurant fidelitatem. in capitu. ego N. de iureiuran. Alua. in prælud. feudorum in xix diuisio n. hodie etiam iurant episcopi fidelitatem regni Franciæ, qui in prædictis episcopatibus & prelaturis, c. dignitatibus electiuis habet nominationem in d. regno: vt habetur in concordato, in ti. de elect. & maxime si episcopatus sit in partibus limitrophis: vt dico in d. auth. habita. vel de regalibus in cap. generali. de elect. ponit Ioan. ferault in tracta. de iuribus Françor. regis. in quinto priuilegio & decimo, vbi limitat ratione rerum temporalium & feudorum habere verum; secus in aliis. Item feudum potest gratia appellari, vt not. Bald. in prælud. & Curtius consil. xlix. numero xlviij. & hic

contractus feudalis quo ad nomen erat incognitus ante lib. feud. sed per consuetudines fuit baptizatus, vt sentit Lucas de pēna. in lege prima, col. ij. C. de peti. bonor. subla. libr. x. Ange. in consil. cx. incipien. sanctissima. in prin. & Benedic. in d. ver. & vxorem. vbi supra. Clau. Aquen. in spec. feud. q. iij. Sed contrarium tenuit D. Vldaric. Zasius in sua solenni repe. l. ij. in ver. curias. ff. de origine iuris. Secundo quæritur vnde dicatur feudum. & respon. secundum communem opinionem docto. quod à fide seu fidelitate. ca. vno. §. ij. per quos fiat inuestit. vel dicitur à fidei datione: quia non debet aliqua inuestitura fieri ei, qui fidelitatem recusat facere. c. j. infra eodem. Pet. de bella pertic. vbi supra in ij. questio. Host. in sua summa, tit. de feud. §. vnde dicat. Bolog. in addi. ad Io. de ana. in cōsi. vij. incipiente, Visis. Panor. consi. lxxxij. quanquam in his. col. j. in j. vol. Corne. consi. xvj. aperta fronte. col. prima. vol. j. Claud. Aquen. in specu. feudo. in ij. q. do. meus & conciuis do. Boeri. in consuet. Bitur. in §. iij. de consuetu. feud. Io. de terra rubea in tract. contra rebelles regni, artic. ij. tertij tractatus (& ista vocabula feudorū inculta satis, ac barbara, restaurauit linguæ latinæ meritissimus do. Budæus in annot. in Pandec. in l. Heren. ff. de euictio. & sequutus est. Io. Pyrrhus in consue. Aurelia. titu. de feud. §. j. nec omisit admodum subtilis vir D. Vldari. Zasius in repetit. l. secundæ, in ver. curias. ff. de origine iuris) limita nisi feudum esset eo modo acquisitum, vt nulla fidelitas præstetur, vt ibi tenet Ho. nam ex pacto potest contractus immutare naturam. l. naturalis. §. pe. ff. de præscrip. ver. l. contractus. ff. de reg. iur. sic & feudū. & licet in quolibet actu fides esse debeat, quando alienā fidem sequimur. l. j. ff. si cer. pet. in feud. tamen per excellentiam debet fides consistere, cum dominus suo vasallo quodāmodo personā, honorē, & bona cōmittat. c. j. de noua forma fidelita. Bald. Aluar. & Ias. in prælu. feud. col. iij. & ibi Io. Rayn. in suo comprehen. ij. quæst. Dec. consi. ccccxiij. consuluit. in prin. ideo feudatarius à feudo dicitur, & vocatur fidelis & valua'or, quasi dignus stare ad valuas domini, & eas intrare propter beneficium quod à domino accepit: vt tenet Alua. in c. vno. §. j. quis dica. dux. d. Bartho. de chassa. in consue. Burg. in tit. (des constitutions des bastardz.) §. v. num. lxvj. in cōsilio, & quomodo sit præstanda fidelitas, ponit gloss. in d. c. j. in fin. per quos fiat inuesti. Pet. de bella pertica vbi supra. q. ij. Specu. eod. tit. §. quoniam. versic. j. & versic. in plerisque. sequitur Curtius in d. suo tracta. feud. q. vij. primæ partis. & D. Boeri. in consuetu. Bitur. in d. §. iij. vbi in ea præstanda ponit differentiam inter nobilem & ignobilem: quia ignobilis in fidelitate non admittitur ad osculum pacis à domino, sed nobilis sic etiam si à rege inuestituram accipiat. idem Ioan. sanxon in cōsuet. Turo. in tit. (comment hommage se doit offrir.) in principio & bonus de curti. in tract. nobilita. in v. parte in xlvij. nobilium priuilegio. Corset. in repeti. c. grandi. in not. in verbo, fidelitatem, num. lxviij. & sequi. de suppl. negli. prælat. D. de Chassa. in cōsue. Burgun. in tit. (des fiefz.) §. ij. gloss. (faire recognoissance.) & in magno consuetu. tit. (du serment de fidelite.) Est etiam differentia inter clericos & laicos, quia laici tenent manus inter manus regis, quando iurant fidelitatem, vel inter manus cancellarij. episcopi vero iurant stolla posita ad collū, & manibus ad pectus, vt tenet Ioan. ferault in tracta. de iuribus Franco. regis in decimo lib. Et hæc fidelitas in decem consistit, quæ ponuntur in c. ego N. de iureiur. c. j. de noua forma fidelita. ca. de forma. xxij. quæ. v. late explicat Ioan. de terra rubea in suo tracta. contra rebelles regum, artic. iij. tertij tracta. versicu. pro declaratione. Notandum est tamen, quod istud iuramentum fidelitatis est quadruplex. Primum fit ratione feudi, de quo per totum librum feudorum. Secundum præstatur ratione familiaritatis, seu officij: vt si aliquis sit magister hospitij, vel camerarius, aut aliud habeat officium: vigore officij tria iurare tenetur: primum quod iuxta posse saluabit vitam, membrum, & rectum domini honorem. & eius mentem, id est, secretum non reuelabit. c. vno. §. si vero domesticus. qualiter iura. debeat vasal. d o. fidelita. Tertium iuramentum præstatur ratione habitationis. eo quod Hispanus vel alius exterus habitat in Franciam tenetur christianissimo regi nostro Franciæ præstare fidelitatem, postquam rex illum permittit terram suam habitare, no. Lucas de penna. in l. deuotum. col. j. C. de meta. lib. xij. Alber. brunus in consi. xxxv. in causa. co. j. & col. iiij. Et hæc fidelitas est hodie in vsu, vt dicit se practicasse Guido papæ in suis decisio. quæst. cccvij. & forma iuramenti ponitur in magno consuetudina. lib. iij. rubri. (du serment des aulbins. Nam Albini dicuntur quasi alibi quàm in regno nati. inde ius Albinagij in Frācia est illud ius, quod rex habet ad omnia bona in d. regno acquisita capiendum per d. exterum. de quo glos. in verbo, liberius. de collation. in pragma. sanctio. vide gloss. in proœ. in verbo, exterorum. & Benedic. in d. verbo, & vxorem. numero M. xlij. & D. in Boer. §. fin. de testament. in consuetud. Bitur. D. Bartho. de cassa. in d. consuetud. in rub. (des confiscations.) §. j. nu. xxxvij. Et non solum exterus debet fidelitatem præstare, imo etiam quilibet subditus regni. cap. j. qualiter iura. debeat vasal. fidelita. & in extraua. ad reprimendum. & reuerentiam. cap. regum. in fin. xxiij. q. v. & primæ Petri. ij. ca. Regem honorificate. sequitur Ioan. de terra rubea in tract. contra rebelles regum. artic. j. tertij. tracta. & Ioan. Pyrrhus in gloss. ad cōsuetu. Aurelia. rubri. de successio. ca. xiiij. Quartum iuramentum est, quod tenentur præstare illi qui tenent & possident prædia in territorio seu iurisdictione alicuius domini, & vocatur iuramentum fidelitatis, & assecurationis. cap. j. qualiter iura. debeat vasal. fidelita. [illegible] dicunt doct. quo ad hoc iuramentum, consuetudini standum esse. Ita tenet Iacob. de sancto Georgio in tract. de feudis. in verb. qui quidem inuesti. vbi latius ponit. vide. Et ista fidelitas quatuor personis est seruanda, videlicet imperatori cælesti, id est, Deo: secundo Imperatori terrestri in suo imperio, & regi Franciæ in hoc regno, tertio domino seculari, quarto proximo suo. ita not. Petrus de Ferra. in sua pract. in forma libel. quo agitur ad reuocatio. feudi. in princ. Item alia est fidelitas quæ debetur à coniuge. ca. debitum. de biga. alia quæ debetur à quoliber amico ad amicum. Io. de terra rubea vbi supra. arti. ij. tertij tractatus. Notandum est tamen, quod hoc iuramentum fidelitatis non præstatur per procuratorem. casus sing. in c. vno. §. verum. de sta. regu. lib. vj. secundū Ro. sing. ccccccxcviij. quia hoc iuramentū debet præstari per verbū, ego talis N. c. j. de noua forma fidelita. & verbum, ego, importat industriam personæ. xxij. q. v. ca. de forma. & habetur Iob. ca. xix. quē visurus sum ego. sequitur Bald. in lege prima. ff. de re. diuisio. limita: nisi dominus consentiat. d. §. verum. quia tunc reuerentia quę præsentialiter & personaliter debet exhiberi. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. inbebi. fiet per nuntium. Secundo limita quando fidelitas esset præstanda per vniuersitatem, quia tūc per syndicum potest præstari, vt tenet Bald. & alij. in lege secunda. §. ex his. ff. de verborum obligationib. Tertio fallit in episcopis, capitu. vno. §. verum. de statu regular. supra, allega. idem tenet Stepha. Maleretus in tract. de electio. fo. xlviij. vbi plene. Quis possit infeudare seu in feudum concedere? & dic quod omnis qui non prohibetur iure. Petrus de bella pertica in d. tracta. quæst. tertia. & Hostien. in summa de feudo. §. quis possit. quod intellige, si habeat liberam bonorū administrationem: vt not. in capitu. primo. §. noui. per quos fiat inuestitura. sequitur D. Io. sanxon. vbi. s. ideo vasallus non potest in re feudali imponere censum, seu annuam præstationem, vel aliam seruitutē sine domini consensu.

alio

alioqui dominus feudorum poterit reuocare, vasallo etiam contradicente. Io. mansuer. in tit. feu. versic. Item vasallus in re feudali. Per quæ iura debeat terminari quæstio feudalis? & resp. q si in inuestitura iuramentum est interpositum, debet decisionibus iuriscanonici decidi, vt tenet Bald. in cap. imperialem. §. fi. col. iij. de probi. feudi alie. per Frideric. & hoc si ius ciuile & canonicum inuicem contradicant secundum eum, & Alexan. consi. v. si vera sunt. col. iij. in v. volu. argu. c. nouit. de iudi. Si iuramentum non erit interpositum per iura ciuilia & consuetudines feudorum deciditur, secundum Bal. in l. liberti. in vlt. col. C. de oper. liberto. & in consi. clxxxiij. factum sic se habet. in iij. vol. & clxxxviij. factum tale. eo. lib. & refert Catellia. cota in secunda parte memoralium. in versi. feudi quæst. & confert ad decisionem multarum quæstionum, secundum Curt. in suo tracta. feud. in j. parte. q. vlti. Et quis sit iudex in feudis, ponunt docto. in c. cæterum. de iud. Hostien. in summa huius tit. §. apud quem. docto. in c. vno. apud quem vel quos controuer. feudi terminari debeat. Io. Raynaud. de prohibi. feud. alie. in §. præterea. si inter duos. nume. v. & seq. & ibi alij doct. Nicolaus de millis in repertorio in verbo, feudum, quæstione sexta. & ibi in addition. & Curtius vbi supra in septima parte. Plene Soci. in cap. ex transmissa. de foro competenti. Tertio quæro quæ sit natura feudi? respon. quia dominus qui concedit, retinet sibi directum dominium in cap. vno de natura feud. & in ca. j. in fine. quibus modis feud. amittatur. sequitur plene Curtius in d. tracta. in j. parte. q. vj. colla. ij. Secundo vtile dominium in vasallum transit: quia potest vendicare rem feudalē. §. j. de re aliena. facta. & sic est quasi dominus. alias non vendicaret. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. Ias. notat. in §. sed iste. nume. lviij. insti. de actioni. gl. in cap. vno in versi. de suis. per quos fiat inuesti. Idem tenet Io. Berberi. in viato. iuris, in x. q. huius tit. Bal. in Marga. in versic. feudorum. in ij. q. cap. j. §. præterea. & cap. Corrad. in quibus caus. feud. amittatur. Panor. in c. diligenti. in iij. no. de præscrip. Pet. Iac. in sua practi. in libello de rei vendi. quæ competit ratione vtilis dominij. in quinta positione. Felin. in ca. quæ in ecclesiarum. nume. lxix. de constit. Deci. consil. cxciij. & pro tenui. & cclxix. consultus ab illustri. num. vij. & ccclxxxix. visa lōga serie. col. iij. nume. vj. Curtius vbi supra. col. iij. primæ partis. D. Io. sanxon vbi supra. artic. j. Io. Pyrrus in consue. Aurelia. c. j. de feudis. Quod intellige si fiat inuestitura realis, id est, traditio: secus si verbalis. quæ alias vocatur abusiua. in c. j. ibi docto. quid sit inuestitura. sequitur Guido Papæ in decisio. Delphinat. q. cccvij. & Do. Ioan. sanxon in d. consu. in tit. (de pie de fief.) articulo quin. fo. lxxj. & Albert. brunus consi. j. & ij. collatio. iiij. Tertio si vasallus seruitium constitutum domino non exoluerit, cadit à feudo. c. j. quibus modis feudum amittatur. Intellige tamen si fuerit requisitus: nam domino offerre se non tenetur, nisi illi magnum periculum videat imminere. §. & si vasallus. & §. licet. si de feudo defuncti conten. sit inter domi. & agna. vasalli. Petrus Iacob. in titu. quibus causis feudum amittatur. col. ij. versicu. decimo si non seruiat. & §. illud. de prohibita feud. aliena. per Frideric. Idem si vasallus inimicos domini recipiat, dando eis transitum per terras suas, quando poterat resistere & victualia. nam feudo priuatur. gloss. in cap. de forma. in versicu. munitionibus. xxij. quæstio. v. sequitur Ioan. de ana. consi. vij. visis & ponderatis. columna iij. & sequent. Causas ob quas quis feudo priuatur, vide per Petr. de bella pertica in d. suo tract. de feud. quæstio. lxxxij. tradit Ioan. Raynaud. in comprehend. feuda. in §. fina. capi. imperialem. de prohibita feud. aliena. per Friderichum. Petrus de ferra. in sua practic. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in versicul. nec superstitionis. Iacobus de sancto Georgio in suo tracta. de feud. in versic. dictique vasalli. D. Boeri. in §. xv. de consuetudi. feu. & censura. in consuetudi. Bituri. & late Curtius in quarta parte tracta. de feud. vbi cumulat quadraginta causas priuationis feud. Quinto feudum sine domini voluntate alienari non potest in cap. imperialem. in princip. de prohibita feud. aliena. per Friderichum. quia seruitia possent subtrahi, vt ibi dicitur. & in capit. quæ in ecclesiarum. de constit. imo si alienet, perdit illud, vt ibi. & notat Aretinus consi. xiiij. incipiente, viso, &c. plenissime Albertus brunus consil. cxj. incipiente, magnifice domine, &c. Intellige alienantem priuari feudo, si dominus voluerit: alias secus. Alexander consi. clxxiij. viso themate. in secundo volumine. Decius consi. clxxxv. vlterius. ij. dubio. & cxxxviij. & diligenter vide textum bene facientem. l. j. §. sed & quoties. ibi, si velit alius fideicommiss. ff. ad Trebel. l. cogi. §. Mætianus. illo titulo. lege ij. columna ij. C. de iure emphyteuti & ibi Iason. Sed puto in hac materia quatuor tempora consideranda, antiquius, antiquum, nouum & nouissimum, de iure antiquiori poterat mediam partem vasallus alienare. §. aut si liuellario. & sequent. & §. fina. quibus modis feud. amittatur. & §. j. de alien. feudi. iure antiquo non poterat alienare, nisi per viam libelli vsque ad medietatem: vt de aliena. feud. in prin. seu iure nouo est prohibitio alienationis indistincte: vt in d. §. j. de prohibita feud. aliena. per Friderichum. Iure tamen nouissimo, siue consuetudinario, hæ consuetudines feudorum in regno Franciæ non sunt allegandæ, cum contrarium obseruetur. Petrus Iacobi in sua pract. rubr. de successio. feud. col. xxij. versiculo, modo in summa. & sic vasalli licite in hoc regno Franciæ alienant feuda consuetudine dictante, & approbantę, secundum eum in rub. de condic. ex lege. imperialem. §. callidis. col. ij. & habetur in magno consuetudi. rub. (des coustumes des fiefz.) versiculo, de iure feuda. Guido Papæ. in decisio. Delphinat. quæstio. lix. & quæstio. cexcvij. & hæc consuetudo est hodie vniuersalis in regno, vt asserit. D. meus & conciuis. D. Boer. in §. ij. & §. xxiij. de consuetudi. feud. & censua. & Benedic. in repe. cap. Raynutius. in versi. & vxorem. num. clxiij. de testa. Domi. Ioan. sanxon in consuetudi. Turo. titulo (comment hōmage se doit offrir à son seigneur) in xxxvj. conclus. & in titulo (de pied à fief.) articulo secundo, & quod talis consuetudo valeat, tenet Baldus consilio clxxxv. libro primo plene. & consilio cccxvij. quidam. libro secundo. Dec. consilio cclxix. consultus. numero viij. & consilio ccviij. ad clariorem. numero nono. Et non solum vasallus priuati potest feudum alienare, sed etiam ecclesię vasallus, dummodo ecclesia non sentiat damnum ex illa alienatione, vel lucrum non amittat, puta laudimium, aut aliud commodum secundum Ioannem fabr. in §. j. institut. de rerum diuisio. & in §. j. institutio. de empt. D. Boer. in d. §. ij. etiam domino inuito, vel ecclesia. Ioannes Raynaud. in comprehensor. feuda. in capi. imperialem. §. j. numero xxviij. Ioannes berberi. in viator. iuris quæstio. xj. de feudis. versiculo, hodie tamen in ista &c. Petrus Iacob. in sua practi. rubric. quibus modis feud. amitta. imo tenet idem Petrus Iacob. in forma libelli pro re feudali, in secunda forma, collatio. secunda, fol. xvij dominum posse cogi, si requiratur ad consentiendum directæ alienationi, & sequitur Do. Barthol. de Cassa in consuetudin. Burgundiæ, in rub. (des fiefz.) §. octauo. habebit tamen ius prælationis seu retentionis dominus. porro qualiter olim feud. poterat aliena. l. iij. C. de iure emphyteuti. & ibi nota. & Petrus de bella pertica in suo tract. de feud. quæsti. octaua, sequitur Dominus Boer. in §. j. de consuetudin. retentio. rerum feuda. in glos. ad consuetudin. Bitur. Ecclesia vero non habet retentionem secundū eum: quòd est bene notandum, & sæpius fui interrogatus. Intellige tamen supradicta procedere, quando ille in quem

ſtat alienatio, vellet ſubire omne ius feudi, alias ſecus. Bartol. in l. murileguli. C. de murilegul. libro vndecimo. Felin. in capi. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Item requiritur quod ille in quem alienatur, ſit eiuſdem cōditionis, ſicut primus vaſallus alienans. qui ſi eſt nobilis, non poteſt alienare in plebeium. l. neutris. C. de committen. ſtipu. l. ij. de fun. limitro. libro vndecimo. §. ſimiliter. de cap. Corrad. Io. manſue. in titul. de feud. verſiculo, item dominus. maxime ſecundum ſuperius videlicet feudum comitatus ſecundum Albertum brunum. conſilio lx. dilecte nepos. hodie de generali conſuetudine regni Franciæ alienantur feuda habenti pecunias: ſiue ſit nobilis, ſiue villanus: vt aſſerit D. meus in dicto §. ij ſupra allegato. & occulata fide videmus, ideo non eſt opus probatione. Quod eſt verum, ſi ſit feudum inferius, ſecus ſi ſuperius, vt feudum marchię, vel aliud ſimile: quia non poſſet in ruſticum ſine domini ſuperioris conſenſu alienari. Albe. conſilio lx. Sextò debet vaſallus intra annum petere inueſtituram à domino, niſi fuerit miles: quia habet & mēſam. c. vno. quo tempore miles inueſtitu. pete. debeat. & ibi Bald. & alij. & capi. vno. quæ fuit prima cauſa beneſi. amittend. & ſi intra illud tempus non petierit, feudum perdit. c. imperialem. §. præterea. in primo. de prohibita feud. aliena. per Fridericum. ca. vno. in princ. de capi. Conra. Calderi. conſil. ſexto & ſeptimo, de feud. Cardinalis conſilio cxxviij. Deci. conſilio cccxlj. in fine. incipiente, viſo. Guido papæ. quæſtio. cxliiij. cum ſequen. in ſuis Deciſio. quem vide quæſtio. ccccliiij. ponentem quatuor requiſita ad hoc, vt poſsit agi ad commiſſum. vide Albertum brunum in conſiliis factis in materia feudali, conſilio xlij. incipiente, cum quæritur &c. hodie eſt conſuetudo generalis fere in toto regno, per quam nullus vaſallus ob inueſtituram non petitam feudo priuatur: ſed poteſt dominus ad manum ſuam ponere feudum, & fructus leuare, ac ſuos facere, quouſque vaſallus præſtiterit fidelitatem. iſtius conſuetudinis non fuit neſcius Do. Boër. in titulo de conſue. feud. §. vj. & xv. quem ſequitur dominus Ioannes ſanxon in conſuetudine Turo. in titulo, (comment hōmage ſe doit offrir à ſon ſeigneur.) in princip. & articulo tertio. & Dominus de Chaſſa. in titul. (des fiefz.) in princ & glo. (dedans lan.) numero duodecimo. ante tamen quadraginta dies non poterit dominus leuare fructus, vel ante proclamata facta, ſecundum varias conſuetudines. nam Pictauis requiritur proclama, ſtatuens tempus vaſallis ad inueſtituram faciendam. ita vidi in conſuetud. Picta. rubri. (De la diſtinction des iuriſdictions) articulo xc. in aliis locis communiter ſtatuitur quadraginta dies, vel plus, vel minus, ſecundum varias conſuetudines, vt Ioan. manſuer. dicit eſſe in Aluernia, in titulo, de feudis. in verſiculo item dominus feud. & Pariſij, vt continetur in magno conſuetu. rubrica. (de ſayſine en fief). verſiculo, nota. folio lix. Bitur. in §. vj. de conſuetudi. feud. Burgundiæ in §. j. in glo. (dedans lan.) & ita fuit prolatum arreſtum Tholoſæ, vt in eius ſtylo patet. in iiij. parte. arreſto lxxiij. & idem Pariſiis vt continetur in quæſtio. per arreſta. quæſtio. cxviij. arreſto primo. ꝙ eſt notandum. inoleuit præterea conſuetudo in hoc regno: vt recognitiones fiant tam in re feudali, quam in re emphyteuticaria in decennium, quod dicunt de decennio in decennium, vt aſſerit conterraneus meus Ioannes berberi. in viato. iur. in dicto titulo, de feud. quæſtione duodecima. verſiculo, & nota verbum &c. Septimò fœmina in feudo non ſuccedit ex conſuetudine libri feudorum capitulo vno. §. filia. de ſucceſsione feudi capitulo vno. an mutus vel alias imperfectus. in fine. late Roma. conſilio primo. & ibi aſsignat multas rationes. & Baldus in l. quoties. C. de ſuis & legiti. dicit eſſe rationem pręcipuam: quia fœmina non ita bene poteſt defendere dominum in bello, vel alias ſeruire, ſicut vir: ergo nec feudum habebit: cum detur ob ſeruitium. capitulo vno. quibus modis feudum amittat. hanc rationem citat Benedict. in repetitio. capituli Raynutius. in verſiculo, duas habens. numero quarto & decimoquinto. de teſtament. ſequitur Dominus de Chaſſa. in conſuetudinib. Burgundiæ, in §. quinto. numero xxvij. & ſequitur Soci. conſilio xix. pro Deciſione. columna prima, libro primo. & conſilio ccvij. viſis inueſtituræ. in ſecundo volumine. Corne. conſilio xvj. aperta. in primo volumine. idem tenet Decius in regula fœminę. in xxxix. ſpeciali. ff. de regulis iuris. Iacobus de ſancto Georgio. in tracta. de feudis, in verſiculo & fœminis. Curtius in dicto tract. in tertia parte quæſtionis primæ. Ange. de claua. in ſua ſumma, in verbo, feudum. in primo. numero ſeptimo. & Decius conſilio xxxij. & pro tenui. & lxxxv. & diligenter. & cxxxix. & diligenter. & ccviij. ad clariorem. & conſilio cccxc. quoniam. Albertus brunus conſilio quarto. refutationem. in fine. viij. circa princ. collatio. tertia, & eſt conſilium Iaſonis. Hodie ex conſuetudine generali huius regni ſicut maſculi ſuccedunt authore Petro Iacob. in ſua practi. titulo de ſucceſsione feud. columna tertia. verſiculo, in illis enim locis. & verſiculo ſequenti. idem tenet Bernardus de buſtis. in ſuo mariali. in xij. parte, ſermone primo, in princip. magnus ille ſcientiæ & conſuetudinis theſaurus Dominus Boer. in §. ſecundo de conſuetudin. feud. & §. ſeptimo. ſequitur Dominus Ioannes ſanxon in conſuetudin. Turonen. in titulo, (des ſucceſsions des fiefz.) articulo xiiij. & rubrica (comment hōmage.) articulo primo concluſ. vltim. & poſſeſsione feudi per iudices ſunt manumittendæ, vt pulchre ſcribit Albertus brunus conſilio j. & Dominus de Ripa in libro primo reſpon. de legibus capitulo primo. numero lxx. & idem in collateralibus ceiſetinteger conſuetudinarius Dominus Boer. d. §. vj. & Benedictus vbi ſupra, in verſiculo & vxorem numero cccccclxiij. & cccccclvj. quia in d. regno feuda ſunt redacta inſtar patrimonium ſecundum prædictos. & Ioannes fabri in authentica, ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccleſi. Guido papæ conſilio decimoſeptimo, ſuper caſu. & conſilio ccxiiij. circa materiam. Ioannes Raynaud. in ſexta diuiſio. in loco ſæpe allega. Ioannes ſanxon in titulo. (de pied de fief.) articulo ſecundo, & xij. & Ioan. le cirier. in tracta. de iure primogenituræ. libro ſecundo quæſtione quarta. in verſiculo poſſeſsio. collatio. ſecunda. & ſupra dixit. imo hodie contractus feudales ſunt redacti inſtar omnium aliorum contractuum, teſte Ioanne berber. in d. titulo de feud. tertia quæſtio. imo etiam ſuccedunt ex mulieribus deſcendentes. Guido papæ Deciſione Delphinatus parlamenti. quæſtio. lix. & quæſtio. ccxcvij. ſequitur Benedictus in d. repet. capituli Raynutius. in verſiculo, & votum. licet in aliquibus partibus, vt vidi non ſuccedant fœminæ extantibus maſculis, ſed quod ſupra dixi, eſt communius: vide tamen vnum caſum in quo de cōſuetudine feudorum mulier ſuccedit, per Roma. ſingu. clxxvij. & ſeptem caſus vide per eum conſilio ccclxvij. circa principium. & octo per Iacobum in dicto verſiculo: & fœminis. & doctor. in d. §. filia. quinquaginta quæſtiones. in hac materia vide per Baldum lege prima. ff. de rerum diuiſione. & Curtius in tertia parte quęſtione prima. vltimò vaſallus tenetur ſeruire quando eſt à domino requiſitus, alias non: & ideo ſiunt hodie proclamata, ſiue (cries au banc) & fundatur in capitulo vno. §. finali. an ille qui interfec. fratrem dom. ſui feudum amittat. ſequitur Dominus Ioannes ſanxon in conſuetudin. Turonen. in rub. (comment hōmage &c.) articulo primo concl. xviij. folio lxiij. Et quando fiunt oſtenſiones, quas vulgari ſermone, (monſtres,) appellamus, ſi vaſalli & milites non recipiunt ſolutionem, quia recuſant, non poterunt poſtea petere, ſecundum Bartol. & patruum meum Reb. in lege, fortiſsimi. per illum text. C. de erogat. milita. annō.

anno. arg. l. nulli. illo titu. citat. D. Barto. de Cassa. in consuetud. Burgun. in §. iiij. glo. (nouelle cheualerie.) in nouis additio. ideo communiter solutiones fiunt in ostensionibus pro tribus mensibus, nisi fraudētur per thesaurarios, vt videmus sæpius fieri: quare multæ domus nobilium sunt fere destructæ, & thesaurarij mali hodie ad furcas patent: ad quas ostensiones potest compellere suos milites, & armigeros capitaneus teste Luca de penna in. l. fi. col. viij. C. de re milita. lib. xij. vide Iaso. in l. prætor. §. si aliquando. ff. de noui. oper. nuncia. Notandum est tamen quod hodie vasalli non tenentur ad aliquid dandum vel faciendū domino suo, nisi ad expressa in sacramento fidelitatis, quæ sunt septem in ca. de forma. xxij. q. v. c. ego. N. de iureiur. ca. vno de forma fidelit. & pulchre declarat D. de Cassa. in §. iiij. in gl. j. rub. (des fiefz.) & Petr. Iac. in sua pract. tit. de feu. succesio. col. ix. versic, dico ergo quod vasallus. Alia quæ sunt de natura feudi ponit text. & ibi doct. in cap. vno, de natura feud. & Siluester de prierio in sua summa in ver. Feudum. in j. q. & in hac materia vide xxxv. regulas per Ioan. baptist. in repe. capituli primi col. ix. cum seq. de feu. cognitio. & ibi ponit casus in quibus feudum ab emphyteusi differat & concordet vltra Iaso. in l. j. C. de iure emphyt. & xxxvij. cōclusiones citat D. Io. sanxon vbi supra, in rub. (cōmēt hommage) articulo. j. vide Benedic. in repe. capituli, Raynutius. in verb. & vxorē. in quarta decisio. nume. ccccxlvj. cum seq. de testa. Non omittas videre quæ cumulate licet quandoque remissiue ponit D. meus. in glo. ad consue. Bitur. in tit. de consue. feud. & rub. sequen. Nunc se offert. vltimum, videlicet quotuplex sit feudum. quod sit tantum duplex, ex dicto Philo. complectitur, dicentis quod quælibet diuisio debet esse bimembris, vel ad bimembrum reducibilis. citat Petrus de besutio & Iaso. in repe. l. re coniuncti. ff. de leg. iij. & Lancelo. polit. in tracta. substi. in prin. ideo Curtius hoc perpendens in suo tracta. feudorum. q. viij. primæ partis, duplex dicit esse feudum, videlicet proprium & improprium. sed vt iuuenes clarius intelligant, procedo per diuisiones. Insequendo doctrinam Iurisconsul. in l. j. ff. de doli excep. Bald. & aliorum. Ideo prima diuisio est: quia feudum quoddam est ecclesiasticum, aliud seculare. hanc diuisionem ponit Raynaud. & Alua. in proœ feud. & Petrus Iaco. in rubri. de causis ex quibus domi. debet amittere proprieta. in prima diuisio. Petrus de ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad feudi reuocatio. in versiculo ac nomine recti &c.

h Ecclesiasticum, est triplex. quod ab ecclesia datur, quod ab ecclesia suscipitur, aliud quod datur vel suscipitur à clerico, non tāquam ab ecclesia. & de hoc loquitur tex. in c. vno de clerico qui inuesti. accepit. §. fi. de capi. Corrad. c. j. qui feudum dare possunt Berber. in ij. questione. Alua. in v. diuisio. & Iaso. in xj. in præludiis feudorum.

c Seculare est quod à seculari principe, vel domino recipitur §. marchio. qui feudum dare possunt. vt si Christianissimus rex Francorum inuestiat aliquem de marchia vel comitatu: & de hoc feudo maior pars libri feudorum loquitur, & plusquam de ecclesiastico, & hæc probantur in præleud. feudor. in vltima diuisio. per Baldum. Sed quia nobiliora sunt præmittenda. §. final. institut. de iure persona. capitu. sed &, & ibi docto. de rescrip. Dec. in ca. auaritiæ. de præben. ideo præmisi hanc diuisionem sicut facit Obertus de orto. cap. vno. qui feudum dare possunt. & quia ecclesiasticum est nobilius. argument. cap. solitæ. de maiorita. & obedien.

Secunda diuisio, quoddam est regale, aliud non regale est quod à lege vel imperatore recognoscitur immediate, vt est feudum marchiæ, ducatus, comitatus, vel alterius dignitatis regalis: ideo vicecomes Turenę vel comes Fuxi possunt dici habere feudū regale. c. vno, quis dic. dux, march. vel comes. vel potest imperiale dici: vt not. Io. berber. in d. ca. ij. q. de feudis. & duobus concurrentibus vocatur regale. primo quod sit dignitas, puta regnum, marchia, comitatus, vel ducatus. secundo quod ab imperatore vel rege nostro cōcedatur, vel alio non recognoscente superiorem, vt tenet Curt. in tract. de feu. in prima parte. q. viij. colū. ij. Occasione præmissorum quæro de quæstione, an rex Franciæ posit alienare ea quæ sunt regni? & Bald. in proœ. C. & in prima constit. concludit, quod non, abdicando à se omnem Iurisdictionem, dignitatem, dominium, & nihil sibi retinendo: quia esset principatū seu regnum deformare: quod non potest rex facere: imo si retineret sibi directum dominium, adhuc non valeret, si in regni detrimentum vel incommodum tenderet. argu. l. in summa. ff. de pecul. Corse. in c. grandi. de supplen. negli. præla. lib. vj. Panor. in c. intellecto. de iureiurand. & in c. Abbate sane. de re iudi. lib. vj. Ioan. sanxon in consuetu. Turoñ. in rub. (de pied de fief.) articu. ij. & in rub. (des donaisons entre gens nobles.) articu. vj. D. Boer. in additio ab benedi. plumb. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber. etiam cum iuramēto, per text. in d. c. intellecto. & successor posset reuocare. Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Bald. in c. licet. col. vij. de probatio. Felin. in ca. ad audientiam. col. ij. de præscript. Dec. in c. j col. iiij. de proba. Imo fortius, rex non potest inuitis ciuibus suis alienare vnam de ciuitatibus sui regni Host. in c. dilecti filij. de maio. & obed. & ibi. Innocen. & Feli. Oldra. consil. ccxxxj. vt eius. Alexand. in addi. ad Bart. in d. §. plane. Bald. in c. si miles. quo tempore miles inuestitu. petere debeat. c. vno. §. in generali. si de feudo defuncti conten. sit inter do. & agna. vasal. Ioan. de pla. in l. fin. C. de loca. præd. ciui. lib. xj. Panor. consil. iij. col. xviij. in ij. vol. Guido papæ in decisio. Delphina. quęstiōe. ccxxxix. Aufre. in deci. capel. Tholosa. q. cccclxxxv. Iaso. in §. item seruiana. col. xviij. instit. de actio nume. cv. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. inde. l. debitorum. C. de pactis. & in proœ. feudo. in prima diuisio. Barba. & Feli. in c. j. de proba. vide D. de Ripa in consi. xxv. de rescri. in lib. respon. & lib. j. de legib. consi. j. nume. lij. Bal. consi. cccxxiiij. quæritur. volu. j. Bart. de Cassa. in consuet. Burgund. in rub. (des fiefz.) §. viij. in ver. (en alienation.) in fi. Cur. in tract. Feudo. in vj. parte. q. ij. Soci. consi. xl. in quæst. col. ij. num. vij. in ij. vol. Ioan. lupus in repe. c. per vestras. fol. lxxxij. colū. iiij. de dona. inter virum & vxor. Gomes. in §. item Seruiana. num. xlj. cum seq. vbi. vj. modis limitat. inst. de actio. & in Spe. prin. tit. viij. fol. xv. cum seq. & nouissime conterraneus meus. d. Iacob. bonaudi in addi. ad Ioan. de terra rubea, tracta. primo. conclu. xiij. Alberbrunus. consi. xij. in secunda ratione. & hoc maxime quando metu alienaret. nam quod metus causa gestum est, ratum nō habebo, lege j. & per totum. ff. quod metus cau. & quando alienaret voluntarie, hoc non esset sine peccato, tenet Lucas de penna in lege prima. C. de capita. clauium. censib. eximend. libr. x. & est notandum.

e Non regale. est quod ab inferioribus à principe imperatore, vel rege recognoscitur, vel à principe, sed nō consistit in dignitatibus, sed princeps de aliqua plene inuestit. capit. vno. qui feudum dare possunt. & tit. quis dicatur dux, comes, vel marchio. si vero aliquis inuestitur à domino de claromonte, feudum diceretur non regale. ponit Baldus, & alij in proœmio Feudorum primo, & sequitur Iason in prima diuisione.

Tertia diuisio. Feudum quoddam est nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter nobile, & ignobile. Nobile est quod possessorem nobilitat: vt quando à rege Franciæ est concessum, vel imperatore, vel papa: vt si concederent ducatum, vel marchiam. c. j. quis dicatur dux vel marchio. Berber. in ij. q. Bald. & Iaso.

in x.diuisione. & Alua.in secunda. Bonus de curtili in tracta.nobilita.in iij.parte.co.xxxiiij.num.ccj. Alex. consil.xxx.quoniam.col.penult.prima parte.

Minus nobile est quando dux, marchio, vel comes aliter concedit in feudum: & ille proprie dicitur valuasor, siue vasallus: vt not.Ioan.and.in add. ad Specul.in titu. de præscrip. & Bonus de curtili in tracta. nobilita.in iij.parte,nume.ccj.& istud de consuetudine libri Feudorum non poterat alienari in non nobilem,sed in regno Franciæ potest vendi, & in feudum dari:sed non super eo reditum accipere.d.Boe. in consuetu.Bituri. §.ij.de consuetu.feud. & censua. vt supra latius dixi.

Aliqualiter nobile siue mediocriter, est quando habentes à duce,marchione, vel comite aliis infeudant: & recipientes vocantur minores valuasores. Alua. in secunda diuisio.infra,& ibi communiter docto.

Ignobile,est quando à minoribus valuasoribus cōceditur & minimis.c.vno.qui feudum dare possunt.et ibi Baldus in §. marchio. dicit, rusticos posse in feudum concedere,dummodo suarum rerum administrationem habeant.§. nouit.per quos fiat inuestitura. sequitur Iacob.in suo tractatu de feudo. versicu. in feudum.in octaua diuisione.Ioānes Raynaud. in septima. Petr.Iacob.in titu. de causis in quibus do. debet &c. in quinta diuisio.Petrus de Ferra. in octaua diuisione,vbi supra. Iason in x. Curtius. ij. parte. q. quarta. ij partis.

Quarta diuisio. Feudum aliud est paternum,quoddam antiquum,aliud nouum. Paternum dicitur quod pe rpatrem est acquisitum, vel ab aliquo ascendente communis agnationis.vsque ad quartum gradum.tex. in c.vno.de succes.fra.& gradib.succe. in feud. qui est melior de iure secundū Alex.consi.xxx.quoniam. in j.volu. In hoc quod declarat feudum paternum quid sit,vide text.in titu.de natura successionis feud.& Alexan.cōsi.lv.prospectis.in quarto volu. & cōsi. xxvj. ponderatis.in v.vol.& Curt.cōsi.xlix.nume.iij.Petr. Iaco.in sua practica de causis ex quibus do.debet amittere proprieta.in secunda diuisione.Alua.in sext.Deci. consi.ccviij.ad clariorem.nume.v.Alber. brun.consi. lxxij.tota virtus.col.prima.Soci.consi.lxvij.visis.co. v.in fi.& consi.clv.visis inuestituris.co.vj.j.& ij.vol. & consil.lxvj.visa donatione.in ij.volu.Bolog.consi. primo.Bal.cōsi.cccxxxvij. in primis.in primo volu. co.penul.& cōsi.ccclj.in literis eo. volu. & consi. seq. qūo probetur. & quæ personæ contineantur in hoc feudo,declarat Bald.in §.hoc quoque.de successio. sed quod proprie continetur hæ personæ supra patrem,videlicet auus,proauus,abauus,& atauus: & abinde vero supra perdit nomen paterni,& antiquum appellatur.ex quo singulariter infert quod si cuidam concedatur feudum paternum,non extendetur vltra quartā generationem.& sic cum ministerio ponuntur illa verba in inuestituris concedimus in feudum paternum,& antiquum.sequitur Io.Raynaud.in comprehen. feuda. in prima diuisione.quod est perpetuo notandum secūdum eos.Hodie notarij ponunt omnia verba hæc & multo plura, & ideo extenditur vsque ad infinitum & etiam ratione consuetudinis de qua supra.

Nouum vero est, quando fuit de nouo acquisitū, & habet initium in persona ipsius inuestiti, nec prouenit à successione progenitorum c.j.quot testes.sunt necessa.ad probādum.no. inuestitu.Oldr.cōsi.clxxviij. factum tale. Albe.in dictio.in ver.nouum.Iaco.de sancto Georgio in tractatu de feudis, in versi.in feudum. in sexta diuisione.Curtius.consi.l.in tertio dubio. & consilio seq. Ioan. Raynaud in prima diuisio. Soci. consi.cclij. visis.in ij.volu.Deci. consil.liij. placet mihi. & consilio.ccccx. quoniam ex. numero. iiij. Alb. brunus consi.lxviij si insistamus. Tres effectus ponit Curtius in suo tract.in prima parte,quæst. viij.co.ij.& seq.Ias.in l.ij.colum.fi. C. de iure emphyteu. & istud regulariter non nobilitat,nisi vt supra dictū est in præcedenti diuisione, quia nobilitas non nascitur in ictu oculi secundum Bald.in x.diuisio. infra, per textū in l.stemmata.ff.de gradi.Pet.de ferra. in sua practica.in forma libelli quo agitur ad reuocationē feudi in verbo,ac nomine.in secunda diuisio.& in hoc non succedunt ascendentes,nec collaterales.de consue.feudo.c.j. de innesti.noua.& c.vno.de succ.ra. sed hodie contrarium obseruatur in regno Franciæ:vt no.Bene.vbi supra in ver. & vxorem. nu. cccccliiij. & Do. de Cassa in d.§.v.nume.vij.in tit. (des successions.) in glo.(& des enfans.) §.vj.& supra latius extitit discussum: & ponit Alua.in vj.diuisio.& Ias.in iij. Alber.in l.j.§.si quis ædificium.ff.de noui operis nuncia.Imol.in capi. vltimo.de feu.Oldra.consi.clxxviij.factum tale:

Quinta diuisio. Feudum quoddam est paternum, aliud maternum. paternum in proxima cellula fuit declaratum.

Maternum,est quod primo per fœminam est acquisitum.capitu.vno. de feudo fœminæ. & sicut large omne feudum quod fuit ex superioribus agnationis cōmunis acquisitum,paternum dicitur:ita quod ex quacunque fœmina ex superioribus, quæ fuerit ex communi cognatione,fuit acquisitum, maternū dicitur, vt habetur in titulo de feudo fœminæ. & Bald. in quinta diuisio.Alua.in septima. Natura feudi paterni est, vt tantum descendentes masculos respiciat in §.profecto. infra,de lege Corra.' natura feudi materni vt primo masculos respiciat,secundo fœminas.d.titulo de feudo fœminæ.& pulchre no.Curtius in d.tracta.feudo.in tertia parte.q.j.in ij.limitatione.

Sexta diuisio.Feudum quoddam est masculinum, quoddam fœmininū.Masculinum,est quod ad masculos transit,& non ad fœminas.§. hoc autem. qui feudū dare possunt. imo fœminæ non succedunt, etiam si de eis sit facta mentio,nisi masculis deficientibus. §.quinetiam episcop. vel abbat. capit. vno de feudo fœminæ.Ia.in vers.& fœminis. Petr. de ferrariis vbi.s.in tertia diuisio.nisi vt fuit dictū.s. in natura feud. vide.

Fœmininū seu fœmineum dicitur quod ad fœminas transit,sicut supra de materno diximus.c.j. quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Iacob.in tractatu de feu.in versi.in feudum.in quinta diuisio.licet Io. Raynaud.duas diuisiones misceat.Item si aliquis receperit feudum pro se & hæredibus tam masculis quam fœminis:extantibus masculis fœminæ excludentur.c. j.§.j.episco.vel abbatem. Alexan. consi. ix. in quinto volumine.Alber.brunus consi.lxv.super casu.sed hodie in regno tene quod supra dixit in natura feudorū. in vers.vij.vide tamē.D.Io.le cirier in d.tractatu de iure primogenituræ.lib.j.quæstio.xix.

Septima diuisio Feudum aliud habet propriam naturam,aliud impropriam.Habens propriam est feudū simplex,rectum,purum,liberum.nam natura feudi est quædam qualitas innata à principio generationis feudi siue tempore inuestituræ, ex qua virtus contractus perficitur,& semper videtur inesse:nisi per pactum improprietur;vt est tex.in tit.de feudo non habente propriam naturam.& §.præterea.quid sit inuestitura, & supra late dictum est in tertia quæstione principali.sequitur Hostien.in summa huius tituli de feu. §. qualiter feudum.& Ias.in quarta diuisione. & ista inuestitura seu eius tenor semper debet attendi.cap.j.in fine. de duobus fratri.& ibi Bald. cap. accepimus. de priuile. Io.de ana.consi.septimo,visis &c.columna secunda.& consil.xxxvij.Barba.consilio.xvij.præclare.colum. tertia in primo volumi.Deci.consilio.cclxiij. in contractu.in prin.& consilio.cccix.quoniam.num.iij.& consi.ccccxv.in causa.num.v.Roma.consi.xxxiij.viso inuestituræ. in fine. Albertus brunus. consi. xviij. col.iiij. & consilio seq. & consilio. xxxix. columna secunda.& consilio.xlj.col.ij.

Non habens propriam naturam, vel habens impropriam

propriam, est feudum conditionatum: vt ad certum seruitium vel conditionem ex pacto cōcessum. §. fi. quid sit inuestitura. & de capita. qui curiam vendi. vt est feudum guardiæ & castaldiæ, & quod pro mercede datur de feudo guardiæ. cap. primo. Item feudum cameræ vel cauenæ. cap. fi. de feud. cog. & infra dicam. Ioã. Raynaud. in comprehenso. feuda. in quarta diuisi. Alua. in tertio. Iacob. in suo tractatu de feud. in verbo, in feudum. in quarta diuisione. Bald. in quarta. de ferr. in septima. Et impropriè dicitur feudum quando pactum apponitur contra alterum ex requisitis in feudo, vt late concludit Curtius in d. suo tractatu feud. in prima parte. quæst. sexta cum sequen.

Octaua diuisio sequitur. Quoddam feudum est reale, personale, personalissimum. Reale est quod ad hæredes transit tam ex parte dantis quam accipientis. §. cum vero Corradus. qui feudum dare possunt. c. vno. de duobus fratrib. quia vnusquisque in hoc sibi præsumitur voluisse prouidere & hæredibus. l. si pactum. ff. de probatio. d. c. primo, de duobus fratrib. sequitur. Alexan. consi. cciiij. consideratis. in secundo volumi. illum text. dicens singularem. col. ij. in princ.

Personale. est quod ad vitam alicuius conceditur, & non transit ad hæredes recipientis, sed bene dantis, vt feudum guardię & castaldię. c. j. de feu. guard. Ias. declarat in sexta diuisio. vt quãdo feudum habitationis concederetur quod morte finitur. Aluar. in x. diuisio.

Personalissimum, est quando neque ex parte dantis, neque ex parte recipientis transit ad hæredes. c. j. quis dicatur dux. exemplum ponunt doctores in soldata: vt si detur nobili in paupertatem reducto, annua prouisio: tūc soldata vocatur, de qua in dicto tit. & ibi per Alua. & l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbor. obligationibus. l. vt pomum. ff. de seruitu. Bal. in sexta diuisione. & Alua. in decima. & non censetur proprie feudum, vt tenet Io. berber. in d. viator. tit de feud. quæstio. secunda. Ias. in præludiis. col. penult. & ab initio feudum erat personalissimum: quia ad nullū transmissibile. l. j. §. si impuberi. ff. de coll. bono. & militia vacabatur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficio. testamen. Hodie vero factum est feudum realissimum et ad quemlibet successorem transitorium etiam particularem, ita quod potest donari, vendi, & alio modo alienari sicut alia bona patrimonialia: & hoc in isto regno: vt supra clare dixi: & tenet Bene. in repeti. c. Raynutius. in versi. & vxorē. tertia decisio. nu. ccccccxxv. & seq. & in quinta decisio. de testa.

Nona diuisio feudorum est: quia quoddam est iurabile, aliud non. Iurabile, est pro quo domino fidelitas iuratur, vt fit regulariter pro omni feudo: vt in capitu. vno de noua forma fidelita. & istud expresse ponit Pet. Iaco. in sua practica in nona diuisione. Petr. de ferra. vbi supra in quarta diuisione. Et si plures domini in locum succedant, vni iurandum erit nomine omnium dominorum. Petr. Iaco. vbi supra, & Guido papæ consi. ccvij. dominus. & Bald. sibi contrarius in c. imperialem. §. præterea ducatis. columna vltima. de prohibita feud. aliena. per Frideric. dicens antiquiori præstandum esse iuramentum argu. l. procurator. C. de eden. Iaco. plene distinguit in dicto tractatu de feudis. in ver. qui quidem inuesti. præstiterunt. columna vij. Areti. in l. ij. §. ex his. & ibi doc. ff. de verb. obliga. late Ias. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de no. ope. nuncia. & hæc est communis in practica sequenda secundum D. de Cassā. in consuetud. Burgund. in tit. (des fiefz.) §. vij. in prin. in text. in §. omnes. si de feudi defuncti conten. sit inter do. & agna. vasal. D. Ioan. sanxon. articulo octauo, titu. (des succesions dex fiefz.) Albert. brunus consil. cvij. quatuor rationibus. vbi vide latius & per D. Ioã. le cisier in suo pulchro tractatu de iure primogenituræ. quæstio. neij. libro ij. in xvj. prærogatiua.

Non iurabile, est quando illo pacto conceditur, vt non iuretur fidelitas. in §. nulla. per quos fiat inuesti. ca. vno. in prin. de ca. conradi. quod est sing. secundum Ro. sing. cclxvj. sequitur Alua. in xj. diuisio. in præludiis feudorum. Notandum est tamen quod licet feudum reperiatur sine iuramento: non tamen erit sine fidelitate. ita Ioan. Raynaud. in secunda diuisione feudo. Ioan. berber. in secunda quæstio. titu. de feu. & Ias. in proœ. feu. numero cxxij.

Decima diuisio. Feudum quoddam est ligium, quoddam non ligium. Ligium. est quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi nullo excepto, & istud non recipitur, nisi à principe non recognoscente aliquem in superiorem: vt est Imperator, & Rex Franciæ. capitulo, per venerabilem. qui filij sint legiti. ideo dux Sabaudiæ potest dici homo ligius regis Franciæ, vicecomes Turenæ, & alij magni feudatarij regni. Et dicitur homo ligius, quasi illi ligatus & subditus, & legalitatem prædicto regi debens gl. sing. in clemen. pastoralis. & ibi Cardi. de re iudi. Specu. in tit. de feu. in §. quoniam. versiculo primo. Io. mansuer. eo. tit. versi. fi. Io. berber. vbi supra. q. ij. Bal. cōsi. ccxcj. ad euidentiam. in ij. li. Guido papæ consilio ccxiij. & in suis decisio. quæst. cccix. & idem tenet Alexan. cōsi. xxx. quoniam. col. ij. in primo vol. & consi. ij. in principio in v. vol. Panor. in capitulo, ex diligentia. de simo. Io. de ana. in consi. vij. visis & ponderatis. co. iij. D. de Cassā. in consuetu. Burgun. in eodem titu. §. iij. in gl. (& hommage.) & tria requirūtur postea per Curti. in suo tractatu feud. in prima parte, quæst. viij. colū. vij. Quatuor effectus ponit Ias. in septima diuisione feudo. sequitur D. Ioan. sanxō in consuetu. Turo. In tit. (cōment hommage) &c. arti primo in xxiij. conclu. Catellia. cotta. in ij. parte memoral. in ver. feudum.

Nonligium, est quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur: vt in tit. hic finitur lex. in fi. & §. fi. de prohi. feu. aliena per Fride. Ideo quando vasalli D. de Turena iurāt ei fidelitatē, debent iurare aduersus omnem hominē excepto rege Franciæ, qui super omnes reges est, & tanquam quidam corporalis Deus in suo regno. ita Bald. in d. §. fi. & in vij. diuisio. Per Iaco. in nona. Bened. in repet. c. Raynutius. in ver. & vxorem. nume. ccxxx. de test. quod notes.

Vndecima diuisio. Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale est, siue temporale quod post annum statim auferri potest, vt est feudum guardiæ & castaldiæ: & quod pro mercede alicuius rei datur. capitulo primo. de feu. guardiæ. Iste tamē annus per pactum potest prolongari, & tunc potentior est conuentionalis prouisio quam legalis, qua cessante sibi locū vendicat legalis. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. Bal. in proœmio feud. in ix. diuisio. plus dicens posse pacisci vt nullo tempore possit offerri. sequitur Iā. de sancto Georgio in tracta. de feu. in versicu. in feudum. in nona diuisi. & Petr. Iacob. in quarta. Host. in summa. de feu. §. qualiter feudum. versiculo, perpetuum feudū. Io. berber. in viato. iuris in tit. de feu. in quæstione secunda. Sed hodie hoc in regno sunt perpetua ac officia, & quasi pro patrimonio habentur: vt no. Benedi. in verb. & vxo. nu. ccccclxiiij. cum seq. de test. & supra, latius dictum est ideo. vide si libet.

Perpetuum erat regulariter omne feudū eo modo datum. §. cum vero Corradus. qui feudum dare pnt. & ibi docto. & illud quod est simplex, est perpetuum capitulo primo in fine, in quibus cau. feu. amittæ. ita tenet Pet. de ferra. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi. in versi. ac nomine rect. in sexta diuisio.

Duodecima diuisio feudorum est: quia quoddam est diuisibile aliud indiuisibile. Et quodlibet feudum regulariter est diuisibile, quibusdam exceptis, videlicet regno, marchia, ducatu, & comitatu ita attestatur. Alua. in nona diuisi. in proœmio per text. in §. omnes. si de feudo defunc. conten. sit inter do. & agna. vasal. cap. imperialem. §. præterea ducatus. de prohibi.

feu alie. per Frid. Berber. vbi supra in d. q̃o. ij. Iaco. in
ver. in feudum. in xj. diuisio. Bar. in l. inter tutores. ff.
de administ. tut. & l. & ideo. ff. de condictio furti. Bal.
in l. j. de offi. consul. Panormi. in capitulo, prudentiã.
in principio. co. iij. de offi. deleg. & ibi hoc tenent alij
post eum. Curtius in tracta. feudorum in quarta par-
te, quæst. xxx. Alber. brunus Asten. in consil. lx. inci-
pien. & ista ideo diuidi non possunt: quia ab vno solo
reguntur melius quam à pluribus, ar. l. iij. §. apparet. ff.
de administ. tut. l. ij. §. nouissime. ff. de origine iuris, ca-
pitulo, gaudemus. de diuor. §. quia vero. xciiij. dist.
nã Politia vnius optima est, paucorum etiam bona:
sed plurimorum est difficilis vt bona sit: cũ plures ad
virtutis meritum peruenire difficile sit. Aristot. in po-
litic. & Lucas de penna in l. viros. col. ij. C. de diuers.
offi. lib. xij. & Philo. ij. metap. ait, non capit regnum
duos: quia multitudo principum est onerosa: cũ in api
bus vnus sit princeps: capitulo in apibus. vij. q. j. late
D. Iacob. bonaud. in additio. ad Ioan. de terra rubea in
tracta. contra rebelles regum. articulo ij. tracta. primi.
& articulo. iij. tracta. tertij, conclu. ij. Feli. in capitulo.
quæ in ecclesiarum. col. antepe. de const. & Ias. in xij.
diuisio. Ange. consi. cclxxxvij. incipien. pro clariori.
Curtius consi. lxix. Panor. cons. lxxxij. in primo vo
lu. Barba. cons. xiiij clementissimi. col. iij. & consi. xl.
clementissimum. colũ. ix. iiij. vol. Cassa. in vlt. parte.
Catel. in lv. considera. & Albert. brunus tractat. de
augmen. conclu. x. Hippol. singu. ix. sequitur Ioan. le
cirier in suo tracta. de iure primogenituræ. quæst. vij.
primi li. vbi pulchra verba ponit. vide D. Bartol. de
Cassa. in consuetudi. Burgund. in titul. (des fiefz.) §.
vj. Alexan. consi. lx. visis. dubitationibus. in tertio vo
lumine. & consi. xxxv. & seq. incipien. attentis. in
quinto volu. Pet. de Ferra. in ix. diuisio. & ideo in istis
indiuisibilibus primogenitus succedit. c. licet. & ibi
doct. de voto. gl. in c. si hæredes. de testament. Albe. in
procemio. ff. §. discipuli. late Deci. consil. ccclxxxix.
visa longa. nu. vj. & aliis filiis debetur apanagiũ. i. le-
gitima non per modũ diuisionis sed per modum pro-
uisionis, secundum Io. de monteferrato in tracta. de suc
cessione regum. in primo dubio & secundo. & D. Ste-
pha. buinardus in repe. l. quisquis. co. xvj. C. ad le. Iul.
maiesta. & D. Boer. in tracta. de custodia cla. porta. ciu.
fo. xv. col. iiij. nec aliqua iniuria fit vltimo genitis: nec
conqueri possunt vt expresse dicit conterraneus meus
D. Ioan. de terra rubea in tracta. cõtra rebelles regum.
arti. primo tract. primi. conclu. xxj. & seq. imo hoc cõ
uenit legi diuinæ secundum eum in prima conclu. hoc
latius deducentem: quem licet videre. Intellige tamen
supra deducta, videlicet feudum non posse diuidi, esse
verum quo ad dignitatem: secus quo ad administratio
nem: vt vnus frater regat vnam ciuitatem, alius aliam.
Benedic. in repeti. ca. Rainutius in verbo, in eodem te
stamẽ. in j. num. clxxxv. de testa. & etiã bona mobilia
vel immobilia pertinẽtia ad dignitatem bene diuidun
tur teste Alb. in dictio. in ver. feudum. versi. alia etiam
pulchra. ibi, item quæro pulchram. & in additio. ad
Petr. Iaco. in tit. de causis ex quibus do. debet amittere
proprieta. in sexta diuisio. sed potest fieri concordia
respectu exercitij. vt vnus vno anno regat, alter altero
anno. arg. l. Lucio. & ibi Bar. ff. de aqua quotid. & æsti
ua. & pulchre Pyrrus in consuet. Aurelianen. titulo de
feu. c. primo & D. Vldaric. Zasius in repe. l. secundæ.
in verbo, non perinde. ff. de origine iuris.

D Hodie ex cõsuetudine regni Franciæ omnia feu-
di possunt diuidi præter regnum, vt attestatur Fabia.
de giochis in repetitio. authenticæ, nouissima. col. fi. C.
de inof. test. q. fi. Io. Raynaud. in cõprehensorio feuda.
in præludiis ad c. imperialem. in quinta diuisione. &
D. Boer. in consue. Bituri. in §. ij. de consuetu. feu. & ibi
in additio. & in §. ij. de test. & in tracta. de custo. claui.
fo. xv. col. iiij. sed consuetudo est in d. regno quod li-
cet diuidatur feudum, primogenitus inter nobiles ha
bet præcipuum manerium (vt verbo doctorum vtar)
siue habitationẽ cũ galli vel caponis volatu. istius con
suetudinis meminit Benedic. vbi supra. Guido papæ
in decisio. Delphina. q. cccclxxvj. Ioan. sanxõ in con-
sue. Turo. in tit. (des successions des fiefz.) arti. xij. &
late D. Ioan. le cirier, in tracta. suo solenni de iure pri-
mogenituræ. libr. ij. quæstione quarta. vbi late refert
consuetudines. vide ibi & lib. j. q. xj. conclu. secunda
& se. & an consuetudo diuidendi feuda valeat, vide-
tur tex. in d. §. præterea. qui consuetudinem reprobat:
ergo non videtur valere: sed contrarium credo. & ita
tenet Oldra. consil. ccxxxvij. perlectis. in fin. pen. col.
Bal. Alua. & alij in d. §. præterea. Cardina. & alij in ca.
licet deuote. & non obstat ille. §. reprobans consuetu-
dinem. nã debet intelligi si non fuerit inducta & serua
ta sciente superiore: sed in hoc regno patiente superio-
re & sciẽte fuit inducta & seruata: ergo sequitur quod
valebit. hoc tenet Ioan. and. in additio ad Specu. in tit.
de feu. in versi. non omittam. & Alber. brunus consil.
lxvj. ex themate quod &c. late D. Ioã. le cirier, in suo
tracta. de iure primogenituræ. quæstione. xj. primi li-
bri in iij. conclusio. & hæc consuetudo est in Italia, te-
ste Alexan. consi. xviij. visis. in ij. volumine. Decius
consi. ccclxxxix. Soci. cons. lxviij. in primo volu. &
consi. clxv. visis. co. ij. in vij. volu. Cur. consi. lxvij. sa-
pienter. num. xxxj. & consil. lxix. D. Ioannes.

E Decimatertia diuisio feudorum est: quia aliud est
feudum purum siue simplex, aliud verò conditiona-
tum seu non rectum. Purum siue rectum dicitur, quod
non habet seruitia determinata. §. pe. & vlt. quid sit in-
uestitura. sequitur Petrus Iaco. in sua practica ti. de cau
sis ex quibus domi. debeat amittere proprieta. in septi
ma diuisione. Hosti in summa huius tituli. §. qualiter
feudum distinguatur. Aliis etiam modis dicitur rectũ,
vt habetur in titulo de consuetu. recti feudi per doct.
& Cur. in suo trac. feudo. in prima parte. quæstio. vij.
col. vj. Imol. in c. fi. col. antepenul. de feu.

F Non rectum siue cõditionatũ est, qñ in cõcessione
est certum seruitium determinatum, puta de associan-
do vxorem domini, vel de filia maritanda, aut de ser-
uiendo domino in mensa, vel aliud simile. §. fi. de capi-
ta. qui curiam vendid. c. primo. de notis feu. & ibi no.
& hoc casu ad alia non assignata nec expressa seruitia
nõ tenetur vasallus. l. prima. §. si conueniat. ff. deposi. l.
legẽ. C. de pac. Ioan. Raynau. vbi supra in §. firmiter.
columna. xxij. Iacob. vbi supra in secunda diuisione.
Rerum vero potest dici quando de domini volun-
tate & licentia adipiscitur possessionẽ præsente curia
vasallus: nã perinde est ac si inuestitura esset facta. &
est hoc feudũ trãsmissibile. c. vno de consuetudi. recti
feu. secus si data esset licẽtia sine curia nã tũc non rectũ
diceret. c. j. qb. mod. feu. cõstit. possunt. vel dicit rectũ,
id est, perpetuũ. Alua. in xij. diuisione. Bal. & Ias. in ij.

G Decimaquarta diuisio est: feudorum aliud est frã-
cum, aliud non francũ. Francũ est quãdo vasallus à ser
uitiis est immunis & nullũ seruitium debet: tamẽ non
est francum à maleficiis consistentibus in tacendo frau
dẽ, vt quia non denunciauit insidias domino, quas cõ-
tra eum scit parari: siue in faciendo, vt si cõmittat felo-
niam contra dñm, priuatur feudo. c. vno quib. mo. feu.
amit. Feli. late in ca. cæterum. colũ. iij. numero. vj. de iu-
dic. alioqui esset quædam donatio, & non in feudum
concessio, vt declarat Imol. in c. ad nostram. co. pe. de
rebus eccle. non alienan. imo tale feudũ cõtineret repu-
gnantiam, videlicet quod sit feudum & prorsus liberũ
ab omni fidelitate, quæ in iure non est admittẽda. l. vbi.
ff. de reg. iur. l. Titiæ. ff. de conditio. & demonstra. c. so-
licitudinem. de appella. Alua. in secunda diuisio. Bald.
in octaua. Berberi. in d. viato. in tit. de feudis. in secun-
da quæst. Benedic. in repe. c. Raynutius. in ver. & vxo
rem. numero cccxliiij. cum seq. de test. Fel. late in cap.
quæ in ecclesiarum. numero lxxij. de constitutio.
Decius consil. cxcij. & pro tenui. numero iiij. Cur-
tius

tius in prima parte in q.viij. columna nona. Alexander consilio iij.col.pen.in primo volu.& tres effectus huius feudi licet videre per Ias.in octaua diuisione. Et ideo si in inuestitura hoc modo dicatur, Titius concessit tale castrum in feudum liberum & francum: hæc concessio importat feudum omni libertate liberum exceptis duobus supradictis, & etiam importat omni seruitio francum, vt not. Ioannes Andreas in addit.ad Specu.in titu.de præscript. & Iaco. in d.suo tractat.de feud.in verbo in feudum.in octaua diuisione. Baldus in l.si plures.C.de conditio.insert.c.vno. de capit. qui curiam ven. illa tamen concessio non importat quod faciat rem allodialem, quæ tunc dicitur quando à nemine tenetur nec recognoscitur, nisi à solo Deo, & sic dicitur francum, quia sui iuris & nulli subiacens seruituti. & nullum onus potest imponi sine consensu possessoris.c.primo de allod. & ibi doctor. Guido papæ singu.cccxxx. & Benedictus.numero ccxciij.cum sequent. de test. & in istis bonis allodialibus non habet rex vel alius dominus nisi protectionem, vt tenet Benedictus: vt s. & in hoc regno pauca sunt quæ non sint feudalia vel emphyteuticaria secundum eum, numero cccccl xv.cum sequen.vide Corne.cõsilio xvj.aperta. col.penul.in primo volumine. & an domini temporales habeant de iure communi intentionem fundatam. quod non, excepto rege.D.Boer. in §.pe. de consuetu. feudi.in lib.consuetud.Bitur.& Ioan.sanxon.ti.j.articulo tertio in consue.Turo.eos vide si libet.

[f] Vllo modo. & alias vllo mortuo: sed vllo modo credo literam veriorem.

[g] Patris & aui. bene dixit patris & aui: quoniam hoc obseruatur in feudo ab antecessoribus quæsito: non si per quæsiuisset: quia tunc frater fratri non succedit: vt supra dictum est. & infra, proxi. dicetur: nisi ex pacto: vt ibi dicitur.

[h] In consobrinis. hoc olim vsq; ad septimum gradum: sed hodie in infinitum: & intellige hic proprie accipi consobrinos. alioqui de superfluo diceretur: vt insti. de gradi. cog. §. iiij.

[i] Si duo fratres inuestiti. istud expositum est supra, de suc. feu. §. filia vero. & j. qui feu. da. pos. §. cum vero Corradus. sed est sciendum, ꝙ induxit arg. à simili. similia studiosus inquirat.

[k] Succedunt. vt supra, qui feud. da. pos. §. hoc autem notandum. & supra, de suc. feud. §. filia vero. & infra, de gradi. suc. in feud. c. j.

[l] AN MARITVS SVCCEDAT &c.

Alias

Alius est ti. quo ordine succedant filij in beneficium matris: quo non vtimur in nostro apparatu.

[a] SI fœmina. Succedit. quamuis in aliis bonis iure Lombar. succedat: vt in Lombar. de succes. l. fin. simile j. de inuesti. quã Titius accepit à Sempronio cap. j.

Aequitas iuris præfertur rigori.

[b] Aequitatẽ. hic rigori iuris pfertur æquitas: vt & alibi & in sum. vt in lib. Py. ij. quaterno. j. char. rubri. semper enim æquitas pfertur rigori: vt C. si res ali. l. cũ res ali. & C. de iu. l. placuit & ff. ad senatusc. Velle. l. si creditor. §. j.

† Not. ꝙ feudum in dotem dari non potest. Facit Spe. in ti. de loca. §. nunc aliena. versic. ccxcij. & in cap. j. §. donare. qua. olim feud. po. alien. per Frid. Bal. & Imo. in l. vsusfru. sol. matri. Ale. in c. ij. de feud. & in capi. placuit. iiij. qõ. de loca.

[c] Hoc dicimus. ꝙ dictum est. s. de natu. feu. in prin. s. ꝙ si ne causa deuestiri non possit. Accur.

[d] Valuasoribus. quidam habent hic in tex. statim post valuasoribus glossatum seu interlineatũ. i. de his qui beneficium tenent à minoribus valuasorib[9]. post sequit, sic vt seruetur &c.

[e] Seruetur. sicut continetur in seq. c. proxi. licet illud hodie corrigatur: vt ibi no.

[f] DE FEV. dis datis &c.

Alias non erat titu. neque cap. sed §. si minores. Acc.

[g] SI minores. istud totũ est correctũ vt s. de na. fe. in fin.

† à minoribus valuasoribus legendum censet Eguinarius baro.

[h] QVIBVS modis &c.

Alias est tit. de amißione feu. quo non vtimur.

[i] SI capitanei. Dimiserint. istud expositum est s. in princi. Illius titul. quibus modis feu. amit.

[k] Scienter. nunquid ista duo sunt necessaria, id est, ꝙ manifeste, & quod ad eius damnũ hoc faciat? respon. vtique: quia pœnæ potius sunt moliendæ quam exasperandæ. ff. de pœ. l. pe. si ergo credẽtiam domini manifestauerit alias, non damnificandi animò, licet dominus damnificetur: tamen non priuabitur feudo. similer dic de liberto, qui conspirationem fecit cum inimicis domini sui, si non contra dominum conspirauerit, non reuocabitur in seruitutem: vt ff. de offi. præfect. vrba. l. j. §. cum patronus. licet videatur argumen. econtra in decretis. iij. quæstione v. accusatoribus.

Pœnę legum sunt molliendæ.

Maritus vxori non succedit in feudo etiam fœmineo, nisi specialiter sit inuestitus. filiæ etiam non succedunt matri in eodem feudo de rigore: nisi specialiter sit dictum, vel fuerint inuestitæ: sed de æquitate bene succedunt. Hoc obtinet in capitaneis & maioribus valuasoribus. Baldus.

SI fœmina † habẽs beneficiũ & maritum, moriatur: nullo modo succedit [a] in beneficiũ maritus, nisi specialiter inuestitus fuerit. & si ipsa fœmina filios dimiserit: dicunt quidam, filios nõ debere succedere in beneficiũ matris: nisi specialiter sit dictũ, vel inuestiti fuerint: quia secũdũ vsum regni, ad beneficiũ vocant̃ paternũ, & nõ maternum. Sed secũdũ æquitatẽ [b] dicamus filios debere succedere. Hoc dicimus [c] de capitaneis, & de maioribus valuasoribus [d], & de minoribus: de minimis autẽ & de iis, qui beneficiũ tenent † à maioribus valuasoribus, sic seruetur [e], sicut inferius dicemus.

TITVLVS XVI.

DE FEVDIS DATIS MINIMIS VALUASORIBUS [f], QUID IURIS SIT.

Minores valuasoribus minimis feudum auferre possunt quandocunque, pretio tamen restituto, si quòd acceperint. Baldus.

SI minores [g] valuasores beneficiũ tollere voluerint minimis valuasoribus: licet eis facere: excepto si beneficiũ vẽdiderint eis. Si verò pretiũ de beneficio acceperint: tũc aut pretiũ reddãt, aut beneficium dimittant.

TITVLVS XVII.

QVIBVS MODIS feudum amittatur [h].

SI capitanei, vel maiores valuasores, q hodie vocantur capitanei (licet impropriè dicãtur minores) seniores in bello dimiserint [i]: vel si credentiã ad eorũ dãnum scienter [k] manifestauerint: si valuasores seniorũ vxores adulterauerint [l]: si scienter seniores assalierint: vel similes culpas cõmiserint: beneficio carere debent.

TITVLVS XVIII.

APVD QVEM vel quos controuersia feudi definiatur.

SI cõtentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram imperatore [m] definire debet. Si verò fuerit contẽtio inter minores valuasores, & maiores de beneficio, in iudicio parium definiatur, vel per iudicem curtis. Si ali-

[l] Adulterauerint. illud intelligo, quãdo scienter vasallus cognouerit ipsam. quid enim si in lectum suum sua vxore absente vasallus dominã sui inuenerit: & sic putans vxorem suam esse, eam cognouerit: nunquid propter hoc feudo priuabitur? certe non. vere enim ipse adulterium non cõmittit. vt in decr. xxxiiij. q. ij. c. in lectum. idẽ intelligo si concubina se exercuerit: vt s. quib. mod. mo. feu. amit. §. iis si fidelis. idem dicitur de eo, qui sacratissimas virgines solicitauerit. C. de episcop. & cle. l. si quis non dicam. in authẽ. de sanc. pisco. §. penultima col. ix.

APVD quem, vel quos &c.

Alias non est hic aliquis titulus.

[m] SI contentio. Coram imperatore. Istud hodie corrigitur: quia hodie inter maiores & minores nulla est discretio: vt supra, de natu. feud. in fine. sic ergo pares curtis cognoscere poterunt etiam inter capitaneos: & maxime hodie per cõstitutionem Friderichi, imperialem. §. præterea si interim. Vel dicas quia hic loquitur quando controuersia erat inter capitaneos de feudo, quòd quilibet eorum dicebat se tenere ab imperatore & ab eò se esse inuestitũ. vnde non est mirum, si imperator tanꝗ dominus debet

bet agnoscere inter eos: sed quod dicitur in prædicta constitutione Friderichi, imperialē. §. præterea. s. qđ si controuersia est de feudo inter duos vasallos, quod domini est cognitio.

Si aliquis super hoc ca. quædā exemplaria habēt titu. talem qualiter alienationes militū euacuari debeant. quo non vtimur.

Siue totū. istud intelligo, quādo licite alienauit: & ponitur hic: vel correctiue: quoniam nō totum poterat alienari: alioqui ex sola alienatione non inspecta morte hæredis ad dominum reuertitur: vt s. de feu. alie. in prin. expositum est. Vel si vis intelligere, quādo alienauit cōtra prohibitionem intelligas, quod ita de facto euenerat, & erat solummodo dubitatio vtrū à bonę fidęi emptore posset reuocari mala fide traditum & no. hic idē quod supra quib. modis feud. ami. §. rursus.

Sine hærede. i. sine filio masculo: vt supra de alie. feud. circa fi.

Reuocari debet. Hic notandum est verbum, necessitatis pro possibilitate poni & pro consilio: sicut & alibi: vt ff. de pigno. l. creditor. & C. ad leg. Fla. de plag. l. si fratrem. sicut econtra verbum consilij, sæpissime ponitur p necessitate: vt C. de rescin. vē vend. l. nō idcirco. & ff de admini. tut. l. tutores. § ij.

Consti. j, verbū quandoq; pro necessitate ponitur.

[illegible]

quis [a] de capitaneis, vel de maioribus vuluasoribus, vel de minoribus suū beneficium siue totum [b] siue partem alienauerit: & ipse vel hæres eius sine hærede [c] decesserit: quia beneficium senioribus aperitur, totum quod fecit, reuocari debet [d].

TITVLVS XIX.

CONSTITVTIONes feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit obseruandas.

Præcipit imperator constitutionem editam super beneficijs militum & successione & culpa, cū consilio virorum prudentium ab omnibus obseruari. Bald.

SI quis ex militum ordine decesserit, qui de feudo inuestitus fuerit: vt constitutum habemus, obseruetur de beneficio, & successione, & culpis. Si vnus inculpatus fuerit vna, de his nominatis culpis: vt habemus insertum, obseruetur per constitutionē domini Lotharij [e] Imperatoris, quæ est constituta tempore Eugenij papę ante ianuam beatissimi Petri apostoli in ciuitate Romana per laudamentum sapientium Papiæ atq; Mediolani Mantuæ, Veronæ, † quæ Brenus (aliàs Hybernus) vocatur & Parmæ, Lucæ, & Pysæ, & Syponti, & marchionum atq; ducum, vel capitaneorum atque valuasorum maiorum.

Decedente milite vasallo succedit sibi filius & nepos ex eo, & frater quinimo & patruus, si feudum sit auitum. Bal.

Imperator Lotharius [f] Eugenio papæ, & vniuerso populo.

SI quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, & nepotē reliquerit [g]: in beneficium aui in patris vicem succedit. Et si hæredem & fratrem reliquerit in beneficium patris ipse succedit. Et si filius fratris mortuus fuerit: frater patris in beneficium aui defuncti succedat.

TITVLVS XX.

DE BENEFICIO fratris, & qualiter frater in beneficium fratris succedat [h].

Frater fratri defuncto sine filio non succedit in fundo nouo.

Si quis ex Lotharij. hanc constitutionem nō memini me legisse, nisi fuerit illa quæ sic incipit, Imperialis beneuo: ētię &c. Py. ego aūt puto qđ ista quæ seqr̄, sit illa quæ sic incipit. Si qs miles mortuus fuerit. & debet hr̄e superscriptionē talē, Imperator Lothar. Euge. papæ & vniuerso populo, & in qbusdā cōsuetudinibus ita habet supraścriptū: & intelligo, qđ teneat hæc cōstitutio vsq; ad illud. c. si qs sine filio masculo. nam in prædictis capitu. omnibus, quæ sunt. vsque ad dictum. c. si quis &c. loquūtur de beneficijs militum et de successione, & de culpis, si quis ea capitula recte inspexerit: & hæc est de qua dicitur hic obseruetur de beneficio & successione, & de culpis &c. ad hoc faciunt plura capitula, quæ sic incipiunt, sancimus &c. quod verbum notat esse. l. Imperatoris. illa enim constitutio imperialis beneuolentiæ nō loquitur nisi de vna culpa, scilicet de alienatione feudi: per quod videtur quod hic non loquitur de illa cōstitutione: nisi forte diceres, quod illa constitutio in fine, & istæ quæ sunt hic, sint vel debeāt esse tantum vna cōstitutio.

Imperator Lotharius. quidā non habent hanc superscriptionem. nec aliquam: puto tamē, quod satis possit admitti talis suprascriptio: qa credo hanc fore illā constitutionem de qua feci mentionem supra proxi. & credo, quod duret hæc cōstitutio vsque ad illud. c. si quis. sine filio masculo. licet distincta per plura capitula.

† Egnina. baro legit quę brennona vocatur.

SI qs miles. Reliqrit i succes- cessione militis notabis, quod licet inferiores non relinquant, tamē fratres ex trāsuerso admittuntur, etiam domino præponuntur, licet in feudo aliorū fratrum fratres nō succedant, nisi fuerit specialiter dictū vt supra, proxi. & supra de feud. mar. c. si duo. Vel quod est verius, idem in filiorum successione: quia in feudo antiquo loquitur. & hoc est quod dicit in beneficio patris ipse succedit. & cætera.

Quid ergo erit, si duo fratres inter se bona fratris diuidant, & vni soli feudum eueniat, quod erat antiquum nunquid sine hęrede mortuo fratre ad quē deuenit, defertur fratri vel domino? Respōd. aut refutauit, aut non. si refutauit, vel ad hoc refutauit, vt dominus eum de nouo inuestiret: & recte ad ipsum dominum reuertitur alioqui fratri: vt infra, de nat. suc. feu. capitu. j. & de eo qui fin. fe. agn. de feu. pa. c. tres erant agnati. & infra, si de feu. cō. fue. ca. Titius cum Sempronio.

[illegible]

Alias non est titulus

Si quis

SI quis acquisierit. Emptum. sic ergo feudum emitur & acquiritur pretio: vt hic, & s. de na. fe. cõtra. est euidẽter infra, de feu. dato in vicem le. commi. vbi dicitur quod nõ sub prętextu pecunię, sed amore domini feudum acquiritur? Respõ. istud intelligo. quã do à vasallo emitur domino sciente: illud vero locum habet, quãdo à domino emit: quod fieri prohibetur. Sed opponitur infra, titu. quemadmo. feu. ad fil. perti. c. si quis sine filio. ex eo verbo, nisi à domino redemerit: per qđ innuitur, qđ à domino emi valeat. Sol. illud intelligẽdum est, quando redemit sine pretio. alias bene seruiendo domino & optime se habẽdo erga dominum. & ponitur ibi redemit extra propriam significationem. similia studiosus inquirat hic autem notabis istud generale. Licitum est sine pretio, quod cum pretio non liceret: vt arg. ff. de infa. l. furti. & ar. C. de prædiis cur. l. fin. & C. mãda. l. si. & de fun. patr. l. j. ar. contra est alias. s. quia non est licitũ gratis qđ pretio non liceret: vt ff. de rit. nupt. l. palam. ar. cõtra ad hoc. ff. de re. iur. l. cui ius est donãdi. licet alias dicatur, quod licitũ est pretio, quod gratis nõ liceret: vt ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. sed si. & C. de contra. iu. l. vna. & ff. de contrahen. empt. l. j. & C. de admi. tu. l. nõ omni. & ff. de procurat. l. procurator cui. ff. de pactis. l. cõtra. §. vlt. ff. de don. l. filius. & C. si maior factus. l. si. & ista generaliter sunt in li. Py. quod autem hic dicitur si insimul steterint, intelligo maxime. quia idem intelligo, & si nõ insimul, dum tamen de cõmuni pecunia & domino sciente fuerit emptum, & ita multum interest, cuius pecunia feu. emat. vnde hic poteris repetere, qđ notauimus. s. qui feu. à poss. c. cũ verò cordatus.

Fallit regula, si tempore inuestiturae per pactum aliud conuenit. Item si de cõmunibus bonis est emptum. Item si frater est inuestitus vtriusque nomine domino sciente. Item si frater acquisiuit in hostem regis. Bal.

SI quis acquisierit beneficium, & sine filio masculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit: frater non succedat fratri, sed dominus habeat: nisi per inuestituram à domino ordinatum fuerit, vt frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine hærede masculo: vel succedat frater fratri morienti sine filio: vel nisi beneficium de cõmunibus bonis fuerit emptum [a]: vel vtriusque nomine domino sciente [b], si insimul steterint: vel in hostem regis acquisierint.

TITVLVS XXI.

DE FEVDO SINE culpa non amittendo [c].

SAncimus, vt nemo miles [d] sine cognita culpa beneficiũ suum amittat: si ex culpis iis vel caussis conuictus non fuerit, quas milites vsi sunt nominare, quando fidelitatem faciunt dominis suis per laudamentum parium suorum: vel si dominis suis deseruire noluerint: tunc condictio causa data proponitur ad repetendum feudũ, ex quo non seruit domino. Nam si steterit viginti annis & vltra, quòd nõ seruierit domino: nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit †.

[b] Domino sciente. hoc aũt dictũ est, ne alias inuitus dominus aliũ, quam quẽ velit, acqrat vas. vt j. de fratribus de no. bene. inuestit. c. si duo fratres: & in cõi cã hic colligitur, quod ex certa scientia sine cõtradictione præsumitur dominus cõsentire. sicut & alias: vt ff. de euict. l. qdã. & C. de nup. l. si vt pponis. & ff. de re. iur. l. qui tacet. & in summa vt in lib. disp. Py. secũdo quaterno. ij. chart. ru. ex scientia sine contradictione eiusq; contrario: licet contraria sit sequẽs rubricella per id quod legitur. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. non videtur. ff. de proc. l. filius. §. inuitus cũ concor. ibi seq. qđ autem dicitur in si. vel in hostem regis dicitur per. l. quæ est in Lõb. de suc. si fratres post mortem &c.

[c] DE FEV. do sine culpa &c.

Quidam non habent hic aliquẽ titulum: sed nos hoc vtimus.

[d] SAncimus vt nemo miles. quod diximus de milite, idem in aliis hodie: vt s. de nat. feu. in si. simile legitur. C. qui ac cu. non pos. l. ij. & ff. quod metus causa. l. non est verisimile. & merito idẽ in illis aliis vasal quia eadẽ est hinc inde ratio & æquitas, vnde idem ius constituendum est: vt ff. ad l. Aquil. l. illud. & ff. de legi. & senatusconsul. l. no possunt. & C. de li. præte. vel. exhęred. l. j. Accur.

Vasallus feudo priuatur alienando, cum vxore domini concũbendo, & in pugna cùm posset eũ iuuare, dimittendo. Bal.

SI quis [e] miles beneficium suum vendiderit totum sine voluntate vel iussu [f] domini sui: vt proprium beneficium amittat decernimus: dominus verò habeat: vel si concubuerit [g] cum vxore domini sui domino viuẽte: vel si in pugna suum dominum dimiserit †, & cum eo [h] non laborauerit, si potuerit.

TITVLVS XXII.

QVO TEMPORE miles inuestituram petere debeat [i].

Si miles intra annum & mensem post mortem domini non petat inuestituram ab eius hærede vel post mortem patris à domino: perdit feudum. fallit in casibus hic insertis. Bartolus.

SAncimus, vt nemo miles [i]

[e] SI quis. huius c. quidã habẽt tit. fuerit de suc. quo non vti mur.

[f] Iussu. hic iussus pro consensu ponitur. i. sine consensu & voluntate domini. & notãdũ est in aliis idem. quod in milite, vt in consti. Fride. imperialem. & idẽ de parte qđ hic dr̃ de toto. s. vt partem tantũ alienatã amittat: vt j. de va. qui contra constitu. Lotha. bene. alie. c. j.

[g] Concubuerit istud ca. expositum est. s. quib. mod. feud. amit. in prin. §. ij.

[h] Et cum eo. No. verbum istud: & soluit quæstioni quam fecimus. s. qui. mod. feu. amit. in prin.

[i] QVO TEMPORE MILES &c.

Quidam non habent hic aliquem titu.

SAncimus vt nemo miles. in qbusdã cõstitutiõi bus non est sancimus: sed ita cõtinuatur cum superiori

vltra annum a & mensem b vadat, vt inuestituram beneficij sui à filio, vel successore domini sui petat, post mortem domini sui, vel patris sui, vel alterius, cui succedere debet: nisi iusta causa interuenerit, quare non petierit, veluti mortis c, vel capitales inimicitiæ, vel infantia d, vel iusta absentia e: & si (vt suprà dictum est) non petierit, damnetur f.

SI quis fecerit inuestituram vel cambium g de beneficio sui militis, sine illius consensu, cuius est beneficium, pro non facto h habeatur.

Miles non potest deuestiri à domino sine culpa & causa cognita, & conuicta per laudamenta parium. Bart.

SAncimus, vt nemo miles adimatur de possessione sui beneficij, nisi conuicta culpa, quæ sit laudanda per iudicium parium suorum, sicut suprà diximus. Si autem dixerit miles, quòd sui pares iniquè iudicassent: miles in possessione maneat i per sex k hebdomadas: & ad nostram veniat præsentiam cum illis, qui laudamentum atque iudicium fecerint: & ante nos definiemus.

periori ca. & cũ eo nõ laborauerit, si potuerit: sed vltra annũ & mensem vadat vt inuestiturã &c. & ita secũdũ hoc nõ debet esse hic ĩceptio. c. nec ti. ꝙ est falsũ.

a Vltra annũ. hoc demũ tẽpus post scientiã currit: dum tamen crassa & supina ignorantia non sit excusata: puta si ignorauerit, quod omnes de ciuitate sciãt ff. de iur. & fact. igno. l. j. & l. nec. & l. regula. & de ff. de calũ. l. annus. & no. de tali tempore expressius in C. de re milita. l. j.

b Et mensem. sic ergo videtur, quod per annum & mẽsem possit miles differre petitionẽ inuestituræ: quod in aliis non obseruatur: imo & anno & die elapso excludũtur alij: dũ tamẽ sint puberes: vt in consti. Fride. imperialẽ. §. præterea. & hoc erit casuale in milite: sicut & alia casualia notãtur circa militem, quæ hic enumerare esset superfluũ. Vel forte corrigitur istud per consti. Fride. & idem erit in milite, ꝙ in aliis. velut ergo contumax feudo priuatur vasallus post spatium tanti temporis, sic & alibi punitur cõtumax: vt C. quorum ap. non re. l. j. et de iud. l. properãdum. §. cum autem. Sed pone, ꝙ post annum & mensem secundum vsum consuetum dominus vas. recepit: nunquid huic talem quasi ingratitudinem videtur remittere? Et certe videtur ꝙ sic. ff. de leg. cõmis. l. post diem. & de eo quod certo loco. l. si.

c Veluti moris. Nunquid si moriatur, antequam petat, cum superessent tantum duo vel tres dies de anno & mense vel die, dabitur hæredi suo tantum tempus duntaxat, quantum defuncto supererat: aut dabitur iterum mensis & annus? Resp. ne tu lector piger efficiaris, quæres diligenter quæ notantur in. C. de tempo. in integ. resti. l. antepe. quæ incipit, ea quæ. & omnia poteris inuenire: licet videatur ꝙ illud tantum, ꝙ supererat defuncto dari debeat: vt. C. de iud. l. properandum. §. sin autem. & ff. de iud. l. si iudex.

d Infantia. si habes in litera infantia, tunc cessabunt contra. vel anfractus: vt patet in const. Frid. j. si de feu. contro. fue. c. si. minor. si habes infamia: tunc quæritur de cuius infamia sit intelligẽdum: nũquid de infamia vas. an de infamia do. si dicatur de infamia vas. tunc videtur absurdum, quod propter istam infamiã debeat istud habere priuilegium: cũ potius debeat ei nocere delictum suum quam prodesse. nimirũ dolus proprius non debet aliquem releuare, neque propria temeritas alicui lucratiua cõcedi. ff pro soc. l. verum. §. tempus. & de dolo. l. j & l. Neratius. &. C de epis. & cleri. l. omnes. in fin. ne igitur ex delicto suo fructum consequatur, de vasalli infamia nõ loquitur, de domini autem infamia sic: puta quia dominus excõmunicatus est: & ideo cum domino vasallus non habet loquelã, in quo casu etiam à sacramento fidelitatis est absolutus: vt in decret. causa. xv. q. vj. alius. &. c. fina. & j. tit. hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. cap. j. vltra intelligas infamia, id est, mala fama

Tempus ... post scien[tiam] currit. Excom- municati vasallus à [sacramento] fidelitatis sacramen[to] est ab- solutus.

habita de domini morte, pone dominum vltra mare mortuum: nec sit fama de eius morte post annum & mensem. certe istud vasallo non valet imputari. vnde apparet, qđ hoc tempus ei à tempore scientiæ cedat, & secundum hoc erit ei vtile & non continuum hoc tempus. sed nunqđ hodie per legem Friderichi corrigitur? Respon. ibi determinabitur.

e Absentia. puta cum causa reipublicæ sit absens. nunquid ergo absenti causa reipublicæ non currit tempus, maxime si potuit per procuratorem adire dominum, & non fecit? & vtique currit ei: nec puto ei succurrendum hoc casu. ff. de mi. l. papinia. exuli. sed vbi non potuit per procuratorem, secus est: vt ibi nota. Vel forte vbi iusta de causa absens est: nec per procuratorem adire tenetur: quia non intelligitur absens, qui legitimum procuratorem relinquit, vt in pluribus studiosus indagator poterit inuenire.

f Damnetur. distinguitur tamen, si fuerit contumax vel non: vt si contumax fuerit inuentus, quia noluit seruire: merito amittat feudum. Sed si dominus recepit eius seruitium post annum: videtur renunciasse iuri suo: & hoc propter multas leges: vt arg ff. de recep. l. Celsus. & C. de vsu. l. quamuis. & C. de pac. inter em. & ven. l. commissoriæ. & de iure do. impe. l. ij. & ff. de va. & ex. l. pen.

g SI quis fecerit. Cambium. licet non possit alienare, nunquid locare? Item nunquid in feudum dare? Item nunquid pignori obligare? Hæc in cõstit. Frideri. notabuntur annuente domino: & hoc intelligas verum esse nisi totam curiã alienauerit: vt ff. de fun. do. l. j. in Lombar. de be. l. si. & infra, de leg. cor. §. j. ex eadem lege.

h Pro non facto. hoc intelligo dum supererit vasallus: veruntamen eo decedente cogitur dominus adimplere promissum. & tunc demum incipit inuestitura effectum habere: quod intelligo tantum de eo milite, qui successionem feudi non habet. alioqui pro non facta habetur inuestitura: vt infra, si de feudo. cõ fue. moribus. & de feud. da. in vicem leg. commissoriæ. si quis inuestierit. sed ibi aliud notabitur: vt in Lombar dia de bene. l. fina.

i SAncimus. Maneat. & merito: quia debent in suo statu omnia permanere post app. C. de ap. l. iiij. ꝙ intelligo, nisi fuerit res mobilis: & persona possidens suspecta sit, ne satisdet: vel etiam si res à possidente postularetur. ar. C. quo. ap. non reci. l. ab executore. & ff. de ap. l. imperator. §. si. & qui satis cog. l. si fideiussor. §. fina. quod autem dicitur in fine. c. scilicet, ante nos definiemus: sic intelligitur scilicet, si ambo sint vasalli principis curiæ. alioqui ille ad quem, appellauerint, causam appellationis sine debito terminabit: & alias tex. est, definietur.

k Per sex. Sed nunquid continuum, vel vtile est hoc

temp

tempus: intelligo φ vtile sit istud, quale est illud, quod indulgetur appellanti. Et no. φ derrahitur huic. l. per consuetudinem: quia generaliter appellanti indulgetur annus: vt in authent. de his qui ingre. ad ap. col. v. Vel etiã, dic φ hic nõ negatur illud: sed dicitur φ intra sex hebdomadas se debet repræsentare: imo hoc spatiũ habet añquã iter arripiat. & hoc intelligendũ est de maioribus valuasoribus, vt in Lõbar. de bene. l. si.

DE CONTENTIONE &c.

[a] SI quis miles. Alias inueni talem glo. loco isto, vacat istud ca. propter inferius ca. si inter dominũ.

[b] In possessione. φ in isto cap. continetur. s. possessorẽ debere iurare, non est indistincte sic intelligendum: sed sicut distinguitur. j. de consue. re. feu. c. sacramentum non semper. & notabitur j. si. de inue. inter do. & vas. lis ori. c. j. quod autem in si. dicitur nõ est relinquendum. s. qa non est bonum vt veritas denegetur: simile in C. de ap. l. eos qui. §. j.

QVEMADMODVM feudum &c.

[c] SI quis sine filio. Beneficiũ patris. intelligo nisi pactum interuenerit: vt & filiæ succedant: vt s. de suc. feu. §. filia vero non succedit.

QVIBVS modis feudum &c.

[d] SCiendum est. Hoc iure. alias hoc iure, & alias hac in re nullo, &c.

[e] Succedente. in hoc ca. videtur absurdum. s. φ hæres excludatur quando dominus possessionem in vasallum transtulit. igitur inuestituram fecisse videtur, quia proprie inuestitura possessio appellatur: arg. j. eo. quid sit inuestitura c. ij. nam vnusquisque sibi & suis hæredibus prospexisse videtur: vt supra, de duob. fra. à cap. inuest. c. duo fratres. & verum est, si hæredis mentio habita nõ est: vt ff. de probatio. l. si pactum. & aperte contradicitur j. de consue. re. feu. c. sciendum. Py. tamen de hoc dicit: vt in summa nota.

TITVLVS XXIII.

DE CONTENTIONE inter dominum & vasallum de inuestitura feudi.

Si inter militem vasallum & dominum contentio sit de inuestitura: dominio deficiente in probatione vasallo poßidenti defertur iusiurandum. domino autem poßidente, militi vasallo incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, domino dabitur iusiurandum. Bal.

SI quis miles [a] in possessione [b] sui beneficij fuerit, & dominus inuestiturã negauerit miles affirmet per iusiurãdum, si potuerit, φ suum sit beneficiũ per inuestituram domini sui. & si dominus possederit, & miles sic dixerit, φ inuestitus fuerit à domino suo: & dominus negauerit, adhibeantur pares illius, & per ipsos inueniatur veritas. & si pares non fuerint, veritas inueniatur per dominum: quia non est bonum, vt veritas denegetur.

TITVLVS XXIIII.

QVEMADMODVM feudum ad filiam pertineat.

Vasallo defuncto sine liberis, filia non succedit in beneficio patris: fallit hoc in duobus casibus. Baldus.

SI quis sine filio masculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam, filia non habeat beneficium patris [c]: nisi à domino redemerit. Si autem dominus ei dare voluerit propter seruitium & amorem patris, non reuocetur ab vllo ex parẽtibus suis, neque damnetur.

TITVLVS XXV.

QVIBVS MODIS feudum constitui potest.

Feudum sine inuestitura constitui non potest. Bar.

SCiẽdum est feudũ sine inuestitura nullo modo cõstitui posse, etiam si domino iubente quis alicuius rei nomine feudi possessionem nanciscatur, & teneat: licet tamẽ possessionem taliter adeptam, dum vixerit, quasi feudi nomine retinere: hærede eius in hoc iure [d] nullo modo ei succedente [e].

Si dominus qui inuestiuit, forte sit clericus [f], & contigerit, vt ante moriatur, quàm vasallus possessionem feudi nãcisceretur, exinanitur feudũ: qđ generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, obseruatur.

TITVLVS XXVI.

SI DE INVESTITURA inter dominum & vasallum lis oriatur [g].

SI inter dñm [h] & vasallũ lis oriatᷣ de inuestitura feudi, dño scilicet inuestiturã [i] se fecisse negante: si testibus res ꝓbari nõ poterit, possessoris sacramento res decidatur. Idem

[f] Forte sit clericus, istud satis expositum est s. titul. qui suc. teneantur. & in alio ti. hic potest esse tit. qui suc. teneantur, & j. dicetur.

SI DE INVESTITURA &c.

Alias tit. qualiter iudicium feudi sit examinandum, quo non vtimur.

[g] SI inter dominum. Orta contentione inter do. & vas. deficiente probatione possessoris sacramento causa diffiniet. sed si testes interfuerint, debet fieri per testes probatio: qui si veritatẽ dicere recusant, debent comite, vel à populo, vel ab imperatore ad quem accedere debet vasallus cum iussu domini: sed interim quiete possidet vsque ad annum. & si interim non fuerit per se, vel per alium, domini sacramento causa decidetur. in clericorũ autem inuestitura omnes testes pariter admittuntur. h. d. Bal.

[i] Inuestituram. Sed de qua inuestitura intelligitur φ hic dicitur: quæro vtrum de noua, an de veteri? Resp. de veteri: quoniam de noua non audiuntur testes, nisi sint de paribus: imo debet per breue testatũ probari, in quo etiam casu secundum quosdam nõ valet inuestitura: quia de solennitate deest in con. re. feudi. vt j. qui test. sunt ne. ad proban. no. inuest. c. j. vel etiam potest intelligi illud quando præsentes sunt pares tempore inuestitu

ftituræ.nam ſi tunc abeſſent:tunc etiam extranei poſſunt recipi ſecundum quod hic videtur dici in verbo illo,quid ſi tẽpore inueſtitionis abſuerint &c. quod falſum eſt:quoniam ſi abſunt, expectandi ſunt: vt j.de conſue.re.feu.c.ſciendum.ꝙ autem hic dicitur,intelligo quando dominus pares non habet.vt colligitur in prędicto.c.ſciendũ. vnde quod hic dicitur,quid ſi tempore inueſtituræ abfuerint, intelligas, i.ſi tẽpore inueſtitionis pares dominus habuerit. nam ſi pares nõ habuerit,etiam extranei &c.& quod ibi ſequitur, veritatem celare voluerint:eſt notabile verbum, nimirũ qui veritatem dicere nõ vult nocere deſiderat: vt in decret. ca. xj. q.vult.c.quiſquis.

Veritatem celans nocere deſiderat.

a Qualibet ex cauſa à comite. ſed iſtud notãdum eſt, ꝙ gradatim facienda eſt poſtulatio.ſ. de minore iudice ad maiorem iudicẽ.

b Ad imperatorem.nam primo inuocatᷣ curia:poſtea comes: deinde populus:poſtea imperator.ſic etiam procepit à populo . in authẽ.de appel.col. iiij.§.vlti.licet videatur cõtra. ff. de conſtit.princ.l.j.& inſtit.de iu.nat. gẽ. & ciuil.§.ſed & qđ principi. nam ibi innuitur ꝙ maior ſit populus imperatore,eũ ab eo poſſit degradari. licet in contrarium Barbarius Philippus dicat,ſcilicet plus poſſe imperatorem vt ff.de offi. præto. l.Barbarius Philippus.Accur.

& in eorum ſucceſſoribus obſeruatur. Si verò teſtes interfuerint,& eos vaſallus ad teſtimonium vocauerit : eorum teſtimonio cum ſacramento credatur. Teſtes verò ſint pares eius & qui ab eodem domino feudum teneant. qui ſi tempore inueſtitionis abfuerint, etiam extranei ſunt recipiendi: qui etiam ſi veritatem celare voluerint, fortè amore,vel pretio, vel alia qualibet ex cauſa, à comite [a] vel à populo iurare compellantur,quòd ex ea cauſa falſitatem non dicant, nec vera ſcientes tacebunt. His enim non cogentibus eos vaſallus cum ipſo domino ad imperatorem [b] ire feſtinet,eiq́ꝫ cauſam intimet : & quod imperator inter eos iudicauerit, obſeruetur [c].

Si autem ſe venturum, vel nuncium miſſurum vaſſallus promittat : ex quo promiſerit, vſque ad annum [d] quietè poſsideat. Si verò ad regem non venerit, vel non miſerit intra annum [e] :domini ſacramento cauſa finiatur. Et ſi teſtes ſacramento [f] iam dicto præſtito ſe non interfuiſſe dixerint: domini ſacramento quæſtio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum [g] perſonis locum habent, præterquam quòd de perſonis teſtium dictum eſt. In clericorum feudo pariter accipiuntur pares & extranei : hoc ideo, quia cùm clerici quoſdam de feudo inueſtiunt,ſæpe abſconsè & ſine præſentia ſuorum confratrum hoc facere ſtudent.

Orta contentione inter dominum & vaſallum,ſi vaſallus dicit ſe,vel patrem ſuum inueſtitũ, debet probare per teſtes ſaltem duos,ſuam intentionem & eo in probatione deficiente,defertur ſacramentum domino poßidẽti,qui iurabit cum duodecim ſacramentalibus:& eo nolente iurare defertur actori,qui iurabit etiam cum duodecim ſacramentalibus.vtroque autem nolente iurare dominus poſſeſſor abſoluitur:vaſallo autem poßidente ſi poßidet per annum ſciente domino & non contradicente,ſolus debet iurare ſine alijs:aliàs autem non.Bal.

Si quis [h] ſe vel patrem ſuum ab aliquo defuncto, vel patre eius de feudis inueſtitum eſſe contenderit: niſi per duos pares [i] de domo ipſius domini probauerit, quod intendit, vel etiam cum pares abſunt, per alios [k] idoneos duos teſtes [l] :tunc in electione domini eſt, vtrũ

c Obſeruetur.& merito:qa quod principi placuit, legis habet vigorem:vt inſtit.de iur.na.§.ſed & quod principi.& ff.de conſti.prin.l.j.& inuenitur errorem principis ius facere:vt ff.de ali.& ci.le.l.iij.in fi.ſed & quod comes vtpote loco præſidis ſtatuit ex neceſsitate ſeruandum eſt,vt C.vbi pu.edu.de.l.j.

d Vſque ad annum,& eſt illud mirabile,quod annus vaſ.indulgetur ad præſentandum ſe : cum tantum vj. hebdomadæ concedantur ſuperioribus appellationibus:vt ſ.quo tẽ.mi.inue.pe.de.ca.iij.§.ſi autẽ dixerit. & in Lombar.de be.l.vlt.Sed iſtud cur contingat, is inquirat quem labor mundi exagitat:cũ maxime ſpatium nouem menſium ſeptentrionalibus hominibus ad ſe repræſentandum iudici legumlatoribus videtur ſufficiens:vt in authẽ.vt om.ob.iud.§.ſi igitur. col. v.

e Intra annum.& ſic per totum annum quiete debet poſsidere vaſallus,licet intra annũ ſe debeat repręſentare.& eſt no.hic quod poſſeſſori probatio incumbit: ſed intelligo,ꝙ aliud pro domino faciebat:vt j. dicitur : quod ſi teſtes ſe nõ interfuiſſe dixerint quod ſacramento domini cauſa finitur. & intelligo ꝙ hoc ſacramentum ad cautelã domino detur, cum is probatione deficiat,qui probare tenetur:ſicut no. in C.de reb.cre. & iureiur.l.in bonæ. & hoc cõſonat ei, quod legitur.j. de conſue.re.feu.c.ſacramentum.

f Sacramento. ſi habes non,tunc ſimiliter debes habere in litera domini ſacramento : alioqui non.

g In clericorum. Hic colligitᷣ,ꝙ ex perſonarum qualitate,& differentia licitum deprehenditur,ꝙ alias non liceret:vt not.ſ. de na.fe.circa prin. ꝙ autẽ dicitur hic de clericis. ſcilicet ꝙ feud.dare poſſunt: cognati tamen excipiuntur, quibus dare prohibentur: vt C. de ſacroſan. eccle.l.iubemus authen.quibuſcunq́ꝫ. licet potius hodie agnatis,quam extraneis huiuſmodi beneficia à clericis concedantur: nec ſibi poſſunt acquirere dum adminiſtrant:vt ff.de contrahen.emp. l. non licet.& de offi. procon.l.ſolent.§.vlti. Item in iſto. §. notare licet,& notabitur in inferiori proxi.§.quod inopia probationum emergente licitũ deprehenditur,quod alias eſſet illicitum:vt not. ſ. de contẽ.inter do.& vaſ.de inueſti.feu.circa prin.

Licitum facit ex illicito perſonarum qualitas et differẽtia.

h Si quis.quidam in hoc ca.habent gl.talem. vacat hoc ca.propter inferius,ſi duo.

i Pares.hic nota.duos teſtes ſufficere ad inueſtiturã probandam,& merito:quia vbi numerus teſtium nõ exigitur,duo ſufficiunt.pluralis enim locutio duorũ numero contenta eſt:vt ff.de teſti.l. vbi. vnde dominus in euang.In ore duorum vel trium teſtiũ ſtat omne verbum,& extra de teſt. relatum.

k Per alios.ecce quod plene notauimus vel inopia probationum emergente.

l Duos teſtes.idoneos cum pares abſunt:vt ſ.eo.c.j.

& de hoc dic, vt ibi notauimus. ꝙ autẽ de domo. i. de curia intelligo, ne forte domesticis testibus fides improbetur: vt C. de test. l. parẽtes. & l. aduersus. & l. etiã. quandoq; tamen & domestici admittuntur: vt C. de re pu. l. consensu. §. fi. & hoc est ꝙ dicit, nisi per duos pares. Accursius.

tuum tuum intuleris: alium postea te inferente prohibere non potero: vt ff. de mor. infe. l. si proprius. §. fi. nam & si hoc dominus horreorum propositũ habeo aurum & argentum, & margaritas meo nomine & periculo non recipere, & me sciente has res in horreis in duxeris: videor à proposito recessisse: vt ff. loca. & condu. l. cũ in plures. §. locator. sed & licet in instrumento nõ cõtineatur possessionem fuisse traditam: si tamen domino sciente tu emptor possedisti diutius, eam tradidisse intelligitur. C. de acqui. pos. l. j. & ij. nam si dñs sciat seruum suum militare vel aliquã dignitatẽ habere, & ipsum non reuocet: videtur consentire, & ingenuus efficitur. C. qui mil. nõ pos. l. penul. & vlt. item si non contradixerit seruum ordinari clericum, cõscie bat: vt in authen. de san. episco. §. si seruus. coll. ix. hic ergo scientia siue patientia sine contradictione pro cõsensu accipitur: sic intelligo sicut e positum est s. q. mod. feud. amit. §. præterea.

velit iurare [a] cum duodecim sacramentalibus, illũ, qui feudum quærit, per se vel patrem eius, si de hoc quæratur, de ipso feudo inuestitum non fuisse.

Quòd si iurare noluerit: actor iuret cũ duodecim sacramentalibus se vel patrẽ suum inuestitũ fuisse. Quòd si iurare [b] noluerit, qui conuenitur, est absoluendus [c]. Secundum enim morem Mediolanẽsium hæc sacramenta præstanda [d] sunt tam à filiis actoris vel rei, quã ab ipsis principalibus personis.

Si autem aliquis in possessione feudi sit, de quo dominus dicit eum inuestitum non fuisse: tunc sine probatione vlla testiũ debet solus [e] iurare se, vel patrem suum fuisse inuestitum. Hæc autem sunt ita tenenda, si per vnum annum sciente [f] domino & non contradicente in possessione feudi permansit: alioqui iusta ignorantia vel parui temporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quandoq; domino in possessione damnum afferat.

TITVLVS XXVII.

DE FEVDO DATO IN VICẼ LEGIS COMMISSORIÆ REPROBANDO.

Feudum non potest constitui sub pacto legis commissoriæ: quia non prætextu pecuniæ, sed amore domini dandum est. Bart.

SI quis obligauerit aliquam rem pignori eo pacto [g], vt si statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris, & eam pro feudo habeat: potest debitor

[a] Iurare. ecce ꝙ prope not. inopia probationũ emergente &c.

[b] Quod si iurare. Quid ergo si nec iurat, nec se velle iurare recusat? Rñ. intelligo, quod iudex debet statuere tempus intra quod iuret, si vult dominus: quo transacto in vasallum trãsfertur electio: licet antequã iuret, etiã die transactio possit adhuc iurare dominus: vt arg. ff. de leg. j. l. cum res. & C. cõmu. de leg. l. si duobus. §. sed si quis. & ff. de op. lega. l. mancipiorum.

Iusiurandum quasi probatio dicitur.

[c] Absoluendus. nimirum actore nõ probante: vel quasi probante absoluitur reus et si nihil præstiterit, obtinere debet: vt C. de eden. l. qui accusare. quasi probante ideo dixi: quia iusiurandum loco probationis cedit. imo quasi probatio dicitur. C. de re. cre. l. actori. & ff. de iureiu. l. non erit. §. dato. & si. §. fi. & l. tutor.

[d] Præstanda tam à filiis. & merito: quoniam persona patris & filij vna esse intelligitur. C. de impub. & ali. sub. l. vult. & insti. de inuti. stip. §. ei qui tuo. & vnũ est sacramentum testatoris & hæredis: vt in authen. de de iureiu. à mo. præst. in prin. licet alibi dicatur quod multum discrepet iusiuran. hæreditarium à principali sacramẽto. C. de re. cre. & iureiu. l. generaliter. in prin.

[e] Debet solus. intelligo secũdum distinctionem quæ fit. j. de consue. re. feu. ca. sacramentum.

[f] Sciente. hic sumitur, ꝙ patientia sine cõtradictione habetur pro expresso, * consensu. simile est quod dicitur de cohæredibus, qui præsentes passi sunt vnum cohæredem totam hæreditatem vendere, & pretium acceperunt. nã & ipsi videntur suas partes vendidisse: vt ff. de euict. l. quidam. idem quoq; dicitur de liberto qui passus est dominum rem vendere cũ pro ipsa parte pretium soluisset. ff. man. l. si vero. §. inde Papinianus. nam pater videtur approbasse matrimonium filij sui, cum ipsum contrahentem nõ prohibuit sciens: vt C. de nup. l. si vt proponis. idem dicas de contractu filij: vt ff. ad ma. l. si filius. sed vt magister nauis videtur illum naui præposuisse, quem ministerio fungi voluit. nec contradicit: vt ff. de exerci. l. j. §. magister. idẽ quoq; de eo dicitur, qui misit stillicidiũ suum in alterius ædibus sciente eo, & non cõtradicente: cum emerat ad hoc: vt ff. si serui. vendi. l. si à te. sed & si passus fuero te in meo sepulchro ædificare, & me sciẽte mor-

* Vide tu in hũc locũ qđ tradit Bar. in l. qui dot. ff. sol. mat. in le. quo enim. rem rat. hab. et adde quæ no. in ca. nõne. per canonist. de proba. & Dy. in Regu. Iu. qui tacet. lib. vj.

DE FEVDO &c.

[g] SI quis. Pacto. hoc. §. dicitur expresse, ꝙ non potest feudũ acquiri secundum pactũ. l. commissoriæ occasione pignoris. & est ratio: q'a in pignoribus omnibus reprobata est lex cõ. C. de pa. pi. & de le. cõ. l. j. & ij. Sed quid erit de tali pacto: puta vendo tibi domũ pro centũ aureis: & nisi solueris integrũ pretiũ, retinebo postea in feudum. & soluis medietatẽ plus minusve: quid iuris erit? nunquid licitum est pactũ? Rñd. videtur ꝙ hoc pactũ sit licitũ: quia in traditionibus rerum suarum quodcũq; pactum apponatur, valere debet. ff. de pact. l. in traditionibus. nam & si non expediat domino talem vas. habere, tamen potest pactum valere. ff. de serui. l. ei fundo. maxime cum istud pactũ nullam contineat turpitudinem, idcirco videtur valere. Sed contra est, quod sequitur statim scilicet, feudã enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquiritur: vt no. s. potest ergo distingui, vtrũ voluerit dominus totam domum pro feudo teneri: an pro ea tantum parte pro qua pretiũ non est solutum: vt in primo casu non valeat: secundo teneat pro parte illa: licet hodie sub prætextu pecuniæ multa feuda acquirantur. Sed quid erit si debitor cum suo fideiussore pactum fecerit, quod nisi soluerit creditori suo & nisi eum liberauerit vsque ad certum tempus: & si fideiussor soluerit pro eo postea, quod habeat ipsum pignus pro feudo: nunquid valet pactũ? Et videtur * quod sic. ff. de contrahen. emptio. l. si. licet prima ratio videatur refragari.

Quando

quandocunque [a] pecuniã soluendo, pacto non obstante [b] pignus recuperare. Feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est.

SI quis ĩuestierit aliquẽ de feudo sui militis: viri Placentini prorsus asserunt hanc inuestituram non aliter valere, nisi eo consentiente [c], cuius erat feudum. Mediolanẽses, & Cremonenses nihil distare asseuerant, vtrũ eo sciente vel ignorante: dummodo eo viuente nullum detrimẽtum de feudo suo sibi contingat. Hoc autem dicendum est de eo milite qui feudi successores [d] nõ habet.

TITVLVS XXVIII.

DE VSV MEDIOlanensium secundum quosdam.

Filio militis dicenti patrem inuestitum de pignore, & xxx.an.nomine feudi possedisse, defertur iusiurandũ, vt iuret cum duodecim sacramentalibus forma hic tradita: sed eo nolente iurare defertur filio domini, qui si iurare recuset, cogitur filium militis inuestire. h. d. Iac. de Bel.

QVidam obligauerat [e] terrã quandã suo militi; deinde cùm filius sui domini longum post tempus [f] pecuniam offerendo pignus liberare valuisset, filius militis contendebat patrem suum à domino suo defuncto de prædicto pignore inuestitionem feudi accepisse: vnde viri prudentes Mediolanenses interrogauerunt, in electione filij militis esse cum duodecim sacramẽtalibus iurare patrem suum [g], vel se à domino suo per inuestituram prædictã terrã tenuisse †: ita, vt per triginta annos [h] cõtestatio pignoris à patre domini aduersus ipsum, vel patrem suum facta nõ fuisset. Si autem ipse iurare noluerit, filius defuncti domini necesse habet iurare cum duodecim sacramentalibus defunctũ militem inde per feudum inuestitũ nõ fuisse. Quòd si ita iurare recuset: inuestire ipsum filium militis domini filius de iam dicta terra per feudũ debet.

Finitur liber primus.

[a] Quandocunque. illud quandocunque, sic intelligo. i. nisi creditor alio iure velit se tueri: puta præscriptionem xxx. an. allegando: quod quidem facere potest secundũ quosdam: maxime post interuersam possessionem; vt no. in C. de pi. act. l. nec creditores vel etiam si ius dominij impetrauit, & post bienniũ soluere voluerit debitor: tunc non cogitur solutionẽ recipere creditor: vt C. de iur. do. im. l. vl. in med. l. sed si receperat pecuniam, pignus restituere cogitur: vt C. de iu. do. ĩp. l. ij.

[b] Non obstante. hoc verum est, si cõuentio inter dominum & vasal. est: alioqui si inter extraneos, valet pactum: vt in Lombar. de deb. & guar. l. si qs fideiussorem.

[c] SI quis. Consentiẽte intelligo istud secundum P. cum de fatura * successione tractatur: quia contra bonos mores tale pactum factũ improbatur, & ideo est inualidum: vt C. de pact. l. fi. & C. de inu. sti. l. ex eo. vnde non ob. mulieri, q̃ nullũ regressum ad bona paterna se habituram pacta fuit. C. de col. l. iij. vel etiã si de futura successione nõ tractatur. sed si ignarus forte vasallus de alieno feudo inuestituram accepit, vel etiã sciẽs & nominatim de euictione cautionem habuerit vel acceperit: cur nõ valeat, nõ ideo; nimirum quoniam vẽdere rẽ alienam posse nulla est dubitatio. ff. de contrahen. ẽmp. l. rem alienam. Vel intelligitur quo ad præiudicium vasalli, sicut Mediola. faciunt: vt no. etiam. j. si de feu. defun. contro. fu. c. moribus. & j. de inue. rei al. c. cum de re. alie. hæc ita dicta sunt secundum P. sed secundũ Med. non. nam quod ipsi dicunt, dummodo de feudo viuente illo nullum detrimentum patiatur: istud consonat legibus. s. no. & est ar. ff. de ser. ru. præ. l. per quẽ. & ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. licet videatur arg. contra. ff. de aqua quo. & æsti. l. Lucio.

[d] Successores. Sed cur in eo qui habet successores. idem iuris non est: cum nullum præiudicium ipsi hæredibusve suis fieri debeat? Respon. hic studiosus respon. Non omnium quæ à maioribus tradita sunt, ratio reddi potest. ff. de legibus & consti. lege, non omnium.

* Sed huic Bald. non adstipulatur.

[e] QVidam obligauerat. super hoc ca. pauci tit. habent qui autem habent, talem consueuerunt habere, de vsu Mediola. quo non vtimur.

[f] Longũ tẽpus. hic habet, quod. s. pxi. not. est. c. si qs obligauerit. s. q̃a ius offerendi non tollitur longo tempore: vt C. de pig. act. l. nec creditores.

[g] Suum. post ista verba secundũ quędam exemplaria in tex. habentur hæc adiecta à dño suo post inuestiturã prędictã defuncto postea cõtinuantur sub seq. s. per inuestiturã prędictam & cætera quæ sequũtur.

[h] Per triginta annos. Hic no. pręscr. xxx. ann. in feudo locum habere. vnde si aliqs p xxx. ann. feudum possedit, & seruitium domino exhibuerit: quãuis de ea re nũquã inuestitus fuerit, tamen præscriptionẽ acquisiuit. ita quod se tueri poterit: vt. j. si de feud. con. fue. c. si quis p xxx. ann. Quid ergo si à possessione ceciderit iste q præscriptione se tueri potest, nũquid vendicare poterit? Rñ. vtique adhibita distinctione, quæ fit in C. de præscript. xxx. vel xl. anno. l. si quis emptionis &c. sed quod dicitur. j. eodem, videtur mirum quod filius iurare debet post inuestituram patrem suum mortuũ fuisse, & se per feudum quoq; rem tenuisse: ita vt per xxx. ann. contestatio pignoris facta non sit, sed domino defertur de incerto, scilicet defunctum militem per feudum inuestitum non fuisse. Sed cur non sufficit ipsum probare contestationem pignoris factam: vbi tantum aliter præscriptione feudi se tuetur. Respon. hoc non negatur hic: sed hic filius volebat se tueri dicens patrem suum inuestitum. Vnde puto quod si tantum præscriptionem feudi alleget filius defuncti: quod filius domini non aliud teneatur probare, nisi patrem suum pignorasse, & contestationem factam fuisse ante spatium triginta annorum. est enim legitima interpositio, si per executorem consecuta sit conuentio: vt C de præscriptione triginta annorum. lege, sicut. argumentum ad hoc. C. de pigno. act. l. neque.

† Eguina. baro legit, aut quod per triginta &c.

Incipit Liber secundus.

TITVLVS I.

DE FEVDI COGNITIONE [a].

Causæ generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut consuetudine: sed causæ feudales decidūtur consuetudine, quæ vincit legem in hac parte: licet contrarium dici soleat: consuetudine autem deficiente decidi possunt etiam lege scripta. Bald.

OBertus de Orto, Anselmo filio suo dilecto salutem. Causarū, quarum cognitio frequenter nobis committitur, alię dirimuntur iure Romano, aliæ verò legibus Longobardorum, aliæ autem secundum regni consuetudinem: quæ quanquam sint variæ, & quanquam secundum diuersorum locorum, aut curiarum mores sint diuersæ, nec breuiter posint dici, nec hoc libello facilè comprehendi: vsum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout posibile est, exponere tibi necessarium duxi. In iudicio etenim quod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vilis authoritas: sed non adeò vim suam extēdunt [b], vt vsum vincant, aut mores. Strenuus autem legisperitus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehēsus [c], absque calumnia vti poterit lege scripta. Sciendum est autem feudum siue beneficium, non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus [d], aut in iis, quæ inter immobilia [e] connumerantur (veluti cum de camera, aut de cauena [f] feudum datur) posse consistere: ac feudū neminem posse acquirere, nisi inuestitura [g], aut successione [h].

TITVLVS II.

QVID SIT INVESTITVRA [i].

Inuestitura alia propria, vt possessio: alia abusiua, vt quādo hasta, vel aliud corporeū porrigitur vasallo à domino pro inuestitura. Bartolus.

INuestitura quidem propriè dicitur possessio: abusiuè autem modo dicitur inuestitura, quando hasta, vel aliud corporeū qdlibet porrigitur à dño feudi se inuestiturā facere dicente: quæ, si quidē ab illo fiat, qui alios habet vasallos [a]: saltē corā duo-

---

a DE FEVDI COGNI. &c. Quidam non habent de feudi cognitione.

b OBertus de Orto. Vim suam extendunt. ac si aperte dicat consuetudo in feudis vincit leges: licet cōtra dicatur. C. q̄ sit lon. consue. l. cōsuetudinis. sed hoc ītelligo de æqua, nō de iniqua consuetudine, ibi nimirū mala inuēta: & malæ cōsuetudines nō confirmātur etiā longo tempore: vt in authen. vt nul. iudi. §. nulli vero. coll. ix. & in decre. di. viij. c. mala consuetudo. & c. consuetudo.

Consuetudo in feudis leges vincit.

c Comprehensus. ac. si aperte dicat, argumētis non est credendum: nisi in cōsuetudinib. feudi licet ī legibus regiatur contra. ff. de re mil. l. non oēs. §. à barbaris. Sed nunquid de similibus ad similia est procedendum? & vtique vt opinor, vt in legibus. ff. de leg. & constitu. l. non pos sunt. Quid est ergo quod dictum est in feudo, q argumentis non est credendum? Respon. intelligas: quando simile non apparet: & lex quid fieri debeat, indicat. nam tunc sequēda est. l. & ar. superflua non conceduntur: ergo hic primo consideratur consuetudo: secundo similia, vel lex. Nam lex consuetudini non potest obuiare. quod est intelligeudū: vt s̄. simile legitur in decretis. nam nec decretis possunt obuiare leges: vt in decre. x. dist.

Decretis leges obuiare non possunt.

d Cohęrentibus. velut in rebus immobilib⁹: & quod sequitur, aut solo. cohærentibus, vtputa in fructibus qui pendent in fundo, qui vtpote fundi pars, ipsi fundo cohærere dicuntur: nam fructus pendentes fundi pars esse videntur: vt ff. de rei ven. l. fructus.

e Immobilia. vt sunt panes ciuiles: vt C. de iure do. l. fi. §. præterea. Sed nūquid debitorum nomina inter immobilia computantur? Respond. hoc ab antiquo quęsitū est, & alibi satis disputatū, et ideo omnittimus.

Debitorum nomina inter immobilia numerantur.

f De cauena. melius dixisset iudicio meo veluti sed &c. vt sic intelligatur, & non sit expositiuū illius verbi, aut in his quæ inter immobilia cōputantur: & sic feudum cameræ aut cauenæ computabimus in rebus immobilibus, vel etiam solo cohærentibus: vt ff. vnde vi. l. j. §. iij. Accursius.

g Nisi inuestitura. intelligo aut eo, quod habetur pro inuestitura: vt puta cum iusserit dominus aliquem ire in possessionem licet enim possessionem nō tradiderit, pro eodem tamen habetur: vt j. de cōsue. re. feud. c. sciendum. licet illud feudum ad hęredes nō transeat, vt s̄. quib. mod. feu. po. cōstit. c. sciendum. & ideo simile est huic, qđ dicitᷣ actore nō probante, reus, & si nil præstiterit, obtinebit: vt glossatur. C. de eden. l. qui accusare. nam licet hic deficiat inuestitura sufficit tamen quasi inuestitura sicut & ibi: licet deficiat probatio: sufficit tamē quasi probatio, q intelligitur iusiurandum delatū & præstitutum. succedit enim loco probationis iusiurandū, & quasi probatio appellatur. ff. de ... retur. l. non erit. ... lato. & l. sed & si. §. si. & l. tutor. Accur.

h Aut successione. istud potest habere locum in cohęredibus, sed non in filio, cum patri succedat: nimirum q etiam viuente patre dominus intelligitur: vt inst. de hære. qua. & dif. §. sui. & alibi dicitur qđ pene ad propria bona venire intelligitur: vt ff. de su. edi. l. j. §. largius. vnde nihil ei deest præter administrationem: vt. ff. de lib. & posth. l. in suis. Ex his ergo colligitur, quod filij non acquirunt patri succedendo, sed acquisitum capiunt. Accursius.

i QVID SIT INVESTITVRA.

Quidam non habent hic titu. & malè.

a INuestitura. Vasallos. circa hūc articulū talis est faciēda distinctio: aut agitur de noua inuestitura, aut de veteri: aut dñs habet partes, aut non. Item aut va. potest probare per breue testatum: aut nō: alias

bus ex illis solenniter fieri debet. alioqui licet alij intersint testes: inuestitura minimè valeat. Si enim domino adhuc in possessione constituta, an facta sit inuestitura, quæratur: non debet probare, nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum à tribus vel à duobus paribus cõfirmatum. Nam si instrumentũ defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius qui interfuerint, offerat. qui si denegauerint, fortè corrupti odio, vel gratia, seu pretio, & dicant se non interfuisse, cum inuestitura facta fuerat, vel non reminisci: tunc domino cogente [a] iurent tactis sacrosanctis scripturis, ꝙ huius rei veritatẽ nesciant: & tũc actor, aut alios producat pares, aut iurisiurãdi dño detẽ electio: vt proinde iuret inuestiturã factã non esse: aut sacramentũ vasallo referat: & ille aut iuret aut acquiescat. Quòd si iurare pares aliqua ex causa recusauerint, nec dominus eos iurare compellat [b]: liceat vasallo etiam per extraneos probare inuestituram. Testibus verò deficientibus, iurisiurandi electio domino detur.

Vasallo poßidenti feudum cauenæ non opus est probatione: sed aut iuret, aut deferat. si de inuestitura inter se & dominum lis orta fuerit. Bal.

Si verò vasallus quidẽ possideat [c], vel si feudũ [d] cameræ aut cauenæ in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat: dominus autem feudum negans esse, rem suã petat: vel quod de camera. vel de cauena bis vel ter (sicut diximus) iam solutum est, deinceps sol-

alias possidet dominus alias non. Item aut est dominus clericus, aut laicus. alias compellit pares, aut non vult compellere. Item alias habet vasal. feudũ alias nihil habet si quidem agitur de noua inuestitura, & dñs habet pares: & est in possessione feudi: tũc debet probare vas. inuestituram per pares, vel etiã per breue testatum: & ab ipsis paribus confirmatũ: vt j. §. proxi. sed secundum Mediola. etiam si ab alio est confirmatum, sufficiens est: vt j. qui testes sint necessa. ad probã. nouam inuesti. ca. siue clericus. & c. sed sciendum est. & hoc vbi dñs compellit pares iurare si aũt pares aliqua ex causa noluerint iurare nec dñs compellit eos: tunc licebit etiam per extraneos inuestituram probare: vt j. proxi. §. & si extranei noluerint iurare: tunc à comite vel à populo debent cõpelli iurare. ꝙ si noluerint eos cõpellere: tunc vasallus cum misso dñi ad imperatorem ibit: & ꝙ imperator iudicauerit, seruabitur: vt s. de inuestit. inter do. & vas. lis ori. c. j. & hæc vera sunt cũ dominus habet pares. si autem dñs non habet pares: tunc sufficient etiã testes extranei ad probandã nouã inuestituram: vt j. eo. §. si vero. Nec dicat quis inuestituram valere cum sine paribus facta est, qñ pares aberent: quoniã si absint, expectãdi sunt: vt j. de consu. re. feu. c. sciendũ. hæc vera sunt, cũ vas. probare potest per testes. si verò probare nõ põt per testes, nec per publicũ instrumentũ siue per breue testatum: tunc dño dabitur sacramentũ, vt aut iuret, aut referat vas. vt j. §. proxi. & §. si verò inuestitura. qđ quidẽ verum est. s. ꝙ dñs debebit iurare si vas. aliunde nõ habet feudũ ab ipso dño alias enim de ęquitate remittitur dño iusiurãdum: vt s. de contro. inue. §. si verò feudũ. & hæc vera sunt cũ de noua inuestitura agitur: si autem agatur de veteri: tunc etiã extranei testes recipiũtur: vt j. de consue. recti. feu. c. sciendum. in si. Et hæc vera sunt in laico dño: in clerico autẽ dño indistincte admittũtur pares, vt extranei: vt s. si inuest. inter do. & vasal. lis oria. §. si autẽ se venturũ. qđ verum est, cũ de rebus ecclesiæ facit inuestituram: si autẽ de suis propriis, tunc idem dicendũ est, & obseruandum in clerico, ꝙ obseruatur in laico: vt j. qui test. sunt neces ad probã. no. inuest. ca. j. & hæc vera sunt, quãdo dominus est in possessione. Si autẽ vasallus est in possessione: tunc si stetit in possessione per annũ & domino sciẽte & nõ cõtradicente, sine aliqua probatione testiũ solus iurabit vasallus se vel patrẽ suum inuestitũ fuisse: ne alias iusta ignorantia, vel parui tẽporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quandoꝗ dño possessionis damnũ afferat: vt s. si de inuest. inter do. & vas. lis oria. c. si autem aliquis. quæ autem dicta sunt de sacramento prestando intelligenda sunt cũ determinatione eius, qđ legitur. j. de consuet. recti feudi. ca. sacramentum. & c. item si inter dominum. Accur.

[a] Dño cogente. huic videtur obuiare. C. de testa. l. nimis graue. & istud accipit propter iurisdictionẽ quã habet dñs. Est enim istorum iudex: & ideo ab eo compellendi sunt veritatẽ reuelare: vt in Lõbar. de offi. iudi. vt iudex. Quæ autem dicta sunt de probatione nouæ inuestituræ, intelligenda sunt de eo, qui aliud feudum non habebat: vt j. de contro. inuest. §. ij. Sed forte vbi habet breue testatum vasallus: hic facienda est subdiuisio. s. vtrũ possideat dñs an ipse vasallus: vt in primo casu non sit sufficiens corroboratio per extraneos: vt hic. In secundo sufficiant extranei: vt j. qui testes sunt ne. ad probã, nouam inuest. c. siue clericus.

[b] Cõpellat. hanc pœnam patitur dominus, si non compellat. s. quod extranei & qui alias repellerẽtur, admittãtur: qui extranei à populo vel comiti cõpellũtur: vt s. si inter do. & vas. lis oria. c. j. Sed q̃ro, si vasallus per alios testes nõ possit probare, nisi per pares, & dñs eos testimonium dicere renuẽtes non cõpellit; quid iuris sit? Respon. intelligo, ꝙ possit à comite vel à populo postulare vt cõpellantur. qui si cessauerint, imperatorem adire debet: & quod inde statuerit, obseruare: sicut de extraneis dictũ est s. prædi. ti. nam quod dicit, scilicet liceret per alios probare: fauore vasalli dicitur. vnde nõ debet ad eius læsionem retorqueri: ꝙ esset, si partium productio denegaretur per extraneos, cum extranei abfuerunt: nam & alibi fauore pupilli ne tutor possit hæreditatem delatam pupillo sine eius voluntate vel actu acquirere. C. de iur. delib. l. potuit. quod sic scilicet intelligendum est, vt in eius perniciẽ non reuertatur: quod fieret si adhuc fieri non posset: vel sensu careret: vt puta, quia est furiosus C. ad Trebel. l. penult. sic ergo ita est interpretatio faciẽda, vt in vasalli perniciem non reuertatur, quod in eius priuilegium fuerat cõcessum Similia studiosus inquirat. Sed dici põt quod proprietate priuetur dominus hoc ipso, sicut no. j. in quib. cau feud. amit. §. illud te non lateat. alias §. item qui domino suo

[c] Possideat. intelligo de ea re, q̃ vere possideri põt.

[d] Vel si feudũ. istud vel, ideo dixit: quia huiusmodi annuæ præstationes loco vsusfructus habẽtur: vt potè serui

tei seruitutes veræ non possunt possideri, sed quasi: vt ff. de vsufr. l. si quis ita. & de an. le. l. in singulos. & de vsuc l. sequitur. & de seruit. l. quoties. non ergo in talibus vera posse sio est, sed quasi. vnde nec vera traditio. ff. de actio emp. l. ratio. § si iter. & hoc est quod dicit du bus seu tribus acceptionibus quasi &c. huis simile est quod de fidei com. dicitur. C. de fideicom l. j. argu. ff. de vsu. l. cũ de in rem verso, licet cõtra videatur. C. de pact. l. si certis.

[a] Suum esse feudum. quod intelligendum est secundum distinctionẽ illius cap. j. de con. re. feu. l. ca. sacramẽtum.

[b] Adẽpta. hoc sic intellige. i. domino in probatione deficiente: & præstatur postea iusiurandum ad cautelam ab ipso vasallo, sicut & s. notatum est. nam si aliter intelligatur, absurdum videtur: vt s. quod vasallo in eodem casu conceceditur ꝓbare, denegetur domino: vt j. §. proxi. dicitur licet ei tenorẽ &c. vel si vis intelligere, ꝙ dominus non admittatur ad probationem: intelligas istud, quãdo violẽta præsumptio & talis, quæ non recipit probationem in contrarium, erat pro vasallo, & de hac præsumptione tractatur in prin. lib. dispu. hic ergo & in §. ie. no. sic semper aliquid fore concessum, vt consuetudo confirmet interpretandũ & præsumẽdum, sicut Imperator priuilegiũ alicui concedendo nõ intelligitur contra consuetum ordinem concessisse: vt C. de inofficio. testa l. si quando.

Violenta præsumptio an ꝓbationem recipiat.

uere renuat: tunc non est opus probatione: sed possidenti data electione, aut iuret suum esse feudum [a] rectum, aut domino referatur iusiurandum. Si autẽ inuestitura ab eo, qui vasallos non habebat, dicatur facta: tunc per quoslibet idoneos testes aut per publicum instrumentum probari potest: aut inopia probationis emergẽte, res dicidatur per iusiurandum.

Contentione orta inter dominum & vasallum de pactis appositis inter eos præter conditionẽ feudi vel naturam: vel quia dominus allegat pactum in su: fauorem: vel dicit feudum datum sub tali conditione, vt vasallus associet vxorem suam ad ecclesiam festiuis diebus: domino quidem incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, vasallo defertur iusiurandum. Bald.

Præterea si aliquis tenor præter communem feudi rationem in inuestitura à domino dicatur interuenisse: vel si dicatur feudum sub tali conditione dedisse, vt vasallus in festiuis diebus vadat cum vxore sua ad ecclesiam: omni facultate probandi domino adempta [b], habeat vasallus potestatem defendẽdi se per sacramentum.

Item si vasallus per pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, veluti de filiarum successione: liceat ei tenorem, si potest, sicut inuestituram probare. quòd si in probatione defecerit, vel cessauerit: concedatur domino hoc denegare iureiurando præstito.

TITVLVS III.

PER QVOS fiat inuestitura, & per quos recipiatur.

Vetus inuestitura fieri potest etiam à maiore vel à quocunq;: noua autem non potest fieri ab alio, quàm ab eo, qui habet legitimam bonorum administrationem. qui enim alienare prohibetur sua bona, nec in feudum dare potest. Baldus.

INuestitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de nouo [c], quæ de veteri fit, etiã à minore [d] potest fieri.

Siue autem à minore, siue à maiore fiat: non de omni possessione vasalli, sed de iusta [e] † tantùm facta intelligitur: nisi aliud nominatim dicatur.

Noui verò inuestitura feudi nõ ab alio rectè fit, nisi ab eo, qui legitimè suorum bonorum [f] administrationem habet.

Qui enim quilibet ratione aliquid de suis rebus [g] impeditur alienare, is nec per feudum po-

PER QVOS FIAT INVESTITVRA, & per quos recipiatur.

[c] INuestitura autem. De nouo. quæ sit noua inuestitura, tractatur j. qui test. sunt necessarij ad probandum no. inuest. ca. j.

[d] A minore. & merito, quoniam non alienat sed alienatum inu nit, & maiorũ suorũ factum confirmat. vnde dicitur, ꝙ si pignus incipit à maiore, & secundũ conuentionem creditor distraxerit illud, ꝙ minor restitui postulãs non auditur. vt C. si ad. vẽ. pi. l. j. & ij.

[e] Sed de iusta. simile reperitur in transactione facta. non enim rebus semper legitime possessis nõ furtiuis obstat pactum. ff. de pact. l. tres fratres. & C. de excep. l. aduersus. itẽ si debitori meo liberationem relinquo: quoniã tantum de his videor liberationẽ reliquisse quę iuste, id est, sine dolo vel fraude mihi tenebatur. vnde de rebus furtiuis ab hærede se tueri nõ poterit. ff. de li. le. l. non solum. §. si hæres nam econtra si hæres possessionẽ tradere iussus, vitiosam tradat possessionem, non videtur tradidisse: vt ff. de lega. iij. l. qui concubinã §. sed si hæres. & ff. de acquir. pos. l. non videtur. & de act. em. & ven. l. datio.

[f] Suorum bonorum. hic videtur ꝙ de bonis non alienat, qui veterem facit inuestituram: & merito: quia in bonis ius feu. cõputatur: vt ar ff de ver. sig. l. bonorum. nõ mirum si ager vectigalis in bonis conductoris est: quãto fortius feudum in bonis vasalli est, vt ibi.

[g] De suis rebus. Huic instat solicit si prohibitus sit hæres vendere feudum sibi legatum, vt sæpissime accidit. nunquid in feudum dare poterit aliqd de bonis suis, cum sit verum, aliquid de bonis suis alienare prohibitum? Rñ istud est dictũ tantũ de re prohibita. id ergo quod non potest vendere, nec poterit post ea alienare. s. in feudũ cõcedẽdo, quoniam alienationis verbo etiam pignoris obligatio: ꝙ minus esse videtur continetur. C. de reb. alie. non alie. l. si, sed adhuc instat prędictus: alienatione cõmuni omnis actus cõtinetur per quem dominiũ trãsfertur. C. de fun. do. l. j sed iste non transfert dñium, qui in feudum concedit. non de bet ergo alienationis ꝓhibitione in feudũ dare prohiberi, ꝙ alienare ꝓhibetur. Rñ falsum est, imo dñium alienat s. vtile retinet tamen directũ: vnde vtilis & nõ directa vẽdicatio datur: e j de inue. rei alie § rei autem &c. Item obiicitur: quia reperitur, ꝙ aliquis potest alienare rem sibi prohibitam alienari: dũ tamẽ per aliũ modum

terit inueſtituram facere.

Res, cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non poteſt. fallit in duobus caſibus hic poſitis. Baldus.

Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, niſi in caſibus: vt ecce, ſi quis ex agnatis tuis rem, quæ à communi parente per ſucceſsionem ad eum peruenerit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alij eam vendere: niſi tibi, vel alij ꝓximiori [a] pro æquali pretio accipere volenti: per feudum tamen cuilibet dari poteſt, niſi fiat in fraudem [b] noſtræ conſuetudinis, vel legis nouæ bonæ memoriæ Lotharij, vel Friderichi imperatoris. Tunc enim reſciſſa inueſtitura, reddito à te vel ab alio proximiori [c] videlicet ſecundum antiquam cõſuetudinem pretio, ſi quod dederitis, qui inueſtituram accepit, compellatur rem tibi reſtituere [d]. Perſonam verò inueſtituram accipientis non diſtinguimus [e]. nam etiam ſeruus inueſtiri poterit, niſi ignorantia [f] prætendatur. Sed vtrum ipſe vel alius pro te inueſtituram faciat, vel ſuſcipiat: nihil intereſſe putamus [g]. Poteſt enim hoc negotiũ & per procuratorem ab vtraque parte expediri. Fœminam [h] quoque etiam noui feudi inueſtituram facere poſſe plerique conſentiunt. Nulla autem inueſtitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recuſat [i]: cùm à fidelitate [k] feudum dicatur, vel à fide: niſi eo pacto acquiſitum ſit ei feudum, vt ſine iuramento fidelitatis habeatur.

modũ alienet: vt ecce res litigioſa prohibita eſt alienari: & quę iudicij mutandi cauſa transfertur, ſimiliter inhibetur ff. de alie. iu. mu cau. fa. l. ex hoc. §. alienare. & C. de liti. l. iij & auth. e. Rñd. illæ loquuntur in his, quibus alienatio generalis non eſt prohibita. hic aũt cõtra. nam appellatione generis quęlibet ſpecies cõtinet: vt in l. prædicta. de re. ali. nõ alie. ſed appellatiõe ſpeciei nõ continetur genus: niſi in vnico caſu, quod meminerim, vt ff. de ſtatulibe. l. ſtatuliberi à cæteris. & partis appellatione quãdoqꝫ totum cõtinetur: arg. ff. de leg. iij. l. vxoris. & C. de hær. inſti. l. ij. & ff. de hære. inſti. l. ſi quis ita.

Generis appellatione quælibet eius ſpecies cõtinetur.

[a] Proximiori. & vere: quia non intelligitur alienatio: vt ff. de leg. iij. l. pater. §. quindecim. hic ergo cõceditur agnatis quod aliis denegatur. nam & alibi ſimilia inuenire potes: vt ff. de pact. l. imperator. & de cõtrahen. empti. l. qui officij. & de mino. xxv. an. ſi emptionem. & de admi. tu. l. lex quæ. alibi autem conceditur extraneis, quod agnatis denegatur. vt C. vbi pu. e. de. l. ſi. hic ergo dicitur, quod agnati præferũtur, ſi tantum dare volunt quãtũ alij extranei? & ſi cõtrarium factum ſit ꝙ pretium emptori offerẽdo emptor rem vendicare põt: intelligo iſtud de emptore bonæ fidei: quia malæ fidei emptori nõ eſt pretiũ reſtituẽdũ: vt C. præſcri. xxx. ann. l. j. & C. de euict. l. ſi fundũ. licet ſit ar. cõtra. C. cõmu. de le. l. vl. ſed de hac materia recurras ad diſtinctionẽ Py. cum quęritur an malæ ſi. emptori ſit pretiũ reſtituendũ &c. Item intelligo hoc, quãdo cõtra cõſtitutiones fiebat alienatio, ꝙ ipſo iure nulla ſit: & quod dicit̃ reſciſſa, intelligas de facto, & non de iure: ſicut no. in C. de reſcin. ven. l. j. & quod dicitur ſecundũ antiquã conſuetudinẽ, nũquid hodie iſtud eſt immutatũ? & certè puto ꝙ nõ, cũ nõ inuenio correctũ: & ꝙ nõ eſt immutatũ, quare prohibetur. C. de teſt. l. ſancimus. cohæres ergo ſuo cohæredi rẽ vendere & locare poteſt ſecundũ hanc rationem: vt hic & j. de feu. pa. c. j. Sed nũquid illud obtinet ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo poſsideat cohæres? dic ꝙ ſic. arg. j. ſi de feu. fue. controuer. l. omnes. Item nunquid ſiue inueſtituram accepit & fidelitatem præſtiterit, ſiue non præſtiterit? Reſpon. hæc. j. plenius & vberius notabuntur. Accurſius.

[b] In fraudem. in fraudem conſuetudinis facere videtur forte, qui caſte natus eſt, vel ita ad eam ætatem peruenit vt filios habere non poſsit vel ſi ideo facit vt eũ priuet, qui in ea ſuccedere debet à ſua ſucceſsione: vt habes de eo qui alienat in fraudem creditorum.

[c] Proximiori. nam & alias volentibus emere prædia ſuorum maiorum ius fauorabile inuenitur: vt ff. de contrahen. emp. l. qui officij. & de mino. xxv. ann l. ſi in emptione. Accur.

[d] Reſtituere. hoc ita verũ eſt, vt reddat propriũ pretium vaſallo inueſtito, niſi ei ſuccedat in proprietate & in aliis etiã præter feudum: alioqui & ſine pretio recuperabit nulla obſtante præſcriptione: vt C. de bo. ma. l. ij. & iij. Accur.

[e] Diſtinguimus. hinc rõne perſonæ recipientis inueſtiturã nihil intereſt. nam & alibi no. ꝙ nihil intereſt à quo quid fiat: vt ſ. & j. hoc. e. lib.

[f] Ignorantia. nam ſi dominus puta liberum, qui poſtea ſeruus apparet, merito non valet inueſtituram: nimirũ incidente errore etiã matrimonium non tenet: vt in decret. cã. xxviij. & xxix. per totum. & in authen. de nup. §. ſi vero. col. iiij. ar. ff. ſo. mat. l. ſi cum. §. fin. pariter ergo ſerui & liberi poſſunt inueſtiri ſicut hæredes inſtitui: vt ff. de hære. inſtitu. l. non minus.

[g] Putamus. Hic no. ꝙ licitũ eſt per alium, quod per ſeipſum non licebat: vt & alias. C. de ſo. l. nihil. & ff. de ſolu. l. ſoluendo. & l. Stichum. §. vſuſfructus. & C. de epiſ. & cler. l. quiſquis. ad ſimili. & inſtit. de re. diui. §. nihil autem. & in ſum. vt in li. Py. iij. char. ru. imo licet & per alium &c. licet cõtra ſit ſuperiori titu. proxi.

[h] Fœminam. quoque ergo in datione non ſucceſsione ſimilis eſt fœmina maſculo: vt ſ. dictũ eſt, & adhuc infra notabitur.

[i] Recuſat. hoc videlicet, ſic intelligo ſi penitus domino fidelitatem ſe facturum negat, non ꝙ inueſtitura non debeat fidelitatem præcedere: vt infra, prope. nec enim eſt ei fides præſtanda. qui vult contra fidem verſari: vt alibi notaui ſolicitus. C. de pact. lege, cum proponas.

[k] A fidelitate. Not. hic arg. ad nois interpretationẽ: ſic als inſti. de tu. in pri. & ff. de ver. ſig. l. bonorũ. & l. malũ. §. pe. Sed quæro, in quẽ modũ ſit inueſtitura facienda vel petẽda, & fidelitas præſtãda, & qñ. Et vtique dñm honorifice adire debet val. & præſentibus curiæ paribus vel aliis ſecundũ diſtinctionẽ. quã fecimus ſ. qd ſit inueſt. nõ ꝙ inueſtitura nõ valeat ſine teſtibus facta, ſed iõ dicit̃: ne veritas occultet̃: vt j. q teſt. ſunt ne. ad ꝓb. no. inue. c. ſi clericus. & nõ ſolũ adire ſed inueſti. petere, & fidelitatẽ polliceri debet: vt j. in q. can. fem. amit. c. prima aũt. & j. de ca. cor. ca. j: v. g. Dñe mi, talis rei inueſtiturã, puta fundi Corneliani, quem à te poſsideo vel poſsidere debeo, poſtulo: & fidelitatem tibi cõtra oẽm hominem, exceptis anterioribus meis

Licet per alium qd' per ſe non licet.

dominis, & imperatore, volo, & paratus sum facere. sufficit etiam, si dicat tantum postulo inuestiturã mei recti feudi. quo facto dominus statim debet inuestituram facere, & sacramentum suscipere si sibi placuerit. sinautem differre, & erit talis adhibenda distinctio, scilicet an velit dominus incontinenti facere inuestiturã & suscipere fidelitatem: an velit differre. Quid ergo si dominus nõ faciat statim, qđ facere debet? Itẽ si vltra diẽ & annum steterit, quod inuestituram non fecerit, cum intra annũ fuerit petita? Rñ. hoc nõ debebit obesse vasallo. sufficit enĩ si inuestituram petit, secundum qđ debuit: cum aliud non dicatur in l. Friderichi imperialẽ. ipsũ facere debere. nec c. Corradi. imo forte hoc ipso ꝓprietate domin⁹ debebit priuari. nam sicut vas. priuaretur feudo si inuestituram nõ peteret intra annum & diem: ita & dominus debet proprietate priuari, si non postquam fuerit ab eo petita, sicut debuerit, ipsum vas. intra id tẽpus inuestierit. ĩ. qualiter do. à ꝓprie. pri. cap. ex facto. & ĩ. si de feu. contro. fue. ca. domino cõmittente. fidelitas verò talis facienda est, vt sequitur statim. c. qualiter autem debeat &c. & in ti. de forma fidelitatis. et in alio ti. de no. forma fide. & in decre. causa xxij. qõ. v. de forma. & di. lxiij. c. tibi domino. Ergo notabis, quod fidelitas cum fama domini finitur, cum dominus excommunicatur, & pariter cum fama restituitur: vt ĩ. hic finitur lex. c. domino guerram. & in decre. xv. q. vj. ca. alius. & ca. fina.

Fidelitatis forma.

Fidelitas cum fama extinguitur.

TITVLVS IIII.

QVID PRAECEDERE DEBEAT, AN INUESTITURA, VEL FIDELITAS.

Fidelitatem præcedere debet inuestitura. Bald.

Vtrum autẽ præcedere debeat fidelitas ĩ inuestiturã, an inuestitura fidelitatem, quæsitũ scio, & sæpe responsum est inuestituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus iusiurandũ, quod à vasallo præstatur dño.

TITVLVS V.

QVALITER IVRARE DEBEAT VASALLUS DOMINO FIDELITATEM.

Vasallus domino iurare debet quòd sibi erit fidelis: & quòd credentiam sibi commissam non manifestabit. domesticus autem & subditus addere debet nominatim seruare vitam, membrum mentem, & eius rectum honorẽ. Bal.

Qualiter autem debeat iurare vasallus fidelitatẽ, videam⁹. Iurare scilicet sic debet. Ego iuro ad hæc sancta Dei euangelia, quod à modo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis cõmiserit dominus, pãdam alĳ ad eius detrimẽtum[a], me sciente. Si verò domesticus[b], id est, familiaris eius sit, cui iurat: aut si ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub iurisdictione sit eius, cui iurat: nominatim vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem custodire iurabit.

TITVLVS VI.

DE FORMA fidelitatis[c].

Vasallus & dominus sibi inuicem auxilium & consilium præstare debent.

In epistola Philiberti[d] epi in decretis xxĳ. causa, de forma fidelitatis aliquid scribere monitus: hæc vobis, quæ sequũtur, breuiter ex librorum authoritate notaui. Qui dño suo fidelitatẽ iurat, ista sex ĩ memoria semper habere debet, ĩcolume, tutum, honestum, vtile, fa-

QVID PRAECEDERE DEBEAT, an inuestit vel fidelitas.

Quidam hic non habent ti. sed neque ca. imo. §. tantum: sed male.

QVALITER IVRARE debeat &c.

a Qualiter aũt. Detrimentũ. iuste enim põt hic vasallus iurare cũ alias dicaẽ, qđ amittit feudũ, si credentiã dñi scienter ad eius detrimẽtũ manifestauerit: vt ŝ. hic põt esse ti. qui. mo. feu. amit. c. j. & in hoc sacramẽ, to cõtineri videtur quod ipsum vt dominũ suũ totum exaltabit, inquantum poterit, & nunquam vitam aut membrum neque honorem quem habet, sua voluntate aut consilio aut exhortatione perdet: sed in his omnibus adiutor erit eius secundum suum posse: vt habet in iuramẽto qđ fecit rex Otto papæ Ioanni.

b Si verò domesticus. Hic no. differentiam inter sacramentum domesticę personæ, & aliarũ. sed cur nominatim dicitur in persona domestici, & sufficit si in genere dicatur ĩ extraneo? rñ. quia citius fraus ꝓsumitur in persona domestici ad quem forte domini hæreditas spectare videtur post mortẽ: vt C. de nup. l. viduæ. & C. vbi pup. edu. l. fina. & quia plus solet timeri qđ specialiter pollicetur, quam quod generali sponsione concludiẽ: idcirco specialiter in domesticorum personis facienda est promissio: vt in decr. xxiij. d. c. quanquã. Sed quæritur, qui sint domesticæ personæ? Rñd. omnes quos leges domesticos appellãt: vt C. de testibus. l. etiam iure ciuili. & inst. de test. or. §. ĩ testibus. & C. de quæst. l. placuit. & C. de iis, qui ad eccle. confu. l. fi. §. penul. no. & omnes ad quos domini successio est per uẽtura in feudo ꝓpter prædictã rõnẽ.

c DE FORMA fidelitatis. Quidam non habent hunc titulum sed male.

d In epistola Philiberti. De forma quæ isto ca. exprimitur, notabilia sunt oĩa: sed id præcipue nõ est omittendũ, qđ dicitur in fine. l. quod dominus in his oĩbus fideli suo vicẽ reddere debet. qđ si nõ fecerit: merito censebitur malefidus sicut &c. Sed nunquid aliam pœnam patietur? Respon. vtique talem qualem vasallus: id est, si vasallus priuatur feudo, dominus proprietate: vt legitur. ĩ. qua. do. proprie. pri. ca. ex fact. & hoc est simile: quod de patrono dicitur & liberto. nam liberti non alendo patronos suos in paupertate positos puniũtur à patronis, & in potestatem eorum rediguntur: versa vice patroni non præstantes alimenta liberis carebunt operis impositis causa libertatis, & ab eorum hæreditate excludũtur, vbi hæredes

redes instituti fuerint: & ius patronatus amittunt: vt ff. de li. agno. l. alimẽta & de iu. pa. l. diuus Claudius. & de bo. liber. l. si patronus. & hic est argu. ad mutuam præstationem.

† Facit ad hoc gl. xiij. dicti. nerui. & etiam hoc probatur ca. si sacerdos. extra de offi. iudi. idem tenet. And. de Iser. hic.

a DE NOVA forma fidelitatis.

Quidem non habent hic titulum. & male.

b EST etalia de nouo istud cap. in paucis consuetudinibus inuenitur: qa nouiter est inuentum: vt in princi. ipsius capit. potest perpendi.

Vasallus contra omnes auxiliũ domino præstat.

c Cõtra omnem hominem. & meritò debet ita iurare. quoniam vas. contra oẽs debet dominum adiuuare etiã contra fratrem & filium, nisi contra aliũ dominum antiquiorem. hic enim cæteris est præferẽdu: vt infra, hic finitur lex. §. contra omnes vnde si antiquior dominus in sacramento similiter excipiatur, non erit absonum. quod autem persona imperatoris nominatim debet excipi de omni sacramento fidelitatis, expressim dicitur. j. de ph. feu. alie. per Frid. l. imperialem. §. illud quoque præcipimus.

d In se continet. & vere continet, cum ille qui fidelitatem iurat, ea semper debet habere in memoria & facere, quæ continentur. supra, titulo proximo de forma fidelitatis.

e Nunciabo. qđ semper vas. facere tenetur: vt proinde sciens prudensque periculum valeat declinare. alioqui si vasallus super hoc negligens fuerit inuentus aut do-

cile, possibile. Incolume: ne sit in damno domino suo de corpore suo. Tutum: ne sit ei in damno de secreto † suo, vel de munitionibus suis, per quas esse tutus potest. Honestum: ne sit ei in dãno de sua iustitia, vel de aliis caussis, quæ ad honestatem eius pertinere videntur. Vtile: ne sit ei in damno de suis possessionibus. Facile vel possibile: ne id bonum, quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: neve id, quod possibile ei erat, faciat impossibile. vt fidelis hæc documenta caueat, iustum est. Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est: restat, vt in sex prædictis consilium & auxilium domino præstet, si beneficio vult dignus videri, & de fidelitate esse saluus. Dominus quoque in his omnibus vicem fideli suo reddere debet. quod si non fecerit, meritò censebitur malefidus, sicut ille, qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit, & perfidus & periurus.

TITVLVS VII.

DE NOVA forma fidelitatis a.

Traditur hic noua forma iurisiurandi fidelitatis, quod præstat vasallus domino. Bald.

EST & alia de nouo b super fidelitatis iuramento forma inuenta, & vtentium approbata cõsuetudine: q̃ hodie ferè in omni curia videtur obtinere: hęc, scilicet, Ego Titius iuro super hæc sancta Dei Euãgelia, quòd ab hac hora in antea vsque ad vltimũ diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem c excepto imperatore, vel Rege. Quod verbum, si rectè intelligatur, nulla quidem indiget adiectione, sed integram & perfectam in se continet d fidelitatem: sed propter simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationẽ hoc adiici solet, id est, Ego iuro, quòd nunquam scienter ero in consilio, vel auxilio, vel in facto, quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel quod tu recipias in personam aliquam læsionem, vel iniuriam, vel contumeliam: vel ꝙ tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis. & si sciuero, vel audiuero de aliquo, qui velit aliquid istorum contra te facere: pro posse meo, vt non fiat, impedimentum præstabo. Et si impedimentum præstare nequiuero: quàm citò potero, tibi nũciabo e, & contra eum prout potero f, auxilium meum tibi præstabo. & si contigerit te rem aliquam quam habes, vel habebis, iniustè vel fortuito casu amittere eã recuperare iuuabo, & recuperatã omni tempore retinere. Et si sciuero te velle iustè aliquem offendere g inde generaliter, vel specialiter fuero requisitus h: meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaueris: illud sine tua licentia nemi-

losus beneficium amittet: vt infra, in qui. cau. feud. amit. §. præterea si vasallus.

f Prout potero. nam si non posset vasallus dominum adiuuare non amitteret ob hoc feudũ: vt infra, in quibus caussis feud. amit. §. idem. licet quidam, non habeant illud in textu.

g Iuste offendere. bene iuste dicit: qa non tenetur vasallus dñm adiuuare si iniuste velit aliquẽ offendere: nisi ad domini defensionẽ: vel nisi dubitetur. vtrũ iuste, an ĩiuste velit eũ offendere, siue guerram facere. Tunc tantum tenetur eum adiuuare: licet quidam dixerint, quod indistincte teneatur eũ adiuuare: vt infra, hic finitur lex. capitu. primo & hæc vera sunt, quod tenetur dominum adiuuare sicut supradictum est: nisi dominus sit excommunicatus, vel à rege bannitus: quoniam tunc interim vasallus est à sacramento fidelitatis solutus vt ibidẽ dicit.

h Requisitus. istud verbum non ponitur hic sine causa. nec enim vasallus tenetur officiũ offerre domino: quantocunq; enim tempore steterit, quod dominus nõ seruierit, ob hoc non amittit feudum, dũ tamen domino petenti seruire paratus sit, si tamen sciuerit domino magnum periculum ĩminere, puta mortem, vel captionem vel quid simile: tũc vltro se ei offerre debet: vt infra, hic finitur lex. §. ad hoc. & infra, si de feu. controuer fue. capit. licet vasallus. & infra, titulo, an ille, qui interfe.

fra. do

fra.domini ſui ſeu.ami.c.non cogitur.

a Pandam.ſcilicet ſcienter ad damnum * tuum: vt ſupra, qualiter iura.debeat vaſal.fide.circa prin.vnde ſi cōtra poſtea fecerit vaſallus, feudū, vt ſ.amittet, hic poteſt eſſe tit.qui.mo.feu.amit.c.ſi capitanei.

Domeſticæ perſonæ quæ ſint.

* Sed qđ ſi dominus vaſallo in aurē dixerit ſe velle Titium interimere: an id non debeat pōderare? vide hic And. de Iſer.

b Expedire.qđ vaſallus tenetur facere, ſi bñficio vult dignus videri. & fidelitati eſſe ſaluus vt.ſ.tit.proxi.circa ſi.

c Ex perſona.& merito. cum enim vaſallus tenetur dominū adiuuare contra alios & ab aliis eum defendere, ne prædicta ei eueniāt multo fortius ī ſua perſona hoc attendere debet: vt ar.ff. de condict. indeb.l. frater à fratre.§.porro.&.C. de euict.l. ſiue.

d In vacuam.ſic ff.de action. empti. l.ratio.

e Vtilitatē. quæ ſit circa rem.neque enim ſi potuit ex viuo & ex reditu negotiari, & lucrū capere, id æſtimabitur: vt.ff.de act. empti.l.ſi ſterilis.§.cū per venditorem. Item ſi dominus ei fidem non ſeruauerit: aut ſi feudū promiſſum ſibi non dederit: non tenetur ſeruare iuramentū fidelitatis: quia ſemper inhæret conditio, ſi fidem ſeruauerit domino, aut ſi feudum promiſſum præſtiterit. & quia fidem ſeruare ei cōtra fidē nititur graue eſt & iniquū.C. de tranſ.l. ſi diuerſa.& in decret.cau. xxvij.q.ij.Agatho ſa.& xxij.qō.ij. ne quis. & c. quare.j. & C. de pac.l.cum proponas. & ff. de mi.xxv.an.l.auxilium.in fin.l.& C.de non nume.pecu.l. fina.& ff.ad.l. Iul.de adul.l.ſi vxor.& ff.lo.l. quæro.§.inter locatorem & de leg.ij l.cum pater.§.libertis.

† Quærit hic dominus Alua. an pēdente cā euictionis teneatur vaſallus ad ſeruitia? et reſpond. ſecundum Bal quod ſic ea ratione quia interim recipit commodum.

f Præſtabit.nec liberabitur dominus volens ei ſoluere intereſſe, ſi eum pœniteat inueſtiturā feciſſe: vt j̄.ſi de feu.controuer.ſeu.c ſi facta.

ni pādam a, vel per quod pandatur, faciam. & ſi cōſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaueris: illud tibi dabo cōſilium, quod mihi videbitur magis expedire b tibi: & nunquam ex perſona c mea aliquid faciam ſcienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorū iniuriam, vel contumeliā. Inueſtitura verò facta, & fidelitate ſubſecuta, omnimodo cogatur dominus inueſtitum in vacuam d poſſeſsionem mittere. quod ſi differat, omnem vtilitatem e ei præſtabit f.

TITVLVS VIII.

DE INVESTITVra de re aliena facta g.

Miles ignorans à comite de aliena re, aut impignorata inueſtitus, habet contra dominum actionem pro euictione: ſciens autē non, niſi ſtipulatio aut pactum interuenerit. Bald.

CVm de re aliena vel aliȷ̄ obligata inueſtitura fiat illud diſtinguitur, vtrū ſcienti an ignoranti facta ſit. Qui enim alienæ rei ſciens inueſtituram accepit: niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione † agere nō poterit h. ignorans verò rectè aget, vt aliud eiuſdem bonitatis ſeu quantitatis ei præſtetur.

Sed in eo nulla eſt differētia qui inueſtituram fecit, vtrum ſciuerit, vel ignorauerit i. Rei autem per beneficium rectę inueſtituræ vaſallus hanc habet poteſtatem, vt tanquam dominus poſsit à quolibet poſsidente ſibi quaſi vendicare k: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem opponere. nam & ſeruitutem eidem rei debitam petere poteſt & retinere. Quid ergo ſi pretio vel dolo, aut in curia ſeruitutem rei beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficiū reuertatur: an ex eo præiudicium domino generetur, quæſitum fuit. & reſponſum eſt, vt vaſallo quidem, donec feudum tenet, poſsit obeſſe: domino autem & ſi per longa tempora l perſeuerauerit ſeruitus, minimè noceat.

Vaſallus poteſt feudi conditionem facere meliorem non deteriorem in alterius præiudiciū. Bart.

Econtrario autem ſi quid feudo à vaſallo additum ſit: ſi quidem tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſsit, id eſt, vt per ſe cenſeatur, vt prædium: id non accreſcit feudo. Si verò per ſe non poſsit ſubſiſtere m, vt

g CVm de re. Agere non poterit. huic ſimile eſt. C. de euict.l.ſi fundum. & ff.de doli excep.l.apud.§.item Labeo.

h Ignorauerit. verū eſt: quia ſcire debuit vt ff.de ædi.edi. l.j.§.cā.& ff.loc.l ſed addes. §.j.& cō. vtri. iu.l.ſi frēs. & ff. de pi.ac.l.tutor.§.j.& ff.de cōtrah.emp.l. ſi in emptiōe.§.iij. &.l. domum.&.C. com.de leg.l.vlt.§. vltimo.

k Vendicare.nec miretur quis, cū & et cōpetat reivend. vtilis, qui perpetuo vel ad non modicū tempus fundū conduxit, dum tamen tempus non ſit finitum.ff. ſi ager vect. l.j.§.fina. Item & ſi ſuperficiario datur ff. de rei ven.l.ſuperficiario.& ff.de pigno.acti.l.ſi tutor. §.fin.& ſuperficiarium tuetur prætor interdicto vti poſſidetis, ſecundū conuentionē ſuam: vt ff.vti poſ.l.ſi duo. §. Labeo. cum ergo vtilis vēdicatio ſupradictis conceditur, multo fortius feudatario concedi ſolet: & cōceditur vt j. de contentio. inter vaſallum & aliū.ca. ſi cauſa inter vaſallum. quidā autem habent hic quaſi. Hic autē poteſt facere illā quæſtionē, quā in ſumma fecimus. Vtrū vaſallus habeat aliquod dominiū feudi.& de hoc dicas, vt in ſumma. diximus. Accur.

l Per longa tempora. idem intelligendum eſt de tempore longiſsimo. maxime hodie: quia alienatio videt prohibita, & hic eſt vnus alienatibis modus: vnde nulla obſtabit præſcriptio & puto hoc intelligendum in poſsidente vaſallo, & maxime ignorante domino. alioqui, ſi dominus poſsidebat, bene poteſt ſeruitus longo tempore acquiri multo fortius longiſsimo.ar. C.de ſerui.l.j.& ij. & ff.de ſerui.vrba. præ.l.foramen. habita tamen diſtinctiōe inter ſeruitutem & ſeruitutem, ſecundum quod ibi not.

m Subſiſtere.nam ſi per ſe ſubſiſtat, obſeruabitur quod legitur infra, hic finitur lex.§.ſi vaſallus.in feudo igitur ratione rei indiuiſibilis licitum deprehenditur, quod alias non liceret: ſicut alias licite petitur in ſolidum, quod alias pro parte peti non poſſet: quia

DE INVESTITVRA

Quidam hic non habent titulum nec etiam capitulum, & male.

res est indiuisibilis: vt ff. de ser. le. l. fin. & ff. si quis in frau. pat. l. j. §. quamuis. & de regu. iur. l. ea quæ. & in summa vt in lib. Py. tit. licitum est insolidum, quod pro parte non liceret: licet contrarij sint alij titu. sequentes. Accursius.

[a] Meliorem. & in hoc similis est fructuario: vt ff. de vsufruct. l. sed & si quid. §. proprietatis. idem dicitur de filio vel de seruo. C. de pa. leg. filius. & C. de rebus credit. & iureiurā. lo. l. nec filius.

[b] Quartæ. de hac quarta iure Romano reperitur, quod si maritus sine dote vxorem acceperit, & premoriatur maritus, vxor quæ superstes inopia laborabat, quartam partem suorū bonorum. si tres liberos, vel pauciores, vndecunque habuerint reseruare compellitur: alioqui si plures, in virilem portionē cū ipsis succedit: in qua cōputabunt alia sibi relicta à viro: vt C. vnde vir & vxor. & in authent. ibi posita, & in authen. de exhibē. & intro. re §. fin. col. v. & hæc quarta nō debet excedere summam c. lib. auri: vt in authen. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero. col. viij. prospexit Iustinianus ad maximā dotis quantitatem, cum de tali quarta aliquid ordinauerit. hanc etiam quartā cogitur maritus vxori relinquere iure Longobar. vt in Lōbar. de iis quæ à viro in vxo. l. j. §. fin. sunt quoque multæ aliæ quartæ vtroque iure inuentæ. sed de aliis nihil ad rhombum.

[c] Siue tertiæ. de hac tertia reperitē iure Longobard. quoniam si Longobardus voluerit relinquere in vltima voluntate vxori suæ vsumfructū, de rebus suis vltra id quod debet sibi pro morigrapho. & metha. & habuit vnum filium aut duos ex alia vxore: non possit vltra tertiam partem relinquere sibi ad vsufructuandum. & vide in Lombar. de his, quæ à virò in vxorē dan. l. fin.

[d] Nec pignus. in hoc. §. quid de pignore obseruetur nihil statuemus: quia in cōstitutione determinabitur.

† Consuetudo in quantum prohibitoria: quia cū feudū concederetur ob singularem industriā & fidem vasalli, non debebat eum posse in alium transferre. argu. ff. de of. præfec. præto. l. j. & ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. j. in prin. secundum Alexā. & Bartol.

seruitus: plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse. Meliorem [a] nanque conditionem feudi facere potest, deteriorem verò sine domini voluntate, vel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, facere non potest.

Feudum alienari non potest in alium, quinimo, nec pignori obligari. Bart.

Quamuis enim possessio per beneficiū ad eum pertineat: tamen proprietas ad alium spectat: & ideo quartæ [b] siue tertiæ [c] ratione, quæ à Longobardis seu à Romanis viris vxoribus fieri solet, post mortem viri ad mulierem nihil pertinet. nam nec pignus [d], quòd consultum dicitur, fieri potest ex feudo.

TITVLVS IX. QVALITER OLIM POTERAT feudum alienari.

Olim regulariter venditio feudi pro parte dimidia permittebatur, altera parte retenta. Bart.

EST autē optima † cōsuetudine [e] interdicta feudi alienatio: super qua multæ & diuersæ sententiæ dabantur in singulis ciuitatibus seu curiis: donec imperator diuæ memoriæ Lotharius tertius promulgauit super hoc nouam constitutionem, quæ posita est in titulo de beneficiis. Necessitate nāque suadente poterat olim vasallus domino inscio, vel inuito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. Si verò vel totum, vel partem volebat per feudum aliquem inuestire: hoc licebat ei sine fraude facere. Si autem dissentiente domino vendebat, siue per feudum inuestiebat (quod & ipsum syncerè hodie & sine fraude licet ei facere) si tamen sine hærede masculo descendēte decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, aut alia fortè ratione intercedente culpa amittebat: tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur: eo excepto, quòd ille, qui secundo loco beneficium acceperat nō amittebat, si priori domino seruire, & ab eo feudum recognoscere volebat.

Casus enumerat, in quibus etiam de iure antiquo alienatio fuerat prohibita. Bal.

Donare [f] autem aut iudicare pro anima, vel in dotem pro filia [g] dare, nullius curiæ poterat consuetudine: licet posset locare: nisi locatio esset fraudulēta alienatio: sicut est per libellum, vt dicatur venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima [h] duorū denariorum pensione perpetuò cōcedatur vtendū, alienatum in fraudem esse? Porrò siue de bona consuetudine, siue de praua quæramus: concessa erat domino pro æquali ꝑtio [i]

QVALITER olim poterat feudum alienari.

[e] Est autē optima cōsuetudine. Hic dicitur de optima consuetudine: alibi vero de beata. nā vt maiores quæstiones ad apostolicū referantur, & sancta synodus & beata consuetudo cōfirmat: vt in decre. xvj. q. j. ca. multis.

[f] Donare. in hoc variatur vasallus ab emphytheuticario, qui tenet rē in emphyteusim à fisco, quoniā ipse potest rem emphyteuticariā donare. salua tamen ratione pensionis fisci. C. de fund. patri. l. j.

[g] Vel in dotem pro filia. in hoc variatur à liberto vasallus: quoniam potest libertus dotare filiam suam, etsi non sufficiat reliquum ad legitimā patroni: vt ff. quæ in fraud. pat. l. j. §. sed si libertus. nam & res, quæ subiacet restitutioni, diminui dotis causa licite potest: vt C. ad Trebel. l. iubemus. authen. cōtra. & C. cōia de lega. authen. res quæ.

[h] Sub vilissima. simile est quod dicitur. ff. loc. l. si quis vno nummo cōduxerit. licet videatē cōtra. ff. de iur. do. l. si vsusfru.

[i] Aequali pretio. Sed nūquid hodie præfertur dominus volens pro æquali pretio redimere, maxime in ciuitatibus, in quibus vasallorū feuda sunt, quæ pro ipsorum debitis creditoribus suis vendūtur? Et vtique, vt opinor. nam cum noua lex omittatur, & vetus

vetus consuetudo in alienatione obseruetur: meritò veteri non est detrahendum: maxime cũ illud specialiter non sit correctum: & ideo stare nõ ꝓhibetur: vt C. de testa. l. sancimus.

a Per refutationem. intelligas, id est, ius suum refutando. est enim iuris antiqui regula, omnes habere licẽtiam his, quæ pro se introducta sunt renũciare: vt C. de pact. l. si quis in cõscribendo. Et not. ꝙ antiquitas videtur cõsonare cũ statuto ciuitatis Vincentiæ: quod tale est: si per annum & diem distulerit creditor secundo ius suũ exequi vel allegare à tẽpore vẽditionis factæ: postea non auditur, nisi interruptionem instrumento cõfecto per manum tabellionis bonę opinionis ostenderit: licet quibusdam videatur iniquum, & nõ ex codicis ratione scriptum. hic ergo de annali exceptione habetur, de eadem habetur. C. q admit. ad bo. pos l. emancipati. Et notandum, quòd huiusmodi tempus à tempore scientiæ demum currere debet hic sicut & alibi: vt ff. quis ordo in bo. poss. seruetur l. si ij. & de hac annali exceptione legitur. ff. de success. edi. lege. j. §. largius. Accur.

Tempus post scientiam currit.

b Triginta annorum. hoc intelligo de illis fuisse dictũ quibus potest de iure talis præscriptio currere: vt C. de præscript. xxx. anno. l. ij. Sed nunquid hæc antiquitas corrigitur? Rñ. hoc in cõstitutione Fride. determinabitur domino fauente. illud tamen qđ sequitur, nõ est o-

redemptio: nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem [a], vel annali silentio, ex quo sciuerit, computando. Præscriptione autem triginta annorum [b] submouebatur tam sciens, quàm ignorans: in prohibendo autẽ vel redimendo potior erat proximi agnati, quàm domini cõditio, si tamen feudum erat paternũ. De illa verò feudi alienatione, quæ à domino fit, si dubitetur, lex imperatoris [c] Corradi consulat, quę posita est in iã dicto titulo [d] de beneficiis.

TITVLVS X.

QVIS DICATVR dux, Marchio, comes, capitaneus, vel valuasor.

Primò ponit, quæ personæ nobilitentur per feudum: & declarat gradus nobilitatis feudi: Secũdo quæ sunt personæ, quæ non nobilitantur. Bal.

Qvi à principe de ducatu aliquo inuestitus est, dux solito more vocatur. Qui verò de marchia, marchio [e] dicitur. Dicitur autem marchia, quia † marcha & vt plurimum iuxta mare sit posita. Qui verò de aliquo comitatu inuestitus est, comes appellatur. Qui verò à principe, vel ab aliqua potestate de plebe aliqua, vel plebis parte per feudũ est inuestitus, is capitaneus [f] appellatur: qui propriè valuasores maiores olim appellabantur. Qui verò à capitaneis antiquitus beneficium tenent, valuasores sunt. Qui autem à valuasoribus feudum, quòd à capitaneis habebatur, similiter acceperint, valuasini [g] id est, minores valuasores appellantur, qui antiquo quidem vsu consuetudinem feudi nullam habebant. Valuasore autem sine filio mortuo, feudum, quod valuasori minori dederat, ad capitaneum reuertebatur. Sed hodie eodem iure vtuntur in curia Mediolanensi, quo & valuasores. Cæteri verò qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter à capitaneis seu à valuasoribus acquisierint, plebeĳ nihilominus sunt. Nam illi, qui soldatã habuerunt, vel acceperunt vel habent: per eam nullũ pedagium, sed nec feudi vsum acquirunt. Soldata autem est præstatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte transit in hæredem. Morte enim dãtis, vel accipientis interueniente finitur. Soldata verò dicitur, quia plerunque in solidorum donatione consistit: quandoque autem in vino & annona consistit.

† Alias, quia tenet quod est iuxta mare, cũ plerunqꝫ iuxta mare sit posita.

TITVLVS XI.

DE SVCCESsione fratrum, vel gradibus succedentium in feudo.

Feudum acquiritur inuestitura & successione. Nam vasallo mortuo prima causa est liberorum masculorum, filiorum, nepotum, & aliorum descẽtium: sed filiæ, neptes & proneptes non succedunt ipsa, nec nati ex eis, nisi feudum sit fœmineum, vel eo pacto acquisitum. non extantibus autẽ liberis succedunt fratres primò, & filij fratrũ, demum agnati vlteriores, si feudum sit paternum. Bald.

Per Successionem [h] quoque sicut per inuestituram beneficium ad nos pertinet.

mittendum. s. quod proximior agnatus redimendo, vel prohibendo dominũ excludit: vnde apparet, qđ necessariarũ personarũ ratio habetur: vt s. notatum est.

c Lex imperatoris. & alia lex imperatoris Friderichi, imperialem decet solertiam &c. §. pręterea ducatus. & j. de l. Corradi. §. ex ea. lege.

d Titulo. scilicet in Lombarda. Ac.

QVIS DI[...]

Qvi à principe.

e Marchio. & comes propriè dicuntur capitanei regis, vel regni. Alij vero, qui ab ipsis feudũ accipiunt, dicũtur propriè valuasores regis: sed hodie capitanei appellantur: vt s. qui feu. da. pos. in prin.

f Capitaneus. similiter & ille, qui feudum accipit à marchione vel comite, capitaneus hodie propriè dicitur vt s. proxime notatum est.

g Valuasini. sed illi, qui à minoribus feudum accipiunt, dicuntur minimi valuasores: vt s. tit. an maritus succedat vxori in benefi. ca. si fœmina. & ca. seq. Accur.

DE SVC[...] vel gra[...]

h Per successionem. Hic nota, quod

[c] Certiorare. quid ergo si nullo modo eum certiorare potuerit? Certe impunis habebitur: nisi forte resistere potuerit: & non fecit: vt ff. loca. & condu. l. item quæritur. §. exercitu. nimirum negligere videtur cum potuit perturbare peruersos: quod nihil aliud est, quā fauere, nec caret scrupulo occultæ contentionis, qui manifesto facinori desinit obuiare: vt in decre. distin. lxxx[?]j. capit. iiij. huic consonat. ff. de regu. iur. l. semper qui non prohibet. nam iudex, qui facinus cōpertum nō vindicat, tegere vt cōscius crimina festinat [3]. vt C. de commer & mercato. l. ij. Accur.

[3] Sequuntur hāc gl. Bal. Alu. & Præpo.

[c] Certiorare. hanc secundum glo. inueni super hoc eodem tex. quæ glo ponitur in hunc modū. Quidam habent certiorare: quidam denunciare. sed qui habent denunciare, debent habere domino, & non dominum: alias falsum esset Latinum. cæterum si denunciare non potuit, non debet amittere feudum: vt ff. locati & conducti. l. item quæritur. §. exercitu. sed aliter est, si potuit denunciare, & non fecit: quia tunc amittit feudum. arg. ff. mand. l. si fideiussor. §. ij. & in authē. vt lice. ma. & auiæ. §. iis quoque. & §. ab ea. collat. viij. Sed nunquid filius priuabitur feudo propter ingratitudinem quam pater commisit? Videtur quod non eo mortuo, nec eo viuo: vt ff. de in ius vocan. l. ad optimum. §. patronum. & ff. de iure patron. l. diui fratres. & de bo. lib. l. quæritur. consuetudo tamen videtur repugnare [4]: vt j. si vasal. feud. pri. cui de. capi. vasalli.

[4] Idem Aluar.

[d] Vel negligentia. hic nota, quod ex sola negligētia priuatur quis feudo: vt in authen. vt cum de appel. cog. §. si vnum. col. viij.

[e] Rursus. istud expositum est s. in æquipollenti.

[f] Assalierit. istud expositum est s. sed quia de insidiis & persecutiōibus hic loquit, videamus quid iuris sit, si vasallus cū inimicis domini amicitias copulauerit: & vtique feudo priuari potest: vt C. de inoffi. test. l. liberi. & ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. cum patronus. nam & accusatores, qui cum inimicis morantur vt suspecti ab accusatione reprobātur vt Symmachus testatur in decret. iij. q. v. accusatoribus. nam & in fine loquitur [5], quando libertus conspiranit cū inimicis domini, & contra dominum. & huic præbet sententiæ adminiculum quod dictum est. s. hic potest esse titu. quibus mod. feu. amit. c. si capitanei. Istud autē ne tradas obliuioni: quia ex omnibus s. & j. scriptis caussis licet peccaueris vasallus: si tamen toto tempore vitæ domini adhuc ipse propter hoc dominus vasallum nō inquietauit, hæres eius nomine eius delicti ante mortem commissi à vasal. ipsum inquietare non poterit [6]: vt C. de reuoc. do. l. vlti. & de inoffi. testa. l. omnimodo. & ff. de probationib. l. Procula in principio. & ff. de de bon. posses. contra tabulas. l. non tantum. §. si emancipatus filius vxore.

[5] Hæc vera qd' vasallus non perdit feudum si copulauerit amicitiam cum inimicis domini nisi hoc faceret in odium & vna cū inimicis conspiraret contra dominum secundū Alua. & Præpos.

[6] Hoc verum nisi dominus celeritate mortis præuentus vel iusta ignorantia nō vindicauit: quia tunc transmittit ad hæredes, secundum Bald. & Præpo.

[g] Vel morti. excepto eo quod aliter non potest euitare periculum, quam si se defendat. tunc enim non tenetur, quia qd' quis ob tutelā sui corporis fecit &c. vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim.

[h] Insidiatus. aliud c. dicit si voluerit vasal. dominum offendere, & non laborauerit vasal. feudum nō amittit [7]: vt j. de vasal qui cur. vē. ca. si voluerit vasal. dominum offendere &c.

[7] Istam limitationē glo. sequitur hic Aluar.

[i] Domino. alias item qui domino suo. & alias, illud non lateat qui domino &c. vtraque litera bona est: qa per talem varietatem nec vis, nec potestas, nec significatio variatur, nec confunditur.

[8] Approbatur per Aluar. & Præpo.

[k] Iustitiam. Sed de qua iustitia intelligitur istud ca. nunquid poterit vasallus feudo priuari si propter qualemqualem rem conuentus à domino curiæ, vel iudici se non præsentat: & ideo sui iustitiam domino denegat? Rñ. non intelligo [9], nisi cum de feudo agitur: ne res in vno iudicio agitata, alteri rei præiudicium faciat.

[9] Istam doctrinā glossę sequuntur Andr. de Iser. Bar. Aluar. & Præpo.

ciat. argumenta tuæ diſcretioni inueſtigãda relinquo. Iſtud ergo valde notandum eſt 1, quod ſicut priuatur vaſallus feudo propter hanc culpam, ita quoq; debet priuari dominus proprietate propter eandem culpã: vt j. qualiter dominus proprie. priue. cap. ex facto. Si ergo dominus noluerit iuſtitiam facere vaſallo, proprietate priuabit. vnde hic expeditũ eſt quod not. ſ. tit. quid ſit inueſtitura. §. ſi enim domino. ſuper verbo illo, eos iurare cõpella: &c. Accur.

1 Idem Bald. & Præpo.

dũ quod tenebat, perdet a ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo.

Sed nõ eſt alia iuſtior cauſa beneficij auferendi, quã ſi id, propter quod beneficium datum fuerit, hoc ſeruitium facere recuſauerit b: quia beneficium amittit. Aliud eſt, ſi fortè ideo non ſeruierit, quia non potuerit: tunc enim feudum nõ amittit. Item ſi delator domini ſui extiterit, & per ſuam delationem graue diſpendiũ eum ſuſtinere fecerit: vel ſi cognouerit dominum incluſum: & eum, cùm potuerit, non liberauit: feudum perdit c.

Prædictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quàm ciuilis ratio ſuadet: quæ poteſt colligi, ſi quis nouam conſtitutionem iuſtas exhæredationis cauſas enumerantem, & alias conſtitutiones veteres iuſtas ingratitudinis, & repudij cauſas, quibus patrimonia rectè contracta ſoluuntur, & donationes iure perfectæ reuocantur, ſubtiliter ſcrutatus fuerit.

Sed quia natura † nouas deproperat edere formas: poteſt multis modis contingere, vt aliæ emergant cauſæ, quibus videatur iuſtè adimi poſſe feudum. ideoq; iudex ſolers & diſcretus, & æquitati obſecundare ſolicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans, prouideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu maior: vt proinde ſciat, vtrum beneficium ſit amittendum, an nihilominus retinendum.

Illud enim eſt certum, quòd non ex omni cau-

a Feudũ perdet. id eſt, perdere põt, vel debet: vel eo ſpoliandus eſt.

b Recuſauerit. ſimile eſt quod de cõductore dicitur. nam pactũ factum à locatore conductori, ita demũ obſeruatur, ſi quod promiſit obſeruet. i. ſi penſionem ſoluit, quamuis in promiſsione de colono vel conductore de domo repellendo non fuerit adiectũ: vt ff. loca. & cõduc. l. quæro. §. inter. nã donatarius qui legi dictæ non paruit, dominum à ſe vendicari ſaltem vtiliter cognoſcit: vt ff. de condic. ob cau. l. ij. ſed in l. ij. diligentius quę poſſunt hic opponi. no. & habes in C. de dona. quæ ſub modo. l. ſi doceas. Accur.

c Perdit. alias amittit, alias indignationẽ domini nõ euitabit. i. feu. priuari põt: ſicut hæres hęreditate, & patronus bonorum poſſeſsione contra tabu. liberti: vt in authen. vt cum de appel. cog. §. cauſas. & ff. de bo. libe. l. qui cum. Idem intelligo 2 ſi pro delatore fideiuſsit, vel ipſum ſubmiſerit, vel etiam ſuo teſtimonio delatorẽ adiuuit: vt ff. prædi. titul. l. qui cum. §. primo. & de iis qui. vt indi. l. poſt legatum. §. qui accuſauerit. Sed licet dominum 3 vaſallus accuſauit pro principe vel repu. non tamen à feudo priuabitur: quia nec filius exhæredatur: vt in authen. eo. tit. & eod. §. in prin. Item licet accuſauerit, non tamen criminaliter accuſatur: vt ff. de bo. liber. l. qui cũ. in §. j. excuſatur etiam vaſallus, ſi ſuã ſuorumque iniuriã proſequatur: vt ff. eo. l. qui cum. §. ſi patris mortem. ſed & ſi crimen quod intendit 4 probauerit, excuſationem meretur: vt ff. de iniu. l. eum qui nocentem. & ff. de bo. lib. l. qui cum. §. vlti. ſed & ſi leui cauſa delator vel accuſator extiterit, de qua ſine pœna poterat dominum accuſare, licet iudex pœnam exarcebauerit, nihilominus feudum retinebit vaſal quoniam iniuria iudicis non debebit vaſalo nocere: vt ff. de euictio. l. ſi per imprudẽtiam. & de bo lib. l. qui cum §. j. ſed ſi ſe defendendo vel vlciſcendo fecerit, excuſatur: vt ff. eo. tit. & ea. l. ij. Quod autem dictum eſt de eo qui teſtimoniũ dicit in cauſa patroni vel domini, intelligitur quando non coactus id fecit: alias enim ſi vrgente neceſsitate id fecerit, excuſandus erit: vt no. ff. ſi quis cau. l. ij. §. j. & arg. ff. de iis quib. vt indig. l. poſt legatũ. §. an libertas. Quid ergo ſi aduocatus contra dominum ſuum extiterit? Reſpõ. & vtique ob hoc feudo priuabitur: vt ff. de inoff. teſta. l. vlt. Vt igitur nulla ſit hæſitatio diſtinguas: vt ſ. ſcilicet, quia aut præſtat aduocationem 5 coactus: aut voluntarie. in primo caſu excuſatur: vt inſti. de inoff. teſt. §. antepen. & ff. de bo. libe. l. qui cum §. penulti. ſecundo nõ: vt ff. de inoffic. teſta. l. vlti. Quod autẽ aduocati cogantur, legitur. C. de poſtul. l. prouidendum. & ff. de officio procon. l. nec quicquam. §. obſeruare. & ff. de poſtula. l. j. §. ait prætor. Quid ergo ſi vaſallus iuſta pœnitentia ductus ante ſententiã deſiſtere voluerit nunquid poterit feudo priuari vaſallus? Et vtique 6, vt opinor, ſi perfecerit delictũ, id eſt, ſi dominum reum detulit: et ideo deſtitit: quia probre non potuit ff. quod quiſque. iur. l. tertia. in prin. & de calumnia. l. & generaliter. & de de poſtula. l. j. §. & qui operas. alioqui ſecus eſt, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas amputetur: vt ff. de in ius vocan. l. quamuis. & C. de appel. l. ſi quis. ff. ad leg. Corne. de fal. l. qui falſam. & de bo. lib. l. qui cum. §. accuſare & not in ff. quod quiſq; iur. l. iij. Sed quid erit, ſi vaſallus in cauſa domini contra dominũ pronunciauit, à cuius ſententia appellauerit dominus & obtinuit; nunquid feudo priuabitur? Reſpond. videtur quod ſic 7: vt ff. de iis, quib. vt indig. l. poſt legatũ. §. qui accuſauerit. hoc intelligo in eo caſu, quando in cauſa appellationis nihil additum fuit: maxime ſi bene iudicatum fuit à iudice appellationis. ſed adhuc excuſatur vaſallus, ſi cauſa venerandæ Reipubli. iniuriarũ agat: ſed conuitij incertæ perſonæ facti nulla eſt executio; vt ff. de iniu. l. item apud. §. cui. ſi tamen curauerit facere conuitium, & factum non eſt, non tenetur: vt ff. eo. tit. & eo. l. j. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. & ff quod quiſque iur. l j. in fine. intelligo, quando ſua voluntate deſtitit, & non per impoſsibilitatem: vt notatum eſt ſ. quib. mod. feu. amit. in prin. & no. in dict Py. cum quis habeat voluntatem delinquendi &c. Item adhuc excuſatur 8 vaſallus, ſi gratia ſui iuris conſeruandi in aliquam prædictarum cauſarum inducatur: vt argu. ff. de bo. libe. l. ſi quis. & ff. de iureiuran. l. ſi quis. nam & ſi iuſta ignorãtia ductus in ſeruitutem dominum petierit & obtinuerit: & poſtea veritate reuelata liber apparuerit: & ita pro libero di mittatur: ab ipſo tamen nihilominus in feudum retinebit: vt ff. de bon. liber. l. in ſeruitutem. §. ſi petierit. adhuc ingratitudinem 9 egregiam vaſallus commitit, ſi domini ſui vxorem adulterandam conatus fuerit tradere: quia propter hoc vxor à marito diuertit; vt C.

2 Iſtũ intellectum gl. ſequuntur Bald. Alu. Præpoſi.

3 Iſtam limitationẽ cũ ſequenti ſequuntẽ ſcribentes hic.

4 No. hãc limitationem: quia mirabilis eſt et ſing. ſecundum Præpo.

5 Idem Aluar. & Præpo. Aduocatus contra dominum cauſas agens an feudo priuetur.

† Cõcor. cum hoc tex. in procemio. cle. poſt prin. ibi, quoniam nulla &c.

6 Iſtam doctrinã gl. ſequuntur Alua. & Prępo.

7 Tu dic aliter, qđ ſi vaſallus perperam et malo animo iudicat, priuatur: ſi vero per imperitiam cõdẽnat, puniẽ ſi non cõſulit peritiores cũ poſsit. Andrę. Bald. & Prępo.

8 Iſtam partem & precedentẽ ſequuntur Alua. & Prępo.

9 Hoc verum ſi vltra colloquiũ peruẽtum eſt ad aliquẽ actum inhoneſtum ſecundum An. Alua. & Prępo.

vt C. de repu. auth. ſed nouo iure.

[a] Ex omni cauſa. ſicut non ſufficit omnis occaſio ad feudum amittendum, per quam fidelis accepti beneficij ingratus videatur: vt no. ȷ̃. eo. circa prin.

[b] Retinet. ſ. illud quod non alienauit: quoniam aliud quod alienauit, amittit. ȷ̃. de vaſal. q contra conſti. Lotha. ſi autem totum alienaret, totum amitteret, & quia dominum contemnere videtur, ad eum redibit: vt ȷ̃. eod. §. proxi. in fin.

[c] Ratione. id eſt, naturali æquitate vel dicas ratione. ſ. iure Romano, ſicut dicitur de donatario, qui propter ingratitudinem amittit donationem. & à donatore reuocatur: vt C. de reuo. dona. l. j. ſicut etiam dicitur de liberto, qui propter ingratitudinem reuocatur à domino in ſeruitutem: vt C. de lib. & eorum lib. l. ij.

Ingratitudine amittit qs feudum: & redit in ſeruitutem.

[d] Ad proximos. intellexerunt quidam. ſ. quando feudum non erat paternum. quod non puto verum [i], quare enim diſtinguerer, vtrum in dominū peccauerit, vel in alium? Item nulla eſſet dubitatio, ſi paternum nō eſſet, quin ad dominum deberet redire: niſi forte velles intelligere quod hic dicitur proximos, id eſt, deſcendētes: ſcilicet vt illi ſoli excludātur, vt videt dici imo dicitur. ȷ̃. ſi vaſal. feu. pri. cui deferatur. ca. vaſallus. Et ita habes hic, quod delictum alterius alteri nocet. ſic. ȷ̃. prædict. ti. & c. quod contingit ꝓpter enormitatem criminis. ſicut & alias: vt C. ad le. Iul. maieſta. l. quiſquis. & de bo.

[i] Iſta eſt vera & cōmunis ſecundū Aluaro.

fa [a] ex qua opinio vaſalli grauatur, beneficium amittitur. Num & ſæpe deierat, & beneficiū nihominus retinet: vtputa qui beneficij portionē alienat abſque domini ſcientia, beneficium quidem retinet [b], ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur.

Vbicunque dominus principaliter offenditur per reatū vaſalli, ibi ad dominum feudum reuertitur: vt hanc habeat ſaltem ſuæ iniuriæ vltionem. Bald.

Denique ſæpe quæſitum eſt, vaſallo propter iuſtam culpam à feudo cadente vtrum ad dominum, an ad ſucceſſorem vaſalli beneficium pertineat. ſed hæc diſtinctio tam ratione [c], quà moribus comprobata eſt, vt ſi quidem vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat: nō ad proximos [d], ſed ad dominum beneficium reuertatur: vt hanc ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vltionem [e]. Si verò non in dominum, ſed alias grauiter deliquerit, vel graue quid commiſerit, ſicut ille, qui fratrem ſuum [f] interfecit: vel aliud graue crimen (quod parricidij appellatione continetur) commiſerit, feudum amittit: & non ad dominum, ſed ad proximos [g] pertinet: ſi tamen beneficium fuerit paternum. ſic enim ſæpe pronunciatum ſcio. Si vaſallus contra conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij imperatoris beneficium alienauerit: quia dominum contēnere videtur, ad dominum beneficiū pertineat. ſcriptum [h] eſt enim, vt pretio ſe cariturum agnoſcat [i].

TITVLVS XXV.

SI DE FEVDO vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Dominus vaſallo cum extraneo litem habenti feudo, de euictione tenetur, ſi monitus eum non defenderit. Bald.

Negotium tale eſt: Quidā vaſallus à domino tenebat feudū de quo ab aliquo interpellatus fuit: & ſic vaſallus dominum vocauit, vt eum defenderet; domino renuente ad iudicem venire, vaſallus amiſit cauſam per ſententiam. nunc verò vaſallus cambium feudi à domino petit: ad quem dominus reſpondens ait, illum nunquam ab eo feudum tenuiſſe, nec ab eo inueſtituram accepiſſe. contra quem vaſallus dicit ſe hoc feudum ab eo tenuiſſe, & inueſtituram recepiſſe, & ab eo petiuiſſe, vt eum in iudicio defenderet, nec tunc temporis inficiabatur illius eſſe: quod idoneis totum teſtibus probat vaſallus. Reſpōd. Super negotio iſto, quod literis inſinuaſti nobis, tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagiſti: vt ſi vaſallus cum de feudo interpellabatur, auctorem ſuum, id eſt, dominum, vt eum defenderet, vocauit [k], & hoc probare poſſit: ſi in eo iudicio vaſallus [l] fuerit victus de re aliena inueſtitum fuiſſe: vt dominus vaſallo eiuſdem

proſcrip. l. pe. & ff. de rit. nup. l. lege Iulia. alias non debet alterius delictum alteri nocere [e], vt no. in ꝑdic. tit. ſi vaſal. feud. pri. cui defe. ratur.

[e] Vltionem. ſicut extra, & alias dicitur: qđ virgo Deo dicata habet ſolatium de rebus raptoris, qui eam rapuit: vt C. de epiſc. & cler. l. raptores. ſicut etiam redditur dos patri loco ſolatij filiæ in matrimonio defunctæ, ne damnum pecuniæ ſentiat & filiæ amiſſæ: vt. ff. de iure do. l. iure ſuccurſum eſt.

[f] Qui fratrem ſuū. intelligas etiam ſi tradendo interfecit vt totā habeat hæreditatem. nā & licet ī curia amplius ſtare non poteſt, ad dominum non reuertitur: vt ȷ̃. tit. an ille qui interfecit fratrē domini ſui, feudum amittat. ca. ſi quis interfecerit. Quod autem dicitur in fine: ſi cōtra conſtitutionem bonæ memoriæ &c. determinabitur. ȷ̃. de vaſal. qui cōtra conſtituit. Lotha. feu. amit. c. j.

[g] Ad proximos. & nō ad filiū vaſalli. vt ȷ̃. ſi vaſal. feud. pri. cui. defer. capitu. j.

[h] Scriptū totū, ſi totū alienauerit: ſi autē tantum partē alienauerit, tunc illa tantum redibit ad dominum.

[i] Agnoſcat. vt ȷ̃. de prohib. feud. alienan. per Lothariū. lege prima circa fin.

SI DE FEVDO vaſallus ab aliquo interpellatus fue. &c.

[a] Negotium. Vocauit. cæterum ſi nō vocauit, vt eum defenderet, nullum regreſſum habet [b]: vt ff. de eui. l. ſi fundo. §. vlt.

[k] Vaſallus. quod dici

De hoc vide per Dy. in ca. nō debet. de re. iu. li. vj. Item vide hic xviij. concluſio nes quas ponit hic Alua. ſuper intellectū iſtius gl. & incidit pe piūt dictæ cōcluſio. in quarta col. poſt mediū. in verb. quę pro intellectu iſtius glo.

[b] Hoc verum niſi ipſa denūtiatio fuiſſet remiſſa per pactū: vt leg. Herēnius. ff. de euict. ſecundum Aluaro.

dicitur dominum teneri, intelligo secundum distinctionem quæ sit s̄. de inuesti. rei. ali. cap. j. Item hoc intelligo, quando denuntiatum est domino vel eius procuratori, maxime domino sciente. Item & quãdo non per iudicis iniuriam siue per imprudentiam iudicis sentẽtia lata est.

1 Istam limitationẽ sequuntur hic Alua. & Præpo.

Item & quando nõ ex cõpromisso sententia lata est. Item & quando contra præsentem pronuntiatum est. sed & si non denuntiauit: quia dominus vbi esset, scire non potuit: nihilominus recte aget: & veniet etiam in actiõe meliorationis ratio: et hæc omnia his legibus colliguntur: vt ff. de euic. l. si p imprudentiam. & l. si fundo. & l. si ideo. & l. si dictum. & §. j. & §. si præsentem. & C. de euic. l. emptor fundi. & l. si controuersia. & in sum. si res euicta sit culpa sua, dominus nõ tenetur: vt ff. de euic. l. si dictum. §. si cum posset. Accur.

a In feudum dandos. id est, in terrã, siue aliquã rem immobilem, quam teneat ab eo in feudũ sicut priorem tenebat. alias enim aliter intelligeretur, id est, quod deberet tenere nummos in feudum, hoc stare non posset: quoniã feudum, siue beneficium non potest consistere, nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus: aut in iis, quæ inter immobilia computantur, veluti cum de camera, aut de cauena datur feudum: vt s̄. de feu. cog. ca.

æstimationis, quod erat tempore rei iudicatæ feudum restituat, vel nummos in feudum dandos [a] numeret: & hoc cùm certum est vasallum de feudo victum fore. Sed si dominus neget hoc feudum nunquam ab eo tenuisse, nec ab eo domino ipsum vasallum, vel eius antecessores vnquam inuestituram accepisse: & hoc vel per instrumentum publicè confectum [b], vel per pares [c] curtis vasallus poterit probare: dominus ad restitutionem feudi tenebit. alioq; dominus sacramentũ subire cogetur [d], istum qui est in causa, vel eius antecessores à se, vel à suis antecessoribus nunquam hoc feudum tenuisse, vel inuestituram accepisse: quo facto dominus absoluendus erit.

TITVLVS XXVI.

SI DE FEVDO defuncti contentio sit inter dominum & agnatos vasalli.

Si conuentio est inter dominũ & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione: vtroque autem in probatione deficiente, agnato defertur iusiurandum. Baldus.

SI de feudo defuncti militis sit contentio inter dominũ & agnatos defuncti, domino nouum feudum agnatis verò paternum esse contendentibus agnati in possessione feudi, de quo quæritur constituendi sunt. Eo facto, super principali quæstione cognoscendum est: vtroque autem deficiente in probatione, electio iurisiurandi [e] agnatis danda est.

Si contentio est inter filiam & agnatum de beneficio, filia interim debet esse in possessione: vtroque autem deficiente in probatione, agnatis defertur iusiurandũ. Baldus.

Inter filiam defuncti & agnatos eius de quodam prædio mota est quæstio, agnatis feudum, filia verò allodium siue libellarium esse asserentibus. super possessione, apud quẽ manere debeat, quærebatur? Responsum est, apud filiam possessionem interim [f] esse collocandam: deficientibus verò hincinde probationibus, per iusiurandum causa cognita res

2 Hanc q. gl. nõ soluit: sed vide hic per do. An. de Iser. q hoc late declarat.

sciendum. Sed si quis 2 simplex contra consuetudinẽ pecuniam in feudum dedit, pro cuius datione fidelitatem quoque recepit: quid erit? nunquid amittet pecuniam? & qui iurauerit fidelitatem abibit iuramento solutus, ita quod vasallus non erit

b Publice confectum. & à duobus vel à tribus paribus confirmatum, si de noua inuestitura agatur: vt s̄. quid sit inuesti. c. si enim. sed secundum Mediolanẽses sufficit, si etiam ab extraneis sit confirmatum: vt j. qui testes sunt necessa. ad proban. nouam inuestitu. c. si clericus.

3 Totam istam glo. sequuntur scrib. hic.

c Per pares. hoc intelligo secundum distinctionem prædictam: scilicet si agatur de noua inuestitura, an de veteri.

d Subire cogetur. Sed cur debet dominus cogi iurare. cum etiam si nihil præstiterit, debet obtinere: vt C. de eden. l. qui accusare. Item nunquid hoc est intelligendum in casu proposito, scilicet quãdo dominus ante sententiam non infíciabatur feudum esse, & à se detineri: an vtroque casu intelligis dominũ debere iurare? Respõ. ad cautelã domino defertur in primo casu, scilicet quãdo non infíciabatur: sicut alibi studiosus inueniet. Py. & hoc forte ideo, quia prẹsumptio erat pro vasallo, scilicet quãdo dominus non erat infíciatus illud feudũ, scilicet quãdo fuit denuntiatũ ei: alias enim absolueretur nullo etiã dato sacramẽto. & sic intelligas hoc. et si tunc non confitebatur, non tamẽ diffitebatur: alioqui contra propriam scripturam audit. Audiretur enim cõtra propriam scripturam, si deferretur sibi iuramẽtum eo casu quando ab initio, cum fuit ei facta denuntiatio, cõfessus fuit feudũ esse, & à se detineri, quod esse nõ debet, vt quis contra propriam scripturã & confessionem audiatur: vt. C. de nõ nu. pecu. l. generaliter. Accursius.

Auditur quis quandoq; contra ꝓpriã scripturã.

SI DE FEVDO defuncti conten- tio &c.

e SI de feudo. Iurisiurãdi. Videtur mirum, quod hic dicitur agnatos posse reuocare iurando, cum quodammodo anceps periuriũ subire cogi videantur? Respon. quod non coguntur 5: sed volentes admittũtur: vt ff. de dã. infec. l. qui bona. §. ff. de in lit iur. l. videamus. præterea 6 hoc intelligo secundum distinctionem quæ sit. j. de cõsuet. rec. feu. c. sacramentum nõ semper &c. Item 6 quod dicit agnatos in pos feu. constituendos, est simile quod dicitur de interdicto quorum bonorum: vt. C. quorũ bo. l. si. Sed quid si status moueatur quæstio. nunquid interim possideat vasallus vel dominus? Respon. videtur quod dominus: vt. C. de Car. edic. l. j. & ff de Carbo edi. l. Carbonianum. §. penult. & C. de ord. cog. l. ij. licet in edicto diui Adriani videatur contra: vt. C. de edic diui Adria. tol l. ij.

f Interim. hic dicitur, quod interim filia possidere debet, istud merito accidit 8, quia iam facile fundata erat intentio eius: vt. C. de proba. l. siue. Sed quid est quod dicit vtroque in probatione deficiente, scilicet quod agnatis defertur sacramentum: cum actore non proban

4 Istã approbant Bald. Alu. & Prẹposit.

5 Istud dictũ sequitur Præpo. hic.

6 Istud dictum glo. reprobat per Præpo. hic.

7 Ista est vera, si de seruitute prouocatur in libertatem: secus si econuerso, secundum Bal. Alu. & Prẹpo.

8 Istã approbant communiter omnes scrib. hic

probante, & si nihil præstiterit reus obtinere debet? vt.C.de eden.l.qui accusare? Respon.illud est intelligendum secundum distinctionem Py.actore nõ probante &c.sicut distinguitur.j.de consue.rec.feu.c.sacramentum. huic.c.præbet adminiculum quod legitur.C.de iureiur.in bonæ fidei huic ca. obuiare videtur, quod legitur in proximo notabili seq.nã hic dicitur,quod datur agnatis electio : licet ibi dicatur, quod datur filiæ: ergo vr erunt cõtraria, vel rationem diuersitatis assignabis? Rñ. si ea quæ dicta sunt superius, diligenter attendas, à superioribus non discrepabit. referas autem ad distinctionem supradictam.

decidetur, electione danda agnatis. Defuncto milite, inter dominum & filiam illius super quodam feudo quærebatur: domino feudum, filia allodium siue libellarium esse allegante? Respondi, filiam in possessione feudi manere debere, donec de eo iudicetur: probatione verò hincinde cessante, electio iurisiurãdi filiæ danda est [a].

[a] Danda est. occurrit contradictio supradicto proxi. ca. Sol. hic pro filia faciebat præsumptio, ibi pro agnatis. Accursius.

Inuestitura sumit effectum cùm feudum sibi, vel hæredi suo fuerit apertum: sed inuestitura facta à prælato eodem modo non capit effectum, nisi sibi aperiatur: & in tali inuestitura non exigitur consensus eius de cuius feudo procedit. Baldus.

Moribus [b] receptum est, dominum de feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad dominum reuerti sperabatur, in alium militem inuestituram facere posse: quæ inuestitura tunc demum capiet effectum, cùm feudum domino, aut hæredi suo fuerit apertum. Secus est in ecclesiasticis personis. nã si ecclesiastica persona talem faciat inuestituram: non aliter valebit. nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur: & in tali inuestitura consensus eius, de cuius feudo sit, exquiri non oportet.

Pactum de futura feudi successiõe an valeat.

[b] Moribus. hic videtur quod pactum de futura successione feudi valeat & teneat, & sine consensu illius, de cuius hęreditate quæritur, vt alibi tenet vẽditio: vt.ff. de act.emp.& vẽdi. l.si quis alienam. et de hære. vel actio. vendit. l. ij. §. iij.& arg.C.de pactis.l.j. Arg. contra. C. de pactis l.vlt.& .ff.de acqui. hære.l.q superstitis. &. C. de inut.stip.l.ex.eo. & C.de ecli l.pactum quod dotali. Sed ad hoc vt valeat, potentissimum est arg. C.de donat.l. iij. De hac materia satis tractatum est s.tit.qui suc.tene.c. si vero archiepiscopus.& de feu. da.in vicem legis cõmis. c.si quis inuestierit &c. Accursius.

Istud di-... glo. ...quuntur ...mmuni ... scrib. ...: Idem Al ...& Prę- posit.

[c] Scientia. quod dicit de scientia, intelligo sic, vt crassa & supina ignorantia non sit excusata: vt supra, no. est, quod legitur.ff.de iu. & fac.igno.l nec supina. & l.regula.& quod postea dicit expoliabitur, intelligo pro ea parte, quam inficiatus esset vt dicitur de alienatione feudi.j.de vasal.qui con.consti.Lotha.bene.ali.c.j.nec enim debet vltra procedere metus quã reperiatur delictum: vt.C.de pœnis.l.sancimus. &.ff. de vulg. & pu.sub.l. ex facto.§. Iulianus.& no.hic de pœna inficiationis: quæ quanquam varia sit, in fine libelli disputa. satis potest à diligenti competenter indagari.

[d] Celauerit. non per dolum: alioqui per hoc, quod celat per dolum dominum cõtra abnegantem sciens patefaciendo non adiuuat: vtile, vel facile nõ habet hic memoria, quod habere debet: vt.s. de for. fide. l epistola. ergo quia deierat. non immerito feudo caret: vt infra hic finitur lex, dein de consue.reg.ca.si inter dominum & vasallum.

Sequitur eam Alu. hic.

Si vasallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem: conuictus postea de mendacio, perdit feudum, & eius conditionem. Bal.

Vasallus si feudum, vel feudi partem, aut feudi cõditionem ex certa scientia [c] inficiatur, & inde cõuictus fuerit eò, quòd abnegauit feudum eius, vel conditionem, expoliabitur. Alius autem vasallus, quamuis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut si aliam rem domini celauerit [d] vasallus, feudum tñ nõ amittit.

Qui per triginta annos rem alicuius, tanquam in feudum possedit, & pro ea seruitium præstitit domino, præscribit in feudum. Baldus.

Si quis per triginta annos [e] rem aliquam, vt feudum possedit, & seruitium domino exhibuerit: quamuis de ea re non sit inuestitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri potest. Qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit: hoc ipso fendum amittit [f]. Et si vasallus [g] omni anno domino se non repræsentat: feudum tamen non amittit. Omnes filij eius [h], qui feudum acquisierit, fidelitatem fa-

[e] Triginta annos. illud merito accidit: quia tanto tempore actio omnis tollitur: vt C.de p̄script. xxx. ann. l. omnis. & de præscript.long.tempo. l.malę fidei. Sed nũquid istud locũ habet siue bona, siue mala fi. possederit? Item nunquid istud locum habet siue cum titulo, siue sine titulo? Item si à possessione cecideris, nunquid vendicare poterit: & si ad vendicationẽ admittatur: nunquid præfertur dominus vendicãdo, an ipse? Respon. hęc omnia inuenies notata in C.de pręscrip.xxx. anno. l. si quis emptionis.

Actio ois xxx ann. spatio tol litus.

[f] Amittit. hoc ideo accidit: q̃a ex quo incipit esse miles Dei, definit esse miles seculi, nec debet beneficium pertinere ad eum, qui nõ debet gerere officium: vt supra, de eo qui ar. belli. depo. Sed nũquid per alium potest feudo seruire clericus? rñ. hæc q̃stio est scholastica: & ideo omisimus eam: quia in brochardicis disputatur à iuris prudentia.

[g] Et si vasallus. istud plenius dicitur.j.eo.c.licet.

[h] Omnes filij eius. merito dicit omnes filios fidelitatem iurare: quia cum plures personæ in locũ vnius personæ succedant. omnes pro singulari persona sunt accipiendi: vt ff de condi. & demon.l.cum fundus.& C.de secun.nup.l. si quis. & intelligo quod istud maxime expositiue ponatur. nam si pro diuiso possiderent is solus qui possidet vasallus est censendus. huic cõsonat.ff cõmoda.l.iij §.hęres.& ff.de vi& vi arma. l.si plures. Sed quæritur an vasallus teneatur iurare,

& sid

& fidelitatem facere omnibus hæredibus domini: an sufficiat, si paratus est iurare vni? quod sufficiat vni iurare, videtur probari posse: quia in principio, quãdo recepit feudum, non fuit expressum, quod omnibus iurare debet. ergo non est verbum prorogandũ: quia à tenore verborum in contractu appositorũ non est recedẽdum, nisi euidenter illud appareat: vt ff. de leg. iij. l. non aliter. Itẽ quia in hoc casu posset deuenire ad infinitatem, & infinitas est euitanda: vt ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlti. & de re iudi. l. à diuo pio. §. sed si emptor & l. j. §. si cui. ff. vt lega. no. cauea. & de lega. iij l. fideicõ. §. si quis decem. & de ver. sig. l. boues. §. hoc sermone. & de ver. obl. l. eũ qui calendis. Item quia fauorabiliores sunt rei, quàm actores: vt ff. de acti. & obl. leg. Arrianus. Item quia isti hæredes non essent contrarium postulaturi eius, quod petunt: ergo non sunt audiẽdi: vt. ff. de dã. infec. l. qui bona. §. si quis. & .C. de sol. l. pe. Item quia obligatio non debet mutari ex persona successorum: vt. ff. de verb. obl. l. ij. §. ex his. & de præto. stip. l. ij. §. j. & de dam. infec. l. damni. §. si quis. & de diuer. & tempo. præscrip. l. cum hæres. Item quia specialis est obligatio, non debet in alios extendi. ar. ff. de actio. empt. & vend. l. qui ab eo. Item quia cum vno contraxit, nõ debet in plures aduersarios distingui: vt. ff. de exer. ac. l. j. §. vlt. & l. ij. Ex his itaque patet, quod vni iurando, liberatur: vt. ff. de iis, qui deie. vel effu. l. j. §. vlti. & l. iij. Ecõtra prima ratio potest in caput vasalli retorqueri: iurauit enim sibi & suis hæredibus: & si nõ fuerit dictum suis hæredibus, sed sibi: cum non fuerit additum sibi tantum, & hæredibus iurasse intelligitur: quia pactum non fuit personale: licet in eo psona fuerit incerta: ergo transit ad hæredes: vt ff. de. pact. l. iurisgentium. §. vtrum. & l. tale pactum. & de pig. act. l. si necessarias. §. de vendendo. & de proba. l. si pactum. si trãsit ad hæredes: ergo ad omnes vt argu. ff. de ser. ui. vrb. præ. l. si seruitus. secundo respon. Item illa ratio: quia obligatio non debet mutari ex persona suc. potest retorqueri in vasallum: & illa, quia non esset postulaturus contrarium: & omnes aliæ. Solu. iurare debet omnibus: quia vasallorum est ius indiuiduum, vel esse debet, ad instar libertorum, quorum est ius indiuiduũ: vt ff. de iure patro. l. Carmelia pia. & ea quæ indiuidua sunt, debentur hæredibus insolidum. vt ff. de serui. ru. præ. l. si vnus ex. & de condi. & demõ. l. si cui fundus. nec enim incurritur infinitas, cum effectus sit idem. tantum enim faciet omnibus hæredibus insolidum, quantum faciebat soli defuncto. quare vni pro omnibus iurando poterit liberari: vt argu. ff. de iis, qui deie. vel effud. l iij. à contrario sensu illius. l. vt sit contrariorum eadem ratio: vel si grauari sentit, relinquat feudum, secundum Py. sed quicquid dicat Py. hoc tamen videtur expressim dictum in constitutione Friderichi, imperialem. §. præterea ducatus. scilicet, vt non teneatur fidelitatem facere vasallus, nisi vni: dicendo, quod pro vno feudo plures dominos habere non compellatur.

Indiuidua hæredibus insolidũ debentur.

cere debent: maximè si indiuisum habent. quòd si feudum ex diuisione ad vnum tantùm peruenerit: ille tantùm faciet fidelitatem. Adoptiuus filius in feudum non succedit [a]. Mulier habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis decessit: inter quos feudi quæstio aliarumq́ rerum maternarum vertebatur. obtinuit filios prioris matrimonij, tam in feudo, quã in cæteris potiores esse [b]. Naturales filij, licet postea fiant legitimi [c], ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur. Si minori [d] datum fuerit feudum: fidelitatem facere non cogatur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax sit: feudum tamen retinet.

Si filius impubes successit vasallo, non cogitur facere fidelitatem, nec seruitium personale potest præstare: tamen si alius pro eo sponte facit, admittitur. Bald.

Si quis decesserit filio impubere [e] relicto, fidelitatem, nec ipse, nec alius pro eo facere cogitur [f]. Idẽ de seruitio personali:

a Succedit. licet in quartam omnimodo patri adoptiuo succedat: vt C. de adop. l. ij. & insti. de adoptio. §. cum autem. & ff. de adoptio. l. si arrogator. nec sibi putes aliquem iniuriam fieri, cum patris naturalis omnia iura persistãt vt C. de adoptio. l. cum in adoptiuis. circa medium primæ columnæ.

b Cæteris potiores esse. Istud quod hic dicitur expressim legibus contra dicit, & iniquitatẽ continet maximã: vt C. de legi. hære. l. vlt. & C. ad senatusconsul. Orficia. l. pe. vel forte hic loquitur de iis filiis secundi matrimonij: quæ dicuntur infra proxi. c. filij. nati.

c Legitimi, hic notabis illud generale, qđ ab initio non valet, nec ex postfacto conualescit, secũdum quod plenius nota. in cõstitutione Friderichi. imperialem. circa fi. j respõ. sic etiam dicunt & de clerico, qui beneficium amiserit: nam licet postea desinat esse clericus, non tamen feudum possidebit: vt j. de feu. fœmi. §. ex hoc illud. hoc autem quod de naturalibus dicitur, ita intelligo: nisi fiant ita legitimi, vt in feudo succedant: & hoc sit nominatim dictũ ab Imperatore: & sic ex rescripto licebit, quod alias non liceret: vt C. de preci. impe. of l. quoties. & ita accidit Mutinæ in causa cuiusdam Hugo. contra Passapontes: vt ferebatur.

Inualidum ab initio, ex post facto non conualescit.

d Si minori. sed de quo minore intelligendũ est hic? Respon. [1] de impubere tantum: nam si fuerit pubes, per annum & idem differat, feudo priuatur: vt in constitutiõe Friderichi, imperialem. §. præterea & c. istud antem fauore minoris dicitur: quia generaliter nulla est inuestitura facienda ei, qui fidelitatem recusat, vt s. per quos fiat inuestitura, & per quos reci c. nulla.

e Filio impubere. Iste casus valde notabilis est [2] qa si filios habet, alienatur, quod etiam eo viuente reuocatur alienatio: sed si non habet, demum eo mortuo, quod quare contingat, is inquirat cui alia inquirẽda relinquimus. Et no. quod qui alij consentit, sua iura perdit [3] vt s. denotatum est: in pluribus locis. & s. q. bus modis feudum amitta. §. præterea. & s. si de inuestitu. inter domi. & vasal. lis oria. §. si autem aliquis alibi. ad hoc, vt pximior agnatus succedat, alienatoris mors inspicitur: vt s. de suc. feu. c. ij. §. j. Sed qđ est quod dicitur. s. quibus cau. feu. amit. § denique in fin. scilicet quod si vasallus alienauerit feudum illicite, quia videtur dominum contemnere, ad ipsum omnimodo pertinebit: nũquid ppter alienationẽ excludũtur filij? Item si excluduntur, cur ad agnatos potius, quàm ad ipsos pertinet, maxime cum fuerit auitum & proauitum? Respõ. determinabitur. j. titu. si vasallus. feud. priue. cui defe. c. vasalli feudum & c.

f Cogit. no. hic qđ impubes nõ cogit fidelitatẽ facere [4], nec seruitiũ vel p se, vel p aliũ: si tñ fecerit, vel facere voluerit, admittitur & audit. Istud aũt potissime notabis [5], qđ alius pro alio feudo seruire valeat. huic præbet adminiculũ. C. de episco. & cleri. l. quisquis. & l. ad similitudinem. & ff. de administr. tuto. l. ita. in princip

1 Istam gl. in omnibus sequitur & tenet hic Aluaro.

2 Istam gl. sequuntur Baldus, & Aluar.

3 Et hoc siue expresse siue tacite consentit, secundũ Aluar.

4 Idem Aluar.

5 Placet Bald. & Aluar.

alius tamen pro eo faciens ſeruitium admittetur. Titius filios maſculos non habens partem ſuam feudi Seio, partem eiuſdem feudi poſsidenti agnato ſuo conceſsit. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare poteſt. quòd ſi Titius filios proprios haberet, pretio reddito etiam viuo Titio, quòd ſi conſenſit a alienationi, vel per annum b, ex quo ſciuit, tacuit: omnino remouebitur.

Facta domino de feudo abuſiua inueſtitura, cogitur dominus vaſallum mittere in poſſeſsionem, nec liberatur intereſſe præſtando. Bartolus.

Si facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum, antequam poſſeſsionem transferat: an præſtando intereſſe vaſallo liberetur, quæſitum fuit? Reſponſum eſt pretermiſſa illa condemnatione dominum poſſeſsionem feudi c, de quo inueſtituram fecit tradere d compellendum. Filij nati e ex ea vxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum eſt, ne filij ex ea nati, patri ab inteſtato ſuccedant: in feudo ſuccedunt. Nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur.

Ei, qui non vult aliquid conſequi, ſed ius quæſitum conſeruare, non imminet ius offerendi, niſi dies fuerit appoſita. Bald.

Licet vaſallus domino ſeruitium non offerat: quãtocunque tempore ſteterit (dummodo domino potenti ſeruire paratus ſit) beneficium non amittit, ſi tamen ſciat ei magnum periculum f imminere: vltrò adiutorium ſuum ei debet præbere. Inde quæſitum eſt, ſi dominus in periurium incidat, quia dare non valeat, quod dare iurauerat: & vaſallus eum liberare poſsit ſuam pecuniam dando, & non facit: an beneficium amittat? & reſponſum eſt, non amittere g.

Si vaſallus culpam committit h, propter quam feudum amittere debeat: neque filius, neq; eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur i: ſed agnati, qui quarto gradu ſunt:

prin. & C. de cad. tol. l. vnica. §. ne autem. & de natu. libe. l. iij. & de præpoſ. agen. in re. l. agentes. libro. xij. & in ſum. ſ. in prin. hic autem arbitrio minoris. l. impuberis relinquitur. hodie vero per maiorem partem curiarum neceſsitati ſubiicitur. nam hodie cum dominus inueſtit impuberem: aliũ pro eo donec pubes fiat, poſtulat vaſallum: quē impubes nulla adhibita excuſatione præſtat: ſed tamen nõ puto præiudicium ei fieri, ſi id non faciat: vt hic dicit. & notabis, quod ad id, ad quod aliqui non compellitur, volens tamen admittitur. ſimilia ſtudioſus inquirat.

De hoc vide per do. Alua. hic in ij. col. in ver ſic. quæro quē cum dicta glo.

a Conſenſit. ſiue tacite, ſiue expreſſe: vt nota. ſ. quibus mod. feud. amitta. ca. præterea.

b Per annum. remouebitur ergo iſte proximior agnatus à petitione illius partis feudi, quod tanquã proximiori debebat ad eum peruenire taciturnitate illius anni à tempore ſciẽtiæ cõputandi: quod ideo forte contingit: quia ille erat de agnatis ad quē feudum ſpectaret: niſi ipſe præcederet in gradu vno forte, vel pluribus, nõ curo & hoc facit ſcientia & anni trãſcurſio & agnatio illius qui poſsidet: quaſi videatur conſentire alienationi factæ agnato ſuo. ſecus forte eſſet, ſi extraneo alienaſſet: quoniam tunc nõ noceret ei annalis trãſcurſio: niſi forte eſſet tanta, per quam ius ſuum tolleretur: puta xxx. anno. vt C. de præſcript. xxx. anno. l. ſicut. & authen. malæ fidei. de hac annali præſcriptione habes ſ. ſi de inueſtitu. inter do. & vaſal. lis oriatur. c. ſi autem aliquis.

c Dominum poſſeſsionem feudi. ſcilicet vacuã poſſeſsionem ſtatim ſcilicet poſtquã fecit inueſtituram & fidelitatem recepit, ſi per pactum non remiſit & fidelitatem: imo ſi differret eam tradere, omnē vtilitatē præſtabit ei: vt ſ. de noua forma fideli. ca. inueſtitura, & intelligas, quod hic loquitur de ea inueſtitura ſcilicet verbali, quæ abuſiuo modo dicitur, & non de ea quæ proprie dicitur inueſtitura, ſecũdum quod de vtraq; dicitur ſ. quid ſit inueſtitura. ca. j. alias enim ſi de propria inueſtitura loqueretur, nulla eſſet dubitatio. ad quid enim teneretur dominus tradere poſſeſsionem, cum iam tradita erat? & tunc nõ eſſet mirum, ſi vaſallus non compelleretur intereſſe recipere, ſi nollet. Sed quid ſi alium inueſtiuit poſtea quam iſtum inueſtiuerat, & ei poſſeſsionem tradidit antequam iſti: nunquid tunc liberabitur ſoluendo intereſſe? & quare non? ſicut ſi vendidiſſet duobus: vt tunc habeat locũ ſi res vendita non traditur &c. vt ff. de actio. empti. & venditi. l. j. Accur.

d Tradere. ſicut alias dicitur de donatore, qui omnino cõpellitur rem ſimpliciter inter viuos donatam tradere: nec temere poterit eam reuocare vt inſti. de dona. §. ij. aliud eſt ſecundum vnam ſententiam in re vendita, à cuius traditione liberatur venditor præſtando intereſſe: vt ff. de actione empt. & vendi. l. j. veruntamen ſuper ea variatur.

e Filij nati. iſti filij, qui lege Salica dicũtur nati ſiue proditi, in feudum nõ ſuccedunt: ſed nec in proprietate prioribus extantibus. ſi enim priores non extarent. tunc in proprietate ſuccederent, & non in feudo. prioribus verò fratribus ſine filiis decedentibus ſuccedunt: & dicitur tale matrimonium Mediolani accipere vxorē ad morganaticam, alibi lege Salica: vt j. de filiis natis de matrimo. ad morganaticam contracto. ca. quidam habēs filium. & de his forte filiis loquitur. ſ. eo. l. mulier.

f Periculũ, puta quia dominus obſidebatur: vel alias ei mors imminebat. tunc enim vltro (vt dixi) debet ei ſuum adiutoriũ præbere & ſine nuncio, & cũ potuerit: alias enim fundum perdit: vt j. hic finitur lex. §. ad hoc.

g Non amittere. non enim ſufficit quælibet occaſio per quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus, ad feudum amittendum: vt ſ. quib. cau. feu. amit. circa principium. ſicut non amittitur ex omni cauſa, ex qua opinio vaſalli grauatur: vt ſ. prædicto tit. §. illud enim certum eſt.

h Culpam committat. arg. contra huic ca. & C. de decu. l. ij. §. pen. & de inter. & re. l. iij. & de in ius voc. l. adoptiuum. in fi.

Filius nõ amittit feudũ ab auo acquiſitũ propter patris delictum.

i Reuocabuntur. notant hic quidam, niſi ſit feudum ab auo acquiſitum: quia filius propter delictum patris non debet amittere feudum acquiſitum ab auo: vt ar. ff. de ſena. l. emancipatum. §. ſi quis. & C. vnde lib. l. vi.

quod forte falsum puto: quia si nō debet amittere feudum ab auo acquisitum: ergo multo minus, si à proauo, vel etiam à superioribus. vel etiam eadem æquitate siue ratione non debet amittere. quomodo enim possent esse isti agnati, de quibus dicitur, in quarto gradu, nisi ab auo: vel proauo ad minus esset acquisitum? Dicas ergo, quod nullo modo debeat admitti filius ad eius portionē, nisi per gratiā solam à domino acquiratur: & agnati non extent, quibus aperiatur: qui vsque ad quartum gradum admittuntur: vt hic dicitur: imo vsque in infinitum: vt j. si vasal. feud. pri. cui defe. c. j imo quod plus est, puto, φ etiam agnati remoueātur à petitione illius: si talis sit felonia, quæ dominum respiciat: vt dn̄s habeat hāc suę iniuriæ vltionem: vt s. quib. cau. feu. amit. §. denique. licet quidam forte intelligant illud habere locū in feudo nouo: secundum quod ibi not.

a In generali alienatione. quod hic dicitur, expositum est j. de capi. q cu. ven. c. quidam capitaneus. & quæ ibi notanē, hic similiter notari possunt.

b Si vasallus. huic accedit. ff. de euic. l. ij. §. vlt. & j. de controuer. inter domi. & emphi. feu. ca. domino cum emptore. & quę ibi notaui, hic repetas.

c Sciens abnegauit. hoc satis expositum est. j. de lege Corrad. c. si fuerit inter dominū &c.

d Dū tamen militi detur. si tamen dans fuerit miles. sufficit enim si sibi æquali detur. Item non debebit dari alia lege, nisi quam ipse habet: vt j. de leg. Corra. §. ex eadem lege. præterea non debebit pretiū accipere de eo sub colore inuestituræ eum vendendo: vt in constitutione Friderichi. §. callidis. & hoc est etiam quod hic dicitur, nihil in fraudem legis fiat &c. in fraudē enim tunc intelligitur facere, si vltra pretium medietatis acciperet pro toto. & hoc ita à multis intelligitur. & accedit huic quod legitur. s. qualiter olim poterat feudum alienari. circa prin. & quæcunque de hac materia notantur. j. de ca. Cor. ca. j. etiam hic possent notari.

e Si vasallus de beneficio suo istud cap. determinatur per id quod notatur. j. de condi. feu. inter vasal. & aliū. capit. si causa inter vasallum.

f Feudum. nisi sit tale, φ per se esse non potest: vt s. de inuestit. de re aliena. ca. rei.

g Domino committente feloniam istud melius exponitur. j. qualiter dominus à proprie. pri. c. ex facto.

h Admittitur. licet enim nō habeat propriam feudi naturam, iure tamen feudum censetur. poterit enim vendere & donare: vel aliter si sibi placuit alienare etiam sine domini voluntate. & hoc facit verbū illud & cui dederit & cætera. aliud tamen esset, si dixisset & cui in feudum dederit: quoniam tunc haberet propriam feudi naturam: vt j. de feu. nō habente propriam feudi naturam. cap. si quis ea lege &c.

i Titius cū Sempronio hoc ca. exponitur. j. de eo, q finem facit agnato de feudo paterno. ca. tres erāt agnati. Accursius.

* At quid si pater læsæ maiest. crimen admisit, an filius ob id perdat legitimam? Vide Car. zaber. in cle. pastoral. in vij. q. de re. iu.

dūmodo ad eos pertineat. In generali alienatione [a] vasalli non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit.

Si vasallus feudum ignorans alienauit, feudum non amittit, & sibi restituendum est, non domino tenebitur tamen ad interesse emptori ignoranti. Bald.

Si vasallus [b] feudum alienauit ignorans: non domino, sed ipsi vasallo feudum restituendum est: ad interesse verò emptori ignoranti condemnandus est vasallus. Vasallus feudum quod sciens abnegauit [c], amittit: ignoranti verò subuenitur. Quòd si dubitet: dubitanter respondere debet. Beneficium à vasallo in feudum, si nihil in fraudem legis fiat, rectè dari potest: dum tamen militi detur [d].

Si vasallus de beneficio suo [e] agat vel conueniatur: siue obtineat, siue non (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud iudicium. Nam & transigere rectè poterit: nec quod accepit transactionis nomine, feudum [f] erit.

Si dominus commisit feloniā, per quam, si eam cōmitteret vasallus in dominū, amitteret feudum: dominus etiam perdere debet feudi proprietatem. Bal.

Domino committente feloniam [g] (vt ita dicam) per quam vasallus amitteret feudum, si eam committeret: quid obtinere debeat de consuetudine, quęritur? & respondetur, proprietatem feudi ad vasallum pertinere, siue peccauerit in vasallum, siue in alium. Feudum ea lege datum, vt ipse & hæredes sui masculi & fœminæ, & cui dederit, habeant: iisdē culpis amittitur [h], quibus & aliud feudū. Quòd si vasallus alienauit: feudū esse desinit apud emptorē. Titius cum Sempronio [i] fratre suo feudum paternū possidēte pactum fecit de eo feudo non petendo à Sempronio hæredibusve suis. Sempronio sine hærede masculo defuncto, inter Titium & Seium fratrē suum de eo feudo quæstio orta est: quid inde fieri debeat, quæritur? Respōsum est, pactum non obstare Titio.

TITVLVS XXVII.

DE PACE TEnenda, & eius violatoribus.

Imperator adulatur omnibus suadens, quòd debeant seruare pacem: & statuit pœnam contra nō seruantes. Bald.

FRidericus Dei gratia Romanus Imperator semper Augustus, episcopis, ducib⁹ comitibus, marchionibus, & omnibus, ad quos literæ istæ [k] peruenerint, gratiā suam, & pacem, & dilectionem. Quoniā diuina præordināte clemētia, soliū regiæ maiestatis conscendimus: dignū est, vt cuius præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere.

De pace tenenda, &c.

F Riderich⁹. Literæ istæ. videtur ergo, quod voluerit imperator iste condere legem cum dixerit: ad quos literæ istæ peruenerint: sed dic tu super hoc secundū φ notatur. j. de pace

[f] Beneficij. puta quando vendiderat: cum idem est, quando ad libellum dederat, & eum recuperauit similiter ad libellum. & hoc est, quod sequitur, aut pro proprio, aut pro libello &c. & hoc verum est, quod non remanebit penes eum iure beneficij, scilicet illud ius quod per libellum transtulit, & postea recuperauit, rem tamen ipsam nihilominus retinebit in feudum, sicut ab initio habuerat. & hoc datur intelligi per id quod infra sequitur, illud verò ius &c. & quod in fine dicitur, si feudum domino refutauerit. &c.

[†] No. hic text. satis elegãtem. Quærit hic domi. Aluar. de tali quæstione quã ponit Bal. in l. ij. C. de episco. aud. Si ex forma statuti daretur certa solẽnitas in venditione rei feudalis vel emphyteuticæ, sine qua vitiatur venditio: an tũc si contra fiat, cadat quis propterea iure suo? & respõdeo secundum Bal. quod non: quia verbum venditionis absolute prolatum, nõ cõprehendit venditionẽ quæ nulla est ex defectu solẽnitatis. per leg.iiij.§. condẽnatum.ff.de re iud.facit. l. alienationis. ff. de ver. significa.

a Singulis forte annis.scilicet quod datur ei pro libello singulis annis sui reditus. Vel intelligas hoc scilicet,quod ad libellum domini voluntate dedit,vt referatur ad superius dictum,& non ad proximum.Sed prior expositio verior videtur.

b Alterius rei.i. tãquam alia res esset sibi data ad libellum :scilicet ab illa quam tenebat in feudum.

recuperauerit: dummodo scias, quòd si ad libellum domini voluntate id dederit, si quidem pro libello ei datur singulis fortè annis [a], & hoc iure feudi censebitur. Illud verò ius, quod per libellum transtulerit, & postea recuperauerit:pro beneficio non tenebit, sed velut alterius rei [b] datæ per libellum. Et enim si feudum domino refutauerit: libellum retinebit.

TITVLVS XLV.

AN AGNATVS, vel filius defuncti possit retinere feudum repudiata hæreditate.

Primò tractat, an agnatus possit hæreditatem agnati repudiare, & feudum retinere. Secundò an filius vasalli possit hæreditatem repudiare, & feudum retinere. Secunda in versicu. si verò.

SI contigerit [†] vasallum sine omni prole decedere: agnatus ad quem vniuersa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate, feudum [c] si paternum fuerit, retinere poterit [d]; nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine soluere cogitur: sed in fructibus si quos reliquit, vt de eis debitum soluatur, quo tempore decesserit (secundum quod suprà diximus [e]) considerabitur. Vbi verò filium reliquit, ipse non potest hæreditatem sine beneficio repudiare [f]; sed aut vtrunque [g] retineat, aut vtrunque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit. & licet alterum sine altero retinere nõ possit:agnatis tamen consentientibus [h] poterit dominus eum, si voluerit, quasi de nouo beneficio [i] inuestire: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminente.

AN AGNAtus, vel filius &c.

SI contigerit.
c Feudum.s. paternum.secus si fuerit nouũ: quoniam tunc nec cum hereditate,nec sine hæreditate retinere posset: nisi eo pacto esset acquisitum;vt s̃.dictum est pluries.

d Retinere poterit.hoc ideo cõtingit:qa potius principali prouidentia quam ex iudicio siue ex succesione defuncti ad eũ peruenit:vt argu. ff.de ado.l.si arrogator. à maioribus em̃ potius hoc intelligitur,quam ab isto.

e Supra diximus. vt s̃.hic finitur lex. §.his cõsequenter. considerabitur em̃ vtrum decesserit ante Calend.Martij, vel post: & hoc iõ, quia fructus illius temporis pertinẽt ad hæredem defuncti:& non ad dominum secundũ quod ibidem dicitur.

† Bald. prosequitur hanc materiam in vj. col. prope fin. eo.titu.

f Repudiare.hoc etiã verum est, siue feudum fuerit nouum, siue paternũ. & hoc datur intelligi per id quod. j.sequitur ad agnatos si paternum fuerit &c. Et ita not.qđ deterior conditio est filiorum, quam agnatorum. sic supra, si vasal. feud. pri.c. j. quod videtur mirũ: maxime cum fuerat paternum, quod potius principali prouidentia videtur ad eum pertinere debere, quam iudicio defuncti:vt s̃.notatum est.

Deterior est quandoque filiorũ conditio, quã agnatorũ.

g Aut vtrunque. Not. ergo hic, quod filius vasalli non potest retinere fundum repudiata hæreditate paterna ad hoc,vt nõ teneatur satisfacere creditoribus hæreditariis.& est pro hoc ar.ff.de ver.sig.l.bonorũ. §.j.& ff.vt in poss.leg.l.is cui.§.bonorũ.& de bo.pos. l.sed & cum.§.bonorum.& ff.de acqui.re.do.l rem in bonis.& de ver.obl.l.stipulatio ista. & ff. ad Treb.l. cogi.§.sed &.arg.contra.C.de co.fun.pa.l.ij.& C.de fun.pa l.fundi.& l.possessores.& C.de col.fũ.pa l pe. & ff.de bo.li.l.si patronus.§.fi. Sed nũquid idẽ erit in filio emphyteuticarij? ar.hic quod [*] sic.& prædicta pro & contra potes in eo notare.

* Hæc gl. non satisfacit quæstioni motæ.proinde tu videto Andream ab Isernia q constantissime decidit idem esse.

h Consentientibus. vel etiam postea ratum habẽtibus: vt s̃. de alien. feu.pa.c.j.cum ratihabitio retrotrahatur,& mandato æquiparetur: vt ibi notatur. nam & si ad istum nõ debet deuenire per successionẽ,tamẽ si cõsensu eorũ fuerit inuestitus,ad eum repetendum nullo modo regressum haberet:vt supra, quib. mo.feu.amit.§.pterea.& hæc verũ sũt siue cõsenserunt tacite vel expresse:vt ibidẽ notatum est.

i De nouo beneficio.sed nunquid in isto casu post mortem filij eius si decesserit sine filiis,ptinebit illud feudũ tãquam paternum adhuc ad eosdem agnatos, ita quod præferantur dño? Rñ.forte nõ,secundum quod videtur dici in illo.§. præterea. nam consentiendo eum inuestiri quasi de nouo beneficio, videtur iuri suo renuntiare. quia q alij cõsentit iura sua perdit: vt C.de admi.tut.l. cũ qdã.& etiã ad hoc est ar.j. prox.c.trea erant agnati.in fin. Sed quid si sine eorum cõsensu dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiuit,nũquid statim poterunt illud petere ab eo? Resp. forte non, si filius eum non repudiauerat,et cum alias forte dominus posset ei facere gratiam inuestiẽdo eum propter seruitium et amorẽ patris:sicut dicitur de filia: vt.s̃.quemadmo.ad fi.feu.pti.c.si quis sine filio.

TITVLVS XLVI.

AN APVD IVDIcem, vel curiam domini quæstio feudi debeat terminari.

Primò ponitur thema. Secundò quæstio. Tertiò respõsio. Secunda in versicu. est igitur quæsitum. Tertia in versicu. & responsum.

EX eo quod suprà diximus [k] vt si inter duos de bñficio fuerit cõtrouersia, coram iudice, vel arbitro finiatur, talis hic fit quæstio: quodam sine filio decedente, alius credens beneficium, quod ipse tenebat, apertum domino esse, ab eo inuestitus est eius beneficij nomine; econtra apparent agnati, qui feudũ sibi ven-

AN APVD IVDICEM VEL curiam domini quæstio &c.

k EX eo. Diximus: vt s̃. de lege Corr.c.si autem inter duos pares.

Coram

dicant, quasi paternum. Est igitur quæsitum, an apud curiam domini, vel iudicem sit hæc quæstio terminanda? Et responsum scio: quia ad dominum quodammodo causa spectare videtur, ad quem inuestitus habebit regressum de euictione: vt coram paribus [a] finiatur curtis. & licet alter per se non possit alterum trahere ad curiæ iudicium: generaliter tamen etiam si inter duos causa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorum alicui eius curiæ iudicium declinare.

TITVLVS XLVII.

QVALITER DOminus proprietate feudi priuetur.

Dominus propter feloniam commissam in vasallum, feudi proprietate priuatur: sicut econtra vasallus feudo. Bal.

EX facto quęsitum scio, & ergo à pluribus quæsiui, si dominus contra vasallum apertam feloniam fecerit: an sicut vasallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur? Et quidam dicunt, ex omni felonia, qua vasallus feudo priuatur, & domin⁹ proprietate priuetur. Alij non, nisi ex magna felonia, alij ex nulla. Sed prior sententia mihi placet [b]: non habita distinctione [c], qualis vasallus sit, vtrum per sacramentum, vel non.

TITVLVS XLVIII.

DE FEVDO NON habente propriam feudi naturam.

Si miles accepit castrum in feudum à duce, vt ipse & sui hæredes quibus dederit, id habeant: nō habet hoc feudum propriam feudi naturam: quia alienare potest feudum vasallus indistinctè: & ille in quem alienauerit, non retinebit pro feudo. Bar.

SI quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit: habeant? respon. iste, qui sic accepit, poterit id vendere vel donare, vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare: & ille etiā, cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est. Sed qualitercunque ei datum fuerit, siue ad proprium, siue ab libellum: licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi censebitur: vt ex his causis ipsum amittat, quibus [d] & verum feudum. Vbi ergo sic datum est feudum, & cui in feudum dederis, aliud est: & propriam feudi naturam habet.

TITVLVS XLIX.

DE EO, QVI finem fecit agnato de feudo paterno.

TRes erant agnati, vel plures. vnus eorū habebat feudum, quod erat paternū: sed alter eorum finem & refutationem ei, suisq; hæredibus, & cui ipse dederit, fecit. decessit iste sine filio masculo. Alter qui non refutauit, vendicat sibi totum. Alter verò, qui refutationem fecit,

[a] Coram paribus. hoc ideo contingit: quia hic cōstabat illud feudū pertinere ad illum dominum: licet in superiori ca. si autem inter duos pares, nō cōstabat. & ita habes hic, ꝙ pares debent cognoscere si volunt, quā do quæstio de feudo est inter duos: ꝙ videtur cōtra illud ꝙ dicitur in cōstit. Fride. imperialem. §. præterea si inter. s. ꝙ dñs cognoscere debet. Sed dicas ꝙ illa loquitur de iis, qui alias erāt vasalli: & nō tantū de eo super quo erat quæstio. hic autem ille, qui fuerat inuestitus de eo super quo litigabat, non erat alias vasallus. Vel intelligas, qđ hic dicitur corā paribus curiæ finiatur; si pares. s. voluerint & hoc etiā est ꝙ sequitur, & licet alter per se nō possit &c. & ꝙ dicit in fi. non licebit alicui eorum, intelligas, i. nō debebit poterunt tamē si voluerint. vel dicas, ꝙ dominus vna cū curia cognoscet: vt s. de inue. in m a facta. §. illud. & tamen sciēdum est, vt hoc ca. intelligatur secundum illud, & econtra Et secundū hoc dicas, ꝙ hoc ca. & etiam illud, si inter pares duos. loquātur secundū iura vetera: hodie aūt debebit dñs cognoscere: vt in constit. Fride. imperialē. §. præterea. & poteris hic notare, quæ notant super p̄dicto. c. illud tamen.

QVALITER domi. &c.

[b] EX facto. Mihi placet. & verior est, vt puto: & tunc ad vasal. perueniat proprietas, non habita distinctione peccauit dominus in vasallum vel in alium [1]: vt s. si de feu. cōtrouer. fue. c. domino committente. & non est mirum si proprietatem amittat, cum ipse dominus teneatur vicem reddere vasallo de iis, in q. bus vasallus eitenetur: vt s. de forma fidelitatis. in fine.

[c] Habita distinctione. hoc verum est, quantum ad id, de quo quærit hic: quātū vero ad hoc vt ꝓbari possit eligi ad cognoscendū inter dñm & vasallum inuito dño & vasallo, distinguendum est: quoniā ille nō est eligendus pro pari, q fidelitatē nō iurauit inuita altera pte: vt s. de controuer. feudi apud pares termi. c. si inter dominum.

DE FEVDO non ha. &c.

[d] SI quis ea. Ipsum amittat quibus. s. ille qui habuit à vasallo. Quid ergo ei proderit, si per propriū eū emit, si ex his culpis debeat ipsum amittere? Respon. non proderit ei: sed ei nocebit ad hoc, vt ipsum amittat: ideo ꝙ ꝓprium vel quia ad libellū sine voluntate domini ipsum acquisiuit. Vel dic & forte melius. s. ꝙ illud verbū amittat, nō referatur ad emptorem, vel libellariū: sed vasallum. Vel dicas, qđ vasallus iisdem caussis ipsum amittat. & ad hoc facit quod legitur s. si de feu. contro. fue. c. feudum. Sed nūquid emptor poterit ipsum præscribere si ignorans eū feudum esse ipsum per propriū emit? Item nunquid habet iste emptor omnem proprietatē & possesionem?

DE EO.

T qui finem fecit &c. Res erant. Nos

[1] Vide de hoc p do. Aluar. hic in j. col. in fi. versicu. quæro cō glo. j.

a Non obstente. hoc ideo, quia pactum fuerat personale. s. quantum ad ipsum qui refutauit, & eius hæredes, & cui daret. vnde non est mirum, si alij non prosit: vt ff. de pac. l. idem in duobus. §. j. secus si esset reale: vt statim sequitur: nisi feudum omnino &c. in rem e͞m pacta peræque omnibus prosunt: vt ff. de pac l. & hæredi §. j.

b Quasi nouum sit. s. quantum ad eum qui refutauit: non qua͞tum ad alium, qui non refutauit: nisi eius consensu hoc fieret, tu͞c enim & ipsi forte noceret: vt s͞. quibus modis feud. amit. §. præterea.

vult ad successionem venire, pacto non obsta͞te a.

Sapientes quidam Mediolanen. interrogati responderunt non obstare illud pactum, nisi feudum omnino refutauerit: vel nisi ad hoc refutauerit, vt dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiret.

Tunc enim secuta inuestitura noua, quasi nouum sit b feudum, non succedit.

DE NATVra successionis &c.

a SVccessionis. Pater filio. hoc est contra ius Romanum, quo pater succedit filio: & etiam mater: vt C. ad senatuscon. Tertyl. authe͞. defuncto. Sed hoc contingit propter naturam feudi. & ita in isto casu consuetudo feu. vincit legem. nimirum legum Romanorum non est vilis authoritas: sed non adeo sui valitura momento, vt vsum vincat aut mores: vt supra, de con. feu. c. j.

TITVLVS L.

DE NATVRA successionis feudi.

Primò determinatur clarè, quæ personæ succedere debeant in feudo. Secundo subditur quædam quæstio dubitabilis circa ius succedendi in feudo. secunda in ver. dummodo scias. Baldus.

d Succedit. hoc verum est, nisi tale fuerit feudum, in quo nullus succedat: puta in feudo marchiæ, ducatus vel comitatus: vel vlterius regalis dignitatis, de quo ab Imperatore fit inuestitura, in ipso enim nullus succedit, sed morte accipientis finitur: nisi iterum ab Imperatore inuestiatur: vt s͞. de feu. mar. c. j. licet hoc hodie sit vsurpatum: vt ibi & superiori. c. proxi. in fi. Item nisi fuerit feudum de quo no͞ fuit facta inuestitura: sed ita intrauit in pos. quis voluntate domini. In eo enim nullus succedit: vt s͞. quib. mod. feu. consti. po. c. j. Item nisi filius successionem feudi amisit propter culpam suam offende͞do dominum in vita patris: & de illa offensa domino non satisfecerit: vt in consti. Fride. imperialem. §. insuper. Item vbi pater deliquit, propter q͞ delictum amisit feudum: quoniam & tunc filius ab eo priuatur: vt s͞. si vasa. feu. pri. cui defe. c. j. & s͞. de feu. controuer. fue. c. si vas. culpam. Item verum est, q͞ succedit filius patri in feudo, si legitimus sit ab initio, no͞ adoptiuus, neq͞ naturalis. Item naturalis etiam si postea efficiatur legitimus: nec solus, nec cum aliis ad successionem feudi vocatur: vt s͞. si de feu. controuer. fue. c. adoptiuus. & c. naturalis. Item verum est, nisi fuerit natus surdus vel mutus, vel cæcus, vel claudus, vel aliter imperfectus, vt feudo seruire non possit: tunc enim secundum quosdam non succedit: vt s͞. ti. an mutus, vel alias imperfectus in feu. suc. c. mutus. Accursius.

e Non filia. licet enim filię vt masculi succedant, legibus tamen ad huiusmodi successionem aspirare no͞ possunt: nec earum filij: vt s͞. qui feu. da. pos §. hoc autem notandu͞. & hoc veru͞ est, quoniam proles fœminini sexus, & ex fœmineo sexu desce͞de͞s in feudo no͞ succedit, nisi ex pacto: vt hic, & s͞. de gra. suc. in feu. c. j.

f Nisi ex pacto. & tunc demum succedet cum masculi non extiterint: vt s͞. titu. episcopum vel abba. &c. c. item si episcopus vel abbas. in fin. & s͞. de suc. feu. c. filia vero. nec enim patet locus fœminæ in feudi successione donec masculus superest, ex eo quod primus fuerit inuestitus de eo: vt s͞. de eo qui sibi vel hær. su. mascu. & fœmi. feud. accepit. c. qui sibi. Accursius.

SVccessionis f feudi talis est natura, quòd asce͞dentes non succedunt verbi gratia pater filio c: inferius verò filius patri succedit d, & non filia e, nisi ex pacto f, vel nisi sit fœmineum. Tunc enim succedit filia matri g & patri secundum quosdam h: succedit nepos ex filio i solus k: & sic vsq͞ in infinitum: ex latere omnes per masculos descendentes, vsque in infinitum l, si feudum sit paternum. Paternu͞ m aute͞ voco, quicunq͞ ex superioribus id acquisiuit, du͞modo scias, q͞ si quis habens beneficium, quatuor superstitibus filiis decedat, & feudum ad

f Bal. super hoc c. ponit pulchra͞ quæsti. & eum vide col. ij.

g Filia matri. vel nisi post morte͞ patris feudu͞ à domino redemerit, vel nisi à domino fuerit inuestita de beneficio patris propter seruitium & amore͞ patris. tunc enim non poterit ab aliquo reuocari ex pare͞tibus suis vt s͞. que͞admod. ad fi. feu. perti. c. j.

g Filia. hoc potest referri ad illud verbum, nisi ex pacto. potest etiam referri ad illud, vel nisi sit fœmineu͞: & tu͞c intelliges, q͞ ille pater descendit ex fœmina quæ acquisierat feudum illud. quida͞ t͞n non habe͞t in textu hoc verbum patri &c.

h Secundum quosdam. dixerunt tamen quidam contra: vt s͞. de benefi. feud. c. j. imo etiam fuerunt, qui dixerunt, quod etiam masculi non succedant in feu. fœmineo, id est, per fœminam acquisito: cum secundum rigorem consuetudinis feudum dici debeat paternum, & non maternum: vt supra, tit. an mari. suc. vxo. in bene. c. si fœmina.

i Nepos ex filio. & non ex filia, proles enim fœminini sexus &c. vt s͞. de gra. suc. in feu. c. j.

k Solus. dicit quantum ad collaterales: quoniam do nec descendentes supersunt: non admittuntur collaterales agnati: vt suprà de gra. suc. in feu c. per successionem. Sed nunquid vna cum patruo admitte͞tur ad successionem aut in feud. in locum sui patris? Respon. sic, cum iure isto consuetudinario non sit prohibitum imo potius admissum: cum dicitur quod prima causa sit liberorum in suc feu. & inter liberos videantur postea nepotes connumerari: vt supra, prædi. tit. & ca. in prin. nimirum quoniam appellatione liberorum, vel filiorum nepos co͞tinetur: nec etiam poterunt eos dulciori vocabulo nominare: vt ff. de verbo. sig. l. liberorum. & lege, iusta. cum etiam Romano iure filius vna cum nepote ex filio mortuo succedit. C. de suis & legi. hære. l. iij.

Filiorum appellatione nepos continetur.

l Infinitum. hic potest notari, quod infinitas rei licitum vel illicitum non vitiat, nec excludit. & est contra illud generale, infinitas est euitanda. secundum q͞d no. s͞. qui feu. da. pos. §. hoc quoq͞ sciendum est.

m Paternum. Sed quare dixit, si feudum sit paternum? no͞ne dicitur feudum paternum, postquam peruenerit ad nepotes? & denique paternum feudum dicitur, dum à quocunque de superioribus sit acquisitum, vt statim sequitur, paternum voco &c. hoc est ab

vnum solum ex diuisione deueniat, & iste superstitibus filiis duobus vel tribus decedat, qui patrueles [a] dicuntur, & ad vnũ eorum beneficiũ feudi ex diuisione perueniat, & similiter iste superstitibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur, ad quorum vnum feudum similiter peruenit, sicut etiam ex aliis superioribus vel primis fratribus supersunt masculi: si ille, qui feudum habet, decesserit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perueniat, quæritur? Respondeo, ad solos & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit.

Et hoc est, quod dicitur, ad proximiores pertinere [b]. Isti verò proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum: sed omnibus ex hac linea deficiẽtibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

TITVLVS LI.

DE CAPITANEO, QVI CVRIÃ VENDIDIT, AN INTELLIGATVR BENEFICIVM VENDIDISSE.

eo parente: qui fuit agnationis communis: vt s̃. de gra. suc. in feu. c. j. circa prin. Rñ. nõ ideo dixit paternum, ꝙ illud non dicatur paternum, ꝙ iam peruenit ad nepotes: quia de eo paterno non loquitur, sed dixit paternum eo respectu, vt agnati remoueantur à suc. feud. donec nepos superest, scilicet quando ad auum illius nepotis iam peruenerat feudum paternũ, qđ debebat ad agnatos deuenire si nepos nõ præcederet eos in gradu siue gradibus, & de eo paterno loquitur: & hoc est ꝙ dixit solus.

a Patrueles. sed videt̃ falsum. s. qđ dicãtur patrueles: cũ sint nati ex eodẽ patre: vnde potius dicuntur consanguinei: cum ex eodẽ sanguine nati sint: de quibus habes titulũ specialẽ in authen. de consang. & vteri. fratri. col. v. patrueles autẽ dicuntur nati ex duobus fratribus: vt insti. de gra. cog. §. iiij. & ff. de grad. affi. l. j. §. iiij. sed dicas, ꝙ hi non dicuntur patrueles ex eo, ꝙ nati sunt ex eodẽ patre; sed dicuntur patrueles cum filiis aliorum fratrũ: licet de illis non esset adhuc locutus, sed in sequẽtibus loquebatur, scilicet vbi dicitur, sic & in aliis superioribus &c.

b Pertinere. filiis enim existentibus masculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per masculinum sexum descendentibus: cæteri remouentur agnati: vt s̃. de gradi. suc. in feu. ca. j.

DE CAPITANEO, QVI &c.

c Quidam. Non contineri. licet fuerit vsus verbo generali, vel simplici: id tamen debet intelligi tantum vẽditum, de quo actum fuerit inter cõtrahentes: vt arg. C. de trãsa. l. si de certa re. & C. ad Velleia. l. iubemus: nec etiã fuit cogitatũ de beneficio vẽdẽdo. ar. ff. de trãsac. l. cũ Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. j. vnde id tantum videtur vẽditum, quod verbis fuit nominatum. ff. de euic. l. qui libertatis. & de fun. instru. & instru. leg. l. cum de lanionis. & l. prædia. nec enim à ver. sig. recedendum est &c. vt ff. de leg. iij. l. non alite. Item nonne potest haberi curia sine beneficio, & econtra? ergo vendendo vnum, non sequitur venditio alterius. ar. C. de proba. l. neq; natales. & l. ad probationem seruitutis. imo ad venditionẽ vnuius sequitur exceptio alterius. ar. C. de pac. conuen. tam super do. l. si. & ff. de compen. l. Labeo. econtra *curia vendita, & beneficium venditum videtur, cum ad curiã pertineat: arg. ff. si ser. ven. l penul. §. j. & de actio. empt. & ven. l. creditor. §. si. in vendendo enim fuit vsus verbo generali vel simplici. ergo videtur omnia vendidisse,

Quidã capitane⁹ in quadã curte sua beneficiũ dedit militibus, & postea eandẽ curiã vẽdidit non habita mẽtione beneficij. Cõtrouersia est inter capitaneũ & emptorẽ: dicente emptore se curiã cũ beneficio emisse: domino verò contradicente ad eũ beneficium non pertinere. Respondetur, illud beneficiũ in venditione nõ cõtineri [c]: nisi expresse de eo actum sit [d]. Quæsitum esse apud me scio: si filius viuente patre dominũ offenderit, ita ꝙ feudum amitteret, si pater decessisset vtrum feudum amittat [f], vel non? secundum istos sic, secundum Gerardum non, & Obertum similiter.

Dispositio solius animi ad delictum non perficit delictum: sed insidiæ habentur pro delicto contra dominum consummato. Bal.

Si voluerit vasallus dominum offendere, sed non laborauerit: feudum non

quæ non excipit. argumen ff. de accep. l. pluribus. & ff. quæ in frau. cre. l. j. §. j. Item nonne beneficium cohæret curiæ: ergo cum dati be curiæ trãsit. arg. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. fin. & de institoria. l. cuicunque. §. penul. præterea beneficium inest curiæ tanquã pars in toto. ergo tradita curia, & ipsum beneficium traditum intelligitur. alioqui non intelligeretur curia tradita parte subtracta. ar. ff. de verbo. obl. l. qui vsumfruct. in prin. & l. in executione. §. penulti. & ff. de exceptio. rei iudic. l si quis cum totum. & pro accipiente contra dantẽ debemus interpretari. ff. de contrahend. emptio. l. Labeo. & de verbo. obliga. l. stipulatio ista. §. in stip. hoc etiam multum videtur facere pro emptore scilicet qa nõ erat forte alias empturus, nisi beneficium haberet: vt ff. de minorib. xxv. ann. l. tutor vrgentibus. §. fin. & de in diem addi. quòd si. & de sol. l. si quis aliam. qua enim ratione vult vẽditor emptori subtrahere beneficium, scilicet, quia specialiter: non dedit eadem ratione potest ei subtrahere domos, vineas, & terras. & ita redigitur ad nihilum venditio. vt ergo videatur aliquid dedisse, videretur interpretandum & beneficium datum esse. ar. ff. ad muni. l. j. & de leg. j. l. si quando.

* Ad hanc gloss. vide Iaco. Bel. hic, qui facile ac paucis dispu tationem explicat ac dirimit.

Dominus Bald. & Aluar. formãt super hoc capitulũ pulchras & vtiles quæstiones: ad quos propter longam disputationem te remitto.

d De eo actum sit. in generali enim alienatione vasalli non continentur. nisi de eis nominatim fuerit dictum: vt s̃. si de feu. contro. fue. ca. in generali.

e Si filius. Quicquid in isto ca. quæratur & respondeatur, hoc plene determinatur in consti. Frideri. Imperialem. §. insuper. hoc idem determinatur ibidem de vasallo vasalli, qui dominum domini sui offenderit. & ideo non est hic multum insistendum.

f Feudum amittat. hoc ideo, quia cogitationis pœnam nemo meretur: vt ff. de pœnis l. cogitationis. nec enim puniri debet affectus, nisi secutus fuerit effectus. ff. quod quisque iuris. l. j. §. fina. & de furt. l. j. §. j. & l. si quis vxori. §. neq; verbo. & l. infitiando. & ad legem

Cor. de fal. l. qui falsam. nisi aliud reperiatur casualiter dictum propter enormitatẽ criminis: vt C. de episc. & cle. l. si quis non dicam. & C. si quacunque prædi. po. l. j. & C. ad legem Iul. ma. l. quisquis. & ff. de extraord. cog. l. j. non obstat quod alias dicitur, quod in maleficiis voluntas inspicitur, nõ exitus. ff. ad leg. Corn. de sica. l. diuus. §. j. quia illud est verum in maleficio perpetrato, scilicet, vt in eo non inspiciatur, quod perpetratum est: sed debet inspici, si ille qui commisit, habuit voluntatem delinquendi: & tũc puniatur. si autem non habuit voluntatem: tunc secus: vt C. ad leg. Cor. de sica. l. j.

Voluntas in maleficiis nõ exitus inspicitur.

† Quia cogitationis pœnã nemo meretur: vt ff. de pœnis, l. cogitationis. Bald. quæ lex scilicet cogitationis, recitatur de pœ. dist. j. cogitationis.

amittit [a] † Gerardus & Obertus. similiter etiam si laborauerit, non amittit feudum: nisi insidiatus [b] ei fuerit, & hoc probatum fuerit [c].

Feudum non transit ad fœminam, licet per pactum sit actum si vasallus superest. Bal.

Similiter si quis inuestitus fuerit de feudo ita, vt ad fœminas transiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum vna filium habeat, & altera filiam: vtrũ post mortem illarum masculus [d] tantùm feudum habere debeat? secundum Gerardum masculus tantum: Ober. contrà: & econtra si filios [e] ille habuerit.

Filius [f] non potest recusare hæreditatem patris absque feudo: propinquus autem potest.

Si contentio est inter vasallum & emptorem de feudo: vasallo deficiente in probatione, electio iurisiurandi datur emptori. Bald.

Si contentio fuerit inter filiam & propinquum de hæreditate & de feudo, cum filia feudum habere non poterat: quia dicat ipsa, hoc est de mea hæreditate: & ille dicat, imò de feudo: electio propinqui erit discernere veritatem iureiurando [g]. Gerardus & Obertus [h]. Et similiter si cõtentio fuerit inter aliquem, qui emisset à seniore, & vasallũ: quia dicat vasallus, hoc est de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris est, veritatem iureiurando discernere [i]: cùm pares curtis veritatem non testantur. Gerardus & Obertus.

Feudum non potest constitui sub pacto legis commissoriæ.

Similiter feudum lege commissoria datum non valet, id est, si ad certũ tempus pecunia non soluatur creditori, vt habeat in feudum. Gerar. & secundum Obertum valet. Similiter potest feudum dari ad certum seruitium [k], Gerardus & Obertus.

[a] Non amittit. quia forte pœnituit: vnde venia dignus est: vt ff. ad legem Corne. de fal. l. qui falsam.

[b] Insidiatus sicut alias dicitur, qui insidiatus fuit morti sui domini veneno vel gladio, amittit feudum: vt s. in quib. cau. feu. amit. §. porro si dominum.

[c] Et hoc probatũ fuerit. per testes nõ minus quinque, summæ & integræ opinionis: secundũ quod dici videtur. j. in quadam constitutione Imperatoris Henrici: vt j. quot testes sunt necess. ad proban. ingra. ca. si vasallus. quam constitutionem pauci habent: nescio tamen vtrum debeat esse cõstitutio vel non: vel si non est cõstitutio, dices quod sufficiant duo. vbi enim numerus testium non adiicitur, duo sufficiunt: vt ff. de testibus. vbi numerus.

Testiũ numero non adiecto, duo sufficiunt.

[d] Masculus. hæc videtur melior sententia, cum non debeant succedere fœminæ in feudo donec masculus superest: vt s. episcopum vel abba. &c. in fine. & s. de suc. feu. §. filia verò. nec enim patet locus fœminæ in feu. suc. donec masculus superest ex eo qui primo fuit inuestitus: vt s. de eo qui sibi vel hæredi. suis. capitu. qui sibi. Accursius.

[e] Si filios. scilicet duos, quorũ vnus habuerit filium masculum, alter habuerit filiam: & referas istud ille, ad illum qui fuerit inuestitus: & secundum hoc dices, quod filius masculus tantum debet habere feudum totum. Sed dicas, quod hoc vltimum dictum sit Gerardi cui dicto Ober. non contradicit. alias enim cõtradiceret toti naturæ suc. feu. cum masculi debeant præferri fœminis in suc. feu. vt s. no. est. Vel si vis referre illud ille, ad filium, quem vna ex filiabus habuerat, referas: veruntamen secundum hoc bene diceretur & econtra &c. cum in conuerso casu nihil dixerat de illo filio. vnde prior intellectus melior videtur.

[f] Filius. hoc idem dicitur s. tit. an agnatus vel filius defuncti. c. & si contigerit. vnde quæ ibi notata sunt, hic poteris repetere. Accursius.

[g] Iureiurando. filia in probatione deficiente: vt s. si de feu. contro. fue. ca. ij. & intelligas, quod iurabit cum xij. sacramentalibus: vt s. de cõtro. inter masculum & fœminam. ca. item sciendum. & quæcunque ibi notaui de hac materia, hic repetas.

[h] Gerardus & Obertus. Pro sententia Gerardi est, quod dicitur. s. de feu. dato in vicem le. commisso. ca. si quis obligauerit. vbi dicitur, quod feudũ non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini debet acquiri: & ideo melior videt eius sentẽtia. vnde quæ ibi notaui, & hic poteris notare. Accur.

[i] Discernere. & idem est si inter dominum & emptorẽ fuerit cõtentio: vt s. de con. inter ma. & foe. c. item sciendum. circa fi. Item intelligas, quod iurabit si videbitur iudici, quod aliquid faciat pro eo vel cõtraeũ, quare debeat ei dare iusiurandũ, nec enim semper debet dari possidẽti: sed quãdoque vni datur, quandoque alteri, quandoque neutri: vt actore non probante &c. vt s. de consue. rec. feu. c. sacramentum. Accur.

[k] Ad certum seruitium. puta ad aliquid certum faciendum quolibet anno pro ipso feudo, & tunc non tenebitur aliud facere domino, nisi fuerit dictum. Sed nunquid poterit vasallus tale feudum refutare, quandocunque voluerit inuito domino? Rñ. quod sic: quia indistincte dicitur alias, quod vasallus possit feudum refutare quandocunque voluerit: nec postquam refutauerit, tenetur domino seruire: vt s. de vas. qui contra consti. Lotha. feu. alie. c. j. & ca. ij. & cum ibi non distinguatur, nec nos debemus distinguere. ar. ff. de offi. præ. l. iij. & ff. de public. l. de pretio. econtra videtur quod non possit refutare sine voluntate domini: quoniam ab initio liberam habuit potestatem se non obligandi ad illud seruitium faciendum & feudum accipiendum. ergo non potest illi contractui siue obligationi sine voluntate domini renuntiare. sicut enim initio libera potestas &c. vt C. de actio. & obli. l. sicut cum omnibus concor. suis. & est ar. ad hoc ff. de vsufruct. l. sed cum fructuarium. nec obst. quod prædictum ca. indistincte loquitur: quoniam licet ibi non distinguatur, nos tamẽ debemus distinguere. quod enim omititur

omittitur à lege, non debet omitti à religione iudicãtis. ff. de test. l. quæsitum. & de spon. l. oratio. & est forte ratio, quia* feudum datum ad certum seruitium faciendum, non potest refutari sine volũtate domini alias verò quod est indeterminate datum, potest refutari: quoniam vasallus qui habet feudum conditionale, & obligatur domino ad illud seruitiũ vel per stipulationem: vel saltem per pactum in isto contractu infeudationis appositum, & ita vestitum: vnde certa actione ad id faciẽdum posset à domino conueniri: puta vel ex stipulatu, vbi ad factũ est obligatus per stipulationem: vel certi cõdictione, vbi certũ quid promiserit: vel præscriptis verbis, vbi stipulatio non interuenit: vel etiã cõdi. ex maioribus informata per pactum: quod esset ineptũ dicere, vt per eius refutationẽ actio domino competẽs tolleretur. at cum libere feudum recipit, non apposita aliqua conditione, sed simpliciter fuerit de eo inuestitus: nihil est pręter sacramentũ de quo Deum habeat vltorem, si contra fecerit, si fidelitatem iurauerit: quia & feudum amittit, si culpã cõmittit per quã amittere debeat. ad nihilum enim obligatus est, nisi ex natura feudi nisi quia si domino non seruierit secundum qđ ex natura feudi debuerit, ipsum feudum amittit. sicut enim consuetudinario feud. permittitur vasallo feudum refutare: ita eodem iure liberatus est postquam refutauit, ab illa obligatione naturali, qua tenebatur domino seruire. & hoc est, quod ibi dicitur, ad seruiendũ postquam refutauit, non tenetur.

* Gloss. hãc tenet & approbat Ioan. ab Imo. in ca. ad audientiam. de reb. ec. non alien. in ca. j. de feud. & in ca. potuit. lxiiij. col. de loca. & adde huc, quæ hic tradit pręposi.

† Rõchaliæ hic locum significant, in quo Imperator sciscitare solet ad iud. in causis arduis partibus reddendum cum proceribus suis vniuersaliq́ue curia sua.

TITVLVS LII.

DE PROHIBITA feudi alienatione per Lotharium.

Feudum vasalli non alienent sine voluntate dominorum suorum: & si vasallus contrà fecerit, pretio & beneficio carebit: notarius verò qui scripsit instrumẽtum, officio suo priuabitur, & fit infamis. Bald.

Lotharius diuina fauente clementia. iij. Imperator Romanorum, pius, Felix inclytus ac triumphator semper Augustus vniuerso populo.

IMperialis beneuolentię propriũ esse iudicamus, cõmoda subiectorum inuestigare, & eorum calamitatibus diligẽti cura mederi: similiter reipublicę bonum statum, ac dignitatẽ imperij omnibus priuatis commodis præponere. Quocirca omniũ fideliũ nostrorũ, tã futurorum, q̃ præsentiũ nouerit vniuersitas, qualiter dum apud† Rõchalias secundũ antiquorũ Imperatorum consuetudinem pro iustitia ac pace regni cõponenda consideremus: omnia, quæ ad honorem imperij Romani spectare videtur, solicitè indagãtes, perniciosissimam pestem, & reipublicæ non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas enim interpellationes ad nos factas cõperimus milites sua bñficia passĩ distrahere: ac ita omnibus exhaustis, suorũ seniorum seruitia subterfugere: per quod vires imperij maximè attenuatas cognouimus: dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exutos, ad felicissimam nostri numinis expeditionem nullo modo transducere[a] valeant. Hortatu itaque & consilio[b] archiepiscoporum, episcoporum, ducũ, comitum, marchionum, palatinorum, cęterorumq́; nobilium, similiter etiam iudicum hac edictali lege[c] in omne æuum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia, quæ à suis senioribus habent, sine ipsorũ permissione[d] distrahere, vel aliqd' cõmerciũ[e] aduersus tenorẽ nostræ cõstitutiõis

DE PROHIBITA FEVDI alien. &c.

a IMperialis. Transducere. cum ipsi milites qui beneficia habent à dominis suis, debeant ire cum eis, quando vadunt Romam cum rege in hostem id est, in exercitu. illi autem vasalli, qui cum eis non vadunt debent præstari eis hostenditias, olim. scilicet in Lombar. xij. denarios de modio, in Theutonia tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solummodo eius anni, in quo hostem faciunt: vt supra, de capi. Cor. §. similiter in hostenditiis. hodie vero aliter statutum est, scilicet quod si nõ iuerit secum in prædicta expeditione, vel aliũ pro se domino acceptabilem non miserit, debebit tam in Lombardia quam in Alemania subministrare domino dimidium reditus feudi vnius anni. & si alterum istorũ à domino admonitus siue vocatus spatio competenti non fecit, feudum amittit: vt in constitu. Frideric. Imperialem. §. firmiter. & hoc debebit probari scilicet quod vocatus fuerit à domino per compares ipsius vasal. arg. infra. de alio. §. vt autem æquitas.

b Consilio. secutus fuit imperator iste modum Iustiniani in condenda lege, scilicet eam faciendo cõsilio procerum suorum: vt C. de legi. & consti. l. humanum.

c Hac edictali lege. vnde habet vim generalis legis hoc ipso, quod in ea ponitur verbum istud hac edictali. l. quod solum sufficeret, etiam sequens verbum, scilicet in omne æuum &c. ad hoc vt haberet vim generalis legis: vt C. de legi. lege, leges vt generales. Accursius.

d Permissione. alias enim si eorũ consensu venditio fieret, bene valeret: & hoc verum est siue dominus consentiat tacite ipsi venditioni, siue expressim: vt argum. C. de remissio. pignor. lege secũda. & lege, si hypothecas. & ff. de re iudi. lege, creditor. qui enim alij consentit, sua iura perdit: vt C. de administratione tutorum. lege, cum quidam. Sed quid si eo sciente & non contradicente vẽdatur? Respond. & tunc forte bene valeret venditio: vt arg. supra, si de inuest. inter do. & vas. lis oriatur. §. si autẽ aliquis. patientia enim sine contradictione habetur pro consensu expresso: vt argumen. ff. de euic. lege, quidam. & ff. mand. l. si verò. §. idem Papinianus. & C. de nupt. l. si vt proponis. Item intelligitur consentire, si præsens fuit & non contradixit: arg. ff. de decu. lege, honores. §. vltimo. nisi forte sciat vbique ius suũ durare, dum tacite consentit: vt arg. ff. quibus modis pignus vel hypothe. solui. lege, sicut. §. non videtur. & hæc vera sunt, quando ex certa scientia consentit. alias enim potius videretur errare: vt de iudi. lege secunda.

e Commercium puta forte pretiũ ipsum accipiendo

excogitare [a], per quod imperij, vel dominorum minuatur vtilitas [b]. Si quis verò contra hæc nostræ legis saluberrimæ præcepta ad huiusmodi illicitum commerciū accesserit, vel aliqd in fraudem huius legis machinari tentauerit: pretio [c] ac beneficio [d] se cariturū agnoscat. Notarium verò, qui super hoc tali contractu libellum [e], vel aliud instrumentum conscripserit: post amisionē officij, ipsum infamiæ [f] periculum † sustinere sancimus. Datum vij. die mensis Nouembris, M. cxxxvj.

Primo thema. Secundò quæstio. Tertiò responsio. Secunda ibi, defuncto. Tertia in versic. quas amputantes. Bald.

Imp. Lotharius Augu. vniuerso populo.

SAtis bene dispositum ad vtilitatem regni & ad perniciosam pestem destruendam, in scriptis inserere curauimus. Quidam miles bina beneficia à duobus dominis, prout solitum est, acquisiuit. qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se diuidentes, alter eorum domino suo pro beneficio quod ad eum peruenit, fidelitatem nullo ante posito, sicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater pro suo beneficio alteri domino suo similiter: quia nullum alium dominum habere videbat: nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, vbique feudum ad querimoniam venit †: vt prius personam, & sic dominus posterior talem fidelitatem quærit, qualē eius frater fecerat.

Quas amputantes altercationes, sancimus qđ frater fecit (scilicet in dādo simpliciter) nil superstiti obesse: licet in secundam & tertiam generationem & vsque in infinitum peruenit, si hoc actum erit.

Si vasallus intra annum & diem dolosè non petierit inuestituram, amittit feudum. Si verò iusta causa impeditus non fecerit: non perdit feudum. Bald.

Imp. Lotharius Aug. &c. Eugenio papæ & vniuerso populo.

QVoniam [a] inter dominum & vasallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire, idcirco per hanc præsentem legem sancimus, si vasallus non dolosè per annū & diem steterit, quod à domino sui beneficij in-

sub colore inuestituræ: vel etiam pignori obligando, vel aliter alienando: quod quidem facere non potest: vt. j. in consticu. Fride. Imperialem §. callidis. vel forte infeudando aliis, qui non possunt feudum seruare, sicut ipse non potest: cum non sit forte miles: sicut ipse est: vel etiā dando alia lege, quam ipse habet, quod simpliciter prohibetur facere: vt s. de lege Corradi. §. ex eadē lege.

a Excogitare. nō intelligas secūdum literam quod ex sola cogitatione [a] patiatur pœnā sequētem: sed intelligas de ea quæ iam processerat ad actū, & factum compleuit: cum ex sola cogitatione non minuatur vtilitas imperij vel dominorum. & hoc est quod sequitur, per quod imperij, vel dominorum minuatā vtilitas &c. cum nemo debeat pœnam pati cogitationis, vt notatū est, supra, tit. proxi. c. si voluerit. & ad hūc intellectum facit etiam quod. s. dicit pretio ac beneficio se cariturum &c. per quod videtur, quod completa debeat esse venditio. Vel dicas. qđ bene debet pati vasallus pœnam inferiorem ex sola cogitatione, s. quia beneficio debet carere: vt hic sit vnus casus in quo patiatā quis pœnā cogitationis & tētationis hoc est quod. j. dicit, in fraudem legis machinari tentauerit &c. & intelligas qđ hic dicitur minuatur. i. minui possit. & quod. j. sequitur pretio, scilicet quando completa erat venditio: ac quando, scilicet solummodo cogitauerat vel tentauerat. priorem tamen intellectum puto meliorem.

a Vide hęc per Bart. in ij. colū. post prin. in versicu. not. quod punitur.

† Cōcor. C. de ser. fu. authēt. nouo iure. & hoc verum secundum Bal. hic si notarius erat legitimæ ætatis, scilicet xxv. annorum completo rum: vt C. de iis qui ve. æta. impetran. l. ij. alias nō amputatā ei manus: quia instrumentū istud re vera non est falsum sed temerarium. Bal.

b Vtilitas in hoc minueretur vtilitas imperij, si beneficia ita alienarentur: quoniam milites, qui beneficia venderent, non irent amplius in expeditionem cum dominis eorum, quod facere debent: vt s. no. est. & ita vires imperij attenuarentur, secundum quod s. dixit, per quod vires imperij attenuatas &c. dominorum autem vtilitas in hoc minueretur: quoniam non possent amplius habere ab eis ostenditias superius nominatas: vel etiā alia seruitia, quæ vasalli dn̄is pstare tenētur. & hoc est, ꝙ dixit in superiori parte istius legis: vbi dicit, suorum seniorum seruitia subterfugere.

c Pretio. quod pretium restituetur bonæ fidei emptori: vt in consti. Fride. imperialem. circa fin. j. respō. Sed quid si esset malæ fidei emptor, puta quia sciebat feudum esse, quod emit? Respon. tunc non repeter, secundū quod hic videtur dici: vel aliud si in fraudem. l. machinari tentauerit &c. quasi videatur dicere tā de emptore, quam de venditore. & ita secundū hoc poteris referre istud cariturum agnoscat, tam ad emptorem quā ad venditorem. de hoc materia dices secundū quod plenius not. in. d. constit. Fride. Imperialem.

d Ac beneficio. quod beneficiū dominus recuperabit nulla præscriptione obstante: quia ꝙ ab initio nō valuit tractu temporis cō firmari non potest: vt s. de cap. Corra. c. j. & in consti. Friderichi, imperialē.

e Libellum. forte quia imbreuiabit tantum cōtractum ipsum super aliqua schedula: vel forte scripsit super aliqua chartula, qualiter debeat contractus celebrari, quē dedit vni ex cōtrahētibus vel ambobus: & nihil vltra fecit.

f Infamiæ. & ita non patietur aliam pœnā notarius per cōstitutionem istā: nisi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per constitutionem autem Friderichi, imperialē decet solertiam. debet similiter manū amitere, in §. illo, callidis. Sed nunquid verum erit, si sciens siue ignorans feudum esse, inde instrumentum fecit? non puto, quod ignorans puniatur. nam nec vasallus alienans per ignorantiam punitur: vt s. de controuer. inter do & empt § j.

† Eguinarius baro hūc locum mendosum putat quem sic reponit vt prior, sic dominus posterior talem fidelitatem &c.

a QVoniam inter. Et not. quod lex ista tā: um locum habet in futurum: secūdum quod dicitur in prædicta constitutione Friderichi, imperialem. circa principium: vbi dicitur. vnde imperator &c. nimirum cum in hac non dicatur aliud de præteritis contractibus leges enim & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis &c. vt C. de legi. & constit. l. leges & constitutiones.

Si iu

a Si iusta causa.quãdo autem intelligatur iusta causa impediri,dicitur.s.quo temp.mi.inue.pe.c.j. Et no. quod hæc lex & superior proxima inueniunẽ in paucis consuetudinibus feudorũ.vnde quia dubito,vtrũ sint leges,vel non, circa eas non insisti.

si decuriones.& ff.de arbi.l.item si vnus.§. si in duos. & instit.de leg.§.sed si vxori.& ff.commu.prædio.l.in tradendis.& ff.si quis cau.l.sed & si.§.quæsitum. & ff. de condit.& demon.l.cum ita.& de acquiren.hęre.l.si quis mihi.§.vtrum.notabis ergo hic, quod ætas legitima dicitur xviij an.ad pacem iurandam.Sic etiam iu. Lombard. dicitur legetima ætas similiter xviij. ann. ad contrahendum: vt in Lõbar.de prohi.alie.mi.l.j. Item eodem iure dicitur legitima ætas xiiij. anno.ad sponsalia contrahenda:vt in Lombard.de prohi.nu.adueniẽte nouissima.alias dicitur legitima ætas xij.an. ad consentiendum patri voleti facere filios naturales sibi similes vel æquales: vt in Lombar. de suc. l. iij.Iure autem Ro. dicit legitima ętas xxv.an. ad cõtrahendũ:vt ff. de mi. l.j.alias xviij.ann. quãtum ad hoc, vt quis possit pro alio postulare:vt ff. de post.l. j. §. ij. & insti.quib. ex cau. man.licet vel non. in fin.alias dicit legitima ętas pubertas, scilicet ad testamenta facienda, & ad nuptias contrahendas,quantum ad hoc,vt possit quis testimoniũ ferre:& ad contractus faciendos cum iuramento: vt instit.prædi.tit.§.cum ergo.& institu.de nupt.in prin. & ff.de testi.l.testium.§.lege Iuli. de vi. & j. ead .l. §. item sacramenta.dicitur autem pubertas in masculis xiiij.ann.in fœminis xij an.quo tempore dicuntur viripotentes,insti.quib.mo.testa.infir. circa princ.aliter dicitur plena pubertas in masculis xviij.an.in fœminis xiiij. scilicet quantum ad alimenta vsque ad pubertatẽ relicta:vt ff.de ali.& ciba.leg.l.Mela ait.alias dicitur legitima ætas,ex quo quis excessit infantiam quantum ad hoc,vt possit emancipationi consentire: vt C.de eman.l.penulti. in fine. dicitur autem infans minor vij.annis: vt C.de iure delibe.l. si infanti. in princ.alias dicitur legitima ætas xxix.ann. quantum ad hoc, vt non possit quis restitui aduersus contractum, quem fecit in minori ætate: vt C. de tempo. in integ.resti.l.vlt. ex hoc, quod dicitur hic, colligi potest quod nullus minor xviij. an. debeat compelli iurare de pace.vnde ex hac.l.potest notari bonũ arg. quod minor xviij.ann.non tenetur per se pugnare [4], cum nõ cõpellatur in pugna iurare. argu.istius legis. Ille enim qui pugnã facit,debet iurare, quod nullam rem habet quæ ad maleficium pertineat: vt in Lomb. qualiter quis se def.deb.nullus căpio.debet etiã iurare de asto:vt in prædi.titu.l.si quis alium asto. & maxime cum iuuenilis ætas excuset eum à pugna per se facienda:vt in prædi.tit.l.antepenult. nec iure Lombard.inuenitur de aliis legitimis ætatibus, nisi quas nor.

Pubertas tum in maribus tum in fœmellis quãdo dicatur.

[4] Si tamẽ se ponit in necessitate sibi imputet: qa non restituitur. Bald. & Alua.per l.auxiliũ. ff. de minor.

DE PACE tenenda inter subditos &c.

b Hac edicta li. Imperio. Et ita videtur, qd lex ista non habet locũ, nisi inter illos qui ei subditi sunt. Sed nunquid tenet francigenas [1] & alios vltramontanos,qui ei nõ sunt subditi? videtur qd nõ,ex eo quod hic dicit,nostro subiecti imperio,& cætera. Sed dicas [2], quod eos similiter tenet, quoniam licet ei non sint sacramento subditi,sunt tamen ratione imperij Ro. sub quo esse debẽt, cum ipsi fuerint de imperio Iustiniani:vt C. de offi. præfe. præto. Aphricæ.l.vltima. j.col.

c Duces.qui autem dicantur duces & alij sequentes,dicitur.s.quis dicatur mar.dux. col, ca.j. Accursius.

d A decimo octauo ann. Et ita habes hic,quòd postquam quis est xviij.an.habet legitimam ætatem,quantum ad hoc vt teneatur iurare,ꝙ pacem tenebit. Aliud tamen obseruatur in contractibus rerum minorũ quoniam tunc postquam factus est pubes, potest iurare in contractu suo:vt j.ea.l.§.item sacramenta puberum.Sed quid si postquam factus est pubes, iurauerit se non venturũ contra pacẽ,quam cũ aliquo inimico suo fecerit:& postea cõtra eam venerit rũpendo: nunquid punietur pœna huius legis? Rñ. [3] forte non secũdum quod hic dicitur,vt aliud sit in cõtractu,& aliud hic:quoniam cum pacem reddit de eo, ꝙ sibi factum est,potius videtur distrahere quam contrahere: cũ ille, qui in eum maleficium commiserit,erat ei obligatus: & nõ iste ipsi. Si enim Imperator iste vellet, quod per illud sacramentum teneretur,quare similiter de eo nõ dicit sicut dixit de maiore xviij.an? Vel dicas, quod bene teneretur pœna huius legis: tunc & aliud est in generali pace, de qua lex ista loquitur, quam omnes subditi imperio tenẽtur inter se seruare:& aliud est in speciali pace,quam si minor promiserit se firmam & ratam semper habiturum & non contrauenturum,& postea iurauerit sponte,non poterit postea contrauenire:cũ loco maioris tunc habeatur. Tunc enim contraxit promittendo super facto suo:sed in illa generali pace de qua loquitur hic, nullus videtur contrahere: nisi quia iurat ad postulationem iudicis illius loci.nimirum aliquando est quid licitum in specie, quod in genere non licet:vt ar.ff. quod cuius.vni.no.l.item.§.

[1] Vide hic Ia.de Bel. qui diffuse tractat hãc materiã distinguẽdo ętatem ꝓpter effect9 multiplices & allegando iura ad hoc facientia.

[2] Contrarium est verũ per tex. in cap.per venerabilẽ. qui fil. sint leg.& glo.quam dicit Ias. esse ad hoc singularẽ. in §.j. insti.de pat. pote. Alu. post Bar. in extrauagan. ad reprimendum.j. eo. col.xj.

[3] Idem Ia. de Beluis. & Aluar. hic.

Quippiã in specie licitum, qđ in genere non licet.

uestituram non petierit: feudũ nõ ob hoc amittat. dolus enim abesse videtur si iusta causa [a] impediente steterit. Datum vj. Calend. Septembris, anno à Natiuitate domini M. cxxvij. indictione quinta.

TITVLVS LIII.

DE PACE TENENDA INTER SUBDITOS, & iuramento firmanda, & vindicanda: & de pœna iudicibus apposita, qui eam vindicare, & iustitiam facere neglexerunt.

Primò præcipit Imperator pacem iuramento firmatam ab omnibus seruari. Secundò statuit pœnam non seruantibus. Tertiò prohibet conuenticula & illicitas exactiones. Quartò confirmat sacramenta puberum licita, & cassat illicita. Quintò redit ad materiã feudorum. Secunda ibi, Si quis verò ausu temerario. Tertia in §. conuenticula. Quarta in §. item sacramenta puberum. Quinta in §. ad hoc qui allodium. Baldus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus vniuersis subiectis suo imperio salutem.

f Querimoniam.etiā si nulla facta vel deposita fuerit querimonia de maleficio cōmisso,nullius momenti sit.i.ipso iure nō valeat. Sed in isto numquid per hoc dices,q; edictum quod metus causa sublatū sit & quo ad actionem.& quo ad exceptionem ex eo inductā:vt ff.q; met.cau.l.metum.§.sed quod.& §.Iulianus. & §. volenti.& §.ex hoc edicto.cum videatur per l. istam quod contractus per metum initus,ipso ipre sit nullus, quem constat per leges veteres tenere:vt ff.quod met. causa.l.si mulier.& l.pe.& antepe.& C. de iniu. stip. l. dolo? Rñ.minime.nā quod dicit nullius esse momenti subaudi quantum ad effectum.sic & alias accipiuntur hæc verba.ff.q; met.cau.l.qui in carcerem.Sed hæc responsio non placet propter verba præcedētia,ne querimonia maleficiorum cōmis.extor.&c.& q; hæc verba sint posita proprie,hoc significāt,vt q; fit,ipso iure sit nullū:vt ff.de ver.obl.l.generaliter.& C. de leg. & cōstit.l.nō dubiū.in fi. Dic ergo hoc esse referendū ad sacramenta tantū per vim extorta:de quibus.s. dixerat:q; probat etiam verbum aduersatiue positū propter præcedens verbum sponte. Sed in isto quare magis tollitur iuramētum ipso iure,quam cōtractus? Rñ. quia effectus iuramenti debilior est. Ex eo enim nulla inducitur obligatio:sed robur quoddā quod præstat contractui cui accedit.s.q; possit efficaciter cōueniri, qui alias non poterat auxilio restitutionis obstante, si sponte interponatur. hic ergo effectus [a] quasi debilior tollitur vi vel metu illato:q; non est in effectu,qui ex cōtractu inducitur quasi fortior: quia ex eo inducitur vltro citroq; obligatio:vt ff. de verbo. sig.l.Labeo. & supradictā lecturam lego secundum literam talem,quā habebam:per vim autem & metū iustum subaudi sacramenta interposita,scilicet à puberibus de quibus dictum est.

g Extorta. hoc est dicere, hoc qđ dictum est supra verū est in iuramētis à puberibus sponte extortis.nam iuramenta extorta per vim vel metum nedum ab eis,sed etiā à maioribus xxv. an.nullius momenti sunt ipso iure: maxime si fuerint super eo exposita,nec deponatur querimonia maleficiorum commissorum.& merito dixit maxime:quia reipublicæ interest,ne maleficia remaneant impunita: vt ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus. cum concord. ibi positis.

DE ALLODIIS.

h AD hoc [3]. Nō poterit. Et no. hic casum quem in summa no. scilicet quod vasallus amittit feudum sine culpa sua:sicut & alias quis amittit feudū non sua culpa, sed propter culpam alterius:vt s.in quibus causis feud.admit.§.deniq;.& s. si vasallus feudo priuetur,cui defe.ca.j. Sed nunquid in isto casu tenebitur ei ad interesse dominus,scilicet vt vel ei præstet æstimationem,vel aliud sibi det feudum eiusdem quātitatis & bonitatis? Rñ. puto quod sic. tanquā si eum inuestiuisset de re alie.vt s.si de feu.vasal interp.fue.c. negotium.& s.de inue.re.alie.c.cum de re. cum enim imperator per hanc legem illud beneficium ei nō abstulit:merito veteri cōsuetudini relictum intelligitur. ar.C.de appel.l.præcipimus.in fi.

i Desiderat.sicut alias dicitur.quod ratio æquitatis diuersas species actionum non excludit,ex quo ex similibus negotiis descendunt.C.de consti.pec.l.vlti.

k Cum ipso.vel alium pro eo domino acceptabilē mittendo:vt j.l.proxi.§.firmiter etiam statuimus.

l Stipendia.quæ alias dicuntur hostenditiæ in Lōbar.s.xij.denarios de modio,in Alemania tertiā partem fructuum feudi eiusdem anni à quo expeditio indicta est,siue quo fit exercitus:& hoc secundū Corradū: vt s.de ca.Cor.§.similiter.in hostenditiis. secundū vero Fride. Imperator dimidium reditus feudi vnius anni,tam in Alemania quam in Lombar. vt j.l.proxi.§.fir

† Iac. de Belui. exponit hic allodium, i.illud qđ est eius proprium & á nemine alio recognoscitur nisi à solo deo.& facit infra, proxi. §. supra si de feud. fue. con. ca.ij. & iij.& de allodio tāgitur.ff.de religi.l. at si quis.§.si interdum. & C. de ingen. & manu. le. penul.

a Et melius. And. de Iser. & Aluar.

a Idem Ia. & Alu. & hanc multum commendat Marcus Anto. in tract. de effectibus iuramenti,effectu. lvj.

3 Alias, ad hæc. Alterius culpa quādoque nocet.

xi.§.firmiter etiam statuimus.

legitima [a] à domio suo conuinci per compares suos [b] poterit) feudum perdat [c]: & dominus in suos vsus illud habeat redigendi liberam facultatem [d].

TITVLVS LV.

DE PROHIBITA feudi alienatione per Friderichum.

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta etiam antiqua quantumcunque, cassatur, & bonæ fidei emptori pretium restituitur: & tabellio, qui instrumentum tale scribet, cum infamia priuabitur officio, & manum amittet. Baldus.

Frideri. Dei gratia Ro. Impera. semper Augustus.

IMperialem decet solertiam ita reipublicæ curam gerere, & subiectorum commoda inuestigare, vt regni vtilitas incorrupta persistat, & singulorum status iugiter seruetur illæsus. Quapropter dum ex prædecessorum nostrorum more vniuersalis curiæ Ronchaliæ pro tribunali sederemus: à principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum, quàm aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda, quæ vasalli ab eis retinebant, sine dominorum licentia pignori obligauerant, & quadam collusione nomine libelli vendiderant: vnde debita seruitia amittebant, & honor imperii, & nostræ felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo consilio episcoporum, ducum, marchionum, & comitum, simul etiam & palatinorũ iudicum, & aliorum procerum, hac edictali Deo propitio perpetuò valitura lege sancimus, vt nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare [e], vel

[a] Legitima. i. per se vel per procuratorem suum facta præsentibus aliis paribus forte duobus vel tribus debebit enim dominus eum in propria persona vocare, vel mittere procuratorem suum ad eum. & debet habere secũ duos vel tres de paribus pro testibus, vt veniant secum in expeditione Romana cum Imperatore siue rege, & tunc erit legitima * vocatio. & hoc est quod sequitur, cõuinci per compares suos &c. & ita notabis hic secundũ hoc, quod ista vocatio debet fieri corã paribus ad hoc vt legitima sit: sicut alias debet fieri noua inuestitura coram paribus ad hoc vt legitime fiat: vt s. qui testes sunt necessarij ad probandum nouã inuesti. c. j. & cap. sequen. vel intelligas hãc legitimam esse vocationem, si dominus eam rite fecerit (vt dixit) corã paribus, spatio competẽti inter vnam vocationẽ, & aliam, forte septẽ, vel decem dierum, interposito: sicut alias fieri debet citatio, quando dominus vult controuersiam facere vasallo vel econtra: vt s. de milite vasallo qui contumax est. ca. dominus vocat militem. Vel etiam dicas, quod tunc erit legitima si dominus eum vocauerit per compares ipsius vasalli: puta quia dominus mitteret ad eum duos vel tres de vasallis suis, qui dicuntur compares vasallo quem vocat, quasi simul pares, scilicet vt debeat ire cum eo domino in expeditione regis: & secũdum hoc ita construe: si de vocatione sua legitima per compares suos subaudi facta à domino suo conuinci &c. & secundũ hunc intellectum dices, quod sufficit si probet etiam per alios ita factam fuisse vocationem. prima tamen expositio, vel etiã secunda melior videtur.

* Qualiter autem fieri habeat, vide hic plene per Mat. ab affli. & Bal.

[b] Per compares suos. sed quid si non habuerit compares? Respon. forte tunc sufficiet, si etiam per extraneos tunc probetur: sicut etiam alias dicitur de noua inuestitura, quæ potest fieri coram extraneis testibus si dominus non habet pares: vt s. qui testes sunt necessarij ad probandum no. inue. c. j. & c. seq. sicut & alias propter inopiam probationum tales admittuntur, qui alias repellerentur: vt C. de hære. & ma. lege, quoniam. & de repud. lege, consensu. & ff. de testib. l. serui responso.

Probationum inopia testes extranei admittuntur.

[c] Perdat. & ita not. hic aliam ingratitudinem per quam vasallus feudum amittit, & ad dominum libere reuertitur, hoc idem habes. j. l. proxi. §. firmiter etiam statuimus. & secundum quod has & alias ingratitudines plene no. in summa.

[d] Facultatem sed nunquid hoc intelligitur, siue fuerit paternum feudum, siue nouum: ita vt non solum filius, sed etiam agnati excludãtur à domino? Respõ. forte sic: cum indistincte hoc dicatur. Cum enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: vt ff. de off. præ. l. iij. & de pub. l. de pretio. Item, * nonne hic talis est iniuria, quæ respicit dominum, cum eum contemnit, quod secum nõ vadit sicut debet? ergo debet omnino ad eũ pertinere feudum, vt hanc habeat suæ iniuriæ vltionem: vt supra, in quibus cau. feud. amit §. denique. Imo quod plus est, respicit ipsum Imperatorem, cum eum teneatur adiuuare in dicta expeditione: vel dominum suum, & hoc est quod supra dicit, regem aut sub rege &c. cum etiam per hoc, quod non vadit in ipsa expeditione, vel alium non mittit, vt dictum est: vel stipendium militiæ non soluit: minuatur vtilitas imperij, & vires eius attenuentur: & hoc est de quo Lotharius in l. sua conqueritur. s. l. proxi. imperialis, quasi circa medium & circa finẽ. Vel dicas, quod hic loquitur tantum de nouo feudo, vel etiam de veteri, ad quod non veniunt agnati, cum eos non habeat vasallus, licet enim hic non distinguatur, nos tamen in isto casu debemus distinguere, & secundum determinationem veteris cõsuetudinis intelligere, scilicet vt vasallus delinquat in isto casu: & si ad filium non, veniat, ad agnatos tamen, si habet, perueniet. & hoc est quod dicitur. s. si vas. feu. pri. cui defe. ca. j. ibi, licet ad agnatum quandoque pertineat &c. & ita intelligi debet quod legitur. s. in quib. cau. feu. amit. §. denique, scilicet vbi loquatur de nouo feudo. licet enim sit hic à lege omissum, tamen non debet omitti à religione iudicantis: vt ff. de test. l. quæsitum. & despon. l. oratio. quod enim hac lege noua non est specialiter dictum, hoc veteri consuetudini relictum intelligi debet: vt arg. C. de app. l. præcipimus in fine. Prior tamen intellectus verior videtur per rationẽ. quæ assignatur supra in quibus caussis feudum amittatur. §. denique. cum ibi videatur etiam de paterno feudo loqui.

* Videto in hũc locum Mat. ab afflict. quoniam gl. hęc ipsa nõ admodum placet: tametsi in eam propendeant Iacob. Bel. & Bald.

DE PROHIBITA feudi &c.

[e] IMperialem. Vel pignorare. Prohibetur ergo hic expressim pignoris obligatio de feudo in totum vel in partem aliquam sicut proxi. dixi totum vel partem aliquam &c. quod est contra Py. qui

contra

quocunq; modo distrahere seu alienare[a], vel pro anima iudicare sine permissione[b] illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur. Vnde Imperator Lotharius tantùm in futurum præcauens ne fieret, legem promulgauit. Nos autem ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non solùm in posterum, sed etiam huiusmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præsenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus, nullius temporis præscriptione[c] impediente: quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualescere[d] non debet † : emptori bonæ fidei ex empto actione[e] de pretio contra venditorem competente. Callidis insuper machinationibus quorundam obuiantes, qui pretio accepto quasi sub colore inuestituræ, quam sibi licere[f] dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum, vel aliud vlterius in fraudem huius nostræ constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus pœna authoritate nostra imminente, vt venditor & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant[g]: & ad dominum liberè reuertatur[h]. Scriba verò, qui

contrarium notauit.s̃.de ali.feud.c.j. Sed nunqid poterit dominus proprietatem feudi obligare sine consensu vasalli? Rñ.lex Corra.nõ dicit, quod possit obligare vel non: sed dicit quod dominus non põt idem facere cambiũ vel precarium siue libellũ: vt in Lombar.de bene. & tit. l.vlt.§. fina. & s̃. de suc.feu.l.mulier.ar. tamẽ est quod possit obligare: vt C. de vsufru.l.ij. & ff. de pig. act.l. tutor. in fine.

a Seu alienare. si autem alienauerit, deinde redimit: ar. est quod non amittat. ff.de alie.iudic. mut. cau. fac.l. ex hoc.§. si quis. & ff. quib. mod.pig. vel hyp sol.l.sicut.§.si peruacuum. argu. contra. ff. depo.l.j.§.si rem. imo casus expressus est. s̃. tit. quid iuris sit, si vasallus post alienationem feudi illud recuperet.c.p̃terea. Quid si vasallus legauerit feudum extraneo prorsus, vel extraneum de feudo hæredem instituit, nullis agnatis, vel descendentibus relictis? Rñ.non videtur alienatum, vt sic dominus eũ inuestire cogatur: vt arg.ff.de alie.iudi.mut.l.ex hoc.§.sed hæredẽ.& de lega.iij.l.pater.§.Iulianus.sed quæstioni huic accedit & illa, an per alium liceat feudo seruire? mihi tamen videtur, quod nullo modo cogi debeat dominus eum inuestire: quia non tenuit legatum vel hæredis institutio in feudo facta. Nec enim valet ordinatio defuncti in feudo facta: vt s̃.de suc.feu. in prin. & s̃. qualiter olim po.feu.alienari.§. donare. Sed nonne vasallus potest feudum in dotem dare pro filia? arg.est quod possit.C. de nat.lib.l.iij. in fin.& ff. si quid in frau.pat.l.j.§. sed & si.& ff. quib. mod.pig. vel hy.sol.l.sicut.§.sed & si permiserit.versicu.quod si in dotem. casus tamen est expressus quo non potest: vt s̃.qualiter olim poterat feudum alienari.§.donare. Sed nunquid poterit in emphyteusim perpetuam dare? Respon.forte non, cum emphyteusis perpetua nõ procul ab alienatione distet: vt in authẽ.de non alie. aut permut. eccle. rebus.§. alienationis.colla.ij.& §. nos igitur.

† Facit ad hoc C. de pactis. l.si cer.an. & ff. de re. iur. le. qđ ab initio. et l.omnia & insti. de legat.§.an seruo. et ff. de leg. j.l. cætera. & de sentẽ.l. filia. Ia.de Beluã.

b Sine permissione. Quid si dominus permisit vendere amico, & vasallus postea vendidit alij: argu.est quod non possit. ff.quib. mod.pignus vel hypo.sol.l. sicut re corporali.§.illud.

c Præscriptione.quicquid super facto præscriptionis notatum est.s̃.de capit.Cor.c.j.hic repetas.

d Conualescere. Not.ergo quod ex temporis diuturnitate non conualescit quod ante inualidum fuit: sicut alias in auth.vt nulli iudi.§.nulli. & C.de pact.l. si certis.& ff fami.ercis.l.quædam.arg. cõtraria sunt. C.de postu.l.iij.& C.de contra.iu.l.j.& C.si maior fa.ra.hab.l.j.& ij.& in sum.vt in lib.Py.tertio quaterno, vl.charta.quoniam.s̃.diximus quod ab initio validum &c.& in sum.contrario sequenti.

Inualidũ temporis diuturnitate non conualescit.

e Ex empto actione. quasi dicat, si fuerit malæ fidei emptor non possit pretium repetere; & hoc ideo, qa sciens rem alienam emit: vt C.de euic.l.si fundum.qđ verum puto: quia cum lex bonæ fidei emptori permitit pretium repetere: malæ fid.emptori videtur prohibuisse: arg.ad hoc.C.de pac.conuen.tamen super.do. l.vlt. & ff. de compen.l.quod Labeo.imo nec venditor eum retinebit, sed eo carebit: vt s̃. in constitu.Lotha. circa fin.& applicatur fisco, qui successor est malæ acquisitorum: vt ff.de iure fisci.l.Luci⁹. nec puto, quod emptori malæ fidei detur repetitio pretij, etiam si cautum sit ei de euictione, cũ contra.l.istam sciẽs fecerit, vt aliud sit in re simpliciter alienata: secundum quod dicitur in dicta.l. si fundum. de euict.& cõ. vtri. iu. l.si fratres.rem emi alienam quem vendere posse nulla dubitatio est: vt ff.de cõtrahẽda emptio. & venditio.l.rem alienam. & hoc forte ideo, vt aliquam pœnã sustineat de tali illicito contractu ab eo sciẽter facto: sicut & notarius, qui in plus punitur, cum officium & manum amittat cum infamia: vt infra sequitur.§.scriba verò &c.sic ergo emptor bonæ fidei repetet pretiũ, & hoc verum est, etiam si actum fuerit inter eos, ne aliquid euictionis nomine præstaretur: vt ff.de actio.empt.& vendi.l.ex empto.§.fina.Sed nũquid ad interesse posset agere.si vellet pretium dimittere? & quare non? cũ hoc non prohibeatur: vt C.de euictio.l.empt.& aget actione ex empto, vt ibidem dicitur: & de euictio.l. venditor hominis. nisi forte velles dicere contrariũ, quod venditio nulla sit.

Fiscus est successor male acquisitorum.

f Sibi licere.quę vtiq; licebit si non vendant: sed vere in feudum dando inuestituram faciant: vt j. e.tit.§. illud quoque.arg.C.man.l.per diuersas.§.fin.& l.vlt. vel forsan: quia prohibuit alienari, per hoc & in feudum dari.ar.C.de re.alie.non alie.l.fi.de hac autẽ materia dices secundum quod notaui.s̃ de capi. Cor.c.j.

g Amittant.in totum si totum alienauerit: alioquĩ pro ea parte duntaxat, pro qua alienatum fuit: vt s̃.de va.qui contra consti.Lotha.de alie. capi.j. Sed nunquid alias poterit vasallus domino inuito renuntiare feudo? videtur quod sic.ar.ff.de ope.li.l.interdum. E contra videtur, quod nõ possit: sicut nec eo inuito dominus auferre potest: nam vtriusque gratia datur, scilicet domini, vt seruitium vasalli habeat. Item vasalli, vt fructum feudi habeat, non potest altero inuito tali pacto renuntiare.arg. C.de act.& obli.l. sicut. & ff.de vsufruc l.sed cum fructuarius.in prin.& l.prædicta interdum. Respon.quod non sola renuntiatio, sed causa eum soluit.sed dicitur expressim de consuetudine, quod potest: vt s̃.de vas.qui contra constit.Lotha. bene.alie.c.j.

h Reuertatur. Ipso iure vtputa quantum ad vasallum, qui id alienauit & tradidit, cũ alienatione facta statim sit domino apertum: vt supra, titulo quid iuris sit, si post alienationem feu.va.id.re.c.præterea.in fin.

quantum

quantum verò ad emptorem non puto nisi per sententiam, cum alias non posset agere de euictione contra venditorem: cum sit bonæ fidei emptor: vt ff. de euictio. l. j. & C. de euictio. l. si fundum. Idem etiam intelligo de vasallo, si committat feloniam, per quam feudū amittere debeat: cū adhuc habeat: scilicet vt tantum ipsum per sententiā amittere debeat: nec enim debet vasallus feudū amittere sine certa & conuicta culpa laudanda per iudicium parium suorum: vt in Lōbar. de bene. & ter. tri. l. si. & s̄. de feu. sine culpa non amit. c. j. & s̄. quo tempore miles inue. petere deb. ca. iij.

Ad hanc materiam vide hic p Mat. ab afflit. egregiam quæ. de eo qui vendit non teneatur, nisi de facto suo. Et idē an sit exprimenda de non restituēdo pretio clausula.

hoc instrumentum sciens conscripserit: post amissionem officij cum infamiæ periculo manum amittat [a]. Præterea si quis infeudatus maior quatuordecim annis [b] sua incuria, vel negligentia [c] per annum & diem steterit, quòd feudi inuestituram à proprio domino non petierit [d]: transacto hoc spatio feudum amittat, & feudum ad dominū redeat.

Si vasallus legitimæ ætatis non iuerit cum domino in expeditione: vel ibi non miserit alium pro se domino acceptabilem: vel non soluerit domino dimidiam partem reditus feudi vnius anni: feudum amittet. Bal.

Firmiter etiam statuimus tam in Italia, quàm in Alemania, vt quicunque in dicta publica expeditione vocatus à domino suo, in eadem expeditione spatio competenti [e] temere venire supersederit vel alium pro se [f] domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium [g] reditus feudi vnius anni domino non subministrauerit: feudum, quod ab episcopo, vel alio domino habuit, amittat: & dominus feudi in vsus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. Præterea ducatus, marchia, comitatus, decætero non diuidatur. aliud autem feudum, si consortes voluerint, diuidatur: ita vt omnes, qui partem feudi habent iam diuisi vel diuidendi, fidelitatem faciant: ita tamen vt vasallus pro vno feudo plures dominos [h] habere nō compellatur [i]: nec dominus feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat [k].

Si filius vasalli offendit dominum patris sui: tunc aut pater à domino requisitus debet eum ducere ad satisfaciendum domino, aut filium à se separare: alioqui priuabitur feudo. si autem pater vult eum ducere, filius autem contemnit: patre postea mortuo filius non succedit in feudo, nisi prius domino satisfecerit. Barto.

Insuper si filius vasalli dominum offenderit [l]: pater à domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino: vel à se filium separet: alioqui feudo priuetur [m].

[a] Manum amittat. nā & alias punitur pœna irreuocabilis exilij: vt C. de sacrosan. ecclesi. l. iubemus. §. penul. in fi.

[b] Quatuordecim annis. qui forte restituetur in integrum, si fuerit minor xxv. ann. cum hoc ipso læsus sit, quod intra id tempus non petiit.

Facit ad hoc supra si de feud. fue. cōtro. c. si minori. & ca. si quis decesserit.

[c] Negligentia. nisi iusta de causa staret: tunc enim secus esset. quæ autē sit iusta causa propter quā posset stare, dicitur. s̄. quo tempore miles inuestit. pete. debeat. capitulo. j. & quæ ibi notantur, hic repetas.

[d] Petierit. pollicendo fidelitatem: vt s̄. de cap. cor. c. j. & s̄. in quib. cau. feud. amitta. capit. j. & quæ ibi notantur, hic repetas.

[e] Competenti. puta forte, quia dinumerabuntur ei vicena milia passuum per singulos dies, donec fuerit in exercitu, præter eum diem quo vocatus fuit vt iret: & præter eum diem, quo se debet repręsentare: & hoc ad exemplum eius, qui promisit se staturum in iudicio: vt ff. si quis cau. l. j.

Seruire vasallus feudo per substitutum potest.

[f] Alium pro se. Notare potes hic ar. quod vasallus potest feudo seruire per substitutam personam: dum tamen sit domino acceptabilis, secundum quod hic dicitur. hoc idem not. s̄. si de feu. contro. fue. ca. si quis decesserit. & puto quod acceptabilis debet esse domino, si peræque bonum vt ipse est, vasal. ei mittit. ar. s̄. de. le. cor. ca. ex eadem lege. & s̄. tit. si de feud. contro. fue. si quis decesserit.

[g] Dimidium. aliter obseruatur per Corradum in Lombardia, & aliter in Alemania: vt s̄. de capi. cor. ca. similiter in hostendititiis. Accur.

[h] Plures dominos. ar. contra. ff. de vsufru. l. si cuius. quia ibi pluribus dominis fructuarius satisdare debet: vt C. de ser. & aqua.

[i] Compellatur. Sed cui dabitur electio, vtrum ipsis dominis, an vasallo? Rñ. videtur quod vasallo debeat dari, scilicet vt eligat quem voluerit ex dominis: arg. ff. de iu. do. l. plerunque. §. vlt.

[k] Ad aliū transferat. scilicet iure cōsuetudinario ad minorē dominū: sed ad maiorē potest: quia tunc non læditur vasallus, nisi sit priuatus forte: vt ar. C. de fun. limitro. l. ij. lib. xj. Vel dicas, quod ad minorem dominū potest transferre, non ad maiorem. argu. ff. de ali. iud. mu. l. j. & iij. & C. ne lice. po. l. ij. vel dicas quod ad omnes transire potest. arg. C. de contrahen. emptio. & vendi. l. dudum. & ff. si quis à paren. ma. fue. l. ij. & vlti. & hic subaudi. ius vasal. vel nō potest trāsferre omnino, sed retinendo directum dominiū potest. arg. ff. de offic. præ. l. pe. Vel localis est: quod nō placet. C. de no. codi. compo. l. j. in fi. secundæ constit. Vel dic referre, vtrum totam curiam vendat, vel tātum feudum vnius vasalli. In primo casu potest: quia quædam per se nō transeūt, quæ cum vniuersitate transeūt ff. de acqui. rer. domi. l. quædam. & ar. ff. de contrah. emp. l. in modicis. veruntamen hoc satis videtur determinari. s̄. de le. Cor. §. ex eadem lege. quid si vasallus decesserit relictis duobus filiis quorum vnus vtilis est ad seruiendum, alter inutilis: nunquid tantū vtilis succedet, cum & dominus in hoc consentiat? Rñ. hæc quæstio est disputabilis secundum Corra. quidam tamen dixerunt, quod succedat: & quidam non: vt s̄. ti. an mu. & alias imperfe. c. nullus.

[l] Dominum offenderit. Quid si vasallus feloniam cōmisit ante inuestituram vel post, sed tamē inficiatur eam feloniā vel pater vel hæredes eius: nūquid obstat delictum? Respon. non arg ff. de dona. l. & eleganter. §. penult. Item etiam si confiteatur, quod deuestiri non potest, nisi prius inuestiatur eo quod non habet argu. ff. de ædilitio edicto. l. bouem. §. si sub conditione. secundum Corradum.

[m] Priuetur. nunquid propter factum patris filius amittit feudum auitum? Rñ. quidā, ita: quia & auitam

hæredit

Si autem pater vult eum deducere, vt satisfaciat, & filius contēnit: patre mortuo in feudum non succedit [a], nisi prius satisfecerit domino. pariq; modo vasallus pro omnibus suis domesticis [b] faciat. Illud quoq; præcipimus, vt si vasallus de feudo suo alium vasallum [c] habuerit: & vasallus vasalli dominum domini sui offenderit: nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante habuerit, feudo suo priuetur [d], & ad dominum suum, à quo ipse tenebat, reuertatur; nisi requisitus [e] ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, quem offenderit. & nisi vasallus idemq; dominus à domino suo requisitus eum, qui maiorem dominum offenderit, requirat, vt satisfaciat, suũ feudum amittit.

Præterea si inter duos [f] vasallos de feudo sit controuersia: domini sit cognitio [g], & per eum controuersia terminetur. si verò inter dominum & vasallum lis oriatur: per pares curiæ [h] à domino sub fidelitatis debito con-

hæreditatem. arg. ff ad legem Corne. de fal. l. si quis patris sui. Sed arg contra. ff. de senat. l. emancipatum. in fi. l. secundum Cor. Sed dicas, quod amittit: vt s. si vas. feu. pri. cui defer. ca. j. Quid si vas. habens auitum feudum commisit delictum contra dominum, ex quo poterit ei feudum auferre, sed dominus remisit delictũ vasalli, deinde decessit sine liberis vasallus: nunquid repelluntur agnati vt est consuetum, cum est feudũ ab eo acquisitum? Rñ. imo agnati vt in feudo paterno succedunt non vt in nouo: ar. ff. de pec. l. peculiũ. §. si ab ære alieno.

Heres mouere non debet qđ defunctus tacuit.

a Non succedit. Quid si vas. contra dominũ offensam contraxit, nec dominus in vita sua aliquid dixit: nunquid post mortem domini à vasallo potest auferri feudum? Rñ. non potest: quia nõ debet hæres mouere, ꝙ defunctus tacuit. C. de inoffi. testa. l. omnimodo. §. j. & de reuo. do. l. vlt.

b Domesticis. qui dicãtur domestici, habes. ff. de iu. om. iud. l. qui iuris. & de pœ. l. respiciẽdum. & C. de iis qui ad ec. confu. l. præsenti. §. sane. & de qđ. l. pridem.

c Alium vasallum. No. ergo hic, ꝙ vasallus potest habere alium vasallum de feudo suo: non ergo intellexit imperator iste verbo alienationis prohibere donationem in feudum: & hoc verũ est: dum tamen syncere & sine fraude hoc fiat: vt supra qualiter olim po. feu. alie. ca. necessitate, nisi forte velis intelligere secundum eos, qui contrarium dicunt: quod hic intelligitur secundum voluntatem domini.

d Priuetur. sed quare, cum non sit eius vasallus? arg. ff. pro socio. l. non socij. & ar. ff. de verb. sig. l. Modestinus. & de libe. agno. l. si quis ali. §. si quis à liberti liberto. secundum Cor.

e Nisi requisitus. quid si vasallus meus alium fecerit de eodem feudo, & vltimus vasallus feudum alienauerit? ar. est quod primo domino. i. mihi cõmittatur. ff de ser. expor. l. pe. & ff. de acquir. pos. l. qui vniuersas. §. fi. & l. si colonus. & l. quãuis. §. j. & l. si id quod. & ita primus habebit laudimium, quod iniquum non videtur propter timorem futuræ amissionis. Sed ar. cõtra est hic secundum Corradum. Sed nunquid vasallum dominus cogere potest, vt ei feudum ostẽdat? arg. est quod sic possit. ff. de act. emp. & vendi. l. Titius hæres. Sed nunquid vasallus dominum, qui ei feudum de camera debet, potest cogere vt ei possessiones ex quibus feudum percipere debeat, præstet? arg. est, quod possit. C. de dona. l. si quis argentum. §. j.

f Duos. s. qui alias sunt vasalli eiusdem domini de aliis feudis, & feu. de quo est quæstio inter eos, pertinet ad eundem dominum, & vterq; contendit suũ feudum esse: alioqui si non essent alias vasalli, sed vterq; diceret se esse vasallũ ipsius de eo feudo, vel etiã diuersos inuestitores dicerent se habere de eo: tunc corã iudice vel arbitro causa terminari debebit: vt s. de pace te. §. si duo & §. seq. & s. de l. Cor. si autem inter pares: nec vnus alterum poterit inuitum trahere ad iudiciũ curiæ, vel dominũ: cum vnũ producunt inuestitorem.

veruntamen si curia eum vocauerit ter: tunc non poterit eius examen declinare: vt s. ti. an apud iudicem vel curiam domini quæstio feudi terminari debeat. ca. ex eo ꝙ s. diximus. & s. de inuesti. in mari facta. §. illud. & secundum hoc. §. iste non contradicit prædictis ca. sed potius diuersa sunt, quã aduersa. & de hoc dices secundum ꝙ in summa no. Sed quid si dominus non vult cognoscere? Rñd. tunc poterit vasallus eũ facere cõpelli à maiori iudice sub quo erit. arg. de arbit. l. j. & iij. §. j. vel etiam actor poterit alterum cõuenire sub iudice rei. Sed nũquid ab initio poterũt ipsi litigãtes ire sub alio iudice, & non sub dño, saltem in concordia, ita ꝙ sentẽtia ab alio iudice lata teneat? Vel nũquid tenebit sententia tanquam à nõ suo iudice lata? rñ. forte non tenebit: quoniam Imperator voluit quod domini esset cognitio & determinatio istius causæ. ergo aliis, iudicibus videtur prohibuisse cognitionẽ, & vasallis ne ad alios iudices irent. arg. ff. de condi. & demon. l. cum ita. Sed est arg. econtra. ff. de iudi. l. cum prætor *. & ar. C. de pac. cõuen. l. tam super do. l. fi. & ff de conuen l. ꝙ Labeo. si ergo cõtra fecerint, cõtra legẽ fecerũt. vnde nõ debet tenere quod factũ est ipso iure: vt C. de leg. l. nõ dubium. nam qui non facit quod debet, contra ius facere intelligitur. ff. de re iud. l. qui non facit. & arg. C. de iudæ. & cæli. l. cælicolarũ. in fi. & dominus in Euãgelio, Qui nõ est mecum, contra me est. & alibi, qui nõ seminat mecum, dispergit. vel dicas referre vtrum per errorem iuerunt ad alium iudicem, an scienter. in primo casu nõ tenet, in secundo sic, prorogando eius iurisdictionẽ: vt ff. de iu. l. j. & ij. & C. de iu. om. iud l. ij.

* Alias est de iurisdi. om. iudi. prætor.

g Cognitio. sed in quo loco stabit ad cognoscendũ? & Rñ. vbi ipse statuere voluerit salua honestate sua: & vbi maiorũ eius mos fuit cognoscere inter pares suos, si eos habuerit. ar. ad hoc. ff. de iusti. & iure. l. pen. in fi.

h Per pares curiæ. qui in cõcordia domini & vasalli eligentur: sed si dissenserint in eis eligendis, tunc dominus primus eliget quem vel quos voluerit; & postea vasallus similiter faciet secundum numerum à domino comprobatum: ita tamen, quod ille vasallus non eligatur pro pari inuito domino vel vasallo, qui fidelitatem domino non iurauit: vt s. de contro. feud. apud pares termi. c. si inter domi. & hoc forte ea ratione, quoniam debent sub debito fidelitatis coniurari à domino, secundũ quod hic statim sequitur. & hæc vera si dominus habet pares, secundum quod dicitur. s. prædi. c. si inter dominum. Si autem non habet pares: tunc iudicis illius, qui conuenitur, vel eius in cuius foro res est, erit cognitio: cum actor debeat sequi forum rei. C. de iu. om. iudi. l. ij. & C. vbi in rem actio ex. debet. l. fi. Sed quid si dominus non vult rñdere, cum conuenitur à vasallo, vel vasallus à domino? Rñ. tunc procedendum est secundum ꝙ dicitur. s. de mili. vasal. qui contu. est c. dominus vocat militem. Consueuit quæri, in quo loco debeant stare pares ad cognoscendũ inter dominum & vasallũ? & ad quod ita rñderi pōt, vt in eo loco

eo loco stare debeant, de quo actum fuerit inter dominum & vasallum. si autem nõ appareat, de quo actum sit, tunc stabunt in loco, in quo factum fuit compromissum à partibus, & tunc poterunt pares iubere partibus, vt debeant venire coram eis in quacunque parte voluerint illius loci: dum tamen facile partes in eum locũ venire possint: nec sit locus inhonestus, puta popina, vl' lupanar. hoc ad exemplum arbitri: vt ff. de arbi. l. si arbiter. sed si pares nõ possent concordare de loco: tunc forte dominus poterit iubere eos adesse, vbi voluerit, salua honestate sua vt s̃. not. est. & hoc ideo, qa maior iudex est inter eos: cum ab initio debeat eos coniurare sub debito fidelitatis: vt dictum est. si autem nõ est locus comprehensus, in quo iurare debeãt: tũc videatur ille locus comprehensus, quo solet iudicari sine incõmodo litigantium. argu. ad hoc. ff. de iu. l. si locus. Vel fortè posset dici, quod semper est domini electio, vbi voluerit cãm vẽtilari: sicut & alias habet priò electionẽ pariũ: vt dictũ est. & ad hoc est ar. s̃. de mi. vas. qui contu. est. cum ibi dicatur, qd' pares debeant dominum adire, & eum salua reuerentia compe tenter cogere &c. Vel dicas, qd' dominus primo eliget vnum locum, in quo primo causa incipiatur: & vasallus eliget alium si voluerit, in quo vicissim ventilabitur causa per terminos statutos per ordinẽ. s. semel in vno & post in alio: sicut alias dominus habet primo electionem parium: vt dictum est, postea vasallus: vt causa æqua lance trutinetur. nec mirum, cum dominus debeat reddere vicem vasal. de iis quæ vas. tenetur domino præstare: vt infra, de forma fidelitatis. in fine.

* Bald. Archimãdiæ legit. quæ vox gabellæ no men illi dicitur nihil aliud afferenti. Alu. vero ait forte esse qd' ex armẽtis præstatur. Quod certe ad naturam Græcæ vocis Archimandia accedere videtur quæ gregis principẽ, seu agminis significat vt dicas ius esse principale ex armentis animaliũque capitibus principi ipsi præstari debent. At de regalibus quid sint, & itẽ quotuplicia, vide hic Zas. Bal. in tit. egregiã Mat. ab afflict. disceptationum.

iuratos terminetur a. Illud quoque sancimus, vt in omni sacramento b fidelitatis imperator nominatim excipiatur c.

TITVLVS LVI.

QVAE SINT regaliæ.

REgaliæ d armandiæ †, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiũt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgò dicuntur telonia, monetæ, mulctarum pœnarumque compendia, bona vacantia, & quæ vt ab indignis legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur, & bona contrahentium incestas nuptias, condemnatorum, & proscriptorum, secundum quod in nouis cõstitutionibus cauetur: angariarum e, parãgariarum, & plaustrorum, & nauium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorũ magistratuum ad iustitiã expediẽdam, argentariæ & palatia in ciuitatibus cõsuetis, piscationum reditus & salinarum, & bona cõmittentium crimen maiestatis, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti non data opera, vel loco religioso: si data opera, totum ad eum pertineat.

TITVLVS LVII.

QVOT TESTES sunt necessarij ad probandum feudi ingratitudinem.

Ad probandum ingratitudinem delicti, quinque testes requiruntur idonei: opinionis integræ, & manifestè probantes. Bar.

Impe. Henricus Augu. vniuerso populo.

SI vasallus f inhonestis factis atque indecentibus machinatiõibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestinis vel manifestis appetiuerit, vel inimicis eius suas amicitias copulauerit, atque in aliis sic versatus est, vt potius inimicus, quã fidelis esse credatur, vel si eum cucurbitauerit, seu in campestri bello suum dominum reliquerit: feudo priuabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque testibus summæ atque integræ opinionis probatum fuerit manifestè. Datum viij. idus Augusti feliciter.

TITVLVS LVIII.

DE NOTIS feudorum.

a Terminetur. & hæc vera sunt, quæ dicuntur in §. isto quando quæstio est de feudo inter domi. & vasal. vel inter duos vasallos. Quid ergo si inter dominum & alium qui non sit vasal. de feud. quæstio est, vel inter vasal. & alium? Respond. tunc ab alio iudice sub cuius iurisdict. erunt, vel saltem res terminari debebit: vt supra, de pace te. §. si duo. & §. fina. & §. j. & supra, de leg. Conra. c. si inter pares. cum enim iste casus non sit consuetudinibus comprehẽsus: meritò lege scripta vti sine calumnia possumus: vt supra, de cognitio. feud. ca. j. vnde dicendum est, quod actor sequatur forum rei.

b Sacramento. iurat ergo vasallus domino fidelitatem, & econuerso ita dominus vasall. vicem reddere debet: vt in decret. xxij. quæstio. vlt. de for. fide. in fin. & xxiij. quæsti. v. prodest. in medio. vbi dicitur sicut dilectionẽ iussi sunt terrẽtibus dare qui timent &c. Accursius.

c Excipiatur. nunquid seipm debebit excipere cũ iurat fidelitatẽ contra omnem hominem? Respon. non: quia non est in illa vniuersitate. nam in generali sermone non intelligitur persona loquentis. argument. ff. communia prædior. l. quicquid.

Generalis locutio personam loquentis non cõprehendit.

QVAE sunt regaliæ.

d REgaliæ. subaudi sunt armandiæ.

e Angariarum. angariæ sunt personales præstationes: parangariæ ex quibus præstantur pecuniæ & operæ: & colligitur obscurè. ff. de muneri. & honori. l. munerum. §. patrimoniorum.

QVOT TESTES SVNT necessarij &c.

SI vasallus. Hæc lex in paucis consuetudinibus inuenitur: & ideo super eam dubito, sit lex vel non: vnde circa eam non insisto.

DE NOTIS FEVDORVM.

Notandum. Hic intitulatur de notis feudorū: quia potius puto fore notas, siue notulas super feudis factas quam debeant esse de textu consuetudinum: & hoc videtur probare ex eo, ꝙ quasi omnes approbantur per leges Romanas & Lomb. vnde quasi glossulas eas reputo vsque ad fi.

Notandum quòd moris est in fin. libri supponere regulas & aliquas conclusiones: idcirco author huius operis quasdam notulas & regulas elicit concludendo per eas terminans opus suum: vide secundum Bald. conclusiones in qualibet materia feudorum. Bald.

Notandum est in feudo, quod de cauena seu camera dicitē, nō debere dari: nisi cùm sit in camera vel cauena, vnde solui possit. vel si ita euacuata sit cauena sine culpa promissoris: expectandum est, donec interim de cauena, vel de camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Non enim æquum est quem videre egentem, quam prius habuit in coniugem vel amicum. Quòd autem pares tantū debeant interesse inuestituræ feudi, & nō alij: hoc tunc verum est, cū dominus vasallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus, quos meliores poterit, liberos tamē: argumentatione legis de vltimis voluntatibus in Lombarda, scilicet illa quæ dicit, Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui vel inuestituram: adhibeat sibi de parētibus suis (& per eandē legē iurant) duos testes idoneos, vel tres, vel plures. pluralis enim locutio duorū numero contenta est. Item sciendum est, non esse impedimeutum inuestituræ, & si inuestituram faciat de re, quā communē dominus habeat cū aliquo: quia si sponte diuidere noluerit ille, cū quo habet rē cōmunem, qui inuestiuit: potest cogere per iudicem ille, qui inuestitus est, vt diuidat. Itē hæredes eius necesse habent tenere firmam inuestituram, quā pater fecit. Itē eadem lege & eodem iure debet habere rem iste, qui inuestitus est, quā haberet, qui eū inuestiuit, cum cohærede suo, scilicet vt adæquatio percurrat vsq; ad quadraginta annos. Itē inuestitura per se vel per suum nūcium dari & accipi potest. quæ omnia supradicta colligi possunt p. supradictas leges Lōgobar. titulo de vltimis voluntatibus. l. si quis. & C. com. diuid. l. j. & ij. Idcirco pares necessarij sunt in instrumēto inuestituræ, & non alij: ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini, aliis testibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia: quæ non sunt suspicanda in paribus. Si instrumentum diceretur falsum à domino: daretur defensio vasallo, qui instrumētum ad se deferret: vt in Lombar. qualiter quis se defen. de. l. de chartis. & auferetur domino, qui veritatem nouerit. & iniquum erit, si aliquis ex dono suo cōueniatur. Domini est defensio ex ordine, cū vasallus non posideat. Notandum est, ꝙ de omni controuersia, quæ inter dominum & vasallum oritur, si pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & paribus dicere veritatē. qui si dicant se nescire, cùm sciant, & vasallus postulet: dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: vt C. de testi. l. si quando. & in Lomb. vt iudex vnus &c. & in tit. qualiter quis se defen. de. l. si qualiscunq; causa. & tit. de testi. vt quicunque. & l. vlti. Cùm datur domino defensio de inuestitura, quę dicitur esse facta: iurare debet se inuestituram non fecisse. Cùm verò datur successori eius, iurare debet se nō credere inuestituram factam esse ab antecessore suo. Si qua inuestitura facta esse dicetur, semper debet nominare dominum, à quo inuestitura facta dicitur: cùm multùm discrepet sacramētum hæreditarium à principali sacramēto. C. de re. cre. & iureiu. l. iij. & l. generaliter. et vt habes de tutore, qui iurat quod credit, & existimat: vt C. de iura. ca. l. ij. De conscientia enim sua iurare debet, & non de alieno facto: cùm iniquum sit aliquem iurare de alieno facto, hæres vel successor nec etiam filius: vt ff. rerum amo. l. Marcellus. sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorem virtutem habeat, quàm pater: tamen debet præcise iurare patrem suum non fuisse debitorem: vt in Lombar. qualiter quis se defendere debet. l. si contigerit.

FINIS.

CONSTITVTIONES FRIDERICHI SECVNDI IMPERATORIS incipiunt.

TITVLVS I.

DE STATVTIS ET CONSVETVDINIBVS CONTRA LIbertatem ecclesiæ editis, & immunitate locorum religiosorum vbiq; morantium, & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis, & aliis hæreticis, eorumq; successoribus, & nauigiis peregrinis, & aduenis quocunque locorum hospitantibus, eorumq; successoribus, & de agricolarum securitatibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus marchionibus, comitibus, cunctisq; populis, quos clementiæ nostræ regit imperium, salutem & gratiam.

IN die, qua de manu sacratissimi patris nostri summi pōtificis recepimus imperij diadema, curauimus ad Dei & ecclesiæ suæ honorem edere quasdā leges, quas in præsenti pagina iussimus annotari, per totū nostrum imperiū publicādas. Per imperialia vobis scripta præcipiendo mādamus, quatenus eas quisque literas in suo districtu irrefragabiliter & inconcusse seruet. & sunt hæ leges.

AD decus & honorē imperij, & laudē Romani principis nihil omnino magis videt accedere, quā vt expurgatis quibusdā erroribus & iniquis quorūdam statutis penitus destitutis, decætero ecclesia Dei plena quiete vigeat, & secura gaudeat libertate. Sanè adeo infideliū quorūdā & iniustorū iniquitas abūdauit, vt nō dubitēt cōtra apostolicā displinā & sacros canones statuta sua cōfingere cōtra ecclesiasticas personas & ecclesiæ libertatē †. Cū ergo dispositione diuina fauente nihil velit ecclesia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concursu & eadem non placeat voluntate.

† Facit ad hoc Bartol. dicens quod verbum, libera facultas, plene importat vt quis sit liber ab omnibus regulis iuris ciuilis: vt in lege, a lio. ff. de ali. leg. dicit idem alibi quod verba prædicta important quod quis non tenetur sequi arbitrium legis omni iuri. & in l. fideicommissa. §. fi. super verba, quanquam. de leg. iij.

NOs Fridericus Romanorū Imperator semper Augu. hac edictali lege irritamus & nūciamus omnia statuta & cōsuetudines, que ciuitates, vel loca, potestates, consules, vel quæcūq; aliæ personæ cōtra libertatē ecclesiæ vel ecclesiasticas personas edere, vel seruare aduersus canonicas, vel imperiales sanctiones præsumpserint: & ea de capitularibus suis mādamus intra duos mēses post huius publicationem edicti penitus aboleri: & si decętero similia attētauerint, ipso iure decernimus esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos, superiori protinus applicāda: necnon locum, vbi deinceps talia presumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subiacere: potestates verò, cōsules, rectores, statutarij, & scriptores dictorum statutorū, necnō & cōsiliarij locorū ipsorum, qui secūdum statuta, vel consuetudines memoratas iudicauerunt, sunt ex tūc ipso iure infames, quorū sentētias & actus alios illegitimos præcipim⁹ aliquatenus nō tenere. Quòd si per annū huius nostræ cōstitutionis inuēti fuerint cōtēptores: bona eorū per totū nostrū imperium mādamus impunè ab omnibus occupari: saluis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali concilio promulgatis. Itē nulla potestas vel persona publica vel priuata collectas siue exactiones, angarias vel parangarias ecclesiis, vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere bona ecclesiastica presumant. quod si fecerint & requisiti ab ecclesia vel ab imperio emēdare cōtēpserint, triplū refūdāt: & nihilominus bāno imperiali subiaceāt: q̄d' absq; satisfactione debita nullatenus remittāt. Itē quæcūq; cōmunitas vel persona per annum in excōmunicatiōe facta propter libertatē ecclesiæ perstiterit: ipso iure imperiali bāno subiaceat: à quo nullatenus extrahāt: nisi prius ab ecclesia absolutus fuerit. Itē statuimus, vt nullus ecclesiasticā personā in criminali quęstione vel ciuili trahere ad iudiciū seculare presumat cōtra cōstitutiōes imperiales & canonicas sanctiōes. q̄d' si fecerit: actor à iure suo cadat, & iudicatū non teneat: & iudex sit extūc iudicādi potestate priuatus. Statuimus enim, vt si qs clericis, vel personis ecclesiasticis iustitiā denegare presumpserit, tertiò requisitus suā iurisdictionē amittat. Gazaros, Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circuncisos, & oēs hæreticos vtriusq; sexus, quocūq; nomine cēseātur, ppetua dānamus infamia, diffidamus atq; bānimus precipiētes, vt bona taliū confiscētur: nec ad eos vlterius reuertātur: ita q; filij ad successiones eorū peruenire nō possint: cùm longè grauius sit æternam, quàm temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint

sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesię, iuxta considerationem suspicionis, ac qualitatem personæ, propriam innocentiã congrua purgatione mõstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeant: ita ꝙ si sic per annum mãserint, extũc eos sicut hæreticos cõdemnamus. Statuimus etiã hoc edicto in perpetuũ valituro, vt potestates, consules, seu rectores, quibuscũq; fungãtur officiis, pro defensiõe fidei præstẽt publicè iuramẽtũ, ꝙ de terris suę iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebũt, ita ꝙ amodo quandocunq; fuerit quis in potestatem, siue perpetuam, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. alioqui nec pro potestatibus, nec pro consulibus habeantur: & eorum sententias irritas extunc decernimus, & inanes. Si verò dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: post annum à tempore admonitionis elapsum, terrã illius ipsis exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei pietate conseruent, saluo iure domini principalis: dummodo super hoc nullum pręstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat. eadem nihilominus lege seruata contra eos, qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere cõtempserit intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu concilia vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi, neque ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionẽ accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit, eius sententia nullam habeat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per eum confecta, nullius penitus sint momenti. Nauigia quocunque locorum peruenerint, si quo casu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipsa, quàm nauigantium bona illis integra reseruẽtur, ad quos spectabant ante, quàm nauigium illud periculum incurrisset, sublata omniũ locorum penitus consuetudine, quæ huic aduersatur sanctioni: nisi talia sint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatẽ, aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressores verò huius nostræ constitutionis, bonorum suorum publicatione mulctentur: & si res exegerit, eorum audacia iuxta mãdatum nostrũ modis aliis cõpescatur. Omnes peregrini & aduenæ libere hospitentur, vbi voluerint: & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio inconcussa seruetur. Si qui verò intestati decesserint, ad hospitem nil perueniat: sed bona ipsorũ per manus episcopi loci tradantur hæredibus, si fieri potest: vel in pias causas erogentur. Hospes verò si aliquid de bonis talium contra hanc cõstitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: non obstante statuto aliquo seu consuetudine seu priuilegiis, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contrà præsumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem: vt in eo puniantur, in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit puniendi. Agricultores & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum, ita, vt nullus inueniatur tam audax, qui personas vel boues, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, qđ ad operam rusticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso iure incurrat, imperialia animaduersione nihilominus puniendus. Nos verò Honorius episcopus seruus seruorum Dei has leges à Friderico Romanorum imperatore filio nostro charissimo pro vtilitate omnium Christianorũ editas laudamus, approbamus, & confirmamus, tanquam in æternũ valituras: & si quis ausu temerario, inimico humani generis suadente, quocunque modo has infringere tentauerit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apostolorum se nouerit incursurum.

FINIS.

a QVOMODO IN LAESAE MAiestatis crimine procedatur.

Iste titulus est magistraliter positus causa commodioris allegationis, & aduertendum est, quod liber authenticorum diuisus est in nouem collationes. postea superuenit liber feudorum, quē x. collationem vocamus 1. postea superuenerunt istæ constitutiões, quas vndecimam collationem appello: ipsasque glossare malui ego Bartolus de Saxo ferrato ciuis Perusinus, vt multa vtilia, quæ in eis sunt, omnibus innotescerent. & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Hērici imperatoris, imperiarum cōstitutionum authoris aui illustrissimi domini, domini Caroli quarti Romanorum imperatoris nunc regnantis, cui debito fidelitatis adstringor: quia me suorū consiliariorū & domesticorū 2 numero aggregauit, & me, meosq; posteros quos legum doctores esse cōtigerit, legitimationis & cōcessionis veniæ ætatis, aliisq; priuilegiis & gratiis decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis ad laudē & reuerentiam præfati domini imperatoris suiq; aui, & studentium vtilitatem glossaui eas ordine infra scripto supponens quicquid ꝑ me dicetur correctioni cuiuslibet melius sentiētis. & quia textus est breuis, nullus me de glossarū lōgitudine inculpet. sunt em̄ multæ glossæ, ex quibus hęc collatio multo vtilior redditur.

1 In hoc tamen esset standū cō muni denominationi vtē tium. Alu. in prælu. feudo. in iiij. col.

2 Idē multum familiariū. Io. de Plat. in tit. de dome. & protect. li. xij.

EXTRAVAGANTES CVM APPARATU siue glossis domini Bar. quas nonnulli xj. collationem appellant, feliciter incipiunt.

TITVLVS I.

QVOMODO IN LAESAE MAIEstatis crimine procedatur a.

b AD reprimēdum. Primò ponit causam legis cōdendę. Secūdò statutum generale in ordine procedēdi in crimine lęsæ maiestatis. Tertiò statutū speciale in modo procedēdi cōtra cōtumaces. Quartò ponit clausulā derogatoriā. Quintò declarat, ad quos casus extendatur. Sextò quo tempore sumat vigorem.

c Multorum. sed cum multis glossantibus iudicia lege antiqua cōcedatur arbitrium, vt possit pœnas agere: vt ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. & not. ff. de infam. l. quid ergo. §. pœna grauior. ideo hoc casu hæc. l. necessaria non videtur. Sol. antiqua iura dabant arbitrium iudici imponendi pœnam maiorem maleficio liquidato: hæc de nouo statuit circa modum liquidandi dans potestatem. & hæc. s. consuetudo delinquendi dans potestatem. & hæc. s. multitudo delinquentium, est causa finalis legis condendæ: vt ĵ. dicam.

d Ruptis. determinat verbum conantur, ꝙ est ĵ. nec resoluitur in conditionem: quia determinat verbum præsenti, vel præteriti temporis. secus si esset verbum futuri temporis, vel respiceret futurum tempus: vt l. à testatore: ff. de condic. & demon. & de vsu. l. euictis. ꝙ tractaui. ff. de condi. & demon. l. j.

e Debitæ. iure diuino & humano: vt ĵ. dicetur.

Fidelitas triplex.

f Fidelitatis. Quædam est fidelitas, quę debetur proximo. s. non offendere eum, nec ei insidiari. ff. de iustit. & iur. l. vt vim. non autem tenetur eum defendere: vt not. ff. de regul. iur. l. culpa caret. Alia est fidelitas quæ debetur patri, quem quis etiam tenetur defendere verbo: quia debet patri indicare, quæ cognoscit contra eum: vt ff. ad l. Pomp. de parric. l. j. in fin. & l. seq. debet etiam ei reuerentiam: vt in tit. de obsequiis. non autem reperio, ꝙ quis teneatur patrem defendere facto. s. opponendo se, vel simili modo. Tertia est fidelitas maior qua quis tenetur domino suo: quem non solum tenetur non offendere, sed indicare verbo, & defendere facto: vt x. co. de for. fideli. c. j. & de no. fi. for. c. j. Ista debet quis prin. s. non offendere. & si sciuerit, indicare. ꝙ patet: quia conscij etiam tenentur: vt C. ad l. Iul. maie. l. quisquis. in fi. tenetur defendere eum. ff. de re milit. l. omne delictum. §. fi. verè ergo hic dicitur totius: quia tota fidelitas debet prin. Est enim Deus in terris. C. de sa. sanc. ecc. l. iubemus nullam nauem. & ibi not. de eo scriptum est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.

Henricus septimus diuina fauente gratia Romanorū imperator semper Augustus.

AD reprimendum b multorum c facinora, qui ruptis d totius debitæ e fidelitatis f habenis g, aduersus Romanum imperium, in cuius trāquillitate h totius orbis i regularitas requie-

g Habenis. sicut enim per habenas equus rectè ducitur: ita per fidelitatem 3 ducitur subditus à domino: quæ fidelitas habet duas habenas. s. in faciēdo quę fieri debent, & nō faciendo quæ fieri nō debent: vt modo dixi. quę duo præcepta sunt duæ habenæ per quas homo subditus ita ducitur sicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas: & ita per ista duo præcepta homo ducitur & pacificus fit, sicut equus per habenas, quas timet. & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duobus parētibus: sup quibus pendēt leges & prophetæ: & super quibus totū vtriusq; iuris corpus fundatū est: vt no. ff. de iust. & iu. l. j. & ideo bene dicit habenis.

3 Quæ fidelitas, & qualitas debeat haberi in principe, vide plene Ias. in leg. j. ff. de pa.

h In tranquillitate. hoc patet. nam cum imperium fuit in statu & tranquillitate, totus mundus fuit in pace & tranquillitate: vt tempore Octouiani Augusti: cum autem imperium fuit prostratum: insurrexit dira tyrannis. & hæc fuit huius opusculi causa fi.

i Totius orbis. contra: quia maior pars mundi non obedit princ. Sol. illud de facto: sed de iure secus 4. simile habemus de Daniele. ix c. vbi de Nabuchodonosor, qui erat vniuersalis Imperator, sic ait, Tu rex regum es: Deus cæli regnū fortitudinē gloriam & imperium dedit tibi, & omnia, in quibus habitarēt filij hominū, bestias agri & volucres cæli dedit in manu tua: & sub ditione tua vniuersa cōstituit. & intelligēdum est de iure: quia de facto nō obedierunt sibi omnia, vt legitur in chronicis: vt in d. c. per gl. Item contra quia in terris ecclesiæ nullā habet iurisdictionē: vt in c. pastoralis. extra de re iu. in cle. Sol. ecclesia habet ex donatione principis etiā eius, qui hanc legem cōdidit: vt in c. j. extra de iureiu. in cle. vnde ipse princeps habere videtur: vt in l. j. §. omnia em̄. C. de vete. iu. enu. vel licet 5 alicuius particulæ dominiū non sit suū: tm̄ verum est, ꝙ hic dicitur: sicut dicitur dn̄s gregis etiā si vnum pecus nō sit suū: vt ff. de rei vē. l. ij. & iij. & per hoc patet, ꝙ imperator rectè dicitur dn̄s mūdi. s. vniuersalis: licet singulares sint domini prædiorū suorū: vn̄ à possessore ipse posset vēdicare mundū: vt l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & ff. ad leg. Rhod. de iac. l. deprecatio. nec opus est, quod dicamus ꝙ omnia sunt sua quo ad ꝓtectionē &c. vt no. in cōstitutione. ff. in prin. quia imo verè omnia sunt ipsius, si vniuersaliter consideretur. Vel tertiò 6 inhærēdo opinioni sanctæ ecclesiæ: primò fuit imperiū Babylonis. secundò fuit imperium Persarū & Medorū. tertiò fuit imperiū Græcorum. quartò fuit imperiū Romanorū. vltimò aduenīente Christo istud Romanorum imperium cœpit esse Christi imperium: & ideo apud Christi vicarium est

4 Vide gl. in pragm. sanctio. in procemio in verbo. dei. & Ias. in l. cūctos populos. C. de sum. trini. & fide catho.

5 Istam solutionem sequit Iac.

6 Istam sequunt Ia. & Alu. in c. j. quis dicatur Dux Marchio.

vterque gladius.s. spiritualis & temporalis. Christus enim est lapis abscissus sine manibus: cuius regnum non dissipabitur: de quo prophetauit. Daniel. in d.c. ix. vbi hæc omnia imperia describuntur expressè. dic ergo, ꝙ ante Christum imperium Romanum depēdebat à deo solo: & imperator rectè dicebatur, ꝙ dominus mundi est: & ꝙ omnia eius sunt. post Christum verò omne imperium est apud Christum & eius vicarium, & transfertur per papam in principē secularem: vt extra de ele.c. venerabilem. vnde si dicimus, omnia sunt imperij Romani, quia tunc Christi: verum est, si referamus ad personam Christi. si verò referamus ad personam imperatoris secularis: nō propriè dicitur, ꝙ omnia sunt sua, vel sub sua iurisdictione: quia nō terræ ecclesiæ. illas enim sibi reseruat papa: in quo principaliter est imperiū. in hac ergo cōstitutione si se retulit ad imperium. vel si se retulit ad personam suam: locutus est cautè. non enim dicit, ꝙ totius orbis iurisdictio sit sua: sed quod totius orbis regularitas in eo requiescit. nam & terras ecclesiæ ipse habet certo modo regulare.s. defendendo eas, & seruando in deuotione ecclesiæ: vt iurauit in c.j. extra de iureiur. in cle. & hoc pro nūc transitoriè dico: quoniam opus per se requirit quæ dico: quare sic credo tenere ecclesiam: sic credo imperatorem sentire: & si malè hoc, vel aliud intelligerem, sum paratus corrigere.

De electione & coronatione Imper. vide plen. Aluar. i dic. cap. j. quis dicatur dux &c.

scit: hostili animo [a] armati conantur nedum humana, verum etiam diuina præcepta, quibus iubetur, quòd omnis anima Romanorum principi sit subiecta [b], sceleratissimis facinoribus [c] & assiduis rebellionibus [d] demoliri: ne ex eorum absentia [e], in detestando læsæ maiestatis crimine

[a] Hostili animo.i. nil debentis subiectionis & reuerentiæ, secundum Hug.

[b] Subiecta. ad Romanos. xiij.c. sed ibi non dicit Romanorum principi, sed potestatibus sublimioribus. Sed de illo intelligendum est sub quo Christus voluit nasci & crucifigi. hoc imperiū ecclesia approbat &c.

[c] Facinoribus.i. conspirationibus in malam partem: vt not. ff. de publi. l. quantæ. & facit. C. ad legem Iu. maiesta. l. quisquis. in princi.

[d] Rebellionibus. quid sit, dicitur. j. l. proxi.

[e] Absentia. hucusque posuit causam impulsiuam.i. vnam causam finalē seu rationē legis condendæ: nunc ponit aliam: hoc modo. Primò quomodo tempore factæ legis multi conabantur contra imperatorē. & hęc fuit causa impulsiua legis, nō finalis, ꝙ patet: qa cum lex ista sit vniuersalis & perpetua, cum & futura facta respiciat: illa facta præsentia vel futura non sunt eius causa finalis: tēdit enim ad alium finem, sic. ff. de post. l. j. §. sexum. & in auth. de non alie. in prin. col. ij. & in omnibus legibus relatis ad singulas personas, quæ tamen vniuersaliter intelligūtur: vt in ij. cōsti. C. in fin. & ff. de legi. l. nō singulis. & ideo si ista causa cessaret, qa non essent multi, sed pauci sic delinquētes, nō cessarent leges: vt in d. §. sexum. & patet ex hac lege. quæ loquitur etiā quādo vnū proceditur, & quocūque casu sub crimine lęsæ maiestatis. & si in aliqua lege vniuersali, vel communi vel municipali poneretur aliqua causa impulsiua, nō posset opponi, ꝙ illa causa non sit vera: quia nō nocet: vt C. de fal. cau. adiec. l. j. & de cōdic. & demon. l. cū tale. §. falsam. & patet ex prædictis. secus si princeps aliqđ particulariter rescriberet: qa tunc factū vnicum sub quo scribit, posset esse causa finalis rescripti: vt C. si cōtra ius vel vtil. pu. l. pręscriptiōe. & de diuer. rescr. per totū. Idē si ciuitas, vel ordo decurionum aliquid specialiter ordinaret super quodā facto nō vero: esset enim decretū ambitiosum: vt ff. de decr. ob or. fa. l. ambitiosa. Posuit enī vnā causam finalē imperator seu rationē legis cōdēdæ, dū dixit, ad reprimēdum multorum facinora. Ista enim nota vniuersalis, perpetua & futura respicit: & est finis ad quē tendit imperator: & hoc apparet ex natura gerundij: quę est, vt cum ponitur in accusatiuo, significet causam finalem. ff. de dolo. l. j. §. j. in definitione doli, & de tute. l. j. in definitione tutel. & ff. ad exhib. l. iij. §. j. licet qñq; significet modum. l. quibus diebus. §. j. ff. de condi. & demon. sed certe ille modus nō est causa finalis ibi: sed modus appellatur, qñ continet onus explicandum ab eo ad quē refertur: vt ibi dixi. Idē si ponatur in genitiuo casu cū hac dictione causa, vel cū hac dictione animo: vt ff. ad le. Cornel. de sic. l. j. in princi. & in §. j. & ij. C. e. l. is qui cum telo. nunc autem Imperator ponit alias duas causas finales. s. ne processus vel sententia retardetur. Itē ne talia maleficia remaneant impunita. Sed cum in l. sint plures causæ finales, an requiratur ꝙ omnes cōcurrāt: gl. extra de rescri. c. ij. aut quælibet causa per se sufficiēs ad producēdū effectū, & sufficeret vna: & tūc coniuncta ponitur pro disiuncta: vt l. sæpe. ff. de ver. sig. alias requiritur cōcursus omnium: ꝙ verū est, qñ in l. ponūtur plures causę: hoc est plura facta, ex qbus debet sequi iuris effectus. Tūc enim de facili cognoscit, an quodlibet factū de per se sit sufficiens ad productionē effectus iuris: cū ius certū sit: vt l. ij. ff. de iur. & facti ignor. Sed qñcunq; in l. ponuntur plures causæ, hoc est plures finales effectus, qui ex lege sequi sperātur: vt in l. ista. & tūc an omnes requirantur, est dubium. sed qñ illi effectus sunt separati & distincti, sufficit alteram ex illis causis adesse: vt insti. de nup. §. affinitatis. & no. ff. de iis, qui no. infami. l. liberorum. §. j. & de pri. cre. l. si vētri. §. in bonis. Sed si illæ plures causæ & plures effectus tendūt ad idem: & tunc si vna causa ponitur vt ratio: alia vt ratio rationis. vel vna ponitur tanquā maior, altera vt minor ad probandum idem: tunc vtraq; requiritur. ff. sol. mat. l. j. & de peti. hære. l. sed si lege. §. item si rem. & hoc apparet hic. nam prima ratio seu causa finalis est maior propositio: aliæ duæ quælibet per se facit minorē. hoc modo dicit imperator, Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora, &c. sed ista reprimuntur, si sententia & processus non retardentur: ideo statuit, ꝙ procedi possit contra absentes. Alio modo coniungitur & cū secunda causa. Tertia est, si cōiungitur cum prima, intēdimus ad reprimendum talia facinora. Sed ista reprimentur, si non remanebūt impunita: ideo statuit, ꝙ possit procedi summariè & de plano: vt ei videbitur. & sic facilius inueniatur. prima ergo causa generalis est, & respicit vnum effectum cum qualibet earum: & illæ respiciunt separatos effectus: vna ne retardetur, alia ne punitio extinguatur. & habet locum siue procedatur contra absentē, siue cōtra præsentem: vt j. patebit. & non extenditur hæc lex ad aliū casum ex identitate rationis: quia contra ius cōmune est: vt l. ꝙ contra. ff. de legi. vnde non tollitur, nisi quatenus exprimitur. C. de appel. l. præcipimus. in fi. regulariter enim omnis causa requirit plenā cognitionem: vt C. de iudic. l. iudices. & regulariter in causis capitalibus non potest absens condēnari. colligitur autem ratio legis diuersimodè. nam quædam sunt leges declaratiuæ & ratio illarum est regula iuris præcedentis: vt patet ferè per omnes leges iurīscōsultorum: maximè in d. §. item si rem. & ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. & quasi per omnes. & illa propriè dicitur ratio. Quędam sunt leges mere positiuæ: quia ad illud nulla ratio iuris antiqui vrgebat: & tunc ratio ex ipsa lege sumitur, vel eius præfatiōe, si in ipsa exprimatur. vt hic. & ff. de hære. insti. l. fina. & ad Macedo. l. j. & ista prius appellatur causa finalis, quam ratio legis: vt l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. & de condi. & demon. l. illis libertis. & de iur. pat. l. adigere. §. quamuis. fina.

Causam finalem denotat gerundium positū cū accusatiuo.

an.ergo intentio legis est ratio:qua cessante cessat lex: vt d.ll. vbi vero ratio non apparet, debemus propriæ significationi verborum stare:vt.ff.de exer.l.j.§.is qui nauem.cum similibus.Accur.

a Retardentur.sic.C.de pœnis.l.nam diu.& l.correis. Et subandi, ne. & sic sunt duæ rationes.

processus à[a] sententia retardentur, & tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita[b]: hac edictali[c] Deo propitio perpetuò valitura lege sancimus, vt in quocunque[d] læsæ maiestatis crimine, & maximè[e] vbi contra Romanorum imperatores[f], vel reges[g] aliquid, quod dictum tangat[h], asseratur[i] commissum, possit[k] procedi per accusationē[l], inquisitionem[m],

b Impunita: vt ff. ad l.Aquil.l.ita vulneratus.cū simi.

c Hac edict. Hic incipit secūda pars in qua ponit statutum generale. & in eo ponit ordinem procedendi tam cōtra pręsentes,quam contra contumaces.ex eo,quod dicit edictali,apparet quod est generalis:vt.l.iij.C.de legi. & infra dicit generalius.

d In quocunque.cum enim lex Iul. maiestatis [1] habeat multa capita:vt.ff.eo.l.j.ij.iij. & iiij.In quocūque crimine,cui competit aliquod dictorum capitum, habet locum hæc lex.

[1] Proprie tamē dicitur committi crimen læsæ ma. quando aliquid fit contra personam principis, vel contra eos qui ad cius latus assistunt, vel contra rempubli. secundum Io.de Pla. in §.j.instı tu.de pub. iudi.

e Et maxime. hic præcedit genus [2] .s. omne crimen quod incidit in l.Iul.maie.additur species, quādo committitur in imperatorem vel regem: & ideo non ponitur implicatiue,cum totum sit expressum; sed significat rationem in expressis legibus fortius vrgere. sic C.ne fi.pro pa.auth. habita.sed si genus non præcederet,tunc aut per conditionem maxime additur conditio, & tunc innuit idem esse in casu contrario.s. conditione non existente:nisi ratione contrarietatis euitandæ oporteat dicī,quod dictio maxime,abundet,vt. C. de ma.testa.l.fi.& ibi no.in gl.super verbo maxime. sed si per hanc dictionem adiiciatur ratio,tunc indicat illam esse potissimam rationem, licet alia sit ratio: vt l.& si maxime.ff.de serui.leg.

f Imperatores.post coronationem &c.

g Reges.ante coronationem:vt extra de elec.venerabilem.& no.diligēter,ꝙ ante coronationem habetur: vt generalis dñs.si enim esset priuata persona, contra eum facientes non inciderent in l. Iul. maie. vt hic patet:& sic pōt administrare & dare priuilegia: vt extra de priui.c.super quibusdam.in cle.& de iureiuran.c.j. & ibi gl.& sic cessat disputatio Ia. de Are. quam ponit Cy.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscri.potest etiā facere condēnationes: vt patet ex literis domini Caroli imperatoris cōcessis cōmuni Perusij:cum ego tūc apud ipsum legatione fungerer:vbi inter cętera sic ait:omnes & singulas sententias processus & cōdemdemnationes multas & ordinationes per quoscunque diuos Romanorum imperatores & reges prædecessores nostros contra vos & singulas ciuitates communis & Perusij personas latas seu promulgatas tollimus & relaxamus. Potest etiam ante coronationem concessiones aliorū imperatorū tollere & reuocare.quod patet ex aliis literis eiusdem imperatoris: vbi inter cætera concessit quædam & adiecit tandiu, quandiu per successorē nostrū regē Romanorū seu imperatorē nō fuerit reuocatum:quæ literæ sunt Perusij sub bulla aurea,& prædicta vero postquā persona est electa in Romanorum regem,& per sedem apostolicam fuerit approbata.ante autē videtur tenere gl.in d. c.j. de iureiu. in cle.quod etiā electi in discordia pñt administrare.

[2] Illam gl. reputat notā. & eā sequitur Ia. in l. qui se patris. in viij.co.C. vnde libe.

h Tangat.q.d. non solum si ipsum crimē cōmittitur sed si aliud quod ipsum tangat: hoc aūt contingit qñque per modū antecedentis, vt mandatū,cōsilium,persuasio:de quibus plene [3] dixi in l.nō solū.§.mādato.ff. de iureiur.qñq; per modū inhærētis tēpore quo delinquitur:vt auxiliū & opē dare. de quo dixi in l.in furti.§.ope.ff.de fur. qñque per modū consequētis: vt in his qui præstant consilium ad euadendum, vt in l.C.de rapto.virgi.& dixi in d.§.ope. vel receptatore: vt C. de iis qui la.l.j.& ff.de recep.l.facit ad prædicta. ff. ad Turpil.l.j.§.incidit.& C.de hę.auth.credentes.quādoque per modū alterius actionis:vt si quis nollet venire ad perhibendū testimonium cōtra reū de hoc crimine, facit aliquid quod tāgit hoc crimen. & hic habet locum hæc.l.idem si faceret, vt reus captus euaderet [4]: vt.ff. ad l. Iu.maie.l.si quis.§.item qui confessum. facit extra de offi.& po.iu.de leg.c.j.& ibi per Inno. & est simile verbum extra de hære.ca.vt inquisitionis officium.lib.vj.

[3] Vide latius per Bar. Are. & Ias. l.j. C.de seru. fug.

[4] Vide tres pulchras limitatiōes ad istud dictum per Iaso.in §. pœnales in xviij. col. insti. de acti. Idem tenet Barto. & Bal in l. j.ff. de do.

i Asseratur.quādoque per glossatorem additur vt verū sit:vt.ff.si qua.pau.fe.di.l.j.in prin. & vi.bo.rap.l. ait prætor.in prin.alibi dicit gl. etiam si verū non sit: vt ff.de do.l.j.in gl.super verbo,diceretur. & istud placet [5] in his,quæ respiciunt modum procedendi,vt hic. sed in his quæ respicerēt sententiā & executionē aliæ gl.procedūt.probat.ff.de proc.l.q omnia.versi. plane.

[5] Idem tenet Barto. & Bal in l. j.ff. de do.

k Possit.non ergo imponitur necessitas & in causis summariis licet non seruetur ordo, & procedatur solenniter,non vitiatur processus:vt extra de verbo.sig. c.sæpe.in cle.

l Per accusationē.hoc ius cōmune est. sed in hoc speciale est,quod ad accusandū admittuntur infames,serui,milites,mulieres.ff.ad l.Iul.maiesta.l.famosi.& in l. in quæstionibus. & accusatio est nomen iuris. sicut enim actio est ius persequēdi in iudicio, quod sibi debetur,inst.de acti.in prin.sic & accusatio est ius persequēdi vindictā pub.vt inst.de pub.iu.in prin.& ius ex quo sumitur vindicta,est duplex.s. accusatio, & officiū iudicis.hoc autem officiū exercetur qñ per inquisitionē ad alterius denunciationem proceditur.Nā super denunciatione inquiritur:vt de cust.re.l. diuus. & j.dicā quandoque per inquisitionem factam proprio motu iudicis. potest etiam sumi accusatio pro libello accusatorio:vt.ff.de accusa.l.si cui.in prin. & ad Turpil.l.j.§.accusationē. & illo modo sumitur hic.Sed quęro,quid si accusatio est inepte formata:an valeat beneficio huius.l.in hoc crimine:quod videtur: quia cum non sit necessaria figura iudicij,ergo nec libellus, qui est de ordine & figura:& hoc videt expressum extra de verb.sig.c.sæpe.in cle.In contrarium facit:quia hic permittitur procedi altero de tribus modis.s.per accusationem,denunciationē,& inquisitionē:& super quolibet istorum permittitur procedi summarie & de plano sine strepitu & figura iudicij.vbi ergo per accusationem poceditur:oportet accusationē esse factam rite: vt.l.non putauit.§.non quæuis.ff. de contra tab. alias si non est rite facta,non est accusatio: nec per eam delictum in iudicium deducitur:vt.ff.de adul.l.accusaturus.& ad Turpil.l.j.§.accusationē. ibi, nulla erit &c. licet ille.§.faciat contra:quia est necessaria abolitio vt ibi,& de accu.l.libellorum.§.quod si libelli.ergo videtur accusatio aliqua.Sol.licet accusatio sit nulla. tamen qualisqualis est,saltem de facto: & ideo est necessaria abolitio:vt ibi patet.sed hic requiritur, quod accusatio sit rite facta in forma sua:vt super ea possit procedi secūdum formam huius.l.facit quod no.ff.de fur. l.si quis.§.j.Bar.de Saxo ferrato.

Infames et serui quādoq; ad accusandum admittuntur.

Ius ex quo vindicta sumitur duplex est.

m Inquisitionem [6] hoc ius est nouum. nam de iure cōmuni non potest procedi per inquisitionem. nisi in certis casibus no.in l.ij.§.si publico.ff de adul.& ibi dixi,ꝙ quatuor sunt regulæ, in quibus potest procedi. Prima per officiales donationū.l. diuus.ff.de cust.reo.

[6] No.hic inquisitionem accipi pro inuestigatione facti:vt, no.Ant.de cohab.cleri. & mulie. ca. vestra, versi. not. quod verbum extra.

& C. de acc. l. ea quidem. & de decu. l. j. lib. xij. Secunda regula est propter incidentem cognitionem iuris. nā vbicunque iudex cognoscendo principaliter reperit incidenter delictum esse commissum, potest de illo cognoscere: vt hic est casus, & in d. §. si publico. & C. si aduer. li. l. pe. & de cōdictio. ob turpē causam. l. euitandi. & de calū. l. pen.

seu denunciationem [a]

Tertia regula propter præcedentem generalem inquisitionem. nam vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus reperit aliquē deliquisse, potest ad inquisitionem specialem descendere: vt. l. congruit. ff. de offi. præsi. & ad. l. Iu. pecu. l. iiij. & in auth. de co. §. iubemus. col. ix. Quarta regula est propter magnā offensionem. vbicunque enim crimen committitur coram iudice, iudex potest super illo per inquisitionem procedere: vt. C. de calum. l. j. & de testi. l. nullum. & de prob. l. pe. & idem eadem ratione in omnibus delictis quæ committerentur coram iudice. alias non potest procedi per inquisitionem de iure commu. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. Sed speciale est hic, vt nulla ex prædictis regulis accedente posſit procedi, vt hic. de iure canonico potest procedi per inquisitionem præcedente fama, vt extra de acc. c. qualiter & qñ. & de simo. licet Hely. Sed tunc hoc est speciale: quia procedi posset etiam fama non procedente: vt hic patet: quia sufficit quocunque modo dicatur: & probatur infra. l. proxi. ibi, publice vel occulte. sed cū in accusatione requirantur solennia accusationis: vt s. dixi, quare non requiruntur solennia inquisitionis? Respond. solennia accusationis intelligo circa formā ipsius, vt dixi. quod autem in inquisitione præcedat aliquod prædictorū: non est de forma inquisitionis: sed est, vt aliquod antecedens & processus valeat. si nō opponatur. extra, de acc. c. j. lib. vj. sicut testamentum est testamentum secundum sui formam, licet testator dicatur filiusfa. vel seruus, vel quid simile: vt. C. de edic. diui Adria. tol. l. ij. secus si in ipso deficeret hæredis institutio. Sed an forma inquisitionis sit sicut forma accusationis? gl. insti. de pub. iud. in prin. dicit quod non. Inno. idem. extra de pur. ca. fi. Ia. de but. instit. de accu. in prin. dicit quod eadem forma & eadem solennitas requiritur præterquam in inscriptione ad pœnam talionis: quia cum locū accusatoris subeat iudex, & inquisitio loco accusationis eiusdem debet esse naturæ: vt. l. j. §. hæc actio. si quis test. lib. esse ius. fu. & hoc placet quantum ad hoc, vt inferatur locus & tempus eodem modo: quia non debet in tanto crimine vagari: vt ff. de iniur. l. prætor edixit. in prin. & de dolo. l. idem exigit. facit: quia si idem delictum opponitur per modū exceptionis. l. ij. §. j. ff. de doli except. & extra. de elect. c. vt circa li. vj. dixi plene. ff. de exce. l. j. nec obstat extra de procu. c. fi. & quod ibi per Inno. quia ibi fit inquisitio contra certam personam: tamen generaliter quo ad delicta. secus si fieret de speciali delicto. Item accusatio debet in scriptis offerri: vt. l. libellorum. de ac. & C. de lit. auth. offeratur. sed cū inquisitio nō offeraꝛ iudici, sed ipse inquirat: nō est necesse, qđ prius formetur in scriptis, & postea redigatur in actis. ex quo sequitur, quod si in processu non apparet, quando fuerit exhibita accusatio, nō valet: cum sit de substātialibus: vt d. l. libellorum. & not. C. de ac. l. in causis. Sed si non apparet dies inquisitionis formatæ, non vitiaretur processus: quia dies quo quis citatur super inquisitione, vel dies quo rñdit illi poterit dici dies formatæ inquisitiōis cū iudex semper inquirat: sed nō pōt dici dies exhibitę accusatiōis, cū hoc nō pertineat ad iudicē. multa alia dixi circa materiā inqſitiōis ī d. §. si de pub.

Iudex per inquisitionem procedens est loco accusatoris.

[a] Denunciationem. de iure antiquo non admittitur denūciatio, nisi per officialem: vt. l. diuus. de cust. reo. & C. de accu. l. ea quidem. & ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. sane. de iure canonico admittitur denunciatio præcedente charitatiua monitione: vt extra de iudici. ca. nouit. & extra de simo. c. licet hely. hæc ergo lex introducit [1] nouū in hoc crimine: quia per denunciationem factam à quocunque posset procedi de officiali denunciatione. & de ista materia plene dixi in d. l. diuus. Sed de isto denunciatore priuato dico [2] quod habet vim cuiusdam mandatoris seu instigatoris. ideo desistendo incidit in Turpil. vt. ff. ad Turpil. l. j. §. incidit. & l. ab accusatore. §. denunciationes. eo. titu. & si desistat denunciator, impune iudex ex illa causa dimittit processum, sicut delator mandatore subtracto: vt. ff. de iur. fisci. l. res quæ. §. fi. quod est verum, si in procedendo fuit nominatus denunciator: alias secus. ff. de iur. fis. l. de eo. bi ergo hic potest procedi ad denunciationem alterius denunciante non nominato: vt d. l. de eo. quia ex mero officio iudicis proceditur. Item cum in casu illius. l. isti tres modi procedēdi sunt æque auxilia ordinaria, puta quod si pendente inquisitione ex officio, vel per denunciationem superueniat accusator, non debet recedi ab inquisitione: cum cesset ratio, quam ponit Dy. in regula, actus ligitimi. de reg. iur. li. vj. Et quid si ex forma statuti conceditur, quod iudex generaliter posſit inquirere de crimine? de hoc dixi in l. si maritus. §. fi. ff. de adu. & hoc de denunciatione quæ fit ad vindictam publicam. ad priuatam vero quandoque denunciationem iudex procedit in his, qui agere non posſunt de iure: vt cum serui à dominis opprimuntur. ff. de iis qui sunt sui vel alieni iur. lege secunda, & de off. præfec. vrb. l. j. §. quod autem. Item ad denunciationē patris vel patroni conquerentis de filio vel de liberto: vt. d. l. j. §. cum patronus. & de off. procon. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. Item quando homines humiles opprimuntur à potestate [3] vel eis aliquid aufertur: vel ab eis promiſsio vel cautio exigitur. vt. ff. de off. præsi. l. illicitas. in prin. §. quasi per totam legem: & hoc sentit Spec. in tit. de denun. §. quis denunciare. & Ioan. Andr. in c. nouit. extra de iudi. vbi dictas leges sic intelligunt: quod est notandum: quia ad boni iudicis officium pertinet facta ei querela de prædictis ex officio eius procedere: cum tales per seipsos agere non posſunt, vel non audent: quod placet: quia interpretatione adiuuandum est quod reipublicæ vtilitatem continet. Est & alia denunciatio priuata, quæ locum habet in foro ecclesiastico, inducta per legem euangelicam: vt d. c. nouit. de iudi. quæ quotidiana est. & per eam multa, que sunt iuris ciuilis remedio destituta, reparari posſunt: ideo ea prosequor declarando quædam ab authoribus iuris cano. intacta. In hac enim requiritur, quod quis primo moneat [4] aduersarium suum, qui peccat in eum, inter se & ipsum solum, dicendo, quod cum in eū peccet retinendo rem ad eum pertinentem, vel non soluendo ei tantam quātitatem sibi debitam, quod exeat de peccato. quòd si non faciat, iterum dicat idē adhibito vno teste vel duobus testibus. quod si non faciat, tunc dicat eccle. & sic ad forum ecclesiasticum recurrat, petens quod cum peccet talis in eum, & de tali causa requisitus & monitus & prima requisitione & secunda secundum doctrinam & regulam euāgelicam, emendari neglexerit, & exire de peccato in periculū animæ suæ, & etiam contra conscientiam: implorat eius officium, vt eum ad pœnitentiam cogat: vt in d. c. nouit. super hac denunciatione offertur libellus: [5] lis contestatur, & sententia in scriptis fertur, secundū Ho. & Io. An. in c. nouit. licet in dicta decre. dicatur, quod procedatur de plano. quod quid importet, infra dicā. & contra personas sic denunciantes non potest opponi, quod sit infamis. si tamen sit correctus de crimine, potest, secundum Inno. & omnes, potest autē opponi. ꝙ est criminosus, seu in peccato mortali. qualiter enim mouetur bono zelo ad correctionē alterius, qui non est ipse correctus? secūdū Ber. & Inn. Sed Io. an. dicit: [6] ꝙ in hoc genere denūciationis, vbi prosequiꝛ qs proprium interesse, admittitur etiā criminosus sed ei ob.

[1] Idē tenet Panor. in cap. nouit. in xiiij. colū. in versi. nunc condescendo. de iudic.

[2] Idē tenet Panor. vbi supra dictum est.

[3] Et idem si monachi vel cōuersi opprimerentur ab eorum prælatis. Panor. vbi supra.

[4] Nisi iustus timor impediret monitionem: quia tūc potest sine ea procedi. Ant. de But. & Panor. in d. c. nouit.

[5] Idē tenet Panor. in d. c. nouit.

[6] Ista opinio placet Panor. in d. c. nouit. sed An. ibi tenet opinionē Innocen.

excom

excōicatio vel alia expoliatio vel deprędatio: vt in c. cū dilectus. & c. fi. de or. cog. & alia præiudicialis exceptio. quod dic, vt in c. nouit. super vlt. glo. per eum. Contra ipsam denunciationem opponitur, quod potest etiā haberi super eo regressus. ad iudicem secularē. nam nō debet iudex ecclesiasticus eum indistincte admittere: quia non, nisi in defectum iustitiæ, vel crimen sui natura sit ecclesiasticū, vel ratione pacis vel iuramenti, vel quando crimen est notorium, vel quādo nō auditur in iudicio seculari, vel quia est obligatio naturalis tantū, vel quando hanc proponit miserabilis persona & depressa: vt in d. c. nouit. de iu. & de pact. qualiter. lxxvij. dist. per totum. & de foro compe. c. licet. vide ad hoc nota. per Bar. in c. ex tenore. per totum. alias si indistincte admitteretur, periret temporalis gladij iurisdictio, & omnis causa per hanc viā deferretur ad ecclesiam. & ita tenet Io. An. in d. c. nouit. [1] & hoc quod dixi de obligatione naturali, tenuit Inno. in d. c. nouit. sed cum illud, quod deducitur pro Fal. vel Trebellianica, sit naturale debitum: vt no. C. de iur. & facti. ign. l. cum quis. & ff. de condi. inde. l. j. & de reg. iur. l. cuius per errorem. ergo ille qui retinet, peccat mortaliter. & contra eum posset procedi per formam huius denunciationis. sed hoc videtur cōtra ca. Raynuntius. & ca. Raynaldus. extra de test. vbi papa pronunciauit has quartas posse retineri. Sed dico, [2] quod ea quæ dicta sunt de obligatione naturali, intelliguntur de naturali, qua quis tenetur ex ipso quod quis locupletatur cum aliena iactura: quia quod alienū est, peruenit ad eū: vt l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. vel de ea naturali quæ originē habet ex cōsensu: vt ex pacto nudo vel iureiur. interposito ab alio, quā à liberto: vt l. iureiur. in prin. ff. de ope. li. & de fideius. l. si quis pro eo. in prin. Idem puto de eo, qui promittit ei qui stipulatur alteri: vt. l. stipulatio ista. §. alteri. & de verb. obl. & quod ibi nota. secus de ea naturali, quæ à cōsensu non habet originē, vt in eo, qui ex maleficio obligatur ad pœnam: vt. l. non solum. §. j. ff. de iniur. In proposito hæres dicitur teneri naturaliter, hoc est, habito respectu ad principia iuris gentium: quo iure dicta quartæ deductio nō erat inuenta. non autem ex consensu: quia testator nunquam consensit, quod ipse obligaretur: nec etiam hæres adeundo hæreditatē, quia habuit vel habuisse præsumitur animū, quod voluit vti beneficio legis. Item nihil habet de alieno: quia legatarij & fideicommissarij certant de lucro. non autem petiit, quod suū est, vel fuit. Vel dic, [3] quod naturalis obligatio non subest in eo, quod per Falcidiam venit deducendum, secundum P. vt refert Cy. in dicta. l. cū quis. de iur. & facti igno. quod non placet: vt plene dixi in l. j. ff. de condi. inde. Sed quid de obligatione, quæ tollitur præscriptione? Respon. [4] tunc autor audiretur à iudice ecclesiastico per modum huius denunciationis: quia ei denegaretur audientia in foro seculari. Sed tu dices, præscriptione tollitur naturalis [5] & omnis eius effectus: vt. l. fin. in princ. & per Dy. ff. rem ra. hab. & per Cy. in d. l. cum quis? Respon. tollitur omnis effectus eius ciuilis: non autem potest tollere naturalem obligationē, quā retinendo incidit in peccatū mortale. sed eo casu quo præscriptio tolleret naturalem secundum ea, quæ dixi in d. l. si. in prin. ff. rem. ra. ha. tunc cessaret hæc denunciatio. Quid de filio fa. tuto exceptione Macedoniani: an posit conueniri hac denunciatione, cum naturaliter & ciuiliter teneatur, licet obstet exceptio? puto quod nō: [6] quia hæc exceptio descendit ex delicto creditoris circa illud commisso: vt. ff. ad Maced. l. j. vnde potest opponi. etiam denuncianti: vt supra dictum est per Io. An. dum dicit, vel alia præiudicialis exceptio. Idē puto in qualibet alia exceptione propter odiū vel delictum creditoris competente, vel doli, vel similis. facit de condi. inde. l. qui exceptione. Sed si creditor non deliquisset, tunc ei iure communi subueniretur: vt. ff. ad Mace. l. si quis patrem. Quid de muliere tuta Velliano?

[1] Et etiam vult Panor.

[2] Idem tenet Bald. in authen. ad hæc. & Aret. in d. c. nouit. in pe. col. de iudic.

[3] Contrarium tenēt Bar. Alex. & Ia. in l. j. ff. de condi. indebi.

[4] Idem tenet Barto. in authen. ad hæc. C. de vsu. & in c. si quis per trigin. ta. supra, si de feu. fue. contro.

[5] Idē tenet Panormi. & Feli. in c. ad aures. extra, de præscript.

[6] Idē Panormit. in d. c. nouit.

dico eā non posse cōueniri hac denunciatione: cū etiā soluens repetat, secundū cano. extra de solu. c. fi. & ibi not. licet enim teneatur naturaliter, tamen datur ei exceptio æquitate prædicta naturali propter suam imbecillitatem & fragilitatem: vnde illa naturalis non habet efficaciam. Item puto in pupillo, eo casu quo obligatur naturaliter tantum, vt non posit conueniri per viam huius denunciationis, cum illa naturalis non sit efficax, quod patet: quia quoties ille læderetur, etiam si soluisset, restituitur ex edicto de minoribus naturali æquitate inducto: vt. C. si aduer. sol. l. fi. & ff. de condi. inde. l. interdum. & de in integ. resti. l. j. & idem dico in quocunque casu, si aduersus ciuilem vel naturalem obligationem daretur restitutio. obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem descendentem ex illa æquitate naturali: vt. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & ideo validior est obligatio naturalis sola cui nulla obstat exceptio, quā ciuilis & naturalis, cui obstat exceptio: vt not. ff. de compen. l. quicūque. nā per exceptionem etiam eliditur naturalis obligatio. Quid de tuto exce. rei iu. quam gl. dicunt inductam magis ad rigorem iuris obseruandum, quam ex æquitate: vt nota. ff. de condi. inde. l. qui exceptione. & l. Iul. & C. de iur. & fac. igno. l. cum quis? videtur quod cum esset æquitas, & sic naturalis non elidatur: vt. d. l. Iul. posit conueniri per viam huius denunciationis: quia peccat mortaliter. contra, imo non est locus huic denunciationi: [7] quia licet peccet mortaliter, non tamen potest cognosci per sententiam, cum semel sit cognitum: vt. l. si quis cum totum. §. plane. ff. de except. rei iudica. & §. si ancillam. & de iud. l. post rem. simile de eo ꝙ est decisum per iusiurandū: vt d. l. post rem. §. j. & de iureiuran. l. nam & postea. §. j. pro quo facit: nam in certis casibus tantum permittitur, vt propter instrumenta de nouo reperta detur restitutio: vt. ff. de re iu. l. imperatores. Modus probandi hanc denunciationem hic sit, vt prima denunciatio probetur per seipsam: cum dicat corripe eum inter te & ipsum solum. Sed an denunciatus poterit probare contrarium? quod videtur de facili: quia posset probare rex Franciæ, quod rex Angliæ nunquam fuerat ei locutus. sed contrarium puto, cum prima denunciatione dicatur fieri per seipsum etiam si fieret interueniente organo. s. epistola vel secreto nuncio: vt. ff. de consti. pecu. l. qui autem. §. fin. & l. seq. huius contrarij quodammodo posibilis est probatio. Secunda denunciatio est approbanda per se & vnum alium legitime deponentem, vel per se & duos alios, cum dicat: adhibe tecum vnum vel duos: cum in ore duorum vel trium stet omne verbum. Tertia denunciatio quæ fit ecclesiæ, probatur per ipsum libellū denunciatorium datum ipsi iudici ecclesiastico. Quarta, s. quod peccet in eum: probatur probādo quod detinet rem suam, vel quod est suus debitor. hæc autem eliditur hoc modo, dicit denunciatus, non pertinet ad te cognoscere iuste vel iniuste detineam: hoc autē scio, quod teneo non contra conscientiam. & hoc sufficit vt vltra ecclesia non procedat. licet enim probet quod res fuit sua, vel sibi debita, potuit desinere: & sic non sequitur, quod contra conscientiam non teneat: licet quando ordinarie agitur: sufficit probare suum, vel sibi debitum, nisi aduersarius probet contrarium. Sed in hac denunciatione satis est, si denunciatus aliquam iustā causam alleget, quare cōtra cōscientiā nō teneat: licet causam non probet. creditur enim sibi ad purgandum conscientiam suam, nisi scandalum vel publicum peccatum & manifestum sit. tunc enim debet de satisfactione constare, secundum Inn. Sed Ho. contra: quia si semel fuerit meum, vel mihi debitum: adhuc præsumitur: nisi probetur contrarium: vt. C. de probat. l. siue posidetis. Io. An. videtur stare dictis Inn. Tu dic, [8] si denunciatus dicit se non tenere contra conscientiam suā, & nullā causam allegat, nō sufficit: vt. l. qui interrogatus. de peti. hære. Idē si allegat causam iniustam:

[7] Istā opinionem sequit Bald. in authen. clericus. C. de epis. & cle. Andr. & Ber. in c. nouit. extra, de iud. sed cōtrarium ꝙ imo in illo casu habebat locū denunciatio: tenent Host. Panormi. & Feli. in d. c. nouit.

[8] Ista opi. Placet Panor. in dicto ca. nouit. & ibi eam dicit esse de mēte Anto. de Butri.

vt. l. nec

vt.l.nec vllam.§.j.eod.ti.Sed ſi alleget cauſam iuſtam:
tunc ſi quidem cā eſt dependēs ex eo facto, quia dicit
ſe ſoluiſſe,ſi negat poſitiones denunciationis,videlicet
quod ſi eſſet ſuum vel ſibi debitum , & probatum eſt
cōtra eum:non debet poſtea credi aſſertioni ſuæ:vt.ff.
de proba.l.cū de indebito.& extra de ſol.c.fi. & C. de
non nume.pec.auth.cōtra qui propriam. cum ſi. Con-
ſcientia enim alterius nō debet probari,niſi ex indiciis
vt.C.de dol l.dolū. ſed iſtud eſt indicium legitimū &
lege probatum Si vero confeſſus eſt intentionem acto
ris.ſ.fuiſſe ſuum,vel ſibi debitum, dicit tamen ſe emiſ-
ſe vel ſoluiſſe,vel quid ſimile : tunc ſi denuncians non
probet intentionem ſuam aliter , quā tali confeſſione,
debet ſtari dicto eius ad excuſationē conſcientiæ ſuæ:
vt.C.de teſti.l.ſi quis teſtibus.& de ſen.& inter.l. cum
Papinianus.& de iureiur.l. eum qui.in prin. Si autem
denunciator poteſt & vult aliter probare quam ex
confeſſione denuntiati : tunc ceſſat talis præſumptio.
quia forte ideo confeſſus eſt,quia ſciebat poſſe proba-
ri.hoc probatur in gl.in d.l.eum qui. in prin.igitur tūc
erit recurrendum ad coniecturas.ſ. cuius vitæ, cuius
conditionis eſt iſte denunciatus:vtrum eius aſſertioni
debeat credi:vt.l.non omnes. §. à barbaris. de re mili.
hoc etiam pendet ex quantitate rei petitæ:vtrū ſit ma-
gna vel parua.arg.eius quod no.in l. admonendi. ff.de
iureiur.Sed ſi cauſa quam allegat,eſt talis, quæ ab eius
facto non pendeat,& ſic dicit ſe habere ab aliis:an de-
beat eis credi,videndum eſt, qui ſunt illi à quibus ha-
buit,& cuius opinionis,& vtrum hoc dixerit ante li
tem motam,vel poſt.arg.extra de teſt.ca.licet.ex qui-
bus etiam puto,quod ſi hoc habuit à procuratore ſuo,
cui hoc mandauerat,ſatis ſit:vt & ff.pro empto.l.quod
vulgo.Idē ſi defunctus ſcriptū reliquit , recte ei credit
hæres ad excuſationem ſuæ cōſcientiæ:vt l.qui cū ma-
ior.§.pe.ff.de bo.libe.idē ſi aliqua indicia legitima ap
pareāt,ex quibus pars poſsit informare conſcientiam
ſuā:vt.l.mariti.§.lenocinium. in princi.ff. de adult. Si
vero informaret cōſcientiā ſuā ex præſumptionibus
non legitimis,non excuſatur :licet enim non teneat
contra conſcientiam ſuam,habet tamen ſecundum con
ſcientiam erroneam, & ſic peccat,niſi conſcientiam er
roneā deponat , & deponere cogetur, vt extra de ſen.
excō.c.inquiſitionis.vbi probatur hæc diſtinctio.Sed
tu dices,non per hoc probatur denunciatio,quæ dicit.
quod peccat in me,retinendo meū vel mihi debitū. nā
apparet,quod nō peccat detinēdo:ſed erroneā cōſcien-
tiam habēdo.ſed certe finaliter in hoc peccat hæres qui
retinet. & ſic videtur probata denunciatio.ſed qualiter
peccat hæres in eo,quod defunctus tenebat contra con
ſcientiam:Rñ.forte ipſē hæres ſcit. & ſic contra cōſci-
entiā retinet.ſi vero ignorat,tunc prius hæredi notifi-
candum eſt; & taliter quod in eius cadat notitiam vel
cadere debeat:vt.ff.ſi cer.pe.l.quod te.& ff. depoſi. l. ſi
quis inficiatus. & poſtquam notificatum fuerit , de-
bent fieri denunciationes:nam textus dicit quod ſi pec
cauerit in te frater tuus &c.prius ergo debet præcede-
re peccatum,quā fiat denunciatio. Sed ſi hæres non pa
tiatur ſe certificari,certe in hoc peccat,& perinde eſſet
ſi certificatus eſſet. argum.ff. quod vi aut clam.l.j.§.A-
riſto.ſententia autem ſuper hac denunciatione fertur:
quod ſi reperitur denunciatus peccare,in denunciatio-
ne,præcipitur ei,quod exeat de peccato. & ad hoc per
ſententiā excommunicationis cōpellitur:vt d.c.nouit.
& no.quod ſolū in his tribus modis procedendi loqui
tur hæc conſtitutio.ſ. per accuſationem , inquiſitionē
& denunciationē,in aliis vero modis procedendi, vel
per exceptionem nil immutatur.de quo dic vt dixi.ff.
de adul.l.ij.§.ſi publico.& iſtis tribus modis proceden
di attribuuntur iſtæ tres qualitates,quæ ſequuntur.
Summarie.ſumma.i.breuis [2] vel ſumma.i. primat
vt no.ff.de ſta.ho.l.ſumma.& ſic ſummarie. i. ſumma-
tim vel breuiter vel primarie:vt oſtendam. hæc mate-
ria tangitur per gloſſ.in l.ij. §. ſciendum.ff.ad exhi.&

[1] Idem Panor. in d. c. nouit.

[2] Idem tenent Petr. de Ancha. Ioann. de Imola. & Geor. nat. in cle. ſæpe. de verbo. ſignifi.

in Spec. de offi.iud. §. poſtremo. vbi ponit tractatum
Io.Sazioli de Piſis.ſed ad maiorem declarationē dic [3]
quod hoc vt.ſ.ſummarie cognoſcatur,quandoque ad-
iicitur toti cauſæ:qñque vni articulo. de primo intelli
gere debemus circa ordinem procedendi ſummarie.
i.breuiter.Et hoc quod dico breuiter,non intelligitur
diminutiue,ſed ita quod totā ſubſtantiam cōprehen-
dat:vt l.j.ff.de reg.iur.& ideo qui aliquid dicit in ſum
ma,omnia membra principaliter ponit:vt.ff. de cond.
inde.l.in ſumma.vbi proceditur ſummarie, tunc conte
ſtatur lis : ſubaudi forte ſi ſententia tribuit ius finale:
alias ſecus. ex hoc dico, quod in proceſſu nil debet de
ſubſtātialibus omitti.& ideo libellus debet eſſe ita ple
ne formatus,ſicut & quādo ordinarie procedit. ff. ad
exhi.l.iij.in prin.Itē cōteſtatur lis.l.tigni.§.ſi quis non
poſsideat.& §.idē ſcribit.& l.Iulianus.§.proinde.ff.ad
exhi.Item ſententia diffinitiua datur:vt.l.iij.§.præter-
ea.ff.ad exhi.& de in litē iurā.l.in actionibus . in prin.
& ff.de libe.agno.l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.li-
cet quidā [4] dicāt,qđ illa eſt ſentētia interlocutoria,vt
ibi tāgit̃ ſecūdū Guli.ſed gl.C.cōmi.vel epi.l.j. innuit,
quod in his ſummariis nō requiratur ordo. quod non
placet,per d.leges. Expeditur [5] autē iſte proceſſus bre
uiter:quia licet alias non poſsint dilationes breuiari
niſi cā cognita:tamē hic abbreuiādi illa ſola eſt cauſa
ſufficiens,qđ cā debet agitari ſummarie:vt.ff.de re iu.
l.ij.in fi.nō tamē ita poteſt abbreuiari, vt probationes
legitimæ pereāt.hoc enim impediret cauſæ cognitio-
nē:qđ nō pōt:qa cauſę cognitio eſt de ſubſtātia iudicij:
vt.C.cōmi.vel epi.l.iudex.& l.fi. & no. C.de ſenten.l.
prolatā.ſed ea quæ ſunt de ſubſtātia, nō poſſunt omit
ti per hoc quod dixit ſummarie, vt dictū eſt.ergo &c.
probatur extra de ver.ſig.c.ſæpe.in cle. [6] In hoc pro-
ceſſu ſi exceptiones apponātur, quę requirant altiorē
indaginē:ſi quidē poſſunt per alium iudicem examina
ri:per iudicē nō admittentur,ſed in aliud iudiciū ſerua-
buntur:vt.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebell.
& l.iij.§.ibidē.ff.ad exh. Si vero in alio iudicio exa-
minari nō poſſunt:etiā in illo examinantur:vt in d.§.
ibidem.in fi.& ita intelligit glo.dū dicit,de exce.quæ-
ſitis pro poſſeſſione retinenda . ſe poſſe reſpuere illa,
que nō poſſunt alibi examinari,aufertur ius patris,&
etiā cognitio tolleretur:quod non pōt,vt dictū eſt.Illa
autem nō dicitur habere altiorē indaginem , quæ pōt
examinari intra tantū tēpus intra quantū principalis
proceſſus expeditur : etiam ſi hoc non opponeretur:
l.ſi is à quo.in prin.ff. vt in poſ.leg. Item ſicut in his ca
ſibus,in quibus ordinarie agitur,qui citatur perēpto-
rie,ita & in iſtis caſibus vbi agitur ſummarie,quod pa
tet in interpoſitiōe primi decreti & ſecūdi,qđ ſūmarie
ſit. & oportet qđ præcedat perēptorium:vt.C. de iis,
qui ad ec.cōſu.l.fi.alias præſenti.§.ſed ſi hoc facere. &
C.quomodo & quādo iu.l.cōſentaneū.& Cy.not.ff.de
dā.infe.l.ſi finita.§.Iulianus.Tēpore aūt feriarū nō po
teſt procedi,niſi in caſibus.ff.de feriis.l.j. & ij. & quā
pluribus aliis legib.nō obſtat prædictis extra de verb.
ſig.c.ſæpe.qa tota hæc gl.procedit, quando ſummarie
tantū debet pcedere, ibi quādo omnia illa verba iun-
gunt ſimul.de quo infra dicā.Circa modū probādi in
hac ſummaria cognitione ſciendū eſt [8] qđ plena pro-
batio eſt facere iudici plenā fidē:vt.C.de edē.l.procu-
rator.& de cōdi.ob tur.cau.l.j.ff.de pb.l.quinquagin-
ta.habet autē hæc plena fides ſuos gradus . quandoque
quis incipit ſuſpicari,hoc eſt à leui argumento in vnā
partē inclinare:quādoque quis incipit opinari animū
ſuū aliqua ratione ſatis forti:nō tamē quod credat non
poſſe eſſe contrariū:quādoque procedit vltra,& inci-
pit credere,ita forti ratione quod firmiter inhæret vni
parti,nec de cōtrario aliquo modo dubitat : & ita eſt
plena probatio & plena fides:& hęc naturalis dicitur,
& probatur.ff.de quæſtio.lege.j.in prin. vbi ad tormē
ta ſeruorum ita demum venire oportet, cum ſuſpe-
ctus eſt reus,& aliis argumentis,ita probationi admo-
uetur

[3] Iſtam doctrinam Bartol. de verbo, ad verbum ſequunt̃ Io. de Imola Pe.de Ancha.et Ge. natha. in loco præallega.

[4] Et male ſecundum Barto.vbi plenius vide in leg.ſi quis à liberis.§.ſi qs ex his. ff. de li.agn.

[5] Idem tenent Imo. Petrus, & Geor. vbi ſupra.

[6] Idem tenent prædicti ſcriben. in d. cle.ſæpe.

[7] Dic melius quando illud tēpus relinquitur arbitrio iudicis ſecūdum Geo, in d.cle.ſæpe.

[8] Idem tenent Bart. & Franci. Cur.et ibi latius loquuntur. in l.admonendi . ff. de iureiu.

uetur, vt sola confesio seruorum deesse videatur. ꝙ enim dicit, num suspectus est reus, denotat primū gradum, quo quis incipit peruenire ad fidem. s. suspicionem. quod verò subdit, & aliis argumentis, denotat secundum gradum, quo incipit opinari. ꝙ verò subdit de confessione seruorum, denotat vltimum gradum. s. quod plena fides habetur. & dicitur plena probatio. hoc etiam probatur. ff. de testib. l. iij. §. eiusdem. in fi. quicquid autem credas parum probatum opinaris &c. & hoc plenius dixi in repetitione legis admonendi. ff. de iureiu. vbi de semiplena probatione tractaui. Nunc autem ad propositum dico, ꝙ quædam sunt causæ summariæ modici & quasi nullius præiudicij: & in his sufficit probatio per iuramētum: vt ff. ad exhiben. l. thesaurus. non enim nocet domino, si patitur me cauentem de damno infecto quærere thesaurum meum in fundo suo. Idem vbicūque petitur exhibitio sola: secus si in actione [1] ad exhiben. veniret possessionis translatio: vt l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhib. Vel si aliter per exhibitionem damnificaretur reus, tunc non sufficeret probatio per iuramentum: sed requireretur alia: vt statim dicā. In his enim vbi ita modicum præiudicium vertitur: ex solo iuramento iudex ad suspicionem inducitur. Quædam sunt, in quibus aliquale præiudicium fit reo: tamen potest reparari per aliud iudicium, & tunc alia probatio requiritur, quam per iuramentum. s. per vnum testem: vel aliqua indicia & verisimilia: ita ꝙ in suspicionē vel opinionem iudex aduocetur: vt ff. ad legem Aquiliam. l. in lege Aquil. si deletum. ibi, ad suspicionem iudicem adducam. & de Car. edict. l. iij. §. causæ. ibi modicum pro puero facientem. & de ven. in posses. mit. l. j. §. si ea. & ista probatio dicitur facta summariè, hoc est primariè, quasi ad primum gradum probationis peruenerit. s. ad suspicionem vel opinionem. & istud est quod dicimus, prima facie videtur ꝙ sic, vel prima fronte: vt C. de edic. diui Adria. tol. l. fin. vel etiam potest dici summariè. i. breuiter. Nam ad plenam probationem secundum consuetudinem hodie approbatam per decretales requiritur ꝙ fiant articuli, & ꝙ singulariter & distinctè probentur. hic verò sufficit, ꝙ summatim negotium probetur: vt d. l. in lege Aquil. ibi, summatim negotio exposito. & hoc intelligo in causis summariis valde fauorabilibus. s. ne propter probationes deficiant: vt alimentorum, & ventris. Si verò non ita fauorabiles essent, licet possint per aliud iudicium reparari: tunc quantumcunque sint summariæ, in eis plena probatio requiritur [2] ex parte agētis. dicitur autem summariè respectu defendentis: quia si accusator diceretur per calumniam postulare, vel aliquam exceptionem opponere, quæ requireret altiorem indaginem: differretur exceptionis probatio, ne impediretur actoris intentio. ff. vt in po. legat. l. is à quo. §. j. & de præto. stipula. l. j. §. pe. & ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. si de testamento. & idem dico [3] de omnibus possessoriis iudiciis, quæ dico summariè examinari: vt C. vnde vi. l. momentaneæ. & not. C. quorum legat. l. j. in gloss. & possunt per iudicium petitorium reparari. nam in eis dico, quod requiritur ex parte agentis probatio: vt d. l. j. C. quorum bo. vbi expressè dicitur. Circa verò exceptionem aduersarij & circa dilationes poterit versari dicta summaria cognitio & summaria dicit hoc casu quasi prima facie hoc videatur., cum iura partis non perfectè discutiantur. Quædam sunt, in quibus partibus versatur præiudicium: nec possunt in aliud iudicium reparari, nisi per appellationem., vel aliis modis legitimis. & in his si dicatur procedendum summariè, intelligitur solum quo ad ordinem, sed ab vtraque parte pbationes & defensiones audiuntur, vt C. de naufrag. l. de submersis. licet ibi sit plusquam summariè agendum: vt extra de ver. sig. c. sæpe. in cle. In his enim causis debet intelligi illa constitutio: & sic requiritur hic. Si enim in causis vbi ponuntur omnia alia vocabula sci licet summariè & de plano &c. si hoc est in d. cle. sæpe. multò minus hoc est, vbi dicitur summariè tantū procedi. & prædicta verba vbi contra præsentem proceditur. processus autem qui fieret contra absentem, ex quo posset contra eum aliquod decretum interponi, vel diffinitiua sententia ferri: semper debet dici summariè agitari. nam cum merita causarum partium assertione pandantur: vt l. fin. C. si per vim vel alio modo. si fit parte absente, non potest dici, quod plenè liqueat iudici. fortè enim si pars fuisset præsens, aliquid ostendisset. & ideo totum ꝙ probatur, dicitur cōstare summariè: hoc est primariè, id est, prima facie. & ideo gesta parte absente non ita porrigunt effectus suos ad extraneos [4]: vt l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. cum si. & sic summatim cognoscitur: vt dicit glo. C. de bo. autho. iudi. poss. l. cum proponas. & in auth. ibi posita. & ff. ex quibus cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. j. & ibi gloss. dicit, quod secundum decretum non præcedit summaria cognitio: et ꝙ in eo requiretur probatio per instrumentum vel per idoneos testes: vt l. fin. C. de bon. auth. iud. poss. sed in primo decreto, quia ibi generatur modicum præiudicium: quod potest de facili reparari, sufficit probatio per iuramentum: vt probatur in authentic. de ex. re. §. suscepto. alias. §. si verò quidem iurent. quod enim sit dictum summatim, sentit Specul. in d. §. postremo. circa fin. Et si quæratur, quæ sint causæ summariæ, gloss. dicit, quod regulariter omnis causa requirit plenam cognitionem: vt l. iudices. C. de iudic. fallit in casibus, quos numerat. ff. ad exibend. l. iij. §. sciendum. Specul. idem dicit, & certos casus enumerat. sed Dy. ff. de præto. stipula. l. j. §. penulti. dat regulas sic. vbicunque agitur causa, in qua sententia lata tribuit ius finale, & aufert plenum ius & tribuit alteri: ibi desideratur causæ cognitio plena. vbi verò econtra non desideratur plena, sufficit semiplena: vt ff. quis or. in bono. poss. serue. l. ij. & de bono. possess. l. iij. §. si causa cognita. sed certè illæ leges hoc non probant. Nam distinguunt vtrum detur de plano, an iudice sedente pro tribunali. nam aliud est dicere de plano, & aliud est dicere summariè: vt infra dicam in seq. glossa. nam bonorum possessio quæ tribuit ius, datur iudice sedente pro tribunali: & tamen non datur in forma iudicij: vt not. in d. §. si causa cognita. suæ tamen regulæ mihi placent [5]: vt dicamus sic, vbicunque sentētia data tribuit ius finale, nec potest per alium iudicem reparari, nec per appellationem vel aliud remedium, tunc requiritur causæ plenaria cognitio regulariter: vt in d. l. iudices. C. de iudic. fallit in casu dictæ l. de submersis. C. de naufrag. Item in casu huius constitutionis. Item in casibus, qui ponuntur in capitu. dispendiosam. extra de iudic. in cle. Itêm in casibus, in quibus sententia potest ferri contra absentem, & negotium liquidari: vt C. quomodo & quando iud. authentic. qui semel. & C. vbi de crimi. agi oportet. auth. qua in prouincia. Item vbi peruenitur ad secundum decretum, vt dictum est. Secunda regula est quod vbi causa agitur super qua sententia lata non parit magnum præiudicium, vel parit tale quod per alium iudicium potest reparari absque alia appellatione vel restitutione, vel simili remedio: tunc procedendum est summariè. Istud probatur in omnibus exemplis positis in dicto §. sciendum. in glos. & in eo quod supra dixi de iudiciis possessoriis. Sed hoc quod dico summariè, diuersimodè accipitur: vt supra ostensum est. Sed dicas tu: nulla lege antiqua reperitur quod agatur summariè. nam in dicta l. iij. §. sciendum. ff. ad exhibendum. dicitur quod summatim debet cognosci, an actoris intersit. & sic illum articulum tantum dicit examinandum, non totam causam. Similiter in causa alimentorum & Carboniano summatim examinatur an sit filius: & sic vnus articulus: vt ff. de liber. agnoscend. l. si quis liberis. §. si vel parens. & de Carbonian. edict. l. iij. §. causæ.

&c idem

1 Vide plene per Ange. Are. in §. prætereà. in iij. col. instit. de actio.

2 Idem Io. de Imol. Petrus de Ancha. & Ge. nathā in d. cle. sępe. de ver. bo. signifi.

3 Sequuntur Bar. & Sali. in l. j. C. quorū bono.

4 Et idem dicendum est regulariter de sententia lata in causa summaria quia regulariter nō porrigit suum effectum ad alias personas, nec facit præiudicium in causa plenaria. Bal. in l. filiū. ff. de iis q sui, vel alieni iur. sunt.

5 Istam doctrinam sequitur Georg. in dicta cle. sæpe.

& idem in simili. sed vbi aliquid, quod est principalis
causa intentionis, venit examinandum summarie: me-
rito tota causa dicitur summaria. de secuudo videlicet
quando hoc, scilicet ꝙ cognoscatur summatim, addi-
tur vni articulo, qualiter intelligatur. At quod dico,
quod si causa principalis est summaria, & omnes arti-
culi sunt summarij: eadem ratione, vt dictum est. Si ve-
ro causa principalis requirit plenam cognitionem cau
sæ, tunc de emergentibus & incidentibus videamus.
Dico, quod quædam sunt emergentes, in quibus, siue
quis vincat, siue vincatur, causa principalis propter
hoc non perditur. & in his semper dico summariè co-
gnoscendum. exemplum. ff. de pet. hære. l. si quis liber-
tatem. in fi. & de interrog. actio. l. defensor. §. illud. nec
dico hic, vel in aliis emergētibus vel incidentibus agi
summariè respectu ordinis quia in his ordo attenditur
respectu ipsius causæ principalis. Sed dico summatim
cognosci respectu probationum: quia cum res sit mo-
dici præiudicij, sufficit, quod ostendatur iudici sic es-
se prima facie: vt dictis legib. Quædam sunt emergen-
tes, in quibus ille, qui illas emergentes proponit, si vin
cit, propter hoc nō vincit causam principalem: sed re-
manet in dubio. sed si perdit, in illa emergenti perdit
causam: vt cum actor in prima dilatione nil probauit:
vel reus intentione actoris fundata in prima dilatione
nil probauit, petit secundā. si obtinet, non vincit cau-
sam, sed remanet in dubio probationis. si verò perdit
in illa emergenti, absꝗ dubio perdit causam. In istis,
si quidem loquimur de probatione impedimenti fien-
da ab eo, qui petit secundam dilationem: dico ꝙ suffi
cit summaria & semiplena probatio: quod patet: quia
sufficit probari per iuramentum: vt extra de excep. c.
pastoralis. & ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. sufficit.
in fi. & ita determinauit papa, vt retulit Spec. in tit. de
appel. §. nūc. ver. verò. quid ergo quod tenet Guliel. in
l. ij. §. si quis. ff. si quis cau. & huius casus est ratio: quia
consequitur modicum commodum, vt dixi. Sed quan
do de probatione impedimenti tractaretur: tunc illud
non assero probari ex solo iuramento, & per solum
iuramentum: sed considero istum emergentem ex par
te resistentis: quia ex denegatiōe huius dilationis con-
sequitur magnum commodum: & si vult impedire, re
quiritur causæ plena cognitio: vt est text. C. de dila-
tion. l. à procedente. vbi expressè dicitur, quod ideo
causæ plena cognitio tunc requiritur: quia si denega-
retur sententia retur super principali quæstione: igitur
de dilatione: quia aliquo casu requiritur plena cogni-
tio scilicet quando denegatur: igitur in dubio dicitur
plenam causæ cognitionem requiri. argum. ff. de con-
dict. indebi. l. sufficit. Quædam sunt emergentes, quæ
habent se contra ad prædicta, quæ ex parte eidem qui
emergentem proponit, si vinceret, totum ibi vinceret.
sed si perderet, non per hoc perdit totum, nec aduersa-
rius vincit. exemplum in exceptione rei iudicatæ, iu-
risiurandi, & transactio. quæ opponuntur à reo ante
litem contestatam ad impediēdum processum. si enim
opponens vincit, totum vincit: si perdit, remanet lis.
hoc enim ex tempore opponentis requirit plenam
probationem, vt vincat: potest tamen hæc cognitio
dici summaria propter breuitatem dilationis: quia si
requireret altiorem indaginem: differretur illa exce-
ptio, quantum ad impediendum processum, & conte-
stabitur lis, postea opponetur in vim peremptoriæ: vt
l. nam & postea. in principio. ff. de iureiuran. in textu
& in gloss. & ex hoc dico, quod si opponens in illa
exceptione succumberet, nec plenè ante litem conte-
statam probauit. posito quod super hoc examinati
sint testes, & post litem contestatam iterum poterit
opponi: & testis iterum examinari super eodem, &
iterum publicari. nam primò fuerunt examinati sum-
mariè. ergo non impedit examinationem, quæ fit post
litem contestatam, vbi fit plenariè. argument. l. pe. ff. de
iis qui sunt sui vel alie. iur. & in l. à diuo Pio. §. super
rebus. ff. de re iudica. Item quia testes examinati super
vna instantia ad vnum finem, non impediunt exami-
nationem fieri in alia ad alium finem. argument. ff. de
edend. l. argentarius. §. penulti. & ff. de furt. l. qui tabu-
las. §. fina. sed hic ante litem contestatam producuntur
ad vnū finem, scilicet ne procedatur: postea verò pro-
ducuntur ad alium finem, scilicet vt diffinitiuè absol-
uatur. & cum instantia incipiat à contestatione, non
potest dici quod producantur in eadem instantia: vt
hic est casus, & extra de testib. ca. veniens. Quædam
sunt emergentes vel verius incidentes: vt quando pro
ducuntur aliquæ peremptoriæ. & istarum quædam
sunt, quæ à principali intentione non possunt separa-
ri: vt omnis exceptio intentionis. si enim dico, testa-
mentum nullum esse, quia ruptum agnatione posthu-
mi, vel si dicam actori non competere ius agendi, quia
meus seruus est, vel eum qui petit hæreditatem, non
esse hæredem, quia ego sum hęres & similia. non enim
potest pronunciari de vno quin pronuncietur de al-
tero, tunc de hoc incidenti cognoscendum est plenè.
quod patet, quia sententia lata super principali parit
exceptionem rei iudicatæ super incidenti: vt l. j. C. de
or. cog. l. ij. & de except. rei iudicat. l. si inter me & te.
quod intellige si principalis causa requirebat plenam — Summa-
causæ cognitionem: vt d. legib. secus si summariam: — ria exami
vt ff. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. l. penultima, & — natio ple-
de liberis agnoscendis. l. si quis à liberis. §. vel si pa- — nariā non
rens. Quædam aliæ sunt incidentes peremptoriæ, quæ — impedit.
possunt separari à principali: vt quæ verè est exce-
ptionis exceptio, id est, actionis exclusio. nam vtrun
que esse potest: & potest de vno cognosci, & aliud
omitti. Et istarum quædam sunt, quæ principaliter
non possunt per se in alio iudicio agitari: vt exceptio
pacti: & si quæ sunt aliæ meræ exceptiones & de istis
sine dubio debet plenius cognosci, cum ex vtraque
parte debeant plenius discuti: vt in d. l. iudices. C. de
iudi. & hoc facit, quia parit plenum præiudicium ab
vtraque parte. Quædam sunt exceptiones quæ pos-
sunt per se examinari in alio iudicio: non tamen ad
eundem finem, ad quem proponuntur in primo: ex-
emplum in l. vendicantem. & l. sequent. ff. de euic. tunc
debet etiam plenè probari eadem ratione: tamen licet
quis succumbat per modum exceptionis, potest illud
postea deducere in iudicium per modum actionis: vt
d. l. vendicantem. in fin. & l. se. ratio est: quia ad diuer-
sum finem agitur. & sic non videtur eadem res: vt l.
cum quæritur. ff. de except. rei iudicat. ita not. Cyn. C.
senten. rescind. non posse. l. peremptorias. dixi plenè
quantum ad hoc in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de
verborum obligat. Quædam sunt exceptiones, quæ
possunt per se examinari in alio iudicio ad eundem
finem per modum agendi: vt exceptio compensatio-
nis. sicut enim cum opponitur, tendit ad hunc finem,
vt mihi satisfiat compensando: ita cum ago, tendit ad
hunc finem, vt mihi satisfiat soluendo. & ista cum pos
sit in alio iudicio reparari, habet in se aliquid summa-
riæ cognitionis: quia si habet altiorem indaginem, iu
dex non debet eam admittere. C. de compensa. l. finali.
& ideo si opponeretur compensatio debiti naturalis,
quod non potest deduci in alio iudicio agendo, hoc
non haberet locum, sed deberet plenè examinari sicut
aliç exceptiōes: vt dictum est. Sed si admittitur ad hoc
vt opponens vincat, vel vt reprobetur compensatio,
requiretur plena causæ cognitio, cū plenum etiam fa-
ciat præiudicium: vt l. ꝙ in diem. §. si rationem. ff. de
compensat. & ff. de neg. gest. l. si nautē. §. fi. Sed si iudex
eam dimitteret non reprobādo, tunc non faceret præ-
iudicium: vt ibi. Et prædicta de his, quæ emergunt an-
te sententiam. sed post sententiam quandoque occur-
runt aliquæ emergentes vel incidentes: & ideo dicit,
quod post sententiam aliquando opponuntur aliquæ
exceptiones ad merita causæ, non ad sententiam: vt in
casu. l. j. C. de iur. & fac. igno. & tunc idem dicit quod
supra

supra. Quædam sunt quæ opponuntur contra ipsam executionem: vt quia dicit, quod non debet fieri executio: quia sententia nulla, vel lata prætextu falsorum instrumentorum, vel alia similia: & ista requirunt summariam cognitionem quo ad breuitatem dilationis: quia si requirunt altiorem indaginē, non impediretur executio, sed exce-

summariè & de plano

ptio reseruaretur pręstita cautione de reddendo, quod exigitur. C. de fal. l. ij. & C. de preci. imper. offe. auth. que supplicatio. & extra de in integ. rest. c. suscitata. sed si probationes deberent esse in promptu: vt. C. si ex fal. instr. l. fi. ibi, manifestę probationes &c. idem puto qñ opponitur exceptio, quod non debet mandari executioni in totum: sed quatenus quis facere potest, vel alia similia: vt. ff. so. ma. l. si ex diuerso. §. fi. cum si. Quædam exceptiones opponuntur non contra executionē simpliciter, sed contra rem, in qua fit executio: istæ simpliciter requirunt summariam cognitionem quo ad breuitatem, & quo ad semiplenam probationem: vt lege, à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. ratio: quia ibi vertitur modicum præiudicium: quia si non mandatur executioni super illa re, mandabitur super alia. Itē de illa quæstione poterit cognosci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed qñ contenditur vtrum sententia sit executioni mandanda vel non, & sic de viribus sententiæ: tunc est res magni præiudicij. Sed quid si in causa summaria iudex in sententia dixerit se habuisse plenam causæ cognitionem: an per hoc faciet præiudicium in alia causa? Respon. non: quia debet intelligi se habuisse plenam secundum quod natura causæ exigit: vt. l. si vnum in princi. ff. loca. & de vsur. l. si stipulatus. & de dam. infec. l. damni infecti. §. quædam. & quia cognoscere summarie nō est solum in iudice, sed etiam in parte, quæ forte non curat producere probationes ideo: quia scit causam posse reparari in alio iudicio. & hoc maxime verum est, si pars contradicit sententiæ: vt in c. sæpe. in fi. extra de ver. sig. in cle. Sed illud caloquitur in causis, quæ parant plenum præiudicium, quocunque modo agatur. sed si in causa in qua requiritur plena probatio, diceret se habuisse cognitionem summariam: puto sententiam non valere: quia plenaria causæ cognitio est de substantialibus: vt. C. de sen. l. ex stipulatione. & C. commina. vel epi. l. iudex. ideo si omittitur, vitiatur sententia: vt no. C. de sen. l. prolatam. Item quod supra dixi de hac dictione summaria: idem intellige si deceretur, quod causa deberet recte examinari simpliciter: de quo verbo fit mentio in d. c. sæpe. quia debet intelligi hoc simpliciter sine plica, id est, sine distinctione & inuolutione: vt. ff. pro socio. lege, coiri. & de vulgari & pupillari substitutione. l. j. & de verborum obligationib. l. j. §. si quis simpliciter.

Facit ad hoc clem. vestra. extra. vbi dicitur, qđ iudex potest procedere sine figura iudicij se informando de forma, de notorio et de legitimatione: nec requiritur quod pro tribunali sedeat nec quod citet partes. Ant.

2 De plano rplanum est oppositum alto. Item altum dicitur ratione loci vel styli. dicimus enim quem vti alto stylo. Item de plano fieri oppositum est ei, quod fit velociter. quælibet istarum significationum potest habere locū hic: vt statim patebit. videamus ergo, quæ causæ debeant agitari de plano, & quid importet: & dico si quidem causa est vilis, vel de vili materia, vel vilium personarum: tunc hic agitur de plano: vt. C. de senten. authen. nisi breuiores. & ff. de offic. procon. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. & de ac. l. leuia. & tūc de plano importat, quod iudice non sedente pro tribunali: & sic non in loco alto. Item quando non seruatur stylus aliorum iudiciorum: sed sine libello, vel in aliis solennitatibus cognoscimus veritatem: vt no. in d. §. de plano. in gloss. & Guli. de Cun. in l. leuia. secundum vnam opinionem veram. Si vero est causa ponderis grauioris: tunc regula est, quod causa debet agitari plene, & solenniter cognosci: vt l. iudices. C. de iudi. fallit in quibusdam causis, quæ agitātur de plano. vt. ff. de quæstio. l. vnius. §. fi. & extra de iudica. nouit. in fi. & extra de accusa. c. olim. & in his non intelligitur exclusus ordo iudiciarius: vt dicto capit. olim. & ibi no. per. Inn. & ratio: quia in causis magnis procedere ita repētine sine solennitate, & est stylus altus nimis. solum enim reges & principes hoc faciunt. Sed procedere ordinarie est in his de plano procedere. hoc est non frequēter, nec stylo alto. Vides ergo, quod ex diuersitate causæ stylus dicitur altus diuersimode: & in his semper puto, quod non erit, necesse iudicem sedere in alto tribunali, sed in camera poterit fieri. & hoc si de tota causa agitanda de plano quæritur. Si vero quęritur de aliquo articulo vnius causæ, quæ debet agitati ordinarie, an articulus aliquis poterit agitari de plano? Dic quod quædam facit quis in iudicio coram iudice, vbi sufficit præsentia iudicis, vt producere libellum coram iudice. & istud semper potest fieri de plano, hoc est iudice non sedente pro tribunali, & die feriata ob necessitatem hominum: vt. l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. Idem in appellatione, quæ solum coram iudice interponitur: vt. C. de feriis. l. j. per hoc dico, quod relationes nunciorum quæ fiunt iudici, possunt fieri de plano. & si aliquis habet terminum ad producendum aliquid coram iudice, idem: quia de plano poterit fieri, per dictas leges: secus si habuit terminum ad probandum: quia per hoc solum, quod exhiberet coram iudice, non fieret probatio, nisi parti detur copia & terminus ad opponendum. & sic quod productum est, approbabitur vel reprobabitur: hoc est, ei imponitur fides vel non: vt. C. de fid. instru. l. fi. Quidam sunt articuli, in quibus opus est iudicem aliquid facere: & tunc si quidem illud est modici præiudicij, ita qđ summariam cognitionem requirat: secundum quod dicitur. C. de defen. ciui. l. iubemus. §. illud. & dixi in præcedenti gl. & tunc poterit de plano examinari: hoc est iudice non sedente pro tribunali, & die feriata ob necessitatem hominum, vt. ff. de interro. ac. l. voluit. §. fi. Si vero illud potest esse ab aliqua parte magni præiudicij: tunc non debet agitari de plano, sed plene causa cognita & iudice sedente pro tribunali: vt. C. de dilatio. l. à procedēte. & prædicta vera in causis, in quibus venit ferenda sententia diffinitiua. Sed contingit aliquando, quod coram iudice agitantur quædam causæ & non speratur sententia, sed aliquod decretum iudicis. & in his dic, quod quando decretum tale interponitur in his, que sunt mere volūtariæ iurisdictionis, & nulla alia causa requirit nisi patrium, volūtas. & ista de plano interponitur. i. iudice non sedente pro tribunali: vt insti. de liber. §. serui. & ff. de manu. vin. l. nō est omnino. Quædā sunt, quæ requirunt causæ cognitionē: & tunc si quidem est cognitio leuis seu summaria: vt in tutore seu curatore, qui datur sine inquisitione: & ista possunt similiter agitari de plano: vt. ff. de tuto. l. qui habet. §. quolibet loco. quod in bo. pos. quæ non tribuit ius: vt. ff. quis or. in bo. pos. ser. l. ij. §. dies. & de bo. poss. iij. §. si causa cognita. Quædam sunt, quæ requirunt veram & plenam causæ cognitionem: vt datio tutorum ex inquisitione, & bonorum possessio, quæ tribuit ius: & tunc non potest fieri de plano, sed iudice sedente pro tribunali: vt. ff. de confir. tuto. lege, naturalis. §. final. & de bono. possessio. lege tertia. §. si causa cognita. & dicta lege tertia. §. dies. ff. quis ord. in bonor. possess. serue. Sed aduerte, quia in istis casibus licet requiratur plena probatio, non tamen est causa ordinaria: imo non fit, in forma iudicij imo nulla parte citata: vt nota. in d. §. si causa cognita. & dicto. §. dies. Et illo respectu potest dici non plenaria, & per ea, quæ dixi in præceden. glossa & sic patet, quod illæ leges quæ dicunt de plano cognosci, longe differunt ab his, quæ dicunt causam summariæ agitari. vnde ex. d. l. tertia. §. si causa cognita. & d. l. ij. §. dies nō debuit Dy. sumere regulas in materia summarię cognitionis, vt dixi in predi. gl.

Regum & principum est de causis arduis summarie cognoscere.

Sine stre

1 Quomodo intelligitur, vide Oldrad. in cõsil. cxv. incipiẽte, in iudicio est considerare. & Car. in cle. ij. q. xliij. de iud. vbi late tractat hanc materiam.

a Sine strepitu. 1 sic extra de ac. c. olim. & de sta. mo. c. ea quæ. & de elect. c. indemni. §. si verò. libr. vj. & de hære. c. fi. in prin. lib. vj. & de iudi. c. dispendiosam. & de verbo. sig. ca. sæpe. in cle. & strepitu. quidam dicunt esse omnem iudicij solẽnitatem, quæ magis spectat ad ordinem, quam ad inuentionem veritatis. quorum opinionẽ refert Inno.

sine strepitu a & figura. b

in d. c. olim de accu. sed non tenet eam. bene dic ergo, quod strepitus idem est quod rumor. & descẽdit à strepo strepis, quod idem est, quod rumorem facere, secundum Hug. sicut enim per verbum de plano, remouetur altitudo loci vel styli, vt dictum est: ita per hoc verbũ strepitus remouetur altitudo vocum & declamatio, ideo additur quandoque, absque aduocatorum & iudiciorum strepitu & figura: vt. d. c. fi. in prin. de hæret. lib. vj. & per hoc dico, quod in caussis, in quibus debet procedi sine strepitu, si pars diceret iudici, quod approximaret se ei, & quod volebat ei dicere aliquid in occulto, quod iudex debet hoc facere: alias grauaret eũ: prædicta tamen iura non haberent locum in hac constitutione: quia hic dicitur, quod iudex potest, non autem imponitur ei necessitas. In aliis autem caussis iudex non cogitur eum audire, nisi palam ante tribunal: vt C. de episc. & cler. l. iubemus. in fin. Item licet alias detur dilatio parti ad quærendum aduocatos: vt. ff. quibus ex causis maiores. lege, ab hostibus. in fin. & lege, ait prætor. in fine. §. finali. tamen isto casu non erit danda: quia ab ea est remotus strepitus aduocatorum: puto tamen, quod hoc verbum ad maiorem expressionem apponatur. nam per hoc, quod dicit de plano, satis potest intelligi respectu loci styli, & vocis.

Dilatio datur parti ad quærendũ aduocatos.

Figura quid sit.

b Et figura. Figura cuiuslibet rei est apparens forma ipsius, vel facies, in qua rei substantia figuratur: vt ff. de act. & oblig. l. non figura: & ita dicit. Io. An. in c. sæpe. extra de verb. sig. in gloss. super verbo, non exigatur. quod est verum in figura rei corporalis vt. C. de edi. diui. Adri. to. l. fi. & ff. de ver. sig l. quoties aliquid. vbi hoc melius probatur quam alibi. rei vero incorporalis figura dicitur eius natura. vnde recte dicimus figuram actionis esse ipsius actionis naturam: vt C. de rei vxo. ac. l. j. §. cum autem ibi, eadem figura &c. Quædam sunt facta prout considerantur in fieri seu in actu faciendi: & ipsorum figura est ipse ordo faciendi. vnde in grammatica dicimus figuræ simplicis, quia simpliciter profertur: quia igitur actus proferendi est simplex, ideo dicitur figuræ simplicis. hic autẽ loquimur de figura iudicij, & iudicium, licet habeat multas significationes: hic tamen accipitur pro actu examinationis & decisionis causæ. Figura ergo iudicij est, quod partes iudicij sint factæ secundum ordinem debitũ, & debitam probationem seu propositionẽ: & ex ista figura iudiciũ accipit suum esse & suam substãtiam. quod patet: quia si ordo non seruatur, iudicium est nullum: vt C. de sen. l. prolatam. vnde per hoc quod dicit sine figura, tollũtur substantialia iudiciorum, vt ipsum verbũ importat: vt no. Io. An. in d. ca. sæpe. in gloss. super verbo, figura. Sed contra hoc oppo. quia sublatis substantialibus nullo modo erit iudicium, cum res non est perpetua sine eius substantia: vt. l. oblationum substantia. ff. de act. & obliga. Sed hic in veritate est iudicium, licet extraordinarium. Sol. tolluntur substantialia iudicij iure ciuili introducta: non autem ea, quæ sunt naturalia iure naturali seu gentium inducta naturali ratione, vt infra, in multis ostendam. Item aduertendũ est, quod Io. An. in d. c. sæpe in gl. super verbo, non exigit. dicit quod iudex nõ adstringitur hoc casu ad aliquas formas, regulas, vel figuras iudiciorum: nisi inquantũ in d. ca. exprimitur. & illa expressa magis respiciunt figurã facti negotij vel causæ, quã iudicij, secũdũ eum. Tu. dic, quod iudex per hæc verba releuatur ad omni forma & figura iudicij inducta à iure ciuili: & tenetur obseruare omnem figuram & formã iudicij inductã de iure gentium, vel naturali ratione: & de his loquitur vt plurimũ illud ca. licet aliqualiter egeat declaratione: vt infra declarabo. Animaduertẽdũ est, quod dicit Io. An. quod si omnia dicta verba. s. summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, nõ proponerentur: non haberet locum quod dicitur in d. ca. sæpe. vt ibi no. in gl. super verbo, in figura. quod est verum, si à primis incipias, & istud vltimum omittas. Sed si proponeretur istud vltimum. s. sine figura iudicij, licet omnia verba præmissa essent omissa: idẽ importaret, cum omnia substãtialia essent sublata. Quod igitur de significatione huius verbi dicã, intellige idem si omnia cõiungerentur. quid ergo hæc verba importẽt per omnes singulas partes iudicij, prosequamur latius quam in d. c. sæpe. declaratur. Quæro igitur vtrũ sit necesse quod pars citetur? Rñ. sic: vt in hac. l. innuitur. Itẽ quia hoc est de iure naturali. nã primũ hominẽ delinquẽtẽ citauit deus dicẽs, Adã vbi es? hoc enim probatur de re iud. c. pastoralis. in cle. vbi sentẽtia dñi imperatoris Henrici, qui fecit hanc. l. & postea dãnauit Robertũ regẽ Hierusalẽ & Siciliæ. cassã fuit ex eo, quod citatio facta legitime non fuit. & probatur in d. c. sæpe. Item an est necesse, quod personæ legitimentur? Rñ. sic, vt in hac cõsti. ibi, vel alias legitime &c. alias sequeretur absurdũ. s. quod alter nõ habẽs mandatũ à me posset mihi præiudicare: quod repugnat iuri naturali: vt. C. de inoffic. test. l. si quis in suo. & ff. de re iud. l. factũ cuique suũ. & extra de reg. iur. c. nõ debet aliquis. lib. vj. & hoc tãgitur in d. c. sæpe. Itẽ an requirat petitio? Rñ. in casibus huius legis oportet, quod præcedat accusatio, inquisitio, vel denunciatio: vt dictum est. alias vbi cã deberet agitari sine figura iudicij, dicitur in dicto. c. sæpe. quod nõ est necesse, quod libellus detur in scriptis, sed iuxta petitionis formã pronũciatio sequi debet pro parte agẽtis vel rei, si quid petere voluerit. & in ipso litis exordio faciẽda est petitio siue in scriptis, siue verbo: in actis tamẽ inserẽda, vt ibi dicit. & iustũ est: quia naturale est, quod agẽs petitionẽ suã proponat. nã corã Salomone mulier ita dicit: filius meus viuit: filius istius mulieris mortuus est: vt notat. C. de sentẽ. ex bre. recitã. l. ij. & extra de presũ. ca. afferte mihi. & habet in iiij. libro Regũ. iij. c. vbi illa petitio latius ponit. Et aduertẽdum quod illa petitio cõtinet solũ facti narrationẽ, & nõ conclusionem. ex quo infero quod licet illa petitio nõ habeat omnia solennia, quæ de iure requiruntur, vt not. ff. de eden. l. j. in prin. tñ sufficit si est gñalis: vt est ar. C. de anna. excep. l. fi. in prin. Idẽ si cõclusio nõ est legitime facta: vt. l. j. §. j. ff. si mẽ. fal. mo. di. vel si non petierat eũ cõdẽnari, sed petit eũ cogi: quod fieri nõ debet: vt. C. de exec. rei iud. l. j. tñ in hoc casu quñ sine figura iudicij procedit, valebit iudiciũ. Si enim procedit vbi sola facti narratio est absque cõditione vlla: multo magis si cõclusio non erit bene facta. si tamẽ ex narratione possit comprehendi, quid actor velit. argu. C. de rei vxo. act. l. j. §. j. & hoc est quod volunt dicere verba dicti c. sæpe. dum dicit, iuxta petitionis formam: q. d. l. licet nõ pronuncietur in eo, quod est petitum, sufficit si pronuncietur iuxta id, quod est petitum. Aliud est enim iuxta petitum, & aliud petitum iudicare. ff. iudic. sol. l. iam tamen. §. in hac. versi. quid tamen. semper tamen intellige, quod non sit tanta incertitudo, quod auferat defensionem reo: vt. j. dicam. Item an poterit opponi exceptio. rei iud. vel. finitæ ad impediendum processum? Rñ. sic: quia de iure naturali est ne bis iudicetur in idipsum exceptiones verò quæ magis differũt, & frustrãtur causæ veritatẽ quã ipsam respiciãt, potest iudex repellere: vt dicto cap. sæpe. Illa enim de iure naturali nõ sunt, imo contrariantur. Item an procedi possit tempore feriato? in d. ca. dicitur quod sic, si sunt feriæ indictæ ob necessitatem hominum: secus si ob honorem dei. ratio: quia de natura iudicij sunt feriæ indictæ in honorem.

rem dei. præcepit enim deus coli sabbata & quasdam festiuitates. An sit contestanda lis? Respõ. non. nam dicitur ibi, lite contestata non postulet. ratio: quia est solennitas iuris ciuilis. eo tamen casu, quo merita causarum tractari incipiunt, vt quia legitimatis personis proponuntur exceptiones, vel fiunt positiones & articuli, habent vim litis contestationis ad faciendum procuratorem dominum litis. Item quo ad certos effectus contest. lit. vt C. de procu. l. nulla. ibi, post causam in iudicio agitatam. & ibi, post inchoatam causam, non dicit lite contestata. Sufficit ergo quod quocunq; modo causa incipiat agitari. hoc no. l. nihil. C. de procur. Item an de calum. sit iurandum? in d. c. dicitur ꝙ sic: ne veritas occultetur. in contrarium facit: quia hęc solẽnitas videtur inducta à iure ciuili. vt de iuramento calum. l. iij. sed hic primum verum ꝙ iuramentum defertur in tota causa & de iure naturali & diuino. hoc enim tẽpore Moysi indictum est propter incredulitatem, vt aliquis deberet iurare: vt extra de iureiu. c. & si Christus. & Exo. xxij. capit. si igitur iuretur super quolibet articulo: vt fiebat olim: vt C. de iura. calum. l. ij. satis putarem sufficere: maxime cum tale iuramentum possit omitti: vt d. l. ij. §. sed quia veremur. Item an debeãt dari dilationes? videtur ꝙ sic. nam in d. c. sæpe. dicitur amputandam dilationum materiam: & litem quantum poterit faciat breuiorem: non tamẽ sic litem iudex abbreuiet, quin probationes verę & defensiones legitimæ admittantur. & ita dicitur ibi: ꝙ iuris naturalis rationi congruit. Cum enim probationes sunt faciendæ, oportet quod fiant in termino: & puto quod valeant, si fiant sine dilatione: vt l. vnius. in §. cogniturum. ff. de quæstio. & ff. de adul. l. in crimine. & ibi dixi non æquum esse dilationem certam dari causa breuiandę litis. & ꝙ dicit, ꝙ nõ sint nimis breues, congruit naturali æquitati. nam aufertur parti actoris ius suum, reo verò aufertur defensio, quæ ex æquitate naturali est: vt l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & est expressum in cle. pastoralis. de re iudi. Sed ad quid dabitur ista dilatio? in d. decret. dicitur, ꝙ primò datur terminus ad faciendum positiones. & articulos simul, postea verò datur terminus ad producendum omnia, quæ partes voluerint. Sed certè illud est expressè statutum illius decre. quæ vult in hoc seruari vsum. hoc tamen non est de iure naturali nec ciuili: cum sufficiat dari in causa ad probandum vnam dilationem: vt ff. de ser. l. fi. vnde in hoc in foro ciuili non est seruanda ista decr. Itẽ an in dictis causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, testes debeant iurare? hoc enim nõ reperitur de iure digestorũ, nisi in l. Theopompus. ff. de do. præle. sed videtur mera cõstitutio imperatoris: vt C. de test. l. iureiur. puto tamen ꝙ iurare debeant, per ea quæ dicta sunt de iura. calũ. Sed an pręsente parte? puto ꝙ sic: alias auferretur ei defensiõis copia, ꝙ repugnat æquitati naturali: vt dictũ est. circa verò dicta testiũ puto, ꝙ debeant esse talia, quæ concludant, sicut in causis ordinariis: arg. eius ꝙ dicitur in Daniele de Susanna, & ꝙ not. C. de testi. l. testiũ. Sed* an requiratur publicatio testium: glos. in l. si quã. C. de testib. dicit, ꝙ per Danielẽ inductũ est, ꝙ examinatio fiat secretè: vt legitur in lib. Danielis. xij. ca. hoc est igitur de iure naturali seu diuino: & ex hoc sequtur ꝙ debeat publicatio fieri. alias aufertur parti ius defensionis. Si enim nõ publicarentur, nõ possent impugnari testes & eorũ dicta: sed auferre defensionẽ, repugnat iuri naturali: vt dictũ est. Sed an in hac causa post didicita testificata poterunt testes produci? Rñ. non, cũ sit prohibitum propter timorem subornationis. & sic ex quadam naturali æquitate, quæ est ne alter alteri insidietur: vt ff. de iust. & iur. l. vt vim. hoc est introductũ & positum inter alia ciuilia præcepta. Item an in hac causa poterit petere quis, vt sibi edantur instrumenta?

Feriato die an iudex procedere possit.

† Vide de hoc Bald. & Alex. in l. j. C. qui adm. et ibi Salice. & Bal. in l. ne quisquam ver. de plano. de offi. procõsul.

* Et adde an publicatio processus sit de substantia iudicij ordinis vt per doctores in c. cũ I. & A. de re iu. et eũdem Bart. in l. prolatã. de sent. & interlo. & gl. in c. statutum. de hæreti. lib. vj. Io. Andr. d. c. cũ I. & A.

Publicatio testium an requiratur.

iudicij †, prout [a] illi qui iurisdictioni præest,

Respon. ꝙ non & hoc est prohibitum non solum iure ciuili, sed etiam naturali æquitate: vt C. de edend. l. qui accusare. vbi hoc prohibetur expressè. Item an requiratur conclusio in causa? Resp. non: vt d. c. sæpe. dicitur. hæc est enim solennitas mere ciuilis. statim enim cum liquet iudici de causa, sine aliqua alia cõclusione potest sentẽtiare de iure naturali: vt patet in illa sententia lata per Salomonem. iij. Reg. capi. j. & eo exemplo puto, quod non sit necessaria datio termini ad allegandum. facit quod dixi in præcedenti gloss. Item an debeant partes citari ad audiendum sententiam? in d. c. sæpe. dicitur quod sic. quod intelligitur vt infra dicam in glo. super verbo, prædicto crimine. Item an hoc casu cum proceditur sine figura iudicij, requirantur illæ solennitates, quæ à iure positæ sunt circa sententiam? Resp. non est necesse, quod feratur iudice sedente pro tribunali: vt d. c. dicitur. hæc enim est solennitas ciuilis. sed debet ferri in scriptis, vt ibidẽ dicitur. certè hoc quod feratur in scriptis, est solennitas ciuilis: quæ est de esse sententiæ. ꝙ sit deliberata, & non subita. l. ij. C. de sentent. ex breuit. reci. tamen dicta decretalis statuit, quod feratur in scriptis. In foro autem ciuili non arbitror illud necesse isto casu: vt patet in prædicto exemplo Salomonis, & in dicto c. in gl. dicitur, ꝙ de iure antiquo non est necesse sententiã proferre in scriptis: sed in scriptis redigatur, vt possit probari: vt dictum est de petitione. nam soli assertioni iudicis non creditur: nisi sit papa, vel imperator: vt extra de probatio. capi. quoniam contra falsam. & eodem titul. ca. j. in cle. Sed si in sententiando non seruaretur forma. l. j. C. de sentent. & inter. omn. iud. valeret? vt si procurator esset præsens, & condemnaretur dominus: quia hæc solennitas est iuris ciuilis, non naturalis seu gentium: quod patet, quia licet alteri absenti quis non possit stipulari de iure ciuili: tamen alteri oritur obligatio naturalis: vt ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. alteri. & ibi nota. & idem puto, si iudex ferret sententiam in absentem non citatum, quod valeret hoc casu eadem ratione, alias secus: vt lege, furioso. ff. de iudic. & ibi nota. & C. quomodo & quando iudex. lege, ea quæ. in glossa idem puto, si præcedenti cognitione, quæ requiritur secundum ea, quæ dicta sunt. si iudex nulla alia data sententia iuberet res capi vel distrahi pro debito, valeret. licet enim magis illa sit natura executionis, quam condemnationis, & si non valeret alias: vt C. de exceptio. rei iudica. l. j. tamen in hoc casu valeret, exemplo dictæ sententiæ Salomonis. illa verò fuit natura executionis. hoc etiam patet, quia talia ante ius ciuile manu regia expediebantur: vt ff. de orig. iur. l. ij.

Iudicis assertioni non creditur.

a Prout. Posuit plures modos procedendi, & plures formas. & in his dedit iudici potestatem eligendi aliquam prędictarum, vel ordinariè procedendi si sibi videbitur. Sed huic ob. d. c. sæpe. vbi dicitur, ꝙ iudex non potest ordinariè procedere, nisi de partium consensu. Sol. ibi causa sic cognoscenda committitur. s. sine figura iudicij. hic verò fuit dictum, vt possit procedere hoc modo: & sic non fuit positum sub necessitate. l. non quicquid. ff. de iudi. & C. quomodo & quando iudex. l. j. Sed dices tu: ad quid ergo fuit apposita hæc clausula, prout illi iudici videbitur expedire &c. Resp. secundum hoc potuit eligere quam viam volebat: sed vna electa dubium est, an possit ad aliam postea redire, sicut dicimus de eo qui assumptus est vt arbiter & arbitrator: vt no. in Spec. in tit. de arbit. §. sequitur. versi. quid si compromissum. & dixi. ff. de fur. l. si dominium. ꝙ dubium hic tollitur. potest enim ex hoc procedere modis prædictis, prout sibi videbitur: hoc est illo tempore, illa qualitate, vel specie producendi, quæ sibi videbitur. Ad cuius intelligentiam sciendum

est

est de significatione huius verbi prout. quādoq; enim aliquid adiicitur per hanc dictionem prout, q; est diuersum ab eo q; primo positum erat: & tunc ponitur similitudinariè: vt ff. de so lutio. l. prout quisque. simili tudo enim est circa diuersa: vt no. ff. depo. l. q; Nerua. quādoque respicit idem. & tunc si per hanc dictionē adiicitur aliquid præteritum, & de illo constat: tunc intelligitur limitatiuè: vt C. de edend. l. edita. ibi, prout edicti perpetui monet authoritas Si verò de illo præterito non constat: tunc in dubio intelligitur poni casualiter, vt sic, cōcedo tibi, vt possis colligere vectigalia tantę quātitatis, prout est hactenus consuetum. i. quia sic consuetum est: vt extra de verbo. sig. c. abbate sanè. licet ibi loquatur de dictione, secūdū q;, vel iuxta q;. sed eadem est ratio. sic loquitur q; no. per Cy. C. de contrah. & committ. stip. l. secundum responsum. & hoc in legibus, priuilegiis, & contractibus: quia illa fiunt animo aliquid disponendi. Idem in sententiis, quæ causa cognita proferuntur: secus in confirmatione, quæ fieret sine causæ cognitione: quia tunc intelligitur conditionaliter: vt extra de confir. vti. vel inuti. c. ij. & q; ibi no. & extra de elec. ca. quoniam abbas. Si verò per hanc dictionem prout, adiicitur aliquid de futuro, tunc ponitur limitatiuè: vt d. l. edita. prout dicitur, ius dicentis decernit æquitas. nam illa licentia mutandi & emendandi limitatur modum de preterito. s. prout edicti monet authoritas. & secundum aliud de futuro. s. prout dicentis decernit æquitas. istud respicit omne tempus futurum. & ista limitatio est circa tempus & qualitatem: vt no. gl. in d. l. edita. & sic iudex hic omni tēpore quo vult, potest procedere cum figura iudicij, & sine. & sic potest eligere vno tempore vnā viam, & alio aliā. Item ex eo q; dixi, q; solum in tempore & qualitate facit limitationem, & sic non in substantia dispositionis apparet, q; si illa qualitas vel tēpus non limitaretur, non vitiaretur dispositio. exemplum non potest de hac lege poni: quia iudice procedente apparet qualiter sibi videtur procedendum. pone ergo qd' Titius legauit mihi centum prout per eū declarabitur. certè ipso non declarante valebit. ff. de hær. inst. l. ij. & l. cum pater. §. fi. ff. de leg. ij. & C. de inst. & subst. l. pen.

videbitur [a] expedire.

[a] De qua vide glos. in l. edicta. C. de edendo. in verbo, prout. & ibidem per eundē Bartol. ac Cy. sed plenius per Bal. & adde not. per Angel. in consi. xj.

[a] Videbitur. Hoc verbum videbitur, denotat arbitrium boni viri [1]. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. & de fideicom. lib. l. fideicommissaria libertas: & ita, quia potest quilibet dictorum modorum esse iustus & approbatus: potest iudex eligere quemadmodum vult. puto etiam hoc casu, q; si hæc cōstitutio diceret, prout iudex voluerit: q; nec plus nec minus posset. Et pro hac declaratione videamus differentiam inter liberam voluntatem, & arbitrium boni viri: cum etiam voluntatem includat. & quidem de voluntate isse est q; sit libera, nec possit cogi necessitate præcisa: vt C. de hær. insti. l. cum proponas. Sed cogitur quadam necessitate consequētiæ: vt si quis vult effugere tormenta, hoc vult liberè, & potest nolle, sed si hoc voluerit, in consequentiam vult illud sine quo tormenta effugere non potest, & ista est necessitas consequentiæ. Nam dicitur verè, coacta voluntas, voluntas est: vt ff. quod metus caus. l. si mulier. §. quod si metu. voluntas enim est, quod liberè vult antecedens. & ex illa deducitur ad volendum consequens. Item sciendum est secundum theologos & philosophos, quod voluntas nunquam appetit nisi bonum existens vel apparens: licet quandoque velit aliquid quod cognoscit esse malum: illud vult sub ratione alicuius boni delectabilis seu apparentis ipsi voluntati. In proposito voluntas alicuius potest cōsiderari respectu eius: quod ipse vult tanquam delectabile ratione regulata, vel non: & illa dicitur volūtas libera. Alio modo prout ipse vult recta & regulata ratione: & istud dicitur arbitrium boni viri: quia bonus vir hoc arbitraretur: vt ff. iudi. sol. l. vir bonus. & ff. pro socio. l. si societatem. §. arbitrorum. cum simili. & verba quę important liberam voluntatem, sunt verbum volo: vt l. cum quidam. de leg. ij. & d. l. fideicommissaria libertas. de fideicommis. lib. Item verbum libet seu libuerit: vt ibidē. Idem enim est dicere quod libuerit. i. quod liberè voluerit. Item vbicunque verbum arbitrium, & similia ponuntur cum hac dictione plenum siue liberum: vt l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. iij. Item hoc verbum iudicio tuo importat liberam voluntatem: vt ff. de fideicom. liber. l. Thais. §. Lucius. secundum glo. ibi positam. Sed licet alias transierim secundum illam glos. videtur mihi tamen, q; directo text. ibi dicat contrarium. s. q; importet arbitrium boni viri: q; plus placet. Quid enim est dicere iudicio tuo, nisi facta disputatione intra temetipsum postea iudices: q; ad boni viri arbitrium sine dubio refertur. Concludo igitur quod exceptis prædictis omnia importent arbitrium boni viri, vt videbitur, approbauerit, comprobauerit, & similia: vt d. l. fideicommissa. vel placebit: vt d. l. Thais. §. sororem. & multa alia quæ ponuntur. ff. de legat. j. l. si sic. quæ hic non repeto: quia dico esse regulam de omnibus: exceptis prædictis: vt dictum est. nec obst. ff. de fideiussor. l. græcè. in princ. vbi æquiparat verbum volo, & verbum cupio, & similia: quia vt dixi, vtrunq; continet voluntatem: sed vnum liberam, & aliud regulatam: vt ex prædictis colligitur. verbi gratia, quandoque committitur facultas contrahendi, quandoque facultas largiendi ex causa lucratiua, quādoque facultas iudicandi. Primo casu quando committitur facultas contrahendi per verba significantia arbitrium boni viri circa contractum: tunc sine dubio debet arbitrari suo arbitrio regulato ratione: prout bonus vir & diligens paterfam. facturus fuisset: vt l. hæc venditio. ff. de contrahen. empt. & ff. pro socio. l. si societatem. §. arbitrorum. & de oper. lib. l. si libertus. sed si hæc facultas concederetur per verba significantia liberam voluntatem tunc omnia potest, duobus exceptis. Primò q; non donet. hoc enim non venit in concessione voluntatis liberæ: vt l. filius. §. j. ff. de do. Secundò q; dolus absit; & omnia alia quę dolo caret facere potest: vt ff. man. l. creditor. §. Lucius. hoc enim non repugnat regulis iurisgentium, secundum quas licet contrahentibus se decipere: vt ff. de min. l. in causæ. §. idem Pomponius. vnde vides, quod quantumcunq; committatur in voluntatem liberam: intelligitur voluntas libera à regulis iuris ciuilis. Sed semper remanet limitata à regulis iurisgentium, vt etiam in sequentibus no. Secundò casu principali, videlicet quando cōceditur facultas largiendi ex causa lucratiua: tunc si per verba significantia arbitrium boni viri, debet eligere, vt bonus vir. l. cum quidam. ff. de leg. ij. & l. si sic. j. respon. & de legat. iij. l. fideicom. §. quanquam. & de fideicom. lib. l. fideicommissaria libertas. Si verò per verba significantia liberam voluntatem, tunc potest facere omnia contra regulas iuris, seruatis regulis iurisgentium: vt ff. de mili. te. l. j. vbi permittitur testari militi, quomodo vult. & per hoc potest relinquere deportato, cuius status nullus est de iure ciuili: non autem damnato in metallum, qui est seruus pœnę: vel seruo proprio: cum seruitus sit constituta à iuregentium: vt l. eius. §. si deportati. & §. seruum pœnę. & §. seruum proprium. ff. de mi. testam. & hoc vult dicere. l. cum quidam. ff. de legat. j. Nam ei qui est indignus propter offensam, non donatur: sed dōnatum reuocatur: vt l. fi. C. de reuo. do. Ideo bonus vir, hoc est iudex secūdum regulas iuris ciuilis non arbitraretur ei largiendum, sed secundum naturalem æquitatem declaratam per ius diuinum maioris perfectionis est retribuere ei, qui offendit, quam alteri. nam ille in cuius libera voluntate committitur potest eligere indignum. Tertiò casu principali scilicet quando committitur facultas iudicandi, si quidem per verba imp

[1] Idem tenent Bart. & Alexā. in l. si sic. ff. de leg. j.

Voluntas coacta voluntas est.

Verba liberam voluntatem importantia.

Deceptio de iure gētium permittitur.

ba importantia arbitriũ boni viri, debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis: vt l.j.ff.de arbi. Si verò per verba ſignificantia liberam voluntatem: tũc eſt libera regulis ciuilibus: debet tamen ſeruare regulas iuriſgẽtium ſeu naturalis ęquitatis, ꝙ idem eſt per dicta iura. & eſt caſus extra de re iudi.ca. paſtoralis. in cle. Nã imperator ſolutus eſt legibus, vt vigore ſuæ poteſtatis tulit ſententiam. tamen quia in quibuſdam fecit ibi contra naturalem æquitatem: ideo ſententia caſſatur. & ex hoc apparet, ꝙ in caſu noſtræ legis vbi proceditur abſque figura iudicij: quia non cõmittitur iudicium per verba ſignificantia arbitriũ boni viri, debet ſeruare regulas iuriſgentium ſeu naturalem æquitatem: cum verbum ſine figura, importat, quaſi committatur per verba ſignificantia liberam voluntatẽ: & per hoc apparet ſoluta quæſtio, quando poteſtati datur arbitrium liberum an poſsit per hoc parti facere iuſtitiam? certè nõ: quia hoc eſt contra naturalem æquitatem: ſed poteſt omittere ſolennitatẽ iuris ciuilis. de hoc per gloſſ. in d. c.ſæpe. in gloſ. ſuper verbo, defenſiones. dixi. ff. de do. l. filiusfamilias. Sed quid ſi apponuntur verba ſignificantia vtrumque, & prout arbitratus fuerit & voluerit? Rñ. vt dixi, quòd vnum prædictorum ineſt alteri: quia non eſt arbitrium ſine voluntate. & regula eſt: quando duo ponuntur copulatiuè, quorum vnum de neceſsitate alteri ineſt: vnũ reſoluitur in adiectiuum: vt ff. de pact. l.j. ibi, in idem placitum & conſenſus, id eſt, placitus conſenſus. Ita in propoſito exponatur. i. volũtate arbitratus ſit, & ſic arbitrium boni viri importabit. facit. ff. pro ſoc. l. nec adiecit. etiam ſi dictum ſit liberè, vt dictũ eſt. Quid ſi dicatur in ſtatuto, ꝙ in tali negotio procedatur de facto? Certè intelligo [1] eodem modo. i. manu regia: vt l.ij. in princi. ff. de ori. iur. cum ſit omiſſa omnis ſolennitas ciuilis: non aũt quod iura alterius vllo modo tollantur, nec lædantur cõtra naturalem æquitatẽ. Idem per quæcũque verba concipiantur. non enim quis poteſt eſſe ſolutus magis legibus quã Imperator: & tamen ſua libertas ad hoc non extenditur: ergo &c. Quæro an dictis caſibus iudex poſsit reiicere exceptionem præſcriptionis, vel aliam procedentẽ ex mero rigore iuris ciuilis: rñ. in his quæ ipſe iudex habet facere, nõ tenetur ſequi regulas iuris ciuilis: ſed in his, quæ iam à iure facta ſunt: ita quod ſi ex hoc ius alteri quęſitum ſit, vel ablatum. iudex non habebit immutare: ſed tenetur illud ſequi. Caſus eſt ff. depoſi. l. bona fides: alias eſſet auferre ius alterius, ꝙ eſt contra naturalem æquitatem.

Ad hoc [a] ſi qua cõitas [b], corpus [c], vel collegium, vel alia quæuis pſona cuiuſcunq; ſtatus [d] dignitatis [e] vel cõditionis [f] exiſtat, ſup dicto crimine [g]

[1] Idem tenet Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pe.

[2] Cõmunitas habita re dicitur in loco vbi habitãt eius præſidentes, ſeu in quo loco populus cõgregari conſueuit in palatio. Bal. in authenti. ſed cum teſtator. ij. col. in princi. in verſic. item habitare dicitur. C. ad l. Falcid.

[3] Sequuntur Bar. & Bal. in l. ſi cut. §. j. ff. qđ cuiuſ. vni.

a Ad hoc. i. iuxta hoc, aliter ſecundum hoc: vt C. de iudi. auth. ad hoc. & hic incipit tertia pars, in qua ponitur ſtatutum ſpeciale in modo procedendi contra contumaces.

b Communitas [2] nomen generale eſt ad vniuerſitatem ciuitatis, caſtri, vel villæ cuiuslibet municipij: quod ab ipſa hominum cõmunitate principaliter regitur. ſic C. de epiſc. & cleri. authenti. nulla cõmunitas. & x. collat. de ſta. contra liber. eccleſ. edi. §. item nulla communitas.

c Corpus generale nomen eſt ad omnes ſimul cohabitantes, vel non. & quod ſequitur collegiũ eſt, quando ſimul cohabitant [3] & ſimul colliguntur. ff. quod cuiuſq; vni. l.j. in prin. & eſt caſus expreſſus hic, quod vniuerſitas poteſt delinquere, & contra eam poteſt procedi: & punitur. licet quidam cõtra: vt plenè dixi in l. aut facta. §. ſi. ff. de pœnis.

d Status, ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue ingenuus, ſiue libertinus: vt ff. de ſta. ho. l. iiij. cum ſeq. Item ſiue ſit integri ſtatus, ſiue diminuti: vt ff. de var. & extraor. co. l. cognitio. §. j. viles ergo homines hac lege tenentur, licet alias nõ curetur, ſi de imperatore ſolo verbo maledixerint: vt C. ſi quis impera. maledi. l.j.

e Dignitatis. per hoc patet, ꝙ in hoc crimine ceſſat priuilegium conceſſum eis, qui habẽt dignitatem cum adminiſtratione: vt ea durante non conueniãtur: vt ff. de iudic. l. pars literarum. quod ibi no. ceſſat etiam priuilegium cõceſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus: vt C. vbi ſena. vel clariſ. l. fina. prout ibi tangitur de modo procedẽdi & ſententiandi priuilegiũ: tamen iudicis remanet: & quia vt dixi, hic ſunt legitimandæ perſonæ. Barto.

f Conditionis. maſculus vel fœmina: minor vel maior: tamen tali ætate quod in eum cadat delictum ſui iuris vel alterius: vt ff. de excep. l.j. in princ. coniuncto §. parui. Item ſiue ſit laicus, ſiue clericus: ex vi verborum tamen contra clericum non poteſt procedere laicus: niſi ratione feudi [4]: vt extra de fo. com. c. verum. & C. de epiſ. & cleri. auth. ſtatuimus. & iſte imperator Hẽricus quoſdam epiſcopos propter rebellionem ſuis feudis priuari fecit. Bar.

[4] Idẽ Panor. in capitu. cæterum. de iudiciis. quãuis Barba. ibi contra.

g Super dicto crimine. citata vel citatum per nuntium: vt eſt j. Videtur ergo, ꝙ in hoc caſu non ſit neceſſe in citatione exprimi factum limitatum loco & tempore: ſed ſufficit, quod citetur ſuper crimine læſæ maieſtatis: vt hic apertè dicitur. Sed quid vbi alias ſuper dicto crimine debet procedi ordine? Rñd. idem: vt C. de exhi. re. l.j. in fi. vbi dicitur, ꝙ poſtquam citatus venit ad iudiciũ, debet explorare. i. dicere quare fuit vocatus. & ſic patet, quod in citatorio hoc non fuit expreſſum. & quia in criminalibus debent fieri citationes, ſicut in ciuilibus. ff. de pœ. l. abſentem. & ibi no. ff. de re iudic. l.j. & ibi no. Sed in ciuilibus debet citari reus, vt veniat, & ſui præſentiam faciat: vt C. quomodo & quando iudex. l. conſentaneum. & no. in authẽ. qui ſemel. eo. tit. in gloſ. ſuper verbo, vocetur. Contrarium no. extra de dilat. capit. j. per Barto. & allegat. v. quæſtio. ij. cap. ſi primates. Sed ibi ſpeciale eſt, cum ad ſynodum vocatur epiſcopus fauore dignitatis epiſcopalis. Sunt & alia multa, quę fauore hominum, qui in dignitate ſunt, ſtatuuntur: vt C. vbi ſena. vel clariſſ. per totum. ſed in caſu præſentis conſtitutionis ceſſaret dictus fauor pro eo quod dictum eſt ſ. cuiuſcunque dignitatis &c. Sed contra in d. ca. ſæpe. de verbo. ſignifi. quia quando fertur ſententia, debet citari ad hoc. & ſic videtur, quod in citatione debet inſeri ad quid ſpecialiter citetur, etiam cum ſine figura iudicij procedatur. Et hic dicitur, quod vigore huius citationis generaliter factæ, quod veniat reſponſurus ſuper crimine tali poſsit ad ſententiam procedi. Solu. ſi citatus in prima citatione non comparet, procedet, quod hic dicitur: ſed ſi comparuit, & ſtetit ad proceſſum vſque ad finem: ſi tempore ſententiæ non adeſt, debet citari ſpecialiter ad hoc, vt ibi ſit. ſi enim primæ citationi veniendo ſatisfecit, ſi poſtea ſe abſentat, citari iterũ debet. C. de bon. authori. iudi. poſ. authen. ei qui. Sed tunc vbi debeat citari: vel ad domũ ſuæ habitationis, quæ forte eſt in prouincia, vel in curia, dicam. j. in gloſ. ſuper verbo, edictum. Et eſt aduertendum, quod licet hoc caſu quando ſine figura iudicij proceditur. terminus peremptorius nõ ſit neceſſarius: vt dicam in gloſſ. ſuper verbo, in termino. tamẽ vbi quis citatur illa citatione generali, ad hoc vt eius vigore poſsit procedi ad vlteriora, requiritur, quod fiat citatio peremptoria, vel tres, quæ habent vim peremptoriæ: vt d. l. conſentaneum. & hoc ſiue fiat ante litis conteſtationem, ſiue poſt: vt ibi not. Item dicta citatio ſpecialis ad ſententiam audiendam ſimiliter debet eſſe peremptoria: vt l. ad peremptorium. ff. de iudiciis. Aliæ verò citationes, quæ fiunt in medio ad certum actum: vt ad videndum iurare teſtes, & ſimilia, ſemper intelliguntur

Citatio debet habere cauſam quare reus citetur.

peremptoriæ: vt extra de exceptio. cap. pastoralis. & ibi de hoc per Ioan. Andre. facit. C. qui accu. non poss. l. si ea. vbi terminus ille intelligitur peremptorius. quod patet: quia vlterius nō auditur. Dilationes verò, quæ dantur ad probandum, intelliguntur peremptoriæ: cū non dantur plu ries quam vna, nisi causa cognita: vt ff. de fer. l. fin. Item ex eo quod dicitur simpliciter super dicto crimine, patet quod loquitur hæc constitutio etiam ex parte accusatoris, si citetur quod veniat ad producendum: vel si inquiratur de imponendo pœnam talionis. ista enim sunt de tangentibus istud crimen: ergo & cætera. patet in sextu.

per nunciū [a], vel per literas [b], seu etiā per edictū [c]

a Per nuntium. nuntium constituit ipsemet iudex: vt C. de spor. l. ij. & ibi not. & in authen. de iudi. §. necessarias. colla. vj. & puto quod posset constitui etiam infamis: licet sit officium publicum. nam vtilissimis personis congruit secundum mores nostros: ergo ab hac infamia non repellit: vt C. de infam. l. j. libr. x. pro hoc. l. nec infames. C. de decur. lib. x. sed secundum leges deberent eligi personæ diuites & approbatæ: vt in authenti. de iudic. §. his autem. colla. vj. facit quia infamis debet esse procurator. instit. de except. §. fina. & arbiter: vt ff. de arbitr. l. Pedius. alias incipit, parui. & ff. de postu. l. j. §. sed est æquissimum. Et si dicas, quomodo creditur ei: cum infamis non possit esse testis, statim dicam. item potest iurare se facturum officium legaliter. argu. de fide instru. l. comparationes. & C. de secun. nupt. l. hac edictali. §. his illud. & ar. in authenti. iusiurandum quod præstatur ab iis. §. j. collat. ij. puto etiam si non iuret, posse eum exercere officium: vt C. de arbitr. authenti. decernimus. eligitur enim periculo iudicis eligentis: vt d. authenti. de iudi. §. hoc autem. & ideo videtur quod si non apparet, quod aliquis sit electus nuntius, quod non est curandum. cum statim eo, quod sibi fit cōmissio de citando, in ipsa commissione eligitur. sed si ex lege municipali electio nūtiorum deberet fieri à consilio, & non à iudicibus: tunc deberet cōstare de ea: vel sufficeret quod esset in possessione exercendi illud officium. l. Barbarius. ff. de officio præto. & C. de test. l. j. nec potest nuntius aliquem citare, nisi fiat ei commissio. C. de exhibend. re. l. neminem. Sed an citatus debeat credere eum esse nuntium? Rñd. vt dicitur in authen. de collat. §. eos. col. ix. quod exactores qui mittuntur in prouincia, antequā inchoent, debent suas literas insinuare iudici prouinciæ. ex quo colligitur, quod ex eo quod in curia ipsius iudicis apparet, quod talis est nūtius, quod possunt citari per eum omnes subditi sui in eius territorio & in eadem prouincia: nec eis aliter fides fieri debet. & sic credere debet: licet in multis partibus obseruetur quod tales nuntij habent aliqua signa, quibus cognoscuntur, in quo consuetudo loci est seruanda. Sed si citaret extra prouinciam, non esset credendum ei sine literis; vt d. §. eos. facit. C. de mandat. princi. l. j. & hoc in iudicibus ordinariis, sed nuntio delegatorū videtur credendum sine literis: extra de officio delegati. capitulo, prudentiam. facit quod no. in titulo de citatione. §. j. per Speculat. Sed an arbiter, vel iudex inferior poterit vti nūtiis superiorum? Rñ. sic: vt in authent. de defen. ciuit. §. deinde eos. coll. ij. ibi, ex prouinciali officio &c. Sed an eidem nuntio deferenti debeat iudex credere, cum sit vnus? Quidam dicunt quod non: vt l. iusiurandum. C. de test. contrarium est verum, vt hic, cum in singulari dicat nuntium. facit. C. de epis. co. & cleri. l. omnes. §. si verò apparitor. & ita vtimur. & creditur eis in his, quæ sibi commissa sunt, & ex eorum officio dependent: vt se citasse, & similia. facit. C. ad legem Corneliam de falsis. l. si quis decurio. quia similiter etiam seruus de facto proprio interrogatur. l. interrogata. C. de quæstio. l. multò magis infamis. si verò ei committeretur aliquid vt referret, quod alios fecisse vidisset: tunc in modicis creditur sibi, in magnis non eatenus, vt iudex possit procedere: vt ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. ne tantum. & C. de accusationibus. l. ea quidem. facit. ff. de custo. reo. l. diuus. & quod dixi in gloss. super verbo nuntiationem &c.

Infamis procurator esse potest, nō autem testis.

Nuntium quem esse an credatur sine literis.

b Per literas [1]. sigillatas sigillo proprio vel publico: vt l. si publicanus. §. j. de publi. & C. de episcopis & clericis. l. si qua per calumniam. & ibi no. & extra de probationibus. capit. post cessionem. Potest etiam sigillare alieno annulo, dummodo faciat de hoc mentionem: vt ff. de testamen. l. ad testium. §. ij. de hoc in Spec. de cita. §. iam de citatione. versi. literas. Igitur puto tutius esse, quod tales literæ publicentur manu notarij, & ita multi obseruant. licet autem fiant literæ, tamen non est necessarius nūtius, qui portet. sed in hoc differt: quia quando solus nuntius mittitur, debet talis esse, quod citatus debeat credere ipsum esse nuntium: vt in præcedenti gloss. hic autem satis est, vt credat vel credere debeat literas esse alicuius iudicis. Sed dices: quid si negare voluerit literas sibi fuisse portatas? Respond. iudex stabit in hoc relationi sui nuntij. reus enim se citatum cognoscit à iudice per literas. an autem fuerit nuntius, ipsius iudicis est cognitio. nam & portare ipsas literas est signum euidens, quod sit nuntius. argu. ff. de lega. j. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. & C. de donatio. l. j. Sed an actor ipse poterit portare literas citatorias? videtur expressum quod sic. ff. de fur. l. eum qui. §. si epistola. versi. sed si interfuit. vbi si quis pro seipso portat epistolam si pars negaret eam sibi præsentatam fuisse, esset graue quod ipsi actori crederetur: nisi forte literarum præsentationem probaret per alios: & ideo si præsentaret coram testibus & notario, qui inde conficeret instrumentum, putarem sufficere.

1 Literæ quando probant. not. Bar. in l. non episto. C. de prob.

c Per edictum. Iste modus citandi conuenit ordinariis & delegatis à principe, & non aliis: vt C. quomodo & quando iudex. authen. qui semel. Item non solum in his casibus, sed in aliis omnibus: vt ibi patet. sed de iure canonico non potest fieri nisi de sola commissione & tunc solum contra eos, qui procurant ne ad eos citatio perueniat: vel ad quorum loca non potest tute accedi: vt extra de iudic. capitu. ij. in clemen. quæ limitatio secunda fuit multum æqua, vt ibi patet. sic puto iudices in foro nostro debere practicare. Nam isti tres modi citandi permittuntur alternatiue: & sic iudicis arbitrio. sed in his debet seruare æquitatem: vt in authen. iusiurandum quod præsta. ab his. §. primo. & per Inno. extra de constit. cap. fi. glo. notabilis, & Archidia. de constitut. libr. vj. Si ergo potest per nuntium citare, vel epistolam, vel literas: non est æquum, quod citet per edicta, & si faceret, grauaret partem: & ideo per iudicem appellationis posset infringi processus, hoc autem scilicet quem impedire, ne ad eum citatio perueniat, vel non posse accedi tute, sæpe accidit: scilicet quando citatur aliqua ciuitas, vel dominus, aut multi ciues vnius ciuitatis. Argu. extra de rescr. c. statutum. §. cum verò eiusdem. libr. vj. Item si locus in quo persona est citanda, est rebellis: non enim tute mittitur nuntius ad locum inimicorum; vt l. sciendum. §. si accusatio. ff. de le. & l. de ætate. ad Trebellia. & l. iij. ff. ex quibus cau. maio. §. si accu. puto tamen recte fieri, antequam hæc citatio fiat, quod super hoc ad iudicis informationem aliquid cognoscatur: vt d. l. de ætate. Sed quis terminus in tali edicto ponetur? Respon. congruus, vt possit venire in notitiam citati: vt possit postea ad locum citationis comparere in ciuilibus: vt d. c. j. de iudi. in cle. ne alias edictum contineat impossibile: vt ff. de eo. quod cert. loc. l. iij. §. si quis ita. In criminalibus verò datur dilatio longior secundum formam. l. ij. C. de exhib. re. quæ tamē dilatio non

videtur

videtur necessaria in hac lege: cum absque figura iudicij procedatur: cum illa sit solennitas iuris ciuilis: vt. s. not. in glo. super verbo, figura. Sed qualiter sciat iudex moderare terminum, cum ignoret vbi reus moretur? Rñ. text. est. C. quomodo & quando iudex. authen. qui semel. vbi dicitur, quod iudex præsens debet examinare vbi sit reus. sed hoc videtur impossibile, quod testes examinati corā iudice hoc dicant. s. aliquē modo esse Florentiæ. vnde debet sic intelligi, vt dicit tex. in auth. de exhiben. re. §. si illud vere. col. v. vbi dicitur, quod iudex examinet inquantum possit, in quam terram abiisse dicitur. ex eo ergo quod dicitur abiisse: apparet quod sufficit sola fama vel vulgi opinio, quod in certum locū dicatur abiisse. quod ergo in dicta au-
1 Idē Bal. in aut. qui semel. in glo. alleg. thē. dicitur vbi sit, id est, vbi esse dicitur 1. & ex eo quod dicitur, examinat. poterit intelligi summatim ad sui informationem etiam parte non citata: & ibi not. hæc est practica vera & pulchra, & est notabilis. Quid si hanc examinationē non fecerit? Certe aliquid de sub-
2 Imo nō est de substantialibus, secundum Bal. in d. auth. stantialibus 2 videtur omissum. vsus tamen & communis practica hoc non patitur, sed satis est assignare terminum congruentem per distantiam loci vbi est, vel vbi habitare consueuit, vbi citare sufficit: vt. l. j. §. j. ff. de libe. agno. l. iij. §. domū. ali⁹ prætor. ff. de dā. infec. Quid si intra terminum comparet aliquis dicit citatū adesse, petens sibi terminum prorogari, vt citatum in-
3 Sequuntur Cyn. Sal. et Bal. in d. auth. quain prouincia. infra alleg. ueniat, & ei denuntiet, an sit audiendus? Rñd. 3 iste videtur excusator veniens ad allegandum causas absentiæ: ideo audiēdus est faciendo fidem de absentia. quo facto si petat terminum, vt eum inueniat, & ei denuntiet, audiendus est. C. vbi de cri. agi opor. authē. qua in prouincia. Sed quid si talis reuertens dicit se illum diligenter inquisiuisse, & non potuisse inuenire vbi esset? Respon. quod procedat iudex tanquam contra contumacem nam post illam dilationem auditur ille si veniat vel mittat legitime: alias secus: vt. d. auth. qua in prouincia. hic autem neutrum facit. Sed an prædictis modis potest quis citari, vbicunque etiam extra territorium ciuitatis? quod videtur. C. de episc. & cleri. l. omnes. §. executoribus. versi. verum si apparitor. & de off. præf. vrb. l. ij. vbi subditum suum quis citat etiam extra territorium existentem. In contrarium est casus extra de re iudi. c. pastoralis. vbi declaratur, quod imperator per se non potest citare eum, qui est in terris ecclesiæ, sed debet superiori denuntiare, vt ei denuntiet. Cy. in quadam disputatione dicit, quod illud fuit compositum per errorem canonistarum. sed cum illa decretalis fuerit facta in generali concilio vbi est copia magna intelligentium, non est verisimile quod in illo capitulo fuerit erratum. vnde temeraria est dicta solutio.
4 Et idem zabarel. ibidem. vnde dicit 4 Paulus de leaza. in d. ca. quod ille qui est iudex alicuius ratione domicilij, potest citare illum extra territorium quacunque citatione: cum talis absens alium isto superiorem nō habeat per quem citari possit. & ita loquuntur iura prædicta. Si vero loquimur de subiecto ratione delicti vel contractus, & sic per accidens: tunc talis iudex non citat extra territorium: vt. d. c. pastoralis. & hoc quo ad executionem faciendam in rebus, quæ alias non sunt in territorio citantis: vt extra de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. Sed certe primum membrum ratione domicilij placet, sed secundum displicet. primo per dict. §. contrahentes. vbi fit citatio extra territorium etiam quo ad pronunciationē dimittendo in bonis quæ non sunt in territorio citantis. Secundo quia directo est cōtra casum huius constitutionis. & quod sic intellexerit Imperator patet: quia citationem factam de rege Roberto existente extra territorium, asserit legitime factam, & loquitur hic de citatione facta à quocunque, qui præest iurisdictioni. Idem in causa capitali. & si dicas, hoc imperator non potuit. concedo in terris ecclesiæ. Dic ergo, quod papa potest citare quemlibet vbicunque existentē: quia ipse est vicarius Christi, cuius est terra & plenitudo eius, orbis &c. vt extra de iud. cap. j. in cle. Item per vniuersum imperium officialis, q præest vni prouinciæ, potest citare homines existentes in qualibet prouincia imperij: quia hoc faciet authoritate imperatoris: vt. d. l. omnes. §. executo. verum si apparitor. & d. l. ij de officio præf. vrb. & hic. sed imperator vel alius princeps secularis non potest citare quem in terris ecclesiæ: quia etiam illas terras sibi libere reseruauit: vt dicto capit. pastoralis. debet ergo scribere superiori illius loci, vbi persona citanda moratur: vt notificet sibi: vt ibi. & ff. de requi. re. l. j. §. j. Sed quid si ille iudex rescribat, quod nō vult ei notificare? Videtur, quod non imputetur hoc reo: quia per eum non est factum: vt. ff. quod vi aut clam. l. j. sed secundum hoc iudex non potest expedire processum. ergo dic, quod habebitur tanquam legitime citatus, licet enim ipse de se non impediuerit citationem fieri, impediuit tamen defensor eius scilicet suus superior: quod sufficit. extra de electio. cap. causam. in clementi. ibi, verum si per appellatī, aut suorum &c. Vel dic, quod propter eius negligētiam poterit ipse iudex citare per edicta vel nuntium: sicut si esset in eius territorio. argu. C. vbi in rem actio. l. ij. & de iudic. l. nulli. & quod ibi not. & hoc plus placet mihi. Quid si in primo termino citatus comparet, & post ea se absentauit, qualiter citabitur? Respond. 5 aut prima citatio fuit Idem Bart. & Alex. in l. iiij. de dam. infe. 5
facta simpliciter, quod compareat super tali negotio responsurus: & tunc veniendo satisfecit primo termino: & eadem solennitate est citandus hac secunda citatione sicut in prima, vt dictum est. s. in gloss. super verbo, super dicto crimine. Aut prima citatio facta fuit magis extense: dicendo quod veniat responsurus super tali negotio, & ad procedendum in causa prædicta, vt iuris fuerit vsque ad finem: & tunc veniendo non satisfecit termino, nisi stet vsque ad finem: quia tunc est intelligendum, vt stet in conspectu iudicis: ideo tunc sufficit citatio per præconem ipsum citando per ciuitatem, quod talis iudex facit citare talem: tunc enim si non comparet, procedetur in causa. Aut enim erat præsens in ciuitate, & non comparet: & talis proclamatio arctat eum. l. si eo tempore. C. de remi. pi. Aut non erat præsens, & ex eo quod se absentauit à ciuitate, erat contumax ex virtute primæ citationis, & ex hoc quia morari debet in ciuitate, vbi est curia: licet in quo loco sit, incertum sit. Sic etiam admittitur citatio per præconem, quando est incerta persona, quæ citatur: vt dicam infra, nec ob. prædictis. C. de bon. autho. iud. poss. l. eadem & authen. ei qui. & in corpore vnde sumitur: quia ibi promisit & iurauit de iudicio sisti, magis respectu partis, vt ei committatur obligatio ad interesse: vt. ff. si quis cau. l. secunda. in fine, quām respectu iudicis, vt dicatur contumax si ibi non est: ideo debet solenniter citari facta inquisitione, vbi esse dicitur. Consulo tamen ad fugiendum prædicta, quod reo comparente in primo termino in causis, in quibus non locus detentioni, vt ei dicatur à iudice, vt certum locum in ciuitate eligat, vbi sit citandus. Sicut enim potest eligere domicilium: vt. ff. ad municip. lege, domicilium. & lege, nihil. ita potest eligere quo ad certum actum. Quidam autem præcipiunt tali sic comparenti, quia est ex longinquo, vt singulis diebus & horis, quibus redditur ius, compareat coram eo. Et quia de citatione quæ fit per præconem, facta est mentio: quæro quando licet per præconem citare? Quidam dicunt, quod citare licet reum, nō actorem. vt. C. quomodo & quando iud. authen. qui semel. & ita videtur tenere Spe. in titu. de cita. §. sequitur. circa princi. Sed certe ratio posita in authen. qui semel. s. quod vox præconis paucis innotescit, est communis ad actorem & reum. vnde dictum Spec. potest esse verum in eo casu, quo reus potest esse in loco, vt dixi. dic ergo, aut est citanda persona certa, quia cōstat de eius interesse: aut ignoratur quis sit ille,

cuius interest. primo casu ipsa persona citanda est nominatim. ff. de vent. inspi. l. j. §. pe. Sed qualiter? Aut est certum, vbi sit, nec alibi est ex virtute citationis, & non potest citari per præconem. i. vocem præconis: vt dicta auth. qui semel. aut debet esse in aliquo loco virtute citationis, sed ignoratur locus: quia nescit, in qua parte sit ciuitatis: & tūc sufficit citatio per præconem: vt. s̄. ostensum est: vt l. si eo tempore. C. de remis. pig. cum ista citatio nō præiudicet, nisi præsentibus: vt ibi patet. facit quod not. per Innocen. extra de maio. & obe. c. fin. & hoc nisi citanda esset aliqua multitudo. C. de decuri. l. ij. li. x. & no. per Inno. in d. c. fi. extra de ma. & obe. si vero ignoratur, quæ sit persona, cuius interest citari: tunc sufficit citari per præconem: vt. l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. x. d. l. si eo tempore.

publice [a] propositum citata [b], vel citatum [c] neglexerit [d] in termino [e] personaliter [f] vel legitime [g]

[a] Publice. solam propositionem requirit: sed de iure cano. debet prius verbo literas legendo in aliquo publico loco citari: postea literæ debent affigi publice. s. in foribus maioris ecclesiæ: vt ca. j. extra de iudi. in cle. hic enim circa locum loquitur large, & sufficit publice proponi in loco, vbi ius redditur vel in foro nundinarum vel alibi, vbi moris est publice fieri præconia: vt in ij. cōst. C. circa fi. ibi, edictis ex more propositis. quanto tempore edictum stet affixum, ibi non exprimitur: vnde erit in arbitrio iudicis: vt. ff. de iur. delib. l. j. Sufficit autem in actis scriptum esse quod edictum fuit publice propositum in tali loco. nec est necesse scribi, quod tanto tempore stetit: nec etiam præsumitur inde sublatum, cum hoc facere sit delictum: vt l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iudi. cautius tamē esset, si quis de hoc faceret fieri scripturam. Præconia etiam debent fieri in locis publicis & consuetis: vt. d. consti. C. circa fi. & sufficit, quod præco referat se præconizasse per ciuitatem in locis publicis & consuetus, etiam si non exprimantur loca. nam talia loca consueuerunt esse notoria, & sic expresio non est necessaria: ff. de contrahen. empt. l. cum seruo. §. fi. & sic obseruat consuetudo &c.

Præconi creditur dicenti aliquid se præconizasse.

[b] Citata. persona vel ciuitas.

[c] Citatū. corpus vel collegium. sed qualiter hoc fiat: in citatione, quæ fit per edictum, clarum est: cū ibi sufficiat propositio in loco publico. vt in præcedenti glo. sed cum fit per nuntium vel per epistolam: quem citabit nuntius eius, vel cui literas præsentabit? Io. An. extra de conces. præb. c. si capitulum. lib. vj. dicit quod requirat eum, qui habet conuocare tale collegium, quę illud congreget more solito. quod si se includeret, vel impediret ne fieret propositio vel præsentatio, perinde est, ac si esset facta. quod satis placet. Potest etiam dici, quod sicut vnum hominem singularem quis potest citare, licet solum caput eius respiciat, & non aliud corpus. ff. de in ius voc. l. satis. & arg. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sum. fu. sic etiam quis vniuersitatem potest citare citando caput eius: hoc est illos, qui præsunt vniuersitati, ciuitati, comitatui, vel collegio: vt. l. municipibus. ff. de condi. & demonst. Potest etiā dici, quod si tutor potest citari in causa pupilli, ita hoc modo rectores in causa vniuersitatis. Arg. ff. de pactis. l. itēmagistri. & l. seq. & de admi. tuto. l. j. §. sufficit. Sed tu dices: illud verum est, quando commissio fieret de citando tutorem: sed si fieret de citando pupillum, an sufficiat citare tutorem: posset dubitari: & ideo consilium est, quod fiat commissio de citando tutorem, & pupillum, & de citando rectores administratores, & vniuersitatem: tunc sine dubio sufficit citare rectores. Potest etiam dici, quod sufficiat, quod nuntius per terrā clamet, quod ipse ex parte talis iudicis citat talem vniuersitatem. cum enim talis citatio fiat de multitudine, sufficit fieri per præconem: vt dictū est. s̄. in glo. super verbo, edictum. Per citationes autem istas, quæ fiunt de rectoribus vniuersitatis, vniuersitas cōstituitur contumax ficte, non autem dicitur vere contumax quasi dolose occultans se. ff. de reg. iur. l. nō pōt dolo carere.

[d] Neglexerit. vere, ficte, seu præsumptiue. hæc enim constitutio non requirit, qđ quis sit vere cōtumax, qđ patet ex modo citādi per edicta. de qua citatione non constat, quod ad notitiam citati perueniat, & hoc nisi iudici constet hoc ad citatum nō peruenisse: vel ipsum fuisse legitimum impeditū: quo minus veniat: & tunc si vltra proceditur, ipso iure nullū esset: quia deest substantiale. nam non vere nec ficte negligit: quod requirit hæc lex. & not. per gl. de re iu. l. quæsitum. & fuit opi. Pla. in l. contumacia. §. fi. eod. tit. Sed quid si in termino citationis cōpareat aliquis excusator, dicens citatum fore absentem, & ita quod non potest in eius notitiam peruenire, vel quia est legitime impeditus: & iudex vltra procedit, an valeat? Dic quod si excusator obtulit se probaturum, & iudex contempsit, quod processus est nullus, quasi per iudicem steterit quo minus fiat: alias secus, facit extra de appel. ca. interposita. saluum tamen est ius parti petēdæ restitutionis ex causa iustæ absentiæ. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & ff. de in integ. resti. l. fin. & quod ibi no. An autem sit necesse, quod in termino quis contra citatum se præsentet, vt neg. exisse dicatur? Rn. non: cū proceditur per inquisitionē factā ex officio, vel per denuntiationem: cum iudex sedens semper sit præsto, seu cum per accusationem proceditur: secus videtur ad similitudinem causarū ciuilium: vt C. de iud. l. properādum. §. j. sed in criminalibus hoc est diuersum: quia accusatore desistente vel defuncto potest iudex procedere: vt. C. de aboli. l. ij. & ff. de pub. iud. l. pe. in prin. nam si constaret, quod iudex vellet ibi supplere defectum partis, sufficeret. & ideo quidam in partibus Italiæ faciunt sibi concedi licentiā ab accusatore, vt eo absente possint expedire processum, tūc constat, quod partis supplet iudex defectum. in casu tamen huius constitutionis cōstat, quod hoc non requiritur: cum possit sine figura iudicij procedi.

Not. ex hac gl. qđ quis negligens esse non debet sed vigilans secundum Spec. de positio. §. vij. vers. xvj. quia negligentia est eruditioni nouerca. lxxxiij. distin. nihil. Cardin. in cle. ij. §. j. de sepu.

Accusatore desistente vel defuncto potest iudex procedere.

[e] In termino. ex hoc quod in singulari numero loquitur, patet quod vnus tantum terminus fuit assignatus. ex quo patet, quod in his, quibus potest procedi sine figura iudicij, terminus intelligitur peremptorius, etiā si non exprimatur. facit extra de verbo. sig. c. sæpe. Itē si iudex sua voce admoneret eos, vel aliquem ad audiendum sententiam, intelligitur peremptorie. C. quomodo & quando iud. in l. ij. & ibi no. alias peremptorie dici debet, vt dixi. s̄. in glo. super verbo, dicto crimine. Item admonitiones & protestationes quæ fiunt extra iudicium intelliguntur peremptoriæ, cum semel sufficiat fieri. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. j.

[f] Personaliter. hoc est verum in crimine. vbi est pœna infligenda in corpus.

[g] Legitime. vt per procuratorem vel syndicū: & sic videtur casus, quod in causis capitalibus. in quibus potest ferri sententia in substantia, admittitur procurator. quod tenet Dy. in §. ad crimen. per regulam positā in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procur. & dicebat, quod vbi per statutum in causis capitalibus potest dānari absens, potest interuenire procurator. qđ non placet. nam etiam de iure antiquo reperitur in casibus, quod absens potest de capitali crimine damnari in casibus specialibus. C. de pœn. l. ne diu. & ff. ad leg. Corne. de sica. l. lege Cornelia. ver. & qui hoc crimen. secundum vnum intellectum. Item in causa appellationis altero absente lite non contestata potest deueniri ad diffinitiuam. C. de temp. appel. l. fi. §. illud. & tamen tunc nō admittitur procurator: vt. ff. an per aliū causa appel. l. j. Item procurator rei debet satisdare

iudica

iudicatū solui: nisi à dicta satisdatione à domino fuerit releuatus: vt instit. de satisda. §. si verò dominus. sed dic, quod procurator non potest satisdare, nec dominus à satisdādo releuare eum potest. Item quod Dy. dicit de statuto, est aduertendū: quoniā statuta Italiæ cōmuniter permittunt dānari absentem propter contumaciā tātū: sed si admitteretur procurator, iā nō esset cōtumax. non obstat. §. publicè. nā vbicunque posset dānari absens, de iure cōmuni iudex debet ex officio perquirere veritatem pro vtraque parte: vt C. quomodo & quando iud. auth. qui semel. & de ap. l. ampliorē. §. j. & dicā statim in gl. super verbo, receptionē. alias examinationem. meritò quilibet excusans innocentiā auditur: nō vt procurator, sed vt quilibet. & hoc quod dicit ibi tex. quamuis verba, facientem &c. ex eo quod dicit quamuis, apparet quod non requiritur quod sit procurator, & hoc dixi in §. ad crimen. in l. pen. ff. de publi. iudic. non obstat hæc litera: quia expone quod intelligitur eo casu quo pœna à relegatione infra venit imponēda, & intelligitur legitimè: scilicet per procuratorem eo casu, quo venit imponenda pœna à relegatione infra quod potest esse in his, quæ ipsum crimen quoquo modo tangunt: vt s. dixi in glo. super verbo tangunt. Item ad ipsum crimen potest referri, & dic personaliter. i. quando aliqua persona citata est legitimè: vel quando procedit contra aliquam cōmunitatem, vel corpus, vel collegium. & sic not. casum, quod etiam vniuersitas in capitalibus respondet per syndicum: vt C. de re mil. l. tam collatores. lib. xij. & no. per Cyn. C. qui ac. non poss. l. ij. & eodem modo est casus: si per vniuersitatem fieret accusatio, posset prosequi per syndicum, cum hic loquatur generaliter ex parte res & actoris: vt dixi s. in fin. gl. super verbo dicto crimine. licet Dyn. & Cy. communiter dicant contra in d. l. ij. & iij. ff. de accus. §. fin.

Vniuersitas in capitalibus per syndicū respondet.

comparere: contra ipsam vel ipsum perinde [a], ac si præsentialiter omnibus interesset: vel lis foret legitimè cōtestata [b]: tam ad receptionem [c] testium & eorum publicationem [d] & sequentia [e], quàm ad definitiuam [f] sententiam, & eius executionē [g] procedatur [h]: legibus [i] & consuetudi-

a Perinde. non tamen per omnia: & sic gratia contrarietatis tollendæ. non enim sic potest fieri executio in absentem sicut in præsentē. de qua executione hic dicitur, vt j. dicetur. & idem in omnibus, quæ in absentem non cadunt, sicut in præsentem. de hoc multū not. glo. ad leg. Iul. pecul. l. sacrilegij. vbi autem contrarietas non resultaret, perinde esset quo ad omnia, scilicet quo ad tempus, quo ad modum, & quo ad cæteras qualitates, & idem in cæteris aduerbiis & nominibus significātibus similitudinem: vt ff. de ali. & ciba. lega. l. à filio. §. testator.

b Contestata. cōtumacia de qua dixit, ex vna parte æquiparatur personali præsentiæ, & litis contesta. ex alia parte. nec enim sufficeret quem esse præsentem, nisi lis esset contestata, quando ordinariè proceditur: nec sufficeret litis cōtest. nisi quis esset præsens. l. absentem. ff. de pœn. & hoc in capitalibus. in aliis secus: vt not. in d. l. absentē. & ibi dixi. Et not. diligenter, quod vbicunque absens potest dānari, peruenitur ad diffinitiuam ante lit. contest. quia illa contumacia habet vim contestationis: vt C. vbi in rē actio. l. ij. & sic puto actionē perpetuari etiā pro actore, & ipse esse contumax seruatis omnibus conditionibus, quæ ponuntur in authēti. qui semel. C. quomodo & quando iudex. cum talis contumacia habeat vim contest. li. pro vtraque parte, quod patet: quia pro vtraque parte iudex examinat causam.

c Receptionē. hoc facit pro vtraque parte. nam iudex debet perquirere veritatē pro vtraque parte: vt in auth. qui semel. C. quomo. & quan. iudex. ibi, perquisita veritate &c. potest etiā absentem absoluere. C. de iudic. l. properandū. §. sin autē ex gestis. maximè in causis capitalibus. vbi etiā si post sententiam apparet de innocentia, debet iudex principi scribere. ff. de quæstio. l. j. §. si quis vltrò. Item ex hoc apparet, quod ex sola contumacia de iure cōmuni quis nō habetur pro confesso: vt dixi in l. lex Cornelia. §. fi. ff. ad Syllanianum.

Confessionem non inducit de iure communi sola contumacia.

d Publicationem. Not. in casibus in quibus potest procedi sine figura iudicij requiri publicationem. Item not. in criminibus publicationē fieri, Itē not. procedi ad receptionem & publicationē testium lite non cōtestata, etiam contra eum, qui non est verè contumax: quod est contra ea, quæ not. Dyn. ff. de damno infec. l. iiij. §. quoties. & sic faciunt pro no. & his quæ ibi diximus.

e Sequentia. vt probationes testiū, productiones instrumentorū, & allegationes: vt C. de iud. authē. iubemus. & ad interrogationes testium pro declarādis dictis eorum, si quæ essent obscura, conclusionem in criminalibus non puto fiendā, imo quādocunque quis se vellet defendere, debet audiri: vt l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæstio. & ar. l. j. de quæstio. in fin. Intelligo tamen actori dandas duas dilationes, reo tres cum aliqua causæ cognitione. l. fin. ff. de fer. alias dilationes dabit iudex cū maiori causæ cognitione. hanc tamen puto sufficere, & videat iudex dilationem postulari pro veritate, non causa differendæ litis. & hoc modo debet intelligi. §. cogniturum. De effectu autem publicationis dixi plenè in repetitione quam feci de authē. qui semel. C. quomodo & quando iudex.

f Definitiuā. Vides ergo casum, in quo absente reo potest negotiū liquidari, & diffinitiuè pronuntiari in criminalibus. simile. C. de pœn. l. ne diu. & ff. ad legem Cor. de sic. l. lex Cornelia. ver. & hoc crimē. secūdum vnam lect. in capitalibus hoc erat de iure antiquo: vt ff. de pœ. l. absentem. in ciuilibus verò quid iuris sit actore absente vel reo, dic vt C. quomodo & quando iudex. authent. qui semel. & C. de iud. l. properandum. §. j. cum sequen.

g Executionem [1]. hic est casus, quod pars non est iterum citanda tēpore executionis: quod est verū, si per sententiam liquent executionē sic esse faciendā: vt si condemnatio facta sit in rem, vt ipsa res capiatur & vendatur. vel si est facta condemnatio in personā, vt persona capiatur & puniatur. solum enim hoc est necesse sciri, quod sit illa persona condemnata: & ideo exigitur ab eo quædam confessio super hoc, & proceditur ad executionem. alias secus: sicut erat cum capiebatur aliquis aduocatus: vt ff. de cust. reo. l. diuus. ver. & si diuus Pius. & ibi dixi. Si autem condēnatio esset facta in pecunia, & pro ea caperentur & venderētur res, & vna res pro alia: tunc debet pars citari: quia in hoc certæ causæ cognitio requiritur: vt l. à diuo Pio. §. si in venditione. ff. de re iudi. & ibi dixi.

1 No. hic quod executio latæ sententiæ super attētatis debet fieri antequam cognoscatur de principali. Ro. consil. cij. & consil. xcix. & si est lata super possessorio, debet fieri executio antequam de petitorio cognoscatur: vt not. idem Ro. consi. cxiij.

h Procedatur. Innuit, quod iudex habeat necesse facere hoc. in contrarium videtur. l. non quicquid. ff. de iudi. & C. quomodo & quando iudex. l. j. Sol. instantia causæ criminalis est biennium: vt C. vt intra cert. tempus cri. quæstio termi. l. j. vnde non cogitur sententiare nisi prope finem biennij: vt C. de iudic. l. properandum. §. huiusmodi. & no. C. quomodo & quando iudex. l. j. Et sic not. pro assessoribus quibus limitatur certum tempus ad finiendum processum: quod non possunt ante expedire: nisi prope finē termini: & hoc vt non cogantur ante sententiare. ea autem lata, executionem coguntur facere secūdum formam. l. si quis intra. C. de bo. dam. & etiam in personā si haberi potest. l. cum reis. & l. si vindicari. C. de pœnis.

i Legibus. hæc est quarta pars, in qua ponitur clausula derogatoria.

a Non obstantibus. Clausula hæc, non obstātibus,
quid importet dicendum est: nam quandoque refertur
ad iura municipalia ciuitatis: quo casu aut procedunt
iura derogatoria: & est necessaria clausula, nō obstan-
tibus: vt C. de preci. impe. offer. l. quoties. & ibi not. &
si cōtra ius vel vti-
litatem public. l. fi.
& ibi not. & ff. de
constit. princ. l. j. in

nibus non obstātibus a

fin. & ibi not. Sed an necesse sit, q dicatur nominatim,
non obstante tali lege gloss. in dictis legibus dubitant,
sed glos. in authen. hoc inter liberos. C. de test. videtur
tenere, q sit necesse exprimi. Item not. ff. de legat. iij. l.
si quis. in princi. Alij q nullo modo requiratur: vt ff.
de excusat. tutor. l. idem Vlpianus. §. j. sed ibi tutela est
onus temporale, & ideo de facili potest remitti: nec ha
bet præcedentem legem derogatoriam: vt C. de preci.
imper. offer. l. quoties. alias est necesse, q dicatur non
obstante tali lege. Sed puto 1 q sufficiat, si dicatur non
obstante aliqua lege derogatoria, vel quæ hoc fieri
prohibeat, & similia. Hoc enim est expresse mentionē
facere de certa specie legum. nō enim est necesse, q no-
minetur lex: hoc enim esset nominatim & singulariter
mentionem facere, & hoc non requiritur: vt dicta l. si
quis in princ. & ibi declaraui, & hoc cum Imperator
rescribit ad priuatam vtilitatem alicuius, sed si ipse re
scriberet ad vtilitatem publicam, videtur contra om-
nem legem contrariam dispensare: vt ff. de re iudicat. l.
quidam consulebat. in fi. ratio: quia tunc nulla præce-
dit clausula derogatoria. nā l. rescripta. & l. nec dam-
nosa. C. de preci. imper. offer. habent in se clausulā de-
rogatoriam solum ad rescripta ad vtilitatem partium
concessa, & ideo si Imperator aliquid statuit, ius com-
mune corrigendo, non est necessaria clausula illa, non
obstante aliqua lege: quia eo ipso q posteriores con-
dit cōtrarias, priores videtur tollere: vt l. nō est nouū.
& l. sed & posteriores. ff. de legib. & extra de const. c.
j. li. vj. hic ergo ista clausula non fuit necessaria nec est
dubium, quin possit tollere ius commune etiā si præ-
cedit aliqua clausula derogatoria. nec obst. C. de leg.
l. humanum. & q ibi not. Quid ergo dices in statuto,
si præcedit aliud statutum habens clausulam deroga-
toriam: an sit necesse, q fiat specialis mētio de primo?
Puto q sic 2 arg. d. l. si quis. in prin. & dixi in repet. l.
omnes populi. ff. de iusti. & iure. & pro hoc facit: quia
quicquid iuris sit in priuato, aliqualis ratio est in po-
pulo: nam sicut priuatus præmittit illam clausulam ti-
mens ne instigatu, vel deceptione aliquorum ad aliud
inducatur, ita populus vel vniuersitas videtur timere,
cum æquiparetur priuato: quæ ratio cessat in principe
ius condente. Sed si statutum præcedens non habet
clausulam derogatoriam, eodem modo per sequēs sta-
tutum contrarium primo, primum videtur sublatum
eadem ratione, & hæc vera si præcedentia iura sunt o-
mnino cōtraria, si autem per aliquam limitationē, vel
distinctionem adiuuari possunt, non tollentur: vt d. l.
sed & posteriores. nam auth. offeratur. de lit. contesta.
quæ dicit specialiter satisdandum, restringitur ad eum,
qui non possidet immobilia: vt l. sciendum. ff. qui sa-
tisd. cog. Sed quæro si in lege noua est dictum non ob-
stante aliqua lege, an per hoc tollatur, ne per priores li
mitetur & distinguatur? Resp. nō, sed intelligitur non
obstante lege aliqua, scilicet contraria quæ non possit
cum hac sustineri: vt in authen. de hære. ab intest. circa
prin. in glo. super verbo, vacantibus. pro hoc facit C.
cōmu. de succ. auth. itaq. in eo q ibi disputatur an sit
correcta l. de emanc. & ex hoc patet, q modus proce-
dendi in hac constitutione inductus non habet locum
in casu l. C. si quis imper. maledi. nam cū ibi sit specia-
liter prouisum per hanc l. loquētem generaliter de cri-
mine lęsæ maiestatis, & eam tangentibus, non videtur
propter hoc ei derogatum. pro hoc facit in authē. hæc
cōstitutio &c. col. viij. nam per illā intelligitur subla-

1 Istud est de mente Felin. in c. nonnulli. extra, de rescri.

2 Idem tenent Bart. et Ias. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure.

ta l. fi. C. de sacrosan. ecc. quæ generaliter loquitur, nō
autem constitutio specialis quæ est in authen. vt eccle.
Roma. colla. ij. & probatur. C. de sacrosanc. eccl. auth.
quas actiones. licet gl. in illo variet, sed si in lege noua
diceretur 3, non obstante aliqua lege, quæ generaliter
vel specialiter in
contrarium loqua
tur: tūc d. leges non
distinguerent, nec

quibuscunque. Hanc au-

limitarent legem nouam: nec haberet locum. l. sed &
posteriores. ff. de lega. & hæc videntur vera & vtilia.
Sed cum in hac constitutione sit data iudici licentia
procedendi sine figura iudicij: quibusdam autē in iis,
qui in sacris scriniis militant. est concessum vt in mo-
do procedendi prærogatiua gauderent: vt C. de pro-
xi. sacr. scri. l. in sacris. an eis in casibus in hac constitu-
tione comprehensis, hæc priuilegia conseruabuntur?
Videtur quod nō, ex eo q sic dixit, cuiuscunq status
vel dignitatis &c. Sed hoc non facit: quia hic de statu
& de dignitate generaliter fit mētio: ibi cuidam digni
tati vel ordini specialiter indulgentur aliqua priuile-
gia: & sic illa tanquam specialis magis debet limitare
hanc posteriorem: vt s. dictum est. econtra videtur. nā
illa loquitur in omnibus causis criminalibus & ciui-
libus generaliter, hæc specialiter in crimine læsæ maie
statis, & id tangētibus, & sic videtur, q hęc vt specia-
lis limitet & restringat illam, quid dicemus? Dubium
est in hoc, q prima magis specialis est quo ad quid, sci
licet quo ad personas, & est magis generalis quo ad
quid, scilicet quo ad causas. hæc econtra est magis ge-
neralis quo ad personas, & magis specialis quo ad
causas, an secunda limitetur per primam, an prima per
secundam? Hæc ambiguitas quodā modo perplexitas
est: cum in neutra istarum dispositionū possit genus à
specie separari ex virtute proprietatis sermonis: &
ideo ad mētem legum recurrendū est. Dic igitur quod
ius singulare semper est introductum propter aliquā
vtilitatem: vt ff. de legat. l. ius singulare. cum ergo tam
l. j. quàm ij. ius singulare & speciale contineat, hoc est
propter aliquā vtilitatem. Debemus 4 ergo illud spe-
ciale conseruare, in quo euidentior & maior vtilitas
reperitur. Ista enim est benignior interpretatio: vt ff.
de leg. l. benignius. & quia causa magis priuilegiata
præfertur: vt not. C. de pri. do. l. j. & ff. de pri. cre. l. pri-
uilegia. vnde in proposito cum specialitas huius con-
stitutionis sit propter vtilitatem vrgentissimam: vt s.
in prin. huius legis, dico hanc legem restringere illam
l. in sacris. quæ in priuilegium personale & dignitatis
est introducta; & etiam in fauorem minorū videmus,
quod lex inducta est, vt contra eos nulla currat præ-
scriptio: vt l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est ne-
cess. & hęc prouisio est generalis quo ad causas, & spe-
cialis quo ad personas minorum. Et est alia constitu-
tio quæ limitat tempus instantiæ, & hoc fauore pu-
blicæ vtilitatis, ne lites fierent immortales: vt l. prope-
randum. C. de iudi. & hæc generalis est quo ad perso-
nas omnes litigantium: & specialis quo ad causas, sci-
licet quo ad præscriptionem instantiæ, & per hanc l.
properandū. licet sit antiquior in tēporibus instātiæ
de iure antiquo, limitatur illa l. fi. licet sit posterior; vt
no. in l. j. C. si aduer. rem iu. sed si in lege antiqua habe-
ret causam specialiter maiorem & fauorabiliorē, tunc
limitaretur l. noua eadē ratione. Si verò nō esset ratio
specialitatis, vt sit fauorabilior vna quā altera, tūc pu-
tarem l. nouā præualere. ista sæpe occurrūt in ista ciui
tate. Secūdò verò casu principali, quādo hæc clausula
refert ad priuilegia, sciēdū est, q si qua l. simpliciter
emanat, nō videt tolli per eā aliquod priuilegiū alteri
cōcessum: vt in ij. constit. C. §. si quæ verò. & intelligo
priuilegiū q fauorē alicuius cōtinet: secus si Impera-
tor ad aliquā singularē q. rescripsit specialiter, ita q
faceret ius cōmune: vt C. de legib. l. ij. tunc per aliam l.
cōtrariā videt tolli: vt in d. cōst. ij. §. si quę verò. ibi, si

verò

3 Ista gl. est singularis pro limitatione l. sed et posteriores. hic allega. in gl. secūdum Iaso. in l. siue. ff. qui satisd. cog.

4 Idem tenet Ias. in l. j. §. j. ff. de noui operis nuntia.

5 Idem tenet Phili. in ca. nonnulli. de rescri. extra.

vero pro certis capitulis. Si verò in l. dicitur, non obstantibus priuilegiis, intelligitur corpore iuri non inclusis. nam illud quod in corpore iuris clauditur, per hoc tolli nõ videtur 1, prout. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouin. & ibi no. ff. de iud. l. hæres absens. & in princip. & ibi no. & sic no. de priui. extra corpus iuris positis sufficere clausulam derogatoriam seu reuocatoriam generalẽ. facit extra de sepult. c. ij. in cle. Not. etiã priuilegia in corpe iuris inserta non reuocari: nisi spãliter diceretur ad illa trahi, vel nisi esset aliqua lex specialis sequens, quæ haberet magis fauorabilem rationem specialitatis: vt dictum est. & eadem ratio est in priuilegio vni concesso per principem, si alia priuilegia suspenderentur. & eodem modo intelligas in inferiore à principe, qui per aliam dispositionem vult tollere priuilegia à se concessa alteri. Tertio casu quando hæc clausula refertur ad statutum vel consuetudinem: tunc si de hoc in l. noua vel priuilegio nil diceretur, non videtur reuocata, quia legislator potest eam probabiliter ignorare: vt extra de consti. lib. vj. licet in contrarium faciat ff. de feu. vio. l. iij. §. diuus. de quo dic vt ibi, & tangitur. C. de testa. l. j. & hoc prout loquimur de legislatore vniuersali. Nam legislator particularis statuta & consuetudines suas ita debet scire, sicut legislator vniuersalis legem vniuersalem. Si vero in priuilegio de prædictis statutis vel de consuetudinibus fit mentio, ponẽdo clausulã illam, nõ obstante: tunc illa sunt sublata, quatenus alteri legi contradicunt, etiam si non fiat de his specialis mentio. auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & de fur. auth. nauigia. & C. cõmunia de suc. authen. omnes peregrini. & sic in præsenti constitutione quia dicitur, legibus vel consuetudinibus non obstantibus quibuscunque, expone legibus, quæ cum hac. l. sustineri non possunt. & cum dicit consuetudinibus quibuscunque. dic siue generaliter siue specialiter sint approbatæ. Nam per illas hæc lex nullam limitationem recipit. de hac clausula, non obstante. multa dicit Ioan. And. extra de concess. præben. c. j. lib. vj. quæ videre potes per iura canonica, quæ ipse allegat, si expedit: in difficultates tamen prædictas non intrat.

1 Sequuntur Barto. & Pau. in authẽ. qua in prouincia. hic in glo. alleg. Priuilegia in corpore iuris inserta non reuocãtur nisi specialiter fiat de his mẽtio.

tem a generalem legem nostrã extendi iubemus ad præterita b, presentia, & futura: quã c legẽ exnunc d absque alterius tẽporis expectatione transcursus suum integrũ vigorem decernimus obtinere.

TITVVS II.

QVI SINT rebelles. e

a Hanc autem. hæc est quinta pars, in quo ponitur ad quos casus extendatur hæc constitutio.

b Ad præterita. hoc non erat necesse dicere: quia cum tota ista lex litis ordinationem respiciat, sine dubio porrigitur ad lites futuras, licet super facto præterito. l. ij. §. pe. C. de iura. cal. & hunc passum plene examinaui in repe. l. omnes populi. ff. de iu. & iur. in illa qõ. à quo tempore statuta ligent. dic vt ibi dixi.

c Quam. hæc est sexta pars, in qua ponitur à quo tempore hæc constitutio sumat vigorem &c.

d Ex nunc. si hoc non fuisset dictum, post duos menses hæc constitutio sumeret effectum: vt in auth. vt factæ nouæ constitutiones. de quo plene in proœ. cle. circa fi. & ego pleno dixi etiam de statutis in d. l. omnes populi. in dicta. q. à quo tempore &c. dic vt ibi dixi.

EXPLICIT CONSTITVTIO INclyti imperatoris Henrici glossata per Bar. de saxoferrato, legum doctorem, & ciuem Perusinum.

e Hic titu. est magistraliter positus: quia supra dixit de modo procedendi, vt imponatur pœna per sententiam: hic qui sint rebelles, quibus imponitur pœna ipso iure.

Idem ad perpetuam rei memoriam.

QVoniam f nuper est ad auditũ nostrum deductum, q inter nonnullos g fideles h & subditos i nostros prouinciæ Lõbardiæ k, aliorumq; locorum Ita-

f QVoniã. Primo põit dubiũ. Secundo rationes quæ mouẽt principẽ ad decisionẽ. Tertio decisionem. Quarto ponitur impugnatio cõstõnis. ptes patent.

g Nonnullos. i. aliquos. nam negatio præposita facit æquipollere suo cõtradictorio 2 : vt hic & ff. de cõd. & de. l. nonnunquam. & de col. bo. l. nonnunquam. postposita vero facit æquipollere suo cõtrario. l. legitimos. §. an ergo. ff. de le. tu. & l. obligari. ff. de aut. tu. in prin. & de captiuis. l. in bello. §. j. nisi in cõtrarium patent de mente loquẽtis: vt. l. si seruum. §. ff. plurimum. ff. si quis. cau. sed præposita & postposita æquipollet subalternæ: vt. l. vnica. C. de cadu. tollen. in principio.

2 Idem tenet Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. ij.

h Fideles. quæ fidelitas principi debetur: vt. s. proxi. circa princip.

i Subditos. quia sunt sub Republica Romanorum: vt in auth. de hær. & Fal. in prin. coll. j. istis prouidet. vt iud. sine quoquo suf. in prin. qui autem sint subditi, dixi. s. l. proxi. in glo. super verbo, totius.

k Lombardiæ. Hic videtur casus eius opinionis quã refert Cy. C. de præscri. xxx. an. l. si. s. q prouinciæ appellatio intelligitur secundum communem & vulgarem modum loquendi. s. Tuscia, Lombardia &c. licet secundum Canon. Lombardia sit vna prouincia. nam Cremona non est de vna prouincia: quia est de archiepiscopatu Mediolani. & Rhegium est de alia. s. de archiepiscopatu Rauen. vt no. Bern. extra de elect. c. coram. Idem no. extra de offic. vica. c. sententiam. Sed pro huius declaratione sciendum est, q diuisio orbis terrarum de iure gen. est: vt. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure 3. & hæc diuisio fit vel eorum, qui inhabitant simul, i. ædificiis in vnam collatis. & sic communiter habemus tria nomina. s. ciuitas, castrum & villa: vt. d. l. ex hoc. & ibi no. in gl. parua super verbo, collata. Quædam est diuisio eorũ, qui nõ habitant simul: sed ædificiis separatis. & hæc appellatur prouincia vel regnũ. vel sunt alia nomina vniuersalia significantia separationem linguarum: vt Italia, Alemania, Francia, Græcia, & similia, vt. d. l. ex hoc. & C. de offic. rec. prouin. & ff. de off. præsi. per totũ. de quorũ quolibet videamus. Villa in Francia idem est quod ciuitas, nos autem dicimus villas ædificia sine muris vel fossatis: quæ villa seu vici nullã habent iurisdictionẽ de iure cõmuni, sed subsunt alicui ciuitati: vt. C. de epis. & cle. l. nonnulli. §. fin. & de natu. lib. l. ij. & ff. ad munici. l. j. §. qui ex vico pro quo facit extra de senten. excommunica. §. si ciuitas. lib. vj. & quod ibi no. per Inno. & Ioan. And. Castrum dicitur quasi casa alta seu fortis & munita muris seu vallo: vt. l. quicunque castellorum, alias sedorum. de fun. li. libro vndecimo, & ff. ad leg. Iul. maiest. l. ij. & in dicto capitu. si ciuitas. & ista similiter non cõsueuerunt habere iurisdictionem de iure communi, sed sunt sicut vici. vt dictis iuribus est expressum, & C. de testamen. lege fina. habes tamen quosdam magistratus, qui ibi ponuntur à ciuitatibus, quibus subsunt. vt. C. de magistra. municipali. & ibi no. per Azo.

3 Istam gl. sequuntur ibi Barto. Bald. Pau. & Iason.

Prouinciæ appellatio ne quid veniat.

in summa. Ciuitas vero secundum vsum nostrum appellatur illa, quæ habet episcopum. ante tamen quam essent episcopi, erant ciuitates. & ciuitati competit potestas eligendi sibi de iure communi defensores qui habeant iurisdictionem: non autem merum imperiū vel

liæ [a] disceptationes [b] & dubia [c] sæpius oriuntur, an infidelis & rebellis [d] imperij quisquā reputari debeat: nisi prius per nostræ maiestatis sen

ministrum: vt in auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. Fallit in vrbe Romana: vt l.j. §. cū vrbē. ff. de off. pręfe. vrb. & in aliis quæ habent ex priuilegio vel ex consuetudine: vt. d. §. iusiurandum. & quia secundum canones episcopi debent ordinari in dictis locis, vbi sunt dicti officiales: vt lxxxvj. dist. c. j. ij. & iij. ideo insurrexit consuetudo, quod locus habens episcopum, sit ciuitas: tamen vere sine episcopo dicitur ciuitas, eo quod habet officiales prædictos & iurisdictionem. & sic patet, quod licet ex causa ciuitas priuetur episcopo, non tamen per hoc desinit esse ciuitas. Sed quid dices tu de castris, quæ sunt per Italiam, & habent dictas iurisdictiones: an dicemus quod sint ciuitates? Rñd. si constat, quod antiquitus fuerit ciuitas: licet postea episcopatū perdiderit, ciuitas est proprie: vt patet ex prædictis. Si hoc non constat, tunc aut talis iurisdictio fuit illi loco concessa vt ciuitati, aut simpliciter dicendo, tali terræ, vel tali communitati. Primo casu erit ciuitas: nam ciuitatem facit princeps eo ipso, quod sibi scribit vt ciuitati: vt not. per Inno. extra de offi. ordi. c. cum ab ecclesiarum. nam dicendo quod sit ciuitas, videtur sibi concedere omnia priuilegia ciuitatis. Arg. ff. de re iu. l. quidam consulebat. Secundo casu non erit ciuitas, sed castrum habens priuilegium ciuitatis: vt dicit. ff. de offi. eius cui manda est iurisdi. l.j. §.j. Tertio casu erit ciuitas: quia larga interpretatio est facienda in concessione huius beneficij: vt. l. fi. de constitu. prin. Prouincia vero secundum cano. distinguitur per archiepiscopatus: vt dictum est. quod qualiter de iure cōmuni seu ciuili intelligatur & procedat: dic quod quædam sunt ciuitates minores: vt communiter omnes, quæ habent iurisdictionem prædictam absque mero vel misto imperio. Aliquæ sunt ciuitates, quæ habent mistum imperium. Aliquæ sunt maximæ, quæ habent merum & mistum: vt ciuitas metropolitana. nec dico propter episcopatum: quia forum causarum est magnum, cui suberant multæ aliæ ciuitates: vt. ff. de excut. tut. l. si duas. §. si autem. & §. seq. Ista autem ciuitas metropolitana dicitur caput prouinciæ: vt. C. de metropo. l.j. lib. xj. vnde merito olim totum quod suberat metropolitano, dicebatur prouincia: sicut etiam hoc faciunt canonistæ: vt dictum est in prin. glo. & eodem modo vnus præsidatus dicitur prouincia: nam ei subsunt plures ciuitates: vt in omnibus legibus, quæ mentionem faciunt de præside prouinciæ, verum quia aliter factæ fuerunt diuisiones in temporalibus, & aliter in spiritualibus, reperitur quod in eadem prouincia sunt terræ diuersorum episcoporum seu episcopatuum: vt dicto. c. coram. & ibi no. Cum ergo à principe vel à iure fit appellatio prouinciarum, qualiter intelligatur vel accipiatur? Dic, quia quādoque fit appellatio prouinciæ eo respectu, quod fit sub vna iurisdictione: & tunc contingit, quod quælibet ciuitas habeat separatam iudisdictionem: nec est vnus præses, qui subsit: & sic quælibet ciuitas habetur pro prouincia: vt. C. de præscrip. lon. temp. & l. fi. & ibi not. Quandoque appellatio prouinciæ fit eo respectu, quod maior est instantia quando extra prouinciam, quam quando in prouincia: & tunc serua quod not. in d. c. coram. extra de electi. vbi existens in dicta prouincia si est multum à remotis, habetur perinde ac si esset extra. & eodem modo existens extra si est multum de propinquo habetur perinde ac si esset intra. sic intelligitur. C. de dila. l.j. & sic sentit. Ioan. And. extra. de testi. c. vltra tertiam. Quandoque appellatio prouinciæ fit alio respectu: vt quia legatus mittitur in talem prouinciam, vt aliquid concedatur hominibus talis prouinciæ: & tūc talis appellatio debet intelligi secundum vulgarem & communem appellationem prouinciæ: vt in Lombardia, Tuscia, Marchia, & similibus. casus est hic, & ita tenet Odoff. in. l. fi. & Cy. ibidem, & Host. & Ioā. An. in d. c. vltra tertiam. De diuisione & vnione ciuitatis & prouinciæ dixi in d. l. C. de metropol. lib. xj. Item an homines alicuius prouincię dicantur ex origine, sicut cōtingit in ciuitate, tāgitur. ff. de ver. sig. l. si prouinciales. & ibi dixi: & plenius in libello repræsaliarum. Regnorum vero diuisio, item aliarum partium, per quas fit distinctio linguarum, per se patet &c.

Ciuitas sine episcopo esse potest.

Ciuitates in multiplici sunt differentia.

Prouinciæ appellatione qd contineatur.

a Italiæ. Est nomen significans totam linguam latinam, quæ distinguitur in multas prouincias, vt hic patet: licet Italia quandoque dicatur prouincia: vt. C. sine censu vel reli. l. fi. & de sacrosan. eccle. authē. cassa.

Italię appellatione omnis lingua latina cōtinetur.

b Disceptationes. inter plures adinuicem.

c Dubia. aliquando inter seipsos vel adinuicem, vt cesset inculcatio verborum.

d Rebellis [1] id est infidelis ea infidelitate generali, quæ inducit rebellionem. nam sciendum est, quod hæc dictio, infidelis, generalis est vt comprehendat etiā eū, qui modicæ rei principi furtum fecerit: de qua infidelitate non loquitur hic. sicut enim principi debetur omnis fidelitas: vt. s. l. proxi. in prin. ita omnis deuiatio à fidelitate est infidelitas. facit. x. coll. de stat. contra. lib. eccle. in prin. Quædam est infidelitas vero animo, quæ cadit in modum proditionis: & istud est nomen generale comprehendens omnes, qui stant sicut subditi & inter subditos corpore; mente tamen cum hostibus & inimicis, nuntiando eis secreta & similia: vt ff. de re mili. l. omne delictum. §. exploratores. & l. proditores. comprehendit etiam eos, qui cum essent subditi, expresse rebellant principi transfugiendo se in hostes: vt dicta. l. proditores. & ibi nota. & de capi. di. l. amissione. §. qui deficiunt. & hoc modo sumpto vocabulo vocantur rebelles: quo vocabulo antiqui legum conditores non vtebantur & ideo facta est hæc constitutio ad hoc declarandum. Item nota, [2] quod proditorie dicitur aliquid fieri, quando fingo me amicū tuum, & tracto te tanquam inimicum. & sic vnum ostendo corpore, aliud sum animo: vt. ff. de iis, qui notant. infa. l. athletas. §. penultimo. & de præuarica. l. prima. tunc tamen incidit [3] in crimen proditionis, quando fit contra principem vel contra rempublicam vt. d. §. exploratores. & lege, proditores. & ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. primo. Sed quando committitur contra priuatum, non dicitur proditor principaliter & per se: sed crimen aliud factum proditorie: vt homicidium factum proditorie, vel quid simile: vt. d. lege, athletas. §. j. de iis, qui not. infa. & lege prima de præuaricatori. Item nota quod aliud est esse rebellem imperij: aliud est esse in banno imperij primum. s. rebellio est mortale: vt hac. l. nec potest remitti, nisi ex mera gratia. Secundum scilicet bannum est medicinale: quia remittitur purgata contumacia, seu facta satisfactione. C. de epi. & cle. auth. item nulla. & authē. item quæcunque. & sic videtur, quod quatenus excommunicatio remouet quem ab officiis ecclesiæ, eatenus bannum à beneficiis imperij: vt dictis iuribus. & tangitur per Guli. in dicta auth. item quæcunque. fac extra de sen. excom. c. cum medicinalis. lib. vj. facit. ff. de requi. re. l. j. vbi glo. illam annotationem appellat bannum, & est medicinale: quia cum venit intra annum, recuperat statum. secundum vero statuta & consuetudines locorum quenquam esse bannitum habet diuersos effectus: de quo aliqd. j. dicā in gl. magna.

[1] Rebellis prouocat in se iram & vindictā, & dicit Bal. in l.j. vj. col. ver. v. opponi. C. de ser. fug.

[2] Idē Bal. in c.j. qui. mo. feud. amitta. & Bart. in l.j. ff. ad le. Iu. maiest.

[3] Idē Bar. in l.j. ff. de præuari.

Condemna

a Condemnatus. hic nullum fuit dubium: nam per sententiam transit in notorium iuris: quod pro veritate habetur: vt.l.res iudicata.ff.de re iudi. Item si imperator aliquibus indiceret bellum: vt.l. hostes. ff. de capti. & de capi.dimi.l.amissione.§.qui deficiunt.

tentiam condemnatus a appareat: nos b attendentes, quòd acta praua malorum potius c, quã verba sententiarum ipsos faciunt pœna condignos: & eoipso, quòd quis peccat, correctionem meretur d: & quantò plus differtur punitio, tantò amplius culpa crescit e, & gentibus perniciosius in exemplum transit f: Tenore g præsentium declaramus h, decernimus i, & pronũciamus k, quòd illi omnes l & singuli sunt rebelles & infideles nostri imperij m, qui quomodocũque publicè vel

b Et nos. hæc est secunda pars huius secundæ constitutionis.

c Potius. electiue accipit: quia solum propter actum efficitur quis pœna dignus: per sententiam nullo modo, sed factus declarat: vt.l.j. C. ad Turp. facit pro Mart. in eo quod nota.ff.de infa. le. furti. & ff. eo.l.athletas. §. fin. nam ex eo quod condemnatus est, habetur pro veritate, quia ita sit: nec potest dici decætero sic non esse: vt ibi not.

d Meretur non dicit obligatur. nam istæ pœnæ, quæ vindictam publicam imponunt, non iure obligationis, sed officio iudicis imponuntur: vt instit. de iniur. §.pen. Item non per actionem, sed per accusationem imponuntur: vt insti.de pub.iudi.in princ.

e Crescit. sic extra de consuetudine.c.cum tanto. Sed contra ff.de pœ.l.si diutino. Solu. intrinsecus culpa crescit, & maiorem pœnam quo ad deum meretur: vt d. c.cum tanto. sed in foro ciuili. si quidem actus extrinsecus delicti habet causam continuam, vt esse in rebellione, semper crescit culpa, vt hic: sic in fugitiuo & desertore: vt no. in l. contraria. licet autem culpa crescat in casu huius. l. non potest crescere pœna temporalis: quia pro primo actu debetur ita magna, quod nulla maior esse potest: vt.j.dicetur. facit quod not.ff.de fur. l.vulgaris.in princ. & ibi dixi. si verò actus extrinsecus criminis reiterationem non recipit, vt homicidium: tũc ex diuturnitate temporis pœna minoratur: vt.d.l.si diutino.

Sequuntur Bar. & Bald.

f Transit. sic maleficia fieri, malum est propter exemplum aliorum: vt hic, & ff.de sica.l.iij.§.sed & senatusconsultum. & de pœn.l.si quis aliquid.§.qui abortionis aut &c. cum suis concor. Item pœnas inferri bonũ est propter exemplum: vt vnius pœna sit exemplum seu metus multorum: vt.ff.de pœn.l.aut facta.§.fi.& ad leg.Iul.repe.l.j.& de preci.impe. offe. l. j. & licet istæ rationes concludant in omni delicto: tamen ista lex non est extendenda nisi ad istud crimen rebellionis. Non enim corriguntur leges antiquæ, quæ requirunt sententiam ex indentitate rationis, nisi quatenus in illa noua exprimitur: vt. C. de appel. l. præcipimus. in fin. facit quod not. C. de sacrosan. eccle. auth. quas actiones, & quod not. ff. de dona.cau.mor.lege, tam is.§.j.

g Tenore. tertia pars, in qua ponit statutum. ad cuius intelligentiam sciendum est, quod rebellare idẽ est quod resistere secundum Hug. C.de desertori.l.ij. libr. xij. & hoc resistere potest fieri faciendo aliquid contra, vel non faciendo, & non obediendo, vel vtranque vocabuli significationem continet: vt extra de offic. deleg.c.sane. licet hoc nomine rebellis iura antiqua nõ vtantur. Sed si aliquis rebellat mutando locum, hoc est recedendo de terris subiectis, & eundo ad hostes: talis vocatur transfuga: vt.ff. de pœ.l. si quis aliquid. §. transfugæ. & de cap. & postlim.re.le.postliminium.§. transfugæ. & si filius. & de re mili.le.proditores. cum simi. Quandoque rebellant retinendo locum in quo stabant sub principis obedientia: & isti de iure ciuili antiquo non habebant speciale nomen, sed vocabantur illi qui deficiunt: vt leg.amissione.§. qui deficiunt. de capi. di. & isti siquidem rebellabant faciendo bellum principi, tanquam hostes ipso iure puniebantur, & perdebant ea, quæ iuris ciuilis sunt: vt ibi. Sed quia hoc rebellare potest publice fieri & occulte, & ibi nõ declaratur: ideo hæc lex declarat. & hoc in primo capite huius legis dũ dicit de iis, qui infidelitatis rebelliõis opera faciũt: & sic faciẽdo delinquũt. Sed si aliquis solũ rebellasset non obediẽdo principi, vel non receptando gẽtem suam: non puniebatur ipso iure: nec perdebat ea, q̃ iuris ciuilis erant, nisi princeps vel senatus indiceret: vt d.l.amissione. & in hoc suppletur a per hanc leg. nam quocunque modo machinatur aliquis contra principis honorem rebellando, est rebellis. & hoc in secundo capite huius legis ibi, in nostram vel imperij &c. Itẽ posset dubitari, si aliquis fatetur se subditum imperio, sed rebellat odio personæ imperatoris, an dicitur rebellis imperij. & hoc declaratur in l.amissione. & declaratur hic quod sic. & hoc est commune ad primum & secundum caput. declaratur etiam hoc in secundo capite huius legis de his, qui rebellant cõtra officiales. potest etiam dici, quod totum sit vnum capitulum continens omnia prædicta: & idem est sensus. & sic hæc .l. directo tendit ad declarandum. l. amissionem. §.qui deficiunt.de cap.di. & hoc nomen rebellare, in hoc significato in diuina scriptura sumitur in multis locis. iij. Reg. xvj. ca. iiij. Reg. xvij.ca. xviij. & xix. & sic per hanc legem nouam habemus quinque nominis impositiones: quia tales vocantur rebelles secundum declarationem eius quod dixit publice vel occulte. tertiam quandam prouisionem nouam. s. vt dicantur rebelles, & si opera hostilia non faciant, sed solum si non obediant. quartam declarationem facit contra personam principis tantum. quintam declarationem facit contra officiales eius. Sed quæro, in quo differt hoc nomen rebellionis ab eo, quod antiqui dicebant perduelles, quos nos vocamus hostes: vt leg. quos nos. de verbo. signifi. Respon. illud nomen quo ad quid generalius est: nam competit etiam his, qui non consueuerunt esse sub obedientia, qui indixerunt nobis bellum, vel nos eis: vt. ff. de capti. lege, hostes. sed hoc nomen rebellionis proprie conuenit his, qui defecerunt, cum essent subditi: vt leg. amissione. §. qui deficiunt. & not. in gloss. parua super verbo, hostes.

a Idẽ Bar. & Angel. in l. hostes. ff. de verb. signif.

h Declaramus. refert se ad tria, de quibus poterat dubitari. s. an occulte, an contra personam tantum, an contra officiales tantum.

i Decernimus. ad id quod de nouo induxit, refertur, scilicet de non obedientibus: sed opera hostilia non faciunt.

k Pronunciamus. ad id quod de nouo induxit, refertur, scilicet de iis, qui opera hostilia faciunt.

l Omnes. collectiuum est: vt.ff. de arbi.l. non distinguemus. §.cum in plures. & nota. de leg.ij.l. si pluribus. sed in singulari est nomen distributiuum, vt not. in l.iij.ff. de sta. ho. hic ergo quia collectiue ponitur, comprehendit ciuitates, collegia, & vniuersitates, & in hoc incidenter facit lex proxima. comprehendit etiam singulares res & personas per hoc quod dicit, & singuli.

m Nostri imperij. non potest ergo dicere quis, quod est rebellis imperij & nõ imperatoris, vel econtra. & hoc patet, quia hæc rebellio morte principis nõ finit.

Occulte

Occultum dicitur, quod non potest videri. facit ad hoc cap. vt nostrum. vt eccl. bene. in Spec. de noto. crimin. §. vj. Itē occultum dicitur secretū. xxxij. distin. erubescant. de simo. tua nos.

a Occulte [1]. vt si aliqua ciuitas Tusciæ principe incipiente intrare Lombardiam mittit stipendiarios ad aliquam terram vel dominum rebellem, & fingit eos non esse suos stipendiarios cassando eos ficte. vel mittit gentem alicui, vt ipse possit contra principem habilius mittere gentem suam: vel faciunt ligam, vel societatem inuicem ad eorum defensionem: vt consueuerunt facere isti Perusini Florentini: & etiam tyranni Lombardiæ, & hoc exprimunt, & aliud in veritate agunt [2]. Sed sciendum est, quod tales colligationes ciuitatum inuicē seu cum dominis prohibitæ, sunt ipso iure nullæ: vt. x. col. de pace fir. §. conuenticula. quod intelligo principe existente in partibus, vel eo existente ad eorum defensionem: sed principe absente non puto prohibitas tales societates seu colligationes ad defendendum se ab oppressionibus tyrannorum vel malarum societatum, quæ sæpe insurgunt in Italia ad deprædandum alios. fit enim ad iustitiam seruandam: ergo debet valere, vt not. ff. quod cuiusque vni. lege prima in principio.

2 Istud est signū proditionis. Bald. in c. j. qui. mo. feud. amit. in vsi. feu.

occulte [a] contra nostrum honorem [b] & fidelitatem rebellionis opera faciunt [c]; & [d] contra nostri [e] imperij [f] prosperitatem aliquid machinantur [g] contra nos seu officiales nostros, in iis, quæ ad cōmissum eius officiū pertinent, rebellando [h].

b Nostrum honorem. scilicet personæ vel imperij: vt infra patet.

c Faciunt. loquitur ergo de ea rebellione, quæ in faciendo consistit. vt in conferendo se in numerum hostium: insequendo principem & gentem eius.

d Et incipit secundum capitulum.

e Nostri. i. propriæ personæ Imperatoris.

f Imperij. & sic dignitas &c.

g Machinantur. i. aliquid dolose ordinant: cum machinatio proprie consistat in arte verborum: vt. ff. de dol. l. j. §. j. & ibi no. vt faciendo inter se ligam & societates prohibitas sub aliquo colore licito: vt ff. de extraor. cri. l. ij. Vel pone, quod adueniente imperatore vel eius nuntio volente ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus imperij tam ibi quam alibi, aliqui respondent, quod intromittere eum vel gentem eius est periculosum statui eorum: & sic tenēt eum in verbis. & sic labitur tempus quo multa posset facere pro imperij prosperitate. Istæ sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deueniat, ista machinatio secuta inobedientia, facit eos rebelles.

3 De hac materia vide per Bal. in l. nihil. C. de manumiss. vindicta. circa fin. in verbo, & not. ex hac l.

h Rebellando [3]. resistendo vel non obediendo: licet ipsi guerram non inferant: vt dictum est. Et aduertendum est, quod in illo qui rebellat contra principem, hæc constitutio loquitur simpliciter, quasi contra eum non possit esse aliqua iusta causa resistendi: quod intellige de subditis imperij, non de iis qui sunt de terris ecclesiæ. In eo vero, quod loquitur in eo qui rebellat contra officiales suos, loquitur limitatiue. s. in his quæ ad commissum eis officium pertinent. & hoc quia si vltra fecerent, posset eis legitime resisti: vt. C. de iure fisc. l. prohibitum. lib. x. & de meta. l. deuotum. libr. xij. & intellige, quando rebellat pro his, quæ petuntur pro statu imperij: secus si aliqua singularis persona conueniretur coram principe vel eius iudice aliqua causa ciuili vel criminali ad petitionem alterius, vel esset contumax, aut alio modo resisteret: tunc enim licet largo modo dicatur rebellis: vt. d. c. sane. de offic. dele. tamen propter hoc non dicitur rebellis imperij, nec incidit in hanc constitutionem: quia non rebellat contra prosperitatem imperatoris vel imperij principaliter: quod in hac constitutione requiritur: vt patet in text. sed in damnum aduersarij cum quo litigat: quod patet: quia contra talem contumacem non proceditur, nisi parte petente: vt. ff. de iudi. l. ad peremptoriū. C. de iud. l. properādū. C. quō & quādo iudex. auth. qui semel. Sed an hæc cōstitutio habet locū cōtra eum qui rebellat cōtra aliquem regē vel principem, vel contra aliquam propriam ciuitatem: quod videtur: quia hic dicitur contra officiales nostros. sed omnes prædicti possunt dici officiales imperatoris: quia vel ab eo habent iurisdictionem ex constitutione, vel concessione, vel longa consuetudine, quæ vim constitutionis habet: vt. ff. de aqua plu. arcē. l. j. §. fi. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc. iur. §. ductus aquæ. contrarium dico: nam tunc non fit contra prosperitatē principis vel imperij principaliter: licet ex istis defensionibus & rebellionibus respubli. lædatur. casus est. ff. de cap. l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. Et quod hic dicitur de officialibus imperatoris, intelligitur de his qui principaliter ac directo pro eo sunt legati & vicarij imperatoris: vt. C. de eo qui vicem alterius gerit. l. ij. & ff. de leg. iij. l. j. §. deportatos. & §. sequen. reges vero & ciuitates esto q habent iurisdictionem à principe: tamen eam exercent principaliter propter se, non propter principē. & sic cessat hæc constitutio, quæ specialiter loquitur in his qui machinantur contra personam principis, vel eius officiales, vel imperij vtilitatem: sed habet locū ius antiquū. s. l. amissione. §. qui deficiūt. ff. de capi. di. quæ generaliter loquitur de iis, qui deficiūt à iurisdictione eorū, sub quorū imperio sunt. & dicā in tractatu de bānitis nostri temporis [4]. Sed quid si aliquis rebellat cōtra rectores per Romanā ecclesiā positos in partibus Italiæ: puto huic constitutioni locū fore. Cum enim imperiū sit ecclesiæ: vt. s̄. dixi in l. proxi. circa prin. apparet, q rebellat cōtra prosperitatē imperij: pro quo facit, q Canonistæ in talibus imitantur leges: vt extra de ope. no. nun. c. j. Quid si aliquis homo de terris ecclesiæ aliquid faciat cōtra principē de his quæ ad rebellionē pertinent: an rebellis est & in crimē læsæ maiestatis incidat? Henri. imp. huius. l. author determinauit q sic, condēnādo de hoc Robertū regē: vt extra de re iudi. c. pastoralis. in cle. sed Papa. ibi in §. rursus. determinauit cōtrarium, dicens eū qui est de terris ecclesiæ rōne originis & domicilij: nō posse dictū crimē cōmittere in imperatorē, & propter hoc cassauit imperatoris sententiā cōtra regē Robertū latā. mihi vtriusque sentētia videt esse vera. nā dicta verba, cōmisit crimē læsæ maiestatis in eū, pn̄t intelligi sic: in eū. i. in ipsius principis maiestatē: & tūc est vera sententia papæ. nā cū nō sit subditus maiestati imperiali, nō debebat sibi illas fidelitates, quæ dicuntur s̄. l. proxi. circa prin. nec eū tenet reuereri: sed quo ad eū liber est, & nō dicitur directo in eius maiestatem committere: vt ibi, facit. ff. de cap. l. non dubito. Secūdo pn̄t intelligi dicta verba, q cōmisit crimē læsæ maiestatis. s. papalis cui subditus est: & hoc crimē committit in eū. s. principē: vt sic nō directo, sed per quādā cōsequētiā læserit maiestatē papæ: & tūc vera est sn̄ia imperatoris. Nā imperator est fidelis & fidatus à papa, & ab eo coronatus. si ergo offendit cōfidatū à principe, incidit in crimē læsæ maiestatis principis: vt. ff. ad le. Iul. maie. l. j. in prin. Sed quia hoc imperator in sua sn̄ia nō espressit: & sic nō fuit expressa maiestas, q̄ læsa fuerat: fuit intelligendū de maie. imperatoris. vnde fuit cassa sentētia sua. vnde papa multū pōderat illa verba læsæ maiestatis in ipsum. q. suā nō dicit lædere, sed alterius maiestatē nō negat. & hoc de crimine læsæ maiestatis. An aūt sit rebellis? Videt q nō: quia nō est subditus: vt dixi. in cōtrariū videt in dicta cle. pastoralis. in prin. vbi imperator appellat regē Robertū hostē, & rebellē: q̄a subditus est rōne comitatus puinciæ quē tenebat ab imperio. & nuper Aloisius rex dicti regis Roberti successor per suos legitimos nūtios dn̄o imperatori nostro pro dicto comitatu fidelitatē iurauit in ciuitate Pisarū me p̄sente. Sed an cōtra hoiem de terris eccl'iæ sic delinquētē possit imperator vel habēs

Consuetudo lōga vim constitutionis habet.

4 Idem Sali. in l. j. C. ad leg. Iu. maiest.

Imperator est fidelis & fidatus Papæ.

Istam gl. sequuntur ibi Bald. Cy. & Sal.

authori.

authoritatē ab eo procedere ꝙ videtur: quia homines ecclesiæ sunt imperij fœderati, ergo apud eos possunt fieri rei, & in eos animaduerti. l. non dubito. in fi. ff. de cap. maximè cum coram eo forum sortiantur ratione delicti commissi in immittendo gentes contra principem ad terras imperij. & sic imperator fecit contra dictum regem Robertum, sed papa determinauit cōtrarium: nisi sit inuentus, vel ad eū ex morte remissus: vt dict. cle. pastoralis. §. nos quoq; ibi, sed si punitio. Sed certè verum est, ꝙ de isto crimine qđ est capitale, nō posset de iure communi puniri, nisi præsens esset, & illud considerauit illa decreta. nec obst. s̄. l. proxi. quia ista fuit facta post coronationē Imperatoris prædicti: vnde ecclesia non admittit illā legem in præiudicium subditorū suorum, & sic videtur iniisse fœdus cum eo, ꝙ contra homines ecclesiæ leges grauiores non imponat: vnde ratio illius capituli non habet locum in hominibus imperij vel alterius regni, sed solum in hominibus ecclesiæ. Quod no. pro ciuitatibus, quæ inuicem confœderantur æquali vel inæquali fœdere: vt d. l. nō dubito. de capt. nam si actum est vt inuicem se tractēt, vt ciues in ciuilibus & criminalibus, intelligitur vt vnus contra alios grauiores leges non faciat: quia tūc errant, quia in societate inspicitur conditio sociorum tempore contractæ societatis: vt insti. de so. §. fin. & ff. pro soc. l. socius socio. & fami. ercis. l. hęres. §. non tantum. & ibi not. De pœna verò rebelliū, dic quod quædam infligitur ipso iure: quia perdunt omnia quæ iuris ciuilis sunt: vt d. l. amissione de capi. dimi. Alia pœna potest infligi eis à quolibet homine. nam possunt impunè occidi: vt ff. ad leg. Corn. de sica. l. iij. §. fina. & de re milit. l. proditores. & possunt captiui detineri vt serui: vt ff. de acqui. rer. domi. l. transfuga. Tertia pœna imponitur: quia potest talem dānare, vt capite puniatur: vt ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. transfugæ. ꝙ intelligitur, vt ibi not. circa prin. quia cum talem pœnam ipso iure incurrant, peti posset pronuntiari talem esse rebellem, puto ꝙ sic. arg. ff. de iud. l. qui se dicit. & est expressum in d. c. pastoralis. vbi Imperator pronūtiauit regem Robertū esse rebellem, & eodē modo qui se putaret esse de tali crimine infamatum, posset petere se pronuntiari non esse talē. ar. C. de ingen. ma. l. diffamari. facit ꝙ dicimus, ꝙ principaliter potest peti vt de ætate pronuntietur: vt ff. de min. l. de ætate. secundū vnam lecturam. & de fer. l. ij. & ibi not. vt ætates probentur. C. de proba. l. cum te. Item hoc posset fieri ciuiliter agendo: nam sicut ciuitas posset vendicare suum ciuem, eadem ratione ciuis potest dicere se ciuem ciuitatis illius, & sic per consequens non rebellem: vt ff. ad muni. l. de iure. & no. de rei ven. l. j. §. per hanc. Itē quæro quid de dominio bonorū? Resp. illud si est directū, est de iure gen. ergo retinet. sed si haberet vtile dominium, illud nō retineret sub isto nomine: quoniā puto hoc à iure ciuili inductū, sed quia hoc idē sonat, ꝙ effectus dominij: vt no. C. de bo. ma. auth. ideo. nec puto ꝙ hic retineat sicut directū: quia hic effectus dominij est de iure gen. ar. inst. de vsu. & ha. §. fi. vbi dicitur vsum & similia quæ sunt de effectu dominij, esse de iure gen. sed licet retineantur, nec publica efficiantur, tamen occupanti conceduntur. Casus est in l. transfuga. de acqui. rer. do. si enim potest occidi persona, & capi & haberi, vt seruus: multò magis res. sed puto, ꝙ si sequeretur condēnatio per iudicem, & sic condemnaretur crimine læsæ maiestatis: quia tunc omnia publicarentur hodie per l. pe. & fi. C. ad leg. Iul. maie. Itē quid de iurisdictionibus, quas haberet talis rebellis? Resp. [1] iurisdictio est iuris ciuilis: quia de iure publico introducta est: vt no. ff. de iurisd. omn. iudi. l. j. facit de origi. iur. l. ij. §. pe. origo enim fuit de iure gentium, quo etiā fuerunt reges: vt l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. sed quia circa iurisdictionem multa sunt addita: ideo dicit de iure ciuili: vt l. ius ciuile. ff. de insti. & iu. & licet in eum qui est rebellis, non cadat iurisdictio tanquam ius quoddam à iure ciuili inductum, remanet tamen quædam potestas regia de iure gentium. & ideo Imperator (vt in illo c. pastoralis) priuauit Regem Robertum iurisdictione & dignitatibus, quasi non esset ipso iure priuatus, vel quia licet esset, est etiam ipso iure priuatus: tamen donec toleratur, valent gesta per eum: vt l. barbarius. v. de offic. præsid. & C. de sent. l. si arbiter. & ideo Imperator in dicta sententia expressè priuauit: nec dicit ipso iure priuetur, & tacitè vult hoc fieri expressè per id ꝙ dicitur. ff. si pen. app. mors interue. l. j. vbi bona fuerunt publicata expressè, tamē vbi tacitè inerat. Vel dic ꝙ Imperator econtra regem ideo expressè priuauit: quia illas iurisdictiones habebat in terris ecclesiæ, & ab ecclesia non erat ipso iure priuatus: priuauit autem eum per sententiam, sed ecclesia istud non admisit, vt statim dicam, licet etiam precedentia vera sint. Item quid de obligationibus & promissionibus factis his rebellibus? Resp. si quidem sunt iuris ciuilis, ipso iure perdunt: si iuris gentiū, tunc ea non perdunt, vt dictum est, sed in aliquibus promittens ipso iure non tenetur: vt si esset debitor fidelitatis. Nam tunc cum esset rebellis, ei obedire non tenetur. non tanquam liberatus per rebellionem, sed tanquam ab ipso initio in ipsa promissione cōditionata sit conditio, vt non sit rebellis superiori, & ita intelligo. x. col. hic finitur lex. c. j. & ꝙ ibi not. facit. ff. de legat. j. l. quid ergo. §. si hæres. & de verb. oblig. l. qui seruū. Sed dominus Imperator contra dictum Robertum regem expresse priuationis sententiā promulgauit: vt d. c. pastoralis. §. iubendo etiam. sed hoc facit vel quia prædicta erant in terris ecclesiæ, vel in aliis causis pręallegatis. Sed cum perdant ea, quæ sunt iuris ciuilis, quid de his, quæ habent à iure canonico seu à summo pontifice? Resp. [2] quoddam ius est super ius ciuile, quoddam infra ius ciuile, quoddam æquale illi. primo casu per solam rebellionem non perditur, vt ius naturale vel gent. ea enim retinet: vt d. l. amissione. ff. de capi. di. sed per sententiam potest quis priuari eo: vt patet in damnato ad mortem: quia ipsa sentētia priuatur ciuitate & libertate: quæ est naturalis facultas: vt ff. de stat. hom. l. libertas. & eodem modo dico de his, quæ quis habet à summo pontifice. Nam ea sola rebellione non perdit: nā eius authoritas super ius ciuile est, sed per sententiam legitimè latam posset quis illo iure priuari etiam à iudice seculari, de laicis verò loquor: vnde si Imperator protulisset sententiam contra dictum regem præsentem valuisset; vt d. c. pastoralis. ibi, quod si punitio &c. tamen quia in absentem [3] protulit, non valuit. vt dictum est. De eo verò iure quod est infra ius ciuile, vt sunt propria ciuitatum & aliorum dominorum sub imperio constitutorum; illa sine dubio perdit. Illa enim iura cum authoritate principis sint facta, ipsius iura esse videntur: vt C. de vete. iu. enucle. l. j. §. omnia. & est expressum. x. collat. hic finitur lex Corrad. dict. c. j. De eo verò iure, quod est æquale iuri nostro ciuili, exemplum poni non potest de iure: cum Imperatoris omnia sint, exceptis his, quæ habet ecclesia, vt dictum est. s̄. titul. proximo, circa princip. Sed præsuppono prout de facto obseruatur quod aliqui reges vel populi non recognoscunt Imperatorem in dominum: tamen dicendum est quod illa iura non perdit rebellis ex sua rebellione: nam ex hoc perdunt iura ciuilia, scilicet ciuium Romanorum: vt institut. quibus modis ius patriæ potesta. soluitur. §. cum autem iura ciuilia extraneorum. Ex prædictis patet determinatio quæstionis de exbannitis nostri temporis, dico enim quod illi, qui ex forma statuti possunt impunè offendi, dicūtur hostes rebelles ciuitatis: quod patet, quando per legem ciuitatis contra eos indictum est bellum: vt dicta l. amissione. in gloss. super verbo, relegati. & ideo perdunt iura ciuilia illius ciuitatis: non iura ciuilia Romano. quæ sunt supra iura aliarum ciuitatum, quæ sunt æqualia, sicut exbanniti

& con

Rebellium pœna.

Regum & iurisdictionis origo est de iure gentium.

[1] Idē Bar. Bald. Pau. & Ia. in l. ex hoc iure in glos. alleg.

[2] Idē Bal. in l. fin. C. si cont. ius vel vtili. pub. & l. j. de iure annul. aureo. Iuriū multiplicitas. Ius naturale vel gentium non nisi per sententiam amittūtur.

[3] Vide de hac materia Rap. in tit. C. quomodo & quando iudex. per gloss. in l. properandum. §. sin autem alterutra. de iudi.

& condēnati ab imperatore non perdunt ea, quæ sunt iuris ciuilis papalis. & sic est casus in d. ca. pastoralis. Sed dices tu, illud verum est in terris ecclesiæ: sed in terris imperij videtur ibi casus in contrarium. Nam imperator credit illum regem posse priuari illo iure, quod habebat à superiore: ergo idem sentit ab eo, qui est inferior eo. Sed cōtradico: nam imperator cognoscens, quod eo ipso, ꝙ rebellis & hostis suꝰ non perdit ea, quæ habet à superiore: & ideo exp̄sse sententiā priuationis protulit: sic patet quod eo ipso, ꝙ exbannitus & hostis vnius ciuitatis est, non perdit ea quæ sunt in ciuitate Romana. casus est. ff. de capti. & postlim. reuer. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. Sed si ciuitas vellet hoc expresse facere per suam legem, vt suum effectum porrigat ad ea quæ sunt extra territoriū: dixi plenè in repetitione. l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fid. cathol. & hanc materiā plenè tractaui in quæstione, quā de hoc disputaui: quæ incipit, Lucanæ ciuitatis statuto &c. Circa secundum: scilicet de pœna, quæ potest infligi à quolibet homine, quæritur an eum qui est rebellis occultè liceat * occidere? Et dic quod sic. nam ipso facto hanc pœnam incurrit: vt hic, & in iudicio quo proceditur de homicidio, liquidabitur, an fuerit rebellis. ar. ff. de oper. no. nuntia. l. de pupillo. §. si quis riuos. ver. toties. Item an istæ pœnæ cadant in rebellem ciuitatem? Rn̄. quædā sunt ciuitates, quæ per vim occupantur ab aliquo tyranno hoste imperij: & istæ propriè nō dicuntur rebelles, licet dicuntur ciuitates captiuæ: quæ si recuperantur, dicuntur redditæ ad pristinam libertatem: vt C. de offic. præfe. prætor. Aphri. l. j. in prin. quędam proprio motu ciuium, vel maioris partis rebellant: & istæ sunt propriè rebelles: in quibus quantum ad amissionem iurium & iurisdictionis dicendum est idem, quod in priuato. Quātum ad pœnam inferendam per hominem priuatum, dicendum est, quod quilibet potest in eius ciuitate & territorio capere, prædari, & comburere, & similia facere, quæ consueuerunt fieri his, contra quos bellum habemus: vt l. iij. in fi. ff. de acqui. re. domi. Sed si capiatur vna ciuitas cuius populus sit rebellis: an populus efficiatur seruus, sicut vnus priuatus captus? Respond. non, imo libertatem recipiunt. in authē. de hære. & falc. in princ. & ibi no. in glo. super verbo, antiqua. & ibi per Iaco. de bel. Item an iurisdictio erit priuati capientis? Respon[a]. non: cum iure antiquo illam ante iam perdidit: & sic est principis: & sic tunc cum occupatur, non habet iurisdict. Item an priuatus qui capit ciuitatem, poterit eam destruere, vel homines inde expellere, patebit statim. De pœna verò inferenda per sententiam iudicis dico, quod nullus potest condemnare ciuitatem subiiciendam aratro, nisi solus princeps. Nam licet domus particulares sint priuatorum, ipsa ciuitas vniuersaliter considerata est principis. similiter & palatia pulchra ciuitatum. x. col. quæ sint regalia. capitu. j. non poterit ergo destrui ciuitas, quæ principis est, absque eius voluntate. Item si non licet destruere ciuitatem, nec alia ædificia per quæ vrbs deformatur ruinis. ff. de lega. j. l. cætera. §. hoc senatus. & C. de ædific. priuat. l. ij. multò minus nec tota ciuitas. Item si non licet contra decuriones ciuitatis ferre sentētiam mortis principe inconsulto: vt ff. de pœn. l. moris. §. iste ferè. multò minus licebit contra ciuitatem, sicut Troia & Carthago passæ sunt aratum ex præcepto eius, qui tenebat imperium: vt ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. si vsusfructus ciuitati. Dico etiam, quod potest cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliam se transferre: quod solus princeps potest. argum. C. de iure fisci. l. certa forma. libr. x. sed relegare ex causa potest præses vel alius prætor vel rector: vt ff. de offi. præfe. vrb. l. j. §. fin.

Rebellem an occulte occidere licet.

* In hanc quæstionē vide Ale. in cōsi. cij. incip. videtur prima consideratione.

[a] Idē Bar. in leg. tutelas. ff. de capit. dimin.

[a] Idē Bal. & Pau. in d. §. in ciuilibus. s̄. in glo. alleg.

Nulli[a] ergo omnino hominum liceat hanc paginā declarationis & pronūciationis infringere[b], vel ausu temerario[c] cōtraire[d]. Si quis autē hoc attētare[e] præsumpserit, indignationē[f] nostram & pœnam mille[g] librarum nostræ cameræ soluendarum se nouerit incursurum. Data[h] Pisis iiij. Nonas Aprilis, regni nostri anno v. M. cccxij.

[a] Nulli. Quarta pars in qua punit impugnantes constitutionē. & quod dicit nulli, intellige priuato, vel in quauis dignitate posito, etiam si vicarius fuerit imperatoris, nisi hoc habuerit expresse in mādatis. hoc enim innuit dictio omnino, quæ sequitur. q. d. sine distinctione personarū: vt ff. ꝙ me. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus. in glo. super verbo, omnino. & de fideiuss. l. græcè. §. illud. & ibi per Dyn. & de dictione penitus, vide quod ponitur: C. de vsur. rei iudi. l. fi. ij. respon.

[b] Infringere. id est retractare directo: vel per malitiosam interpretationem facere: vt C. de leg. l. ij.

[c] Temerario. ex hoc patet, ꝙ si ex facilitate absque dolo hoc fecerit, non incidit in hanc pœnam: vt ff. ad Turpil. l. j. §. quæri potest.

[d] Contraire. vel contra dissimulando vel audiendo allegationes contra hanc legem: vt C. de lega. l. ij. & de sacrosanc. eccles. l. j.

[e] Attentare. & sic non requiritur, quod ad effectum perduxerit. quod plenè dic, vt C. de episco. & cleri. l. si quis non dicam rapere &c.

[f] Indignationem. huius verbi nullum effectum inuenio, nisi quatenus verbum sonat: quia imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosum.

[g] Mille librarum. alias punitur alia pœna. C. de leg. l. ij. in fi. & de sacrosanc. eccle. l. placet. & dic vt ibi per doct. Et sic not. pro ciuitatibus quæ quandoq; faciunt statuta, & pœnam imponunt iudici cōtra iudicāti, & aduersario & aduocato contra * alleganti: nam valet talis adiectio pœnæ, si statutum illud validū sit: vt hic, cum si. sed si esset inualidum, non valeret adiectio pœnæ, sicut nec principale: vt C. de legi. l. non dubium. & C. de pactis. l. pacta quæ contra. Sed aliquando ciuitates volentes vt ipsa statuta licet inualida obseruentur, auferunt iurisdictionem suis iudicibus: vt si aliquid contra illud statutum diceretur, vel allegaretur: super eo quod contra illud statutum allegaret, iurisdictionem non habeat. quod an valeat, dic ꝙ quandoq; per illud statutum inualidū nititur auferre alicui ius agendi: & tunc talis clausula per quam aufertur iurisdictio iudici qui eam habet ab ipsa ciuitate, valet: vt ff. de iudic. l. iudicium soluitur. tamē poterit agi coram superiore, sicut alias cum proceditur per viam euangelicæ denuntiationis: vt diximus s̄. proxi. in glo. super verbo, denuntiationis. Si verò aufertur ius excipiēdi seu defendendi, tunc talis clausula per quam aufertur iurisdictio super defensione, non valet: quia defensio est de iure naturali: & sic non potest auferri, nec impediri, quin iudex audiat. alias idem importaret, si statueret, quod iudex faciat iniustitiam propter hoc. extra de re iudic. cap. pastoralis. in clementi. & quod dixi. s̄. l. proxi. in glo. super verbo figura. Item si aufertur ius replicandi: quia sicut exceptio est defensio contra actionem, ita replicatio cōtra exceptionem[a], vt ff. de excep. l. ij. & hoc quando talis est exceptio seu defensio, quæ per statutum non potest tolli. alias sicut posset ipsa exceptio tolli, ita & iurisdictio auferri.

[h] Data. istud est vtile & necessarium in legibus, quæ de nouo emanāt: sed in codicibus & legibus antiquis diu obseruatis, seu in volumine legū redactis, licet data non reperiatur, nihilominus suū vigorem obtinet: vt in

* Aduerte tamen qd' quāquam non licet allegare aduersus statutum, non tamē tenetur apud iudicem aduocatus ipsum statutum allegare. Neque ob id quod allegatū non fuerit omittet iudex iudicare secundum idipsum. Quod dānosum est in cōsuetudine, quæ alleganda est, & probāda: quoniam non solet consuetudo ita nota esse, vt statutum quod iudex seruaturū adiurat, secundum Bal. in l. j. C. quę desunt aduo. iu. suppl.

[a] Vide ca. j. & ij. de litis conte. lib. vj.

vt in prima constitutione codicis ibi, si qua eorū &c. vnde & constitutio postquam cœpit per studia diuulgari & frequentari, valeret: licet data non reperiretur. & hoc est vtile propter quasdam ciuitates. quæ habent sua volumina statutorum non publicata manu notariorū: sed sunt diutius obseruata. & hæc data est cōmunis ad hāc cōstitutionē & præcedētē.

SEQVITVR liber de pace Constantiæ.

LIBER DE PACE constantiæ composita inter Imperatorem Friderichum & filiū eius Henricum & quosdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera, cum commento domini Baldi de Vbaldis de Perusio vtriusque iuris doctoris illustrisimi.

IN nomine [a] sanctæ & indiuiduę Trinitatis. Friderichus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & fili⁹ eius Henricus sextus Romanorum rex Augustus. Imperialis [b] clemētiæ immensa serenitas mansueta eam semper [c] in subditis suis dispensationem [d] fauoris & gratiæ habere consueuit, vt quāuis districta seueritate excessuum delicta [e] debeat, & posit corrigere: magis tamen studeat propitia trāquilitate pacis & piis affectibus [f] misericordię, Romanum imperium regere, & rebellium insolētiam ad debitā fidem [g] & debitæ deuotionis [h] obsequium reuocare. Ea propter cognoscat vniuersitas [i] fidelium imperij tam præsentis ætatis, quàm successiuæ posteritatis, quòd nos solita benignitatis nostræ gratia, ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos & imperium nostrum offenderant, vi-

a In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Imperator Fridrichus pacem suā laudabilem summæ attribuit trinitati: vt facit alibi Iustinianus. C. de offic. præfec. præto. Aphri. l. in nomine. & in authē. de q̄sto. in prin. & in auth. de armis in prin. Ex quo sequitur bonū principiū, melius mediū, & finis deo acceptabilis. in auth. quomodo oportet episco. in prin. nō ergo tāquā ipse, sed tanquā deus videtur facere: vt. ff. de acquir. pos. l. qd' meo, & nō sua vice, sed delegantis. s. dei, cuius vice fungitur. Nā princeps est ordinarius omnium, & legatus siue præconsul dei: vt. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. leg. j. in fin. & in authen. de fide instru. §. quia ergo imperium. secundum Accur. qui ita eleganter not. in authē. de hære. & Fal. in titu. coll. j. Sed quare iste stylus non seruatur in literis apostolicis? R̄n. quia hoc facit stylus literarū papalium, vbi non fit alia expresio: vt not. in c. abbate. in fin. de re iudi. lib. vj. in nouel. Adde quod consuetudo formalis debet seruari: alias instrumentum non valet: vt no. in auth. vt præponatur nomen imperatoris. §. nos enim. col. v. in gloss. puta &c. Baldus.

b Imperialis. Imperator debet esse clemēs & mansuetus: vt hic; & C. de off. comitis rerū priua. l. vlti. Quæ quidem mansuetudo ex humanitate descendit, & merito principi inest: cū nihil tam peculiare sit imperialis maiestatis, quam humanitas: vt. C. de donat. inter virū & vxo. l. fi. in fin. & C. de test. l. fi. ibi, ad humanitatem dei respicientes. sic & princeps seruus inscribitur. C. de offi. præfec. sa. larg. l. exemplar. Item magnanimus & benignus. l. j. C. de thesau. lib. x.

c Eam semper. Imperator pacem, & clementiam, & mansuetudinem, & dispensationem, & fauores, & gratias solum subditis suis & deuotis pollicetur: non his, quos vt hostes, & barbaros iure persequitur: quos potius conuenit seuere punire. & per hoc imperator iustitiæ terminos non excedit: sed potius iustitia mediāte procedit: vt. s̄. hic finitur lex, deinde consue. regni incipiunt. c. domino guerram. col. x. Ideoque subtili ingenio est ab eis velut à barbaris pecunia extorquēda: vt egestate laborent. ff. de. po. l. bona fides. nimirum igitur si contra rebelles ferocitas exercetur, cum peccent, eo quod contra dominum suum bella exerceant. C. de commer. & merca. l. ij. C. loc. l. fi. viij. dist. quo iure. præsertim si papa contra hæreticos, qui non possunt præscribere contra confiscationem bonorum: vt no. in c. j. de præscrip. li. vj. in nouella. & est expressum. C. de aposta. l. apostatarum. hostes fidei nō protegi, sed exterminari oportet: vt. C. de sum. trit. l. nullos hęreticos. sicut etiam deportatus vllo tēpore nō præscribit: quia à iure ciuili est penitus alienus. ff. de le. iij. l. j. §. ij, quibus. quia deportatus ꝓ mortuo habetur: vt ff. de contra ta. l. j. et no. in l. j. C. de hær. insti. & ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & quid si tantū. & forte ciuiliter posidere non potest. & sic in tali exilio incepta vsucapio interrumperetur.

d Dispensationē. dispensatio dicitur seueritatis & excessuū mitigatio, vel remisio. fac. extra de iudi. ca. at si clerici. Iura tamen ciuilia raro dispensationes permittunt: quia non debēt indulgentia crimina subleuari: vt. C. de cohor. l. si apparitor. lib. xij. & contra rebelles & proditores nūquam: sed debent ipsi temeritatis suæ conatibus opprimi: vt. C. de senato. l. j. & ij. libro xij. & C. de dela. l. fi. li. x. Item hoc ipso, quod quis parcit malo, intelligitur nocere bono: in auth. de mand. princi. §. homicidia. & eis solus princeps securitatem dare potest, nisi ex causa iure expressa. eo. tit. §. sed neque hoc. & not. ff. de pu. iu. l. is qui rectus.

e Delicta. i. delinquentes. sic. C. de test. l. iubemus. in prin. Occurrit dicere illud vulgare, cum filius facit offensam patri, & pater verberibus eum castigat. dicit enim pater filio: non verbero te, sed fatuitatem tuam: vt. C. de emē. propin. l. j. secundū Odof. & alibi. Non punio ego te: sed mores tui accusant & puniūt te. l. palam. de ri. nu. ff. de proba. l. cum probatio. per Acc.

f Affectibus piis. Imperator pietate mouetur ad aliquid concedendum: vt & alias. C. de off. procō. & le. l. ij. ibi dum dicit, cuius allegationes humanæ piū principem commouerunt: vt. C. de aposta. l. ij, qui sanctam.

g Debitam fidem. omnes tenemur principi: quia vt deus est princeps in cælis, sic imperatorem vicarium suum & dominatorem in fide ac veritate & iustitia constituit in terris: vt. C. de ve. iu. enu. l. ij. §. si quid igitur. & in auth. de consulibus. in fi. Præterea diuina pagina dicit, omnis anima subdita sit principi, & ducibus ab eo misis: vt extra de cen. c. omnis anima.

h Deuotionis. subditi debent esse deuoti. vt. C. de vecti. & commi. l. elegantem. & s̄. qui. cau. feu. amit. ca. Obertus. §. j. col. x.

i Vniuersitas. de ista magna vniuersitate, quæ omnes fideles imperij in se complectitur tam præsentis ætatis, quam successiuæ posteritatis. hinc colligitur, quod lex semper loquitur: vt. C. hæ. l. Arriani.

Innatæ

ſcera nobis innatæ [a] pietatis aperientes, eos & ſocietatem [b] ac fautores eorum in plenitudinem [c] gratię noſtræ recipimus: offenſas omnes & culpas quibus nos ad indignationem [d] prouocauerāt, clementer eis remittētes: eoſq́ propter fidelia deuotæ ſynceritatis ſeruitia, quæ nos ab eis credimus certiſsimè recepturos [e], in numero dilectorum noſtrorum fidelium computandos cenſemus. Pacem itaque noſtram, quam eis clementer indultam conceſsimus, præſenti pagina iuſsimus, ſubſcribi: & authoritatis noſtræ ſigillo cōiri [f]: cuius eſt hic tenor & ſeries:

NOs Romanorum [g] imperator Fridericus & filius nr̄ Henrichus Romanorum rex, cōcedimus vobis ciuitatibus locis & perſonis ſocietatis regalia & conſuetudines noſtras tā in ciuitate, quā extra ciuitatem: videlicet Veronæ & caſtro eius, ſuburbiis ēt & aliis ciuitatibus & ſuburbiis locis, & perſonis ſocietatis in ꝑpetuū, videlicet, vt in ipſa ciuitate oīa habeatis,

a Innatæ pietatis. pietas decet principem: per quam ſola Dei ſeruatur imitatio: vt. C. de nup. l. Imperialis.

b Eos & ſocietatem. i. ligam ſiue confœderationem tam factam, quàm fiendam inter eoſdem: vt. j. eo. §. item ſocietatem. In hac autem ſocietate non cōtinetur Ferraria: quia non fuit in cōcordia cū Lōbardis ſecūdū Ol.

c In plenitudinē. ille intelligitur receptus ad plenitudinem gratiæ cui remittūtur culpæ, & recipiť ad fauores.

d Ad indignationē. iniuriæ principes & dominos ꝓuocāt ad indignationē. fa. ff. de manu. teſt. l. Centurio. Itē no. quod inter offendentē & offenſum præſumiť animi indignatio: & eſt præſumptio naturæ vulneratæ ꝓpter offenſam. ff. de arb. l. licet. ff. de alimen. leg. l. iij. in fi. C. fa. erc. l. in ipſius.

e Recepturos. qñ princeps indulget beneficia, ſperat recipere grata ſeruitia, alias nō facturus. & ideo nō mirū ſi ingrati ꝑdūt gratias: nā oppoſitū diſſoluit ꝓpoſitū.

f Sigillo communiri. dicit Odo. quod in l. facienda, non eſt opus ſigillo principis. Adde, dicūt doc. quod contractus probatur per ſigilla, vbi defecit tabel. vt not. in c. ij de fo. competen. in nouel. lib. vj. fa. C. qui teſta. fac. poſ. l. hac conſultiſsima. §. fi. de teſt. l. ſi vnus. Sigillum habet vim conſenſus & confirmationis: vt no. C. de reb. alie. non alie. l. ij. per Accur. de fide. l. Lucius. de teſt. mil. l. tribunus. §. vlti. Sine literis tamen mutus & incertus teſtis eſt ſigillum: & ideo per ſolius ſigilli præſentationem non probatur commiſsio, præſertim ſpecialis: vt no. in c. quamuis. de pac. lib. vj. in nouel. quia ſigillum eſt res inanimata. & vide. q̃ not. de iis quæ fiunt à præla. capitulo, quanto. in nouel. Sed aliud eſt ſigillum alterius fidei committere, aliud in chartis imponere.

g NOs Romanorum Imperator. vult iſtam pacem eſſe perpetuam. i. quandiu fides ſeruetur: vt. C. lo. l. quæro. §. inter locatorem. inſti. eo. §. adeo. vel per præſentem mundi ætatem & futuram & ſine præfinitione temporis: quia Imperator facit hanc pacem nomine ſedis: non nomine proprio tantum: & imperium non moritur: vt. ff. de legat. ij. l. quod prin. & in authen. quomodo oportet epi. ç. in fin. & no. per Cy. C. qui teſt. fa. poſ. l. ſi quis imperatorem. & in ca. ſi gratioſe. de reſcrip. lib. vj. & hoc ex parte imperiſ. Sed ex parte ciuitatis exponitur perpetuum. i. vſque ad vitam ciuitatis. nam mori poteſt, ſi authoritate ſuperioris damnetur ad aratrum: vt no. Innoc. extra de oper. no. nū. c. cū ex iniuncto. Item ſi pereat alluuione vel chaſmate: vt. ff. qui. mo. vſuſf. amit. l. ſi ciuitati. & C. de le. l. cum res. §. fin. & q̃ no. in c. non poteſt. de prebē. li. vj. in nouel. Itē ſi fuerit poſita ciuitas in bāno æternali imperatoris, vel in bāno dñi papæ ſecūdum Hug. & Odof. nā cū ꝑdat ea, quæ ſunt iuris ciuilis, æquiparaſ deportato quimo ei q condēnatus eſt ad vltimū ſuppliciū q efficiť ſeruus pœnę: & ſentētia ſtatim trahit ſecū ad executionē intellectualē: vt. ff. de pœ. l. q̃. vlt. & no. in l. vl. C. ſi à nō cōpe. iu. Sed hic dubitaſ, an dānata ciuitate ad aratrū intelligātur eius caſtra dānata? & dicendū q̃ nō. iuxta no. in c. felicis. extra de pœ. in nouel. & in c. ſi ciuitas. de ſen. excō. lib. vj. Itē deſtruitur ciuitas, ſi homines inde eo ꝓpoſito decedāt, ne eo amplius reuertanť: vt ff. de colle. il. l. pe. j. ita rū. & ar. ff. de le. ij. l. pater. §. Tuſculanus. Itē ſi incendio deuſta ſit, vel aliquo caſu in totum corruerit ſine ſpe reparationis. ar. ff. de ope. no. nū. l. j. §. ſi qs ædificiū. & ff. de iti. actu. priua. l. iij. §. reficere. ff. de ver. ob. l. inter ſti. §. ſacrā. ff. de ſol. qui res. §. areā. Sed ſi cū ſpe reparatiōis, durat ciuitas habitu, ſed nō actu. arg. eorū quæ no. ff. quod cuiuſque vni. no. l. ſicut. §. fi. & ff. de pi. l. Paulus. §. donis. & in c. pleriſq̃. extra de ele. in cle. His itaque caſibus priuilegia aut delētur, aut in ſuſpenſo retinentur: nam ſi eſt perpetuo deſolata ciuitas, priuilegia eius mouentur: quia ſublata perſona, & re cui tributū eſt beneficium, deletur priuilegiū eius: arg. l. poſtquā. in prin. vt leg. no. ca. ff. de cōdi. & de. l. intercidit. de iure codi. l. quidā. àt vero ſi ſpes eſt reparationis, beneficium nō deletur, & ſi de facto nō excitaretur ad actū ſuum: vt no. ff. de ver. ob. l. ij. & l. inter ſtipulātem. §. ſacram. nam ſæpe priuilegiū ſuſpēditur, & nō annihilaſ: vt no. in c. j. de cle. cōiu. li. vj. in nouel. Quid ergo ſi huiuſmodi ciuitas ita diruta reædificetur: an his priuilegiis quibus prius potiebatur, modo potietur: ar. q̃ nō quaſi ſit alia ciuitas, & nō ea quæ prius erat. arg. ff. de vſufr. l. qui vſumfr. & habes ar. ff. qui. mo. vſusfr. ami. l. quid tamen. §. pe. Sed ego cōtra puto, ſecundū Odof. quia alias propter vtilitatem cenſetur idem, quod non eſt idem. ff. de ſerui. ru. prædi. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. & nemo dubitet hanc publicam eſſe vtilitatē, ſi talis ciuitas pacifice his priuilegiis potiatur: cum pax ſit vtilitas publica: vt. ff. de pac. l. conuentionum. & hic eſt quidam fauor, non potiri verò eſt quoddam odium: & fauores ſunt ampliandi, & odia ſunt reſtingenda. arg. s̄. eod. in princ, ibi cauſam magis ſtudeat &c. & ff. de lib. & poſthu. l. cum quidam. & hæc vera ſunt, ſi idem populus, non tamen nunc damnatus à principe, ciuitatem reædificet. Quid autem ſi quondā ciuitas, quæ tempore huius pacis pro ciuitate non habebatur, ſed pro loco, villa vel caſtro reædificetur, & ciuitas fiat: an huiuſmodi priuilegiis potietur? Reſpon. non tanquam ciuitas, ſed tanquam caſtrum eius ciuitatis ſub qua erat: cum de ea tanquam de ciuitate mentio facta non fuerit: & ideo omiſſa intelligatur. arg. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem. & in c. literas. de reſcrip. in cle. Idem crederem, ſi de nouo territorio alicuius iſtarum ciuitatum ciuitas aliqua inſtrueretur: quia nouum corpus & noua vniuerſitas eſt: & eſt ſimilis poſthumo prætertito: vt. ff. de reuo. do. l. ſi vnquam. & caſui improuiſo: vt. ff. de mil. teſt. l. milites codicillis. §. miles. & rei quæ nunc primum apparet in rerum natura: vt ff. de contrahen. emp. l. rutulia, & l. in lege. & in c. vlt. de reſcrip. in gloſſ. Sed videtur contra. ff. ſi ſer. ven. l. fin. ſed ibi

Adde ciuitatē tum dici ad aratrum damnari cum codem naſ, vt ſic deleaſ atq̃ euertatur, vt aratrū inductum omnia ſolo æquare poſsit. de quo vide glo. j. q. j. c. iudices, & ad q. Bald. vide Ioā. Andre. de pœn. ca. felicis. li. vj. Quibus autem modis ciuitas deſinat ciuitas eſſe. vide p Bart. in l. vſusfru. ff. qui. mo. vſusfruc. amit.

sed ibi fuit facta mentio de futuris. Pone quædam ciuitas submersa est in mari? Papa hoc ignorans, fecit quẽdam episcopum illius ciuitatis. Quæritur, an erit episcopus saltem ratione diœces. & videtur ꝙ non. ar. extra de rescrip. c. Rodulphus. & quia illa diœcesis est acephala: quia caput non habet. ar. ff. de legat. iij. l. j. §. his quibus. Item, quia non videtur episcopus esse posse sine ciuitate: vt no. in decret. xcix. dist. prouinciæ. nã etiam sine præside proprio potest esse ciuitas, non tamen sine episcopo, quo casu episcopus erit dominus nõ solum spiritualis, sed etiam temporalis: vt in authenti. vt diffe. iudic. §. j. Contrarium credo: quia si non valet in totum, debet valere pro ea parte, pro qua valere potest. ar. ff. de ser. l. si tam angusti. porrò quandoque pars ponitur pro toto: vt ff. de lega. iij. l. vxori suæ. Quæro nunquid ciuitas durans in nouis ciuibus non naturalibus, sed aduentitiis, dicatur eadem ciuitas? Rñd. sic. nã hoc idem est in capitibus subrogatis in locũ mortuorum. ff. de leg. j. l. grege. & l. si grege. & patriæ priuilegium videtur ipsis ciuibus esse concessum: vt C. de test. l. si non speciali. & de foro cõpet. c. dilecti. Itẽ quia quod vniuersale est, non potest morte perire, sicut homo in genere non moritur: vt ff. ad leg. Falc. l. in ratione. §. incertæ. Itẽ lex dicit: ciuitas nostra populosa est, quæ meritò etiã aduenas cõprehendit: vt in authent. de quæstore. post princ. col. vj. nam ciuitas vice personæ fungitur, cũ talis est vniuersitas, quę vice vnius personæ fungatur, omnia transeũt cũ ipsa. de fideius. l. mortuo. Quæro, quid si ex pluribus castris vnius ciuitatis, puta Bononię, fiat vna cõgregatio, quæ velit se insurgere nomine ciuitatis? Respon. hoc non potest fieri sine cõsensu superioris. i. rectoris illius ciuitatis, in cuius territorio ædificatur: vt ff. de colleg. illi. l. j. & arg. ff. de rer. diuis. l. antepe. §. pen. secundum Odof. & C. de fun. limi. l. quocunque castrorum. & in auth. qui. mod. nat. effic. sui. §. si quis igitur ex quolibet. ibi, vel abbatis. præsentes ergo & præteritas tantum hic consuetudines concedit. Quid ergo de futuris? Respondeo: illæ non conceduntur per constitutionem istam Odo. arg. ff. de legi. l. cum lex. & sic est ar. quod noua statuta nõ possint fieri sine scientia principis. ar. à contrario sensu istius literæ: dic vt in l. omnes populi. per doct. imo si pertinent ad bonum regimen, per ea, quæ sequuntur, standum est antiquitati.

sicut hactenus habuistis, vel habetis. Extra verò omnes cõsuetudines sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis, vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus, & pascuis, & pontibus, aquis, & molendinis, sicut ab antiquo [a] habere consueuistis, vel habetis in exercitu, in munitionibus ciuitatũ [b], in iurisdictione [c] tã in cau-

[a] Sicut ab antiquo. ar. quod antiquæ consuetudines sunt seruandæ. vnde dicit lex, ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad solicitudinẽ suam reuocabitur pręses prouinciæ. C. quæ sit lon. consuetu. l. j. simile habes. C. de off. rec. prouin. l. nullũ. & C. de ser. & aqua. l. si manifestè. & ff. de offic. procons. l. si in aliquam. Et no. hic expressum quod in pascuis, pontibus, aquis & molendinis, ac etiã in ipsis cõmoditatibus aquarum standum est antiquitati. Verbũ enim habuistis & habetis, signat retro subsistantiã iure consuetudinario: & quia illud erat amissum per rebellionẽ, hic recuperatur per gratiam & reconciliationẽ. C. de sent. pas. l. fi. sicut si postliminio ciuitas reuersa esset. ff. de iniusto testa. l. si quis filio. §. fi. Et scias quod in præscribenda consuetudine non est necesse allegare titulũ: vt not. in c. j. de rescri. lib. vj. in nouel. & facit ad consuetudinem obseruãdam. C. de agri. & cens. domini prædiorum. Itẽ not. ꝙ interdum fit aquæ distributio arbitrio boni viri. ff. de var. & extraor. cogn. l. de vsu. & no. in Spe. de can. pos. vbi vide. Imperator vult hic, ꝙ aqua perpetua & cursus eius & commoditas perpetuo non tollatur, nec alteretur. fa. C. de aquæduct. l. si diligenter. libr. xj. & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua quæ seruit commoditatibus priuatorum: vt hic in verbo, personæ. & est expressum. C. de aquæduct. l. vsus aquæ. lib. xj. & extra de offi. deleg. cum olim.

*Et adde quod not. de pręscri. capit. cum olim. & plene in c. fi. de consue. lib. vj. per doc.

[b] Munitionibus ciuitatum. Licet enim Lombardis ciuitatem munire: vt hic & j. e. §. ciuitates. Adde ꝙ nõ solum Lõbardis, sed etiam aliis C. de sacrosan. eccl. l. ad instructionem. Nunquid ergo ecclesiæ tenentur ad talem munitionẽ conferre? dic ꝙ aut sit ad ornatum, & non debent conferre, aut sit ad necessitatem, & debent conferre: quia est eadẽ ratio, quæ in via & pontibus: nam refectionẽ itineris & pontium agnoscit ecclesia propter cõmunem reip. necessitatem. in qua etiam ecclesiæ continentur. Idem & in gabella plaustorũ quæ soluitur ad portam: quia illud soluitur, quia plaustra destruunt ciuitatem & vias: & oportet, ꝙ quotidie reficiantur viæ ex illa pecunia, & ideo sicut ad refectionẽ viæ tenentur, ita ad solutionem illius gabellæ ex qua reficitur via. Ad expensas ergo superuacuas vel honoris causa sicut esset salicare plateam, non tenentur ecclesiæ, sed ad alias necessarias expensas pontium, viarum, murorum tenentur, secundum Iac. Butr. in d. l. ad instructionẽ. nisi fortè sint ecclesiæ mendicantiũ: quia nulla bona in ciuitate habent: sicut dicimus in simili de cap. di. l. tutelas. §. si libertate. & ff. de vulg. substit. l. lex Cornelia. nã pauperes ad huiusmodi sumptus bursales conferre non tenentur: vt legitur & nota. C. de anno. & trib. l. indictiones. li. xj. Quid de collectis, quæ pro aliis necessitatibus imponuntur? dic ꝙ si possessio per ecclesiam acquisita, erat adscripta dare pro solido & libra ad collectas: quia quandoque patrimonialia munera possessionibus indicuntur: vt ff. de mune. & ho. l. rescripto. §. vlt. & l. munerũ. §. patrimoniorum. & tunc res illa est onerata, & cum illo onere trãsit: quare clericus ad quem peruenit, pro illa soluere tenetur. ff. de act. emp. & vend. l. alienatio. ff. de acquir. rer. domin. l. traditum. C. sine cen. vel reli. l. omnes. nam pro talibus collectis bona sunt hypothecata: imo sunt quodammodo supposita seruituti cuidam, & ideo ad quemcunque transeunt, transeunt cum onere suo. ff. de act. emp. l. in venditione. & hoc verũ, si talis descriptio que fit pro solido & libra, sit perpetua & certa. Secus si propter varietatẽ negotiorum imminentium immutetur: nam incertę obligationi hypotheca accedere non potest, & ideo non videtur huiusmodi onus durare, postquam peruenit ad personã priuilegiatam: vt in c. vnico. de iure patr. lib. vj. & ita tenet Archi. in c. j. de immu. eccl. lib. vj. & idem ibi Ioan. Andr. in nouel. Ex his apparet, quod collecta est munus merè patrimoniale, vt quando est perpetua certa & ordinaria: quandoque est munus mistum, vt quando non est ordinaria, sed secundum emergentes casus imponitur personis pro rebus: quo casu non tenetur ecclesia: quia non est subiecta communitatibus vel dominis temporalibus. sicut non tenetur ad superindictum: vt C. de sacrosanctis ecclesiis. l. placet. ad quæ etiam non tenetur clericus ad titulum sui patrimonij perpetuo ordinatus. vt nota. in capitu. episcopus. de præbendis. per Bartol.

[c] In iurisdictione. tam in criminalibus causis quàm in ciuilibus. hic apertè apparet, ꝙ merum imperium & mistum dicitur iurisdictio, cum dicat in criminalibus & pecuniariis. sic. ff. de offic. eius cui man. est iuris. l. j. §. j. & not. ff. de iuri. omn. iud. l. imperium.

Crimi

Criminalibus, sed an & sine hac prouisione habe-
rent iurisdictionem in criminalibus, vidi sæpius quæ-
ri. Io. & Azo dicunt ꝙ sic. ff. de offic. præsi. l. illicitas.
§. qui vniuersas. & arg. ff. quod quisque iuris. l. j. §. j. &
ff. quib. ex caus. ma. l. sed & si per prætorē. §. j. Alij di-
cunt soli principi
merum imperium
cōpetere: nam po-
pulus ex lege Hor

sis criminalibus [a] **, quàm in causis pecuniariis in-**

tensia ei & in eum omne imperium & omnem iurisdi
ctionem transtulit: vt insti. de iur. nat. §. sed quod. & ff.
de consti. prin. l. j. in princ. ar. validum. ff. de offi. præfe.
præto. l. vnica ibi, regimentis. & ar. C. de veter. iu. enu-
cle. l. j. §. sed hoc studiosum. Itē dicit expresse lex istius
imperatoris omnis iurisdictio & omnis districtus a-
pud principem est: vt s. quæ sint regaliæ. l. omnis iu-
risdictio. Item & solus princeps potest statuere genera
lem æquitatem: vt C. de legib. & consti. princ. l. j. & ad
hoc videtur facere definitio iurisdictionis. Est enim
iurisdictio potestas de publico introducta cum neces-
sitate iurisdictionis & æquitatis statuendæ: vt not. do.
Azo in summa. C. de iurisdic. omni. iud. circa princ. &
nemo sani capitis dubitat merū imperium iurisdictio
nem esse: vt ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. j. ibi &
ideo. & l. ij. in prin. Non obstant leges in contrarium
allegatæ: quia exercētur authoritate principis: vt C.
de legi. & consti. l. fi. & s. quæ sint regaliæ. l. omnis iu-
risdictio. Illud tamen non est, qui neget magistratus
municipales nō habere merum imperium: vt ff. de iu.
om. iud. l. magistratibus. Sed certe ego puto potestates
qui hodie eliguntur esse municipales magistratus: vt
C. de mu. aug. l. j. vel defensores ciuitatū: vt in authenti.
de defen. §. nos igitur. col. iij. qui non habet merum
imperium: vt C. de defen. ciuit. l. defensores. Ita & l. de-
fensores ciuitatis oblatos. & in authent. iurisiurādum
quod præsta. ab his qui admi. susc. §. & æquus. col. ij.
sic non habebant ante hanc pacem iurisdictionem in
criminalibus: sed hoc cōceditur eis. Præterea si & sine
hac concessione haberent: ad quid ergo in modū pri-
uilegij hoc eis concederetur: cum frustra precibus im-
petretur, quod iure communi conceditur: vt C. de the-
sau. l. vna. lib. x. Odofre. Idem tenet Spec. dicens, quod
potestates terrarum non habent merum imperium: &
ideo nedum ad vltimum supplicium nequeunt conde-
mnare, sed etiam forbānire non valent: nimirum, quia
non reperitur hoc eis esse concessum specialiter: huius-
modi enim iurisdictiones nominatim lege vel senatus-
consulto vel constitutione principum constituuntur:
vt ff. de eo cui man. est iurisdi. l. j. Vnde cum magistra-
tibus municipalibus non videatur hoc attributū, ta-
citè videtur denegatum: vt C. de senten. & interlo. om.
iudic. l. nulli. Præterea merum imperium competit in
prouincia soli præsidi prouinciæ: vt ff. de offic. præsi.
l. præses. & l. illicitas. §. qui vniuersas. Sed potest dici
secundum Accur. quod hoc iure cauetur: sed consuetu-
dine non habetur in ciuitatibus, quæ populariter re-
guntur. nam potestas eligitur ab eis de consuetudine
inuestituræ, & alium præsidem non habent: vnde me-
rum et mistum imperium & omnimoda iurisdictio a-
pud eum est: quia loco præsidis habetur respectu illius
ciuitatis. vt no. in authen. de defen. ciui. l. nulla. in glos.
quæ incipit, scilicet maiori. in fi. & C. de præscri. lon-
gi temporis. l. fi. Item in castris seu terris, quæ alterius
iurisdictioni non subsunt, sicut in insulis multa sunt.
facit quod not. in ca. j. de re iudic. libr. vj. in nouella. C.
de test. l. fin. An ergo damnati ad mortem à talibus po-
testatibus terrarum efficiantur serui pœnæ? Respōdeo
quod sic: si ponatur eos habere merū imperium: adeo
vt nec possint eis reseruare testamēti factionem etiam
causa cognita: quia testamēti factio publici iuris est,
& in seruum non cadit: vt no. C. de testa. milit. l. militi-
bus nostris. etiam si faciant testamentum ad pias cau-
sas. bene tamen potest se obligare inter viuos, ante-

[a] Ad hoc Bart. in l. j. ff. de dam. infect. Et adde Inn. de ca. mo. c. dilectus. in gl. possessorum.

quam sit condemnatus ad restitutionem malè ablato-
rum: vt no. in ca. quanquam. de vsur. libr. vj. in nouell.
Post sententiam verò si bona sint confiscata, nil sta-
tuere potest. ar. in l. si patrem. §. fi. ff. quē ad. seruit. amitt.
& ff. de nouat. l. quoties. §. fina. hic enim nulla bona in
ciuitate reliquit: vt
ff. de vulg. substi. l.
lex Corne. & ff. de
his quæ pro non
script. ha. l. si is qui in metallum. Sed hic dubitatur, an
si quis pro furto vel alio priuato delicto condemna-
tus sit ad furcas, nunquid bona sint tacitè confiscata?
& glo. sentit quod non: in l. ij. C. quemad. testam. aper.
Item & si pœna sit furcarum: tamen crimen est priua-
tum: vt not. ff. de condit. ob cau. l. si seruus tuus. de quo
crimine, an possit inquiri, not. in c. felicis. de pœnis. in
nouel. & melius & latius in l. ij. §. si publico. de adulte.
& per me, C. de probat. l. iubemus. Deinde quæro: po-
ne, quod princeps concessit ciuitati facere statuta, vir-
tute cuius concessionis ciuitas fecit statuta sua: quæro
nunquid poterit reuocare? & videtur quod non: quia
intelligitur de primo actu: vt ff. de verbo. sig. l. boues.
§. hoc sermone. Contrarium est verum. arg. C. de testa.
l. omnium. & quod no. in cap. non potest. de præben.
libr. vj. in nouel. Et ex his apparet, ꝙ statuta potius
accedunt vltimæ voluntati quàm contractui. de hoc
no. ca. quia cunctis. de conces. præben. in vj. & not. ff.
de leg. l. sed & posteriores. & not. per Pe. & Cy. & C.
communia de leg. l. fi. §. j. Quæro vtrum statutum ini-
quum teneat? Respondeo sic: si sit solenniter factum,
donec corrigatur per superiorem: secus si sit impossi-
bile: vt no. in ca. fin. de appella. libro vj. in nouel. Et in
cæteris quæ ad commoditatem spectant ciuitatum, hic
conceditur ciuitatibus quod olim erat cōmissum præ-
sidibus: vt in authent. de manda. prin. §. deinde compe-
tens ibi, & quid omnino &c. Et collige quod malefa-
ctores punire spectat ad commoditatem ciuitatum, vt
hic, & ff. de offi. præsi. l. cōgruit. & ad salutē omnium:
vt C. de feriis. l. prouinciarum. Expedit enim reipu-
blicæ vt maleficia puniantur: vt ff. ad legem Aquil. l.
ita vulneratus. ne ad ea cōmittenda temere quisquam
prosiliat: vt C. de pœn. l. si operis. Ex hoc ergo. §. nos.
Romanorum. habes quædam vtilia & necessaria ciui-
tatibus, quæ sunt concessa indulta & confirmata per
hunc imperatorē Fridericum certis ciuitatibus Lō-
bardiæ: non enim est concessio generalis, ita quod ex
vi ipsius concessionis extendatur ad alias ciuitates:
imo est localis terrrarum ciuitatum inferius specifica-
tarum: licet quo ad ipsas ciuitates faciat ius cōmune:
vt patet statim in §. volumus. secundum Odofre. Por-
rò etiam locales cōsuetudines quo ad locum ipsum
dicūtur ius commune: vt in ca. cum venisset. de eo qui
mit. in poss. causa rei seruan. & est ratio, quia iure com
muni confirmatur. vt ff. de iustit. & iure. l. omnes po-
puli. Porrò consuetudines confirmatæ sub certo mo-
do & forma non valent: nisi sub illo modo & forma.
C. de testa. l. fin. quas princeps tacitè cōfirmare videtur
eo ipso, quod sunt tolerabiles. C. de re militari. l. tam
collatores. libr. xij. C. de agric. & censi. l. domini præ-
diorum. C. de fundis limitrophis. l. j. & l. quicunque. &
l. fi. C. de iure fisci. l. super creandis. & C. de vendendis
rebus ciuili. l. j. Contra malæ consuetudines tanquam
abortiua statuta non conualescunt tempore: vt in au-
then. vt nulli iudi. §. nulli verò. Vnde dicit imperator:
consuetudines tunc tenent cum nostris non repugnāt
legibus, in authen. de vsuris nauti. §. fina. & ibi not. Et
ideo contra concilia generalia, quæ seruanda sunt vt
euangelia non tenet consuetudo, vel contraria con-
stitutio, vt not. in capit. cum laicis. de rebus eccles. non
alie. in nouella. & capit. nulli. eod. tit. in nouella. Vnde
non valet statutum vel consuetudo de præstādis vsu-
ris: quia est contra concilium: vt no. C. de vsur. authen.
ad hæc. Sed nunquid valet sententia lata contra con-
suetudi

ſuetudinem? videtur ꝙ ſic, quaſi contra factum lata. nam conſuetudines facti ſunt, tamen poteſt appellari. Iſte videtur caſus no. in d. c. cum veniſſet. nam cum de ea non conſtet ſine probationibus: merito dicitur in facto conſiſtere. articuli vero iuris dicuntur illi, ſuper quibus ſine probationibus facti, ſtatim poteſt pronunciari: vt no. cap. ad decimas. de reſtitu. ſpo. in nouella. ſed ſuper facto non poteſt pronunciari, niſi examinetur factū vt C. de veteranis. l. prouidendum. & C. de hære. inſtit. l. cum proponas.

[a] Intus & extra. Nota tam eandem quam aliā eſſe poſſe conſuetudinem intra ciuitatem & extra. i. in vrbe & in comitatu: vt hic & C. de te. l. fin. ibi, in priuilegio. i. in cōſuetudine priuilegiata. Cōſuetudo priuilegiat aliquē, ſicut principis priuilegium. Nam cōſuetudo vice principis fungitur. de verb. ſigni. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. Et collige hic, ꝙ ſicut per rebellionem contra principem perduntur priuilegia, ita cōſuetudines priuilegiatæ: quod tene menti.

tus & extrà [a], & in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum.

Volumus vt regalia [b], quæ vobis non conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur per epiſcopum loci: & homines tā de epiſcopatu, quàm de ciuitate eligantur viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei eſſe credantur [c]: tales qui nec contra ciuitatem [d], nec noſtram maieſtatem priuato vel ſpeciali odio teneantur: qui iurent, quòd bona fide & ſine fraude perquirent: & inquiſita conſignabunt ea quæ ſpecialiter ad noſtram [e] excellentiam ſpectant. Si autem huic inquiſitioni ſuperſedendum eſſe putauerint: cenſum duorum millium marcharum argenti per ſingulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem iſtam, ſi enormis viſa fuerit. Si quis autem ſuper iis, quæ vobis conceſsimus vel permiſimus, ſiue in ciuitate, vel extra ciuitatem, querimoniam apud maieſtatem ipſam depoſuerit: eius querimoniam non admittemus [f], & ſilentium ei imponemus, hoc quod nos [g], vel noſter anteceſſor rex [h], vel imperator epiſcopis, eccleſiis [i], vel ciuitati-

[b] Volumus vt regalia. Iſtud verbum volumus oſtēdit hanc legem eſſe: quia quicquid principi placet, legis habet vigorem: vt C. de conſti. prin. l. j. in princ. & inſti. de iure nat. §. ſed & ꝙ principi. & ff. de orig. iur. l. ij. §. nouiſsima. & ſic contractus principis tranſit ad ſtatutum legis: vt ff. de publ. l. Cæſar. Item probatur ex eo, quod Imperator vult eam per vniuerſos populos diuulgari: vt ſ. eo. circa prin. ibi, ea propter, &c. quod quidem indicat, vt ſit lex: vt C. de legib. & conſtit. prin. l. leges ſacratiſsimæ. quæ nobis conceſſa non ſunt: quia non omnia regalia fuerant conceſſa, ſed demum ea, quæ longa conſuetudine erant poſſeſſa: & illa non in proprietate, ſed in fidelitate. Nota ergo, quòd ſi eſt quæſtio, quæ ſint conceſſa, & quæ remaneāt conceſſori, debent eligi boni viri bonæ opinionis ad hoc idonei, non ſuſpecti: qui iurent, quod bona fide, ſine fraude perquirent, & cōſignabunt cuiq;, quod ſe contingit, qui tex. eſt valde no. De iuramento facit quod not. C. de ſecundis nup. l. hac edictali. §. is illud. Et ad ſaluandum illos iurantes de periurio, ſcias quod in omni iuramento ſufficit verum dicere ſecundum conſcientiam: vt no. in cap. præſentium. de teſtib. in nouella. Nota quod ſuper controuerſia inter principem & ſubditos, eliguntur arbitri. & hoc per iſtam pacem alias poteſt princeps vbique citare ſubditum, & ipſe cognoſcere: vt l. proxime ff. de iis, quæ in teſtamento delentur. & C. ne quis in ſua. l. j. per Cyn. ff. de hær. inſtit. l. & hæc Tyberius per Cy.

[c] Idonei credantur. quo caſu etiam ſi male fuerint verſati, non eſt quod imputetur eis, qui elegerunt: vt ff. commoda. l. argentum. & ff. de rei ven. l. ſi à bonæ fidei. Odofr. Ex hoc ſume arg. quod iudex non facit litem ſuam ex eo, quod arbitri à ſe electi male pronuntiauerint: quia quod bona fide fit, bene fieri cenſetur. arg. ff. de condict. & demon. l. quamuis. & quod no. ff. de iureiurand l. eum qui. §. in popularibus. arg. contra. ff man. l. idemq;. §. ſi procurator. Sed ibi mandatori non imminebat explicatio negotij: hic ſola electio perſonarum: quia nihil faciebant nomine eligentis: ſed nomine dominorum. & ſic nō obſtat.

[d] Contra ciuitatem. Nota argu. ꝙ bonus ciuis eſt, qui patriæ iura tuetur: & ille eſt ad regimen eligendus, nō autem qui eſt contra patriā. Odofr.

[e] Ad noſtram. ſiue ratione imperij, ſiue ratione patrimonij: cum omnia principis eſſe intelligantur ſiue fiſcalia, ſiue patrimonialia ſint: vt C. de quadri. præſcrip. l. bene à Zenone. Odofr. ꝙ dic, vt in prin. Digeſtorum. l. omnem.

[f] Non admittemus. Nota ꝙ non debet quis audiri contra illud ꝙ facit princeps ex certa ſcientia: imo debet repelli: & imponi ei perpetuum ſilentium. Nam dicit lex, quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, vt regalem ſenſum regat? vt C. de legi. & conſti. l. ſi. & l. ij. C. de cri. ſacri. Et no. hic de ſilentio imponendo etiam lite non conteſtata. ſ. non audito petitore. ff. de alea. l. j. §. quod autem. Si ſtatutum dicit, talis nō audiatur, an valeat ſententia pro eo lata? dicit Ia. de Are. quod non. quod verum eſt, ſi eſt talis, quod habeatur pro mortuo vt bannitus, vel iudex dolo procedit. vt d. l. §. quod autem. de alea. quia ille, qui procedit in contemptum legum, videtur procedere errore iuris expreſſo. & vide l. j. C. de hær. inſti. per Cy. Sed qualiter poteſt imponi ſilentium ei, qui non auditur? Reſp. quod non auditur pro ſe, ſed contra ſe. ff. de poſtu l. quos prohibet. ff. de procu. l. filius. §. veterani. & vide quod not. de offi. deleg. cum ſuper abbatia. in nouellis.

[g] Hoc quod nos. Hic dicit, quod conceſſa priuilegia eccleſiis, epiſcopis, ciuitatibus, vel aliis quibuſcunq; perſone clericis laicis per anteceſſores ſuos, vel ſe, vel Henricum filium ſuum, & regem Romanorum, firma & rata permaneant. Accur.

[h] Rex. ſ. Henricus filius iſtius Friderichi, ſecundum Odofr. Hic ergo eſt expreſſum, quod rex Romanorū etiam ante coronationem poteſt cōcedere priuilegia. Iſte enim Henricus non erat coronatus Imperator: quia pater viuebat. pro hoc not. C. de quadri. præſcri. l. bene à Zenone. & ibi per Cy. dicit Hoſti. quod vidit in Alemania per principes iudicari & teneri, quod rex Romanorum, poſt electionem concordem habeat omnem poteſtatem, quam Imperator: nec vnctio aliquid addat: licet Hoſtien. ſit in contraria opinione: vt no. extra de verbo. ſig. ſuper quibuſdam. in nouella. ſed quicquid dicat Hoſtien. prima opinio ſeruatur, & eſt ipſa veritas. Opinio autem Hoſt. poſſet habere locum, quando eſſet electus in diſcordia.

[i] Eccleſiis vel epiſcopis. Ex iſta alternatiua videtur probari, quod id, quod conceditur epiſcopis. ſit eo-

bus, vel aliis quibuſcunque perſonis, clericis, vel laicis ante tempus guerræ dedit: vel quodlibet conceſſionis titulo conceſsit, firmum & ratum habemus: ſaluis ſuperioribus conceſſionibus, vt pro ea ſolita nobis ſeruitia exhibeant: ſed cenſus non præſtetur. Commoditates, quas pro bono pacis [a] ciuitatibus cōceſsimus in ciuitatibus vel extrà: illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat præſtare.

PRiuilegia omnia [b], & data, & conceſsiones, quæ in priuilegium, vel damnum ciuitatum, vel locorum, vel perſonarum ſocietatis occaſione guerræ in alicuius iniuriam [c] prædictorum à nobis vel nunciis noſtris indulta ſunt, caſſentur [d], & in irritū deducant [e]. In ciuitate [f] illa, in qua epiſcopus per priuilegium imperatoris, vel regis comitatum habet, ſi conſules [g] per ipſum epiſcopum conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut conſueuerunt recipere: alioqui vnaquæque ciuitas à nobis conſulatum recipiat. Conſequenter verò in ſingulis ciuitatibus conſules conſtituentur à nuncio noſtro, qui ſit in ciuitate vel epiſcopatu: & inueſtituram recipient: & hoc vſque ad quinquennium. finito [h] quinquennio vnaquæque ciuitas à nobis recipiat, & intra quinquennium à nuncio noſtro, ſicut dictum eſt,

rum proprium, quod etiam innuit verbū dedit: qđ eſt infra, per ꝙ patet dominium eſſe translatum in epiſcopum: cum dare, ſit accipientis facere, vt in inſtitut. de actio. §. ſic itaque. dummodo eis contemplatione eccleſiæ non detur, nam tunc eccleſiæ videtur eſſe conceſſum: vt ff. de dote præle. l. cū quis. ver. nam & ſi quis.

ADDITIO

De hoc habes tex. notabilem in c. fin. de capit. Conradi. col. x. vbi omnino vide: & adde ꝙ no. Inno. extra de teſt. ca. cum in officiis. & hoc ſi talis eſt epiſcopus, qui poſſit habere propriū. alias de neceſsitate acquiritur epiſcopatui. xviij. quæſt. ij. ſtatutum.

a Pro bono pacis. Nota id ꝙ factum eſt pro bono pacis, ratum debet haberi: vt ff. manda. l. creditor. §. j. Ita tamen, ꝙ non ſit contrarium iuri diuino vel impoſsibile de iure: vt extra de præbē. ca. niſi eſſent. & ibi dicit tex. ꝙ laudo arbitratorum propter bonum pacis tenetur æquitas naturalis. Etiam not. quod in arbitris, & in arbitramentis bona conſuetudo eſt ſeruanda. extra de cauſa poſ. cum veniſſet.

b PRiuilegia omnia. Nota ex iſto textu, ꝙ ſi bona rebellium tempore rebellionis aliis ſunt conceſſa perſonis, facta pace ſunt reddenda primis dominis. textus eſt hic valde notabilis: ita ꝙ ipſa pax non habet vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum. quod tene menti.

c Iniuriam. Sed quomodo poteſt princeps concedere aliquid in iniuriā alterius: vt C. de preci. impera. offe. l. ſecunda. & l. reſcripta. & l. nec damnoſa. & ff. de iuſtitia & iure. l. iuſtitia. in princ. & §. iuris præcepta. & C. contra ius vel vti. publi. l. fi. & C. de operibus publicis. l. præſcriptiones? Sol. hæc cauſa guerrę fuerunt conceſſa, & contra rebelles imperij: nec eſt hoc nouū ſecundum Odofre. Ex quo nota quod rebelles ſunt extra legis protectionem: vide. C. de natura. lib. l. j. per Cyn.

d Caſſentur. Nota, quod ſublata guerra tollitur omnis eius effectus ſecutus propter guerram. ſic infra eodem. §. finem quoque. Odofre.

e Et in irritum deducantur. ꝙ dicit caſſentur, intelligas ipſo iure: ꝙ autem ſequitur, in irritum, intelligas ipſo facto. Odofr. Et ſic no. ꝙ verbum caſſentur, iunctum cum verbo irritentur, ſignat ipſo iure. non enim requiritur hic alia ſententia, licet tex. vtatur verbo futuri temporis: quod eſt notabile.

Caſſari verbū iunctū verbo irritari qđ importet.

f In ciuitate. hic dicitur, ꝙ ſi epiſcopus per priuilegium imperatoris vel regis eſt comes alicuius ciuitatis, ꝙ conſules ſiue decuriones debent inueſtiri de ipſo conſulatu per ipſum epiſcopum, ſicut fuit hactenus obſeruatum. alias in qualibet ciuitate conſulatus recipitur authoritate Imperatoris, & inueſtitur cōſul per nuncium ipſius Imperatoris. Item dicit, ꝙ de quinquennio in quinquēnium quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inueſtitura iuriſdictionum renouāda ac priuilegij eligendi ſibi cōſules: qui iurabunt ipſi Imperiali nuncio. & per ipſum ingredietur officium. & idem dicit in ſucceſſoribus ſuis obſeruandum. Nota ꝙ multi ſunt epiſcopi qui habent ciuitatem, & iuriſdictionem temporalem ab Imperatore vel rege. Quæro igitur vtrum iſti epiſcopi teneatur corā Imperatore vel rege comparere non ſolum quo ad conſilium, ſed etiā quo ad auxilium ſi ſint cōuocati? Rñd. ſic: non tamen poſſunt pſonaliter diſtringi: vt not. in capi. j. de cle. coniuga. in nouella. Baldus.

g Conſules. de iuramento conſulum dicitur extra de iureiur. ca. venientes. & no in Specu. de iureiurā. vbi etiam not. de multiplicibus iuramentis.

h Finito. hoc hodie non ſeruatur: imo totum contrarium fit: ſed nō eſt vis: cum ex priori inueſtitura perpetuo inueſtiti intelligātur, & nō ad tempus: vt ſ. eo. tit. §. nos Romanorum. in prin. in verbo, in perpetuū. Odofr. Mittit. ſ. nunciū. hic dicitur ſimplex nuncius, quem vulgo Italici appellāt ſyndicū, & habent cōcipere verba hoc modo. Peto domine Fridericke Romanorum Imperator à vobis inueſtituram fieri cōmuni Bono. & mihi recipienti nomine & vice cōmunis Bo. lege teſtante. ff. de cōſti. pec. l. qui autē. §. fi. & l. licet. & per hunc ſyndicū acquirit ius inueſtituræ cōi Boñ. vt ff. de conſti. pe. l. cum qui. §. ſi actori municipū. Vniuerſis enim redditur, ꝙ pro voto omniū primatibus indulgetur: vt C. de aduo. diuer. iu. l. reſtituēdæ. Odof. Dicitur autem ſyndicus ſecundū gl. quaſi ſingulorum cauſas vno cōplexiuo nomine dicens. Vel ſecundum Nicolaū furioſum, qui fuit diſcipulus Ioannis, dicitur ſyndicus* quaſi pluriū ſimul cauſam dicens: & ſi plures ſunt creati ſyndici ab vniuerſitate, gerūt publicā perſonam. & videtur ꝙ habeant mandatū inſolidum. arg. ff. de admi. tu. l. decreto. etiā in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum: vt ff. de iureiur. l. iuſiurandū & ad pecunias. §. defenſor. & per Iaco. de Are. C. etiam per procuratorem cauſam in integ. reſt. agi. poſ. l. Sed tutius eſt dicere, ꝙ in requirentibus ſpeciale mandatum debeat ſyndicus ſpeciale mandatū habere, vel generale cum libera: vt not. in cap. præſentium de teſti. lib. vj in nouella. Illud eſt no. dignum, ꝙ qui mittit nuncium, vult obligari per ſeipſum, non per aliū: & ideo poteſt reuocare mandatum clam: ſed ille qui procuratorem mittit, vult obligari per alium, & non per ſeipſum: vt legitur & nota. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. itaque transferet conſenſum ſuum in procuratorem

* Syncicus, vox Græca cōmunē defenſorē indicāsà verbo Gręco συνδικεῖν quod eſt adeſſe, patrocinari ac defendere, & in communi cauſa patrocinium ſuis afferre, quo fit vt σύνδικος ſimul iudex, qui que eandē cauſam defendit, dicatur. Nā vt ait Bu. qui ex ſingulis vrbibus mittūtur patroni ad vniuerſę prouincię cauſā tuēdam, ſyndici dicuntur.

ratorem

ratorem: nec valet reuocatio, nisi in notitiam deducatur, vt nota. in capitu. vltim. de procu. libro sexto, in nouel.

a A nobis. & non à nuncio. & hoc, si principi placuerit: vt j. e. §. & si qua. Odofre.

nisi in Lombardia fuerimus: tunc enim à nobis [a] recipiet. Eadem obseruentur [b] in successore nostro. Et oẽs inuestituræ gratis

b Eadem obseruentur. hoc vult dicere litera ista qd' idẽ seruetur in personam successoris nostri, quod in nostram personam ordinamus: sic. C. de quadri. præscrip. l. bene à Zenone. ibi, siue ab aliis qui postea &c. & hæc forma datur subditis erga successorem, salua semper authoritate successoris, cui non potest antecessor imponere legem: vt C. de legibus. lege, digna vox.

c Diuina vocatione. Deus enim in hora mortis nos vocat de temporali seculo ad perpetuũ. Odof. etiã si quis sua morte moriatur, sed gladio dicit̃ mors Dei iudicio prouenire: vt nota. institu. de cap. dimin. post princ. & in Euangelio, Sciens quæ ventura erant super eum.

d Concesserimus. hic primo attẽde, vtrum imperiũ iure hæreditario transferatur, vel nõ. Secũdo quis eligat principem, & quis possit eligi princeps & ex quibus debeat eligi. Circa primum pro & contra allegabimus: deinde quod tutius visum fuerit nobis, eligemus. Videtur quidem primo imperium successiõe deferri. hoc autem litera ista manifeste innuit. Nam iste Frideri. qui nũc viuit, Henrici filius fuit, de quo Henrico hic loquitur: qui quidẽ Imperator fuit. ar. de hoc C. de fun. patri. l. ij, quibus, & insti. de dona. §. sed primus quidem. & in auth. vt defun. seu funera. §. si verò etiam moriente. & est arg. ad hoc quod hic dicitur in decretis liij. dist. c. in synodo congregata. & xxiij. distin. in nomine domini vbi dicitur, quod princeps potuit sibi eligere successorem: vt & hic videtur. Cõtra aũt videtur, quod ex electione non ex successione imperiũ deferatur his rationibus. Primo quia imperiũ habere, in fortuna est: vt C. de vete. iur. enu. l. ij. §. sed quia diuinæ. & in auth. de cõsu. in fi. Vnde dicitur, Si fortuna volet, fies de rhetore consul: Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor. & à Deo hominibus datur: vt C. de offic. præfec. præto. Afr. l. in nomine domini. in prin. & in auth. quomodo oportet episcopos in prin. C. de quadri. præscrip. l. fi. in fi. & in auth. vt in medio lit. non fiant. §. fi. C. de offi. ma. mi. l. vj. in prin. & in auth. de fide instru. §. ij. C. de vete. iure enu. l. j. in prin. & in auth. de consul. in fi. & in Lombar. de prohibitis nup. l. quoniam nobis. in prin. & supra de priui. eccl. l. fi. in prin. & quia episcopus eligitur: vt in authen. de san. epis. §. j. & ij. & iij. C. de episcop. & cle. l. si quenquam. & omnis dignitas & omne officium: vt ff. de decre. ab ord. fa. l. j. Item & aduocatio successione non defertur, sed electione: vt in Lombar. de aduo. & vicedominis. l. singulis. Et remotis omnibus iur. ambagibus, ego puto imperium electione deferri, & nõ successione. extra de elect. c. venerabilem. §. insuper si prædictus rex. extra de pact. c. accepimus. Non obst. quod hic dicitur: nam si quis recte inspiciat, nusquam hic dicitur successione deferri: sed dici posse concedi. & sic concordat in decretis. xxiij. dist. in nomine domini. & lxiij. dist. in synodo congregata. Sed illi qui ita eligunt, authoritatem eligendi ab apostolica sede acceperunt, examinatio tamen, promotio, vnctio, cõsecratio, coronatio, manus impositio ad dominũ Papam spectãt: vt d. c. extra de ele. venerabilem. §. j. & ij. Vnde dominus Papa ex causa poterit principem deponere: vt in decre. xv. q. vj. c. alius. itẽ Romanus pontifex &c. & in authen, de defen. ciui. §. non habente. & in authen. de colla. §. & hoc custodiri. & argum. ff. de regu. iur. l. eius est nolle. & argumen. C. de offi. præfec. præto. l. si quos. & in authen. de manda. princip. §. festinabit. & in Lombar. de offi. vica. l. fina. cum imperator iuret ei fidelitatem: vt in decre. lxiij. dist. c. tibi domino. & qd' non transmittat ad posteros, habes validum argumen. C. de aduoca. diuer. iudic. leg. petitionẽ. Quis autem eligit principem, posset quæri: ad quod dic,

fiant. Cũ autẽ nos imperator diuina vocatione [c] decesserimus, vel regnum filio nostro cõcesserimus [d] simili modo à filio nostro

eliget senatus. C. de offi. præf. l. ij. & ex senatoribus, cum in numero eorum connumeretur: vt C. de digni. l. ius senatorum. lib. xij. cum senatores sint pars corporis: vt principis: vt C. ad legẽ Iul. maie. l. quisquis. quare & legẽ facere possunt, vt & princeps: vt ff. de le. lege. non ambigitur. & quia præses creatur ab ordine & in eorũ ordine remanet: vt ff. quando appellan. sit l. j. § solent. Vel dic, quod à principibus populi suffragio: vt institut. de iure naturali. §. sed & quod principi. & argumẽ. de offic. quæsto. lege ij. in princip. vel ab eis sine populi suffragio, authoritate tamen apostolica electione eis concessa: vt supra, notatum est *. Vel dico quod eligitur ab eis, quod soliti sunt eligere. Sũt enim certi nobiles qui authoritatem & priuilegium ab apostolica sede habent principem eligendi, & illi eligent: & nullus alius debet electioni interesse: vt in Lombard. de pontificibus. lege iij. Posset autem dici, quod quilibet posset in principem eligi in quem eligentes consenserunt: sed tamen prius videndum est, vtrum electus imperio sit dignus: vt C. de quadrien. præscrip. l. bene à Zenone. ibi, siue ab aliis &c. Qui enim indignus est inferiori ordine, indignior est superiori: vt ff. de senatoribus. lege, qui indignus. Vnde de dignioribus est eligendus. nec dedignatur alij milites, comites, & barones, qui non sedent in tam alto cubiculo: quoniam potentioribus pares esse non possunt: vt ff. de alie. iu. mu. causa fa. lege ij. circa princip. Vnum tamen omitto, quod imperium semper est licet desit esse eius gubernator: vt in authen. quomodo oportet episcopos & cæteros. §. quæ igitur. C. de officio eius qui vicem alteri. gest. l. ij. Odofre. Dicit Iac. de domino Ardizo. Veroñ. in summa sub titulo de succes. Imperij quod olim principes poterant sibi eligere successores, vt in decretis. lxiij. dist. in synodo cõgregata. & xxiiij. di. in nomine domini. in medio. Sed hodie quidam principes eligunt Imperatorẽ, qui potestatẽ eligendi ab apostolica sede acceperunt: sex examinatio, promotio, vnctio, coronatio, & manus impositio ad dominũ Papam spectãt: vt extra de elec. c. venerabilis. §. j. & ij. & dominus Papa ex cã ipsum poterit deponere: vt in authẽ. de defen. ciu. §. non habente. & de forma fide. c. alius. & ff. de reg. iur. leg. eius est nolle. ar. C. de offi. præfec. præto. l. si quis. in authẽ. de col. §. sed hoc custodiri. & in auth. de man. prin. §. festinabit. & in Lombar. de off. iudi. l. fi. quod successione deferatur, est arg. C. de fun. patri. l. ij, quibus. & insti. de dona. §. sed primus quidẽ. & in auth, vt defuncti seu funera. §. si verò etiam. Nam & imperator Carolus fuit pater Pipini: Imperator Pipinus fuit pater alterius Caroli imperatoris: & iste Carolus fuit pater Ludouici imperatoris: & Ludouicus fuit pater Lotharij imperatoris: vt in Lombard. de furt. lege, cuiuslibet. de episcopis, & clericis. vbi pro tempore. & de capitulis per legem tenendis, lege prima. Nam & imperator Friderichus videtur innuere in pace Constantiæ in. §. in ciuitate illa. in fi. quod potest concedere regnum eius filio Henrico, et quod eius filius ei in regno succedat sicut de facto fuit. et iste nũc Friderichus Rogerius Iperator fuit filius Hẽrici.

* Tu vide in c. venerabilẽ de elect. & c. ad apostolicæ. de re iudi. li. vj.

Sed tu dicas, quod hoc cõtingit potius electione prin
cipũ, quam successiỏe. Ista sunt formaliter verba Iac.
[e] Aquæ Lambri Mediolanen. pone, Inter duo castra erat quæstio de ductu aquæ publicæ, & fuit inter se lata sententia, demum imperator concesſit mihi vnũ de illis castris: nunquid teneor seruare illã sententiam? Et videtur ꝙ sic: quia castrum trãsit in me cum suis vitiis suaque causa: præsertim cum sit vniuersitas quædam. ff de act. empt. l. in venditione. ff. de ser. rusti. prædio. l. Lucius. à contrario sensu. ff. de condi. & demon. l. si quis legata. §. fi. de contrahen. emp. l. si aquæductus. Et quia imperator non videtur velle præiudicare transactionibus & sententiis, sed tacite reseruare. ar. huius literæ. in contrariũ videtur: quia sicut princeps posset: vt s. in c. j. quæ sint regalia. ita & ego, qui vice principis fungor. Itẽ pacta priuatorum non prę iudicant fisco: nec tenetur fiscus de illis pactis facere mẽtionẽ. ff. de pac. l. ius publicum. & l. iurisgentium. §. si paciscar. & l. inter. C. sine censu vel reliquis. l. omnis. dũtamẽ boni viri fungar officio, sicut ipse princeps indulsisset, si certioratus fuisset. ff. de pa. l. tale pactum. §. fi. & ꝙ maximè est si aliũ non lædo: vt l. ij. §. item Varus. de aqua plu. arcen. ff. de solu. l. j. & extra de re iudi. c. suborta. in fi. Non obst. ista litera: quia hoc ius aquę competit ex consuetudine, quę fortior est quã pactum priuatorũ &c. Baldus.

[f] Omnes. hic dicitur, quod illi de societate debẽt iuuare imperatorem ad manutenẽdum iura sua, & etiam conseruandum scilicet pro posſe, & præsertim ciuitates finitimæ: & quæ sint magis propriè iura: vt sunt incorporales res, quæ non dicuntur posſideri, sed quasi posſideri: vt ff. de acqui. rerũ do. l. seruus. §. incorporales. ff. de serui. vrb. prædi. l. si ædes. in fi. ff. de actio. empt. l. datio. §. si iter. & hoc est quod iurant ciues, vt ciues. Odofredus.

[g] Finitimæ. i. confines seu propinquæ illis locis, in quibus sunt posſesſiones, quæ cœptæ sunt turbari.

[h] Teneantur. subaudi si post opus erit. quod dic: vt C. de sacrosan. eccle. l. neminem.

[i] Teneantur. subaudi si opus fuerit. Odofre. Nota bonam glossellam. Bal.

[k] Si qua vero. Hic dicitur quod si aliqua ciuitates de dicta societate Lombardiæ non seruat statuta pacis, cæteræ ciuitates de societate compellent illam ad obseruandam bona fide. In tex. ibi, bona fide. nota ꝙ bona fides debet seruari: cui interdum non congruit de iuris apicibus disputare: vt ff. manda. l. si fideiussor. §. quædam. Et est ar. quod omnes cõtractus qui fiunt

cum

pellant [a], pace nihilominus in suo robore permanente. Nobis autem intrantibus [b] Lombardiā sodrium consuetum & regale, quæ solent & debēt præstabunt: & vias & pontes [c] bonā fide, & sine fraude, & sufficienter reficiēt: in eūdo & redeundo mercatum sufficiens [d] nobis & nostris euntibus & redeuntibus bona fide & sine fraude præstabunt: in omni decimo anno [e] fidelitates renouabunt [f] in iis, qui eas nobis non fecerunt, cùm nos petierimus, vel ꝑ nos, vel ꝑ nostrū nūciū. Si qui ex parte nr̄æ [g] de suis iustis [h] possessionib. expulsi sunt restituātur sine fructibus & damno: nisi in cā principali suæ ꝓprietatis iure possit se tueri possessor, saluis priorib. concessionibus: & oēs offensæ eis remittātur. eodē iure seruādo iis, qui sunt ex parte nostra circa restitutionē: nisi ciuitas adstringatur iuramēto [i], vt non restituatur: quo casu arbitriū boni viri volumus ꝓ restitutiōe succedere [k]. & si

* An autem pro lege seruari debeat, vide ꝑ Cyn. not. in l. pen. C. de dona. inter virum. Nec debet princeps contractus huiusmodi infringere, quimo ad eorum obseruantiam adstringetur vt not. in c. j. de probat. et l. digna vox. C. de le. & ibi ꝑ eundem Cy.

cum principe, habeant naturam bonæ fidei * contractum.

a Compellant. Sed quomodo? faciendo guerram. vel obsidendo ciuitatem, vel dando repræsalias? Respond. forte sic. Sed contra per hunc text. nam hic dicit bona fide compellant. hac bona fide nō videtur cōpellere aliquo prædictorū modorū: nam bona fides est contraria dolo & fraudi: vt ff. pro socio. l. iij. in fin. & in prædictis plerunque hæc versantur: & quia discordiæ sunt sedandæ & remouendæ: vt ff. de legat. ij. l. cum pater. §. dulcissimis. & quia omne beneficiū decet esse perpetuum: vt C. de excu. mu. l. antepe. & quia per pacem discordiæ sopiuntur: vt C. de cad. tol. §. ita. in princ. etiam ex pace videtur nasci discordia: quod esse non debet: vt C. vnde vi. l. meminerint. Sed forte his non obstantibus possunt prædictis modis compellere: nec enim videntur dolo facere, cū alterius fraudem excludant: vt ff. de lega. ij. l. cum pater. §. Titio. & quia pax fingitur ei non concessa, qui aduersus pacis statuta venire non timuit. arg. ff. de mino. l. auxilium. in princi. Vel forte posset dici, quod accipiātur hoc casu obsides: vt arg. ff de iur. fis. l. diuus. ff. ex quib. cau. maio. l. nec non. §. j ff. de testa. l. obsides. Odofre. Dic quod procedatur illis viis & modis, quibus videtur expedire. arg. contra, vt lite non cōtesta. quoniam frequēter. §. fina. adhiberi enim debent illa remedia, quæ magis timeantur, adhibito tamē discretionis moderamine.

b Nobis intrantibus. Hic dicitur, quod quādo imperator intrat Lombardiam, debetur ei sodrium regale & consuetum, & viæ & pontes aptari, & aptatæ sufficienter in eundo, & redeundo: & quod debet habere mercatū sufficiēs pro se & suis: & hic determinatur quæstio de guardana formata per gl. C. de sacrosanc. ecc. l. neminem. nam guardana Imperatoris non debet auferre res aliorum, sed debet emere: nisi forte deficeret sibi pecunia: vt l. ij. ff. ad legē Rhodiā. de iac. vel nisi rustici adeo forēt tenaces, quod nollēt eis vendere victualia, vt not.

c Vias & pontes. & ab horum refectionis onere nemo excusatur: quod dic: vt C. de sacrosanct. eccle. l. ad instructionem.

d Sufficiens. non dicit sufficientissimum. sic ergo sufficit aliquid sufficienter præstari, licet non sufficientissime præstet. sic ff. de ædil. edic. l. si quid venditor. & l. sciendum. §. illud. Odofr. Restituantur. hoc nisi in cā principali iure se tueri possit possessor: nā tunc impeditur restitutio, vt sequitur: quod quidē est contra alia iura. nam & si quod ius haberet, per ingressum violentum admisisset, attamē restituere tenetur ei, cui per vim abstulisset, vel occupasset: vt C. vnde vi. l. si quis in tantā. & in Lōbar. de inuasionib. l. fi. Et quod inuasionis restitutio nō sit impediēda, ꝓbatur in Lōbar. de offi. iud. l. legato. Sol. hoc est cōtra cōmunia iura: & speciale est cū in modū priuilegij cōceditur. hoc tn̄ hodie nō seruatur. Vel dic, aut inuasor inuadit sua authoritate, aut cū iudicis authoritate. Primo casu locū vendicāt sibi contraria iura. Secūdo casu serua, quod hic dicit. & hoc forte casu loqui pōt hæc lex siue precedens. Odof. Adde, quod spoliatus si contra ius petit se restitui: ita quod exceptio obstet ipsi possessorio non est fienda restitutio: vt hic, & in c. cōstitutus. de filiis presby. per Innoc. nam qui expressè iniustum petit, inepte agit, vt no. in c. j. de offi. vica. ꝑ Innocen. Si verò non apparet de iniustitia petitoris: si quidem excipiens est per iudicē, & partē admissus ad excipiēdum, videtur per cōsequens admissus ad probandum: vt not. Inno. in c. cum venisset. de testib. Si autem non est admissus: tūc refert, aut allegat spoliatio, aut dolus sine spoliatione. Primo casu nō admittitur exceptio, dolo facis, Secundo sic, vt C. vnde vi. in l. cum quærebatur. & ita intelligitur quod no. ff. de iudi. l. si de vi. & C. de agri. & cens. l. si coloni. lib. xj. & extra de restit. spo. c. j.

e In omni decimo anno. in omni decimo anno fidelitates sunt renouandæ.

f Renouabunt. hoc fit propter iuuenes, qui propter ætatem non debent iurare, & modo peruenerunt aliqui ex eis ad eam ætatem, qua iurare tenētur: & propter senes etiam qui iurauerunt pro tempore, & modo ratione ætatis iurare non debēt: sic s̄. de pac. iura. fir. circa princ. Sed hodie hoc nō seruatur. Odof. Nota ergo, quod propter mutationē ætatum fit renouatio fidelitatis: quia ætas naturaliter variatur: vt no. C. de in integ. rest. mino. l. si minorē te. & extra de probat. in presentia. vnde ex preterita minori ætate non præsumitur in præsenti: quia non est quid stabile: vt ff. ad leg. Fal. l. hæreditatū. nisi tempus præsens est coniunctum præterito, arg. huius literæ.

g Si qui ex parte nostra. no. quod expulsi sunt restituendi ad suas iustas possessiones.

h De iustis. secus ergo si iniustis. Odofre. hic cadit glo. signata supra, in §. sufficiens. quæ debet scribi super verbo, restituatur.

i Iuramento. No. quod per iuramentum proceditur dispensatiue. Sed an hoc iuramentum teneat? puto qđ non. cum sit contra diuinam & humanam legem. Vnde diuina pagina dicit, Non concupisces rem proximi tui. ad qđ est ff. de iusti. & iure. l. iustitia. & iuramentū contra leg. factū nullius est momenti: vt ff. de leg. iurisgentiū. §. generaliter. C. de leg. & cōsti. l. nō dubiū. in fi. C. de nup. authen. quod eis. arg. extra de iureiur. c. intelleximus. ff. de lega. j. leg. si quis inquilinos. §. si. Odofred.

k Succedere. vt soluatur rei æstimatio. Odofre. qđ est cōtra ius cōmune, quod inuasor dn̄o nolēte liberetur rei æstimationem soluēdo ff. de rei vendica. l. nec quasi. Et no. pulchra verba, arbitrium boni viri pro restitutione succedere. s. vt satisfecisse videatur ille, qui soluit æstimationem arbitrio boni viri taxatam. Et no. quod in tota ista pace non restituuntur fructus: qđ intellige, nisi essent extantes in feudo; quia tunc non resti.

qua controuersia [a] fuerit orta de feudo inter nos & aliũ q̃ sit de societate per pares illius ciuitatis, vel episcopatus, in quo descẽdit, agetur: & secundum consuetudinem [b] illius ciuitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lõbardia fuerimus, Tunc enim in audientia nostra, si nobis placuerit agitabitur. Item volentibus [c] venire contra pacta non per violentiam facta & iuramẽto firmata inter ciuitates & ciuitates, societates & societates, vel ciuitatem & alias personas: nos audientiam denegabimus. Item nos restituimus stratã [d] Veronensibus: & nominatim recipimus Drolinum in plenitudinẽ gratiæ nostræ & omnem offensam ei remittimus.

Hanc igitur secundũ formam præscriptam et vt per mediatores pacis, videlicet Gulielmum episcopum Discensem, Henricum Marchionem Sarnensem fratrem Friderichum de sylua benedicta, & Rodulphum camerariũ nostrum vnà cum his bona fide intelleximus, & secũdum tenorem, quo eandem pacẽ & concordiam iurari fecimus, & secundũ quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi & conseruari statuimus: & vt firma permaneat, & inconcussa præsentem paginam nostri impressione sigilli fecimus communiri [e].

Nomina verò ciuitatum, quibus sic gratiã nostram reddidimus, & præscriptam fecimus concessionem seu ꝓmissionẽ, hæc sunt: Vercellæ, Nouaria, Mediolanum, Laude, Pergamũ, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Teruisium, Bononia, Fauentia, Mutina, Rhegiũ, Parma, Placentia. Istis autem ciuitatibus & locis pacem seruari volumus, & gratiam nostram reddimus. Præscriptam autem [f] concessionem seu promissionem

restituuntur tanquam accessiones, sed tãquam ipsum corpus fundi: vt l. fi. §. pe. ff. quæ in frau. cre. dicit Accur. quod nunquam quis lucratur fructus: nisi rem habere videatur. ff. de reg. iu. l. qui actionem. Item ait qđ intra tempus restituendi, scilicet quãdo quis petit qđ nõ est, nec fuit suũ. ff. de lega. j. l. si quis bonorum. ff. solut. ma. l. si mora. Debitor lucrat̃ fructus nisi tempus sit appositum causa custodię. ff de reg. iu. l. cum tẽpus. dicit Accurs. quod speciale est in imperatore qđ possit auferre rem alterius. ff. de reg. iu. l. id qđ nostrum. Nisi ciuitas adstringatur iuramento. Not. qđ ciuitas potest obligari per iusiurãdũ, & sub iureiurãdo pacisci, licet nõ habeat animam: vnde hoc iuramentũ referendum est ad animam ciuium, p ea quæ no. Inn. extra. de sent. excom. c. grauem.

a Si qua controuersia. Dicitur hic, quod cõtrouersia feudi inter imperatorẽ & alios de societate debet dirimi per pares illius ciuitatis, vel per episcopum illius ciuitatis, in qua discordia vertitur, & secundum consuetudinem illius terræ. Et sic no. quod in feudis attẽditur cõsuetudo loci vbi res est. Not. qđ si imperator cõcessit mihi Tusco feudum cuiusdam castri Alemaniæ, videtur mihi concessum secundum consuetudinem Alemaniæ. & si Alemanico concedit in Tuscia, videtur concessum secundum consuetudinem Tusciæ, vt hic dicitur. & est ratio: quia consuetudo præstationis & rei præstandæ intelligitur secundum locum illũ, vbi debet fieri traditio & solutio corporalis: vt l. semper in stipulationibus. de regul. iur. quod est nota. & facit quod no. extra de test. c. Raynutius. super gl. fortè. in nouella.

b Consuetudinem. Inspicitur enim regionis cõsuetudo: vt ff. de fund. instr. l. cum de lanionis. §. asinam. & est sic s. eo. §. in caussis. vincit enim de iure Romano etiam in eo loco in quo est: vt ff. de legi. l. de quibus. licet contrarium sit de iure Lombar. vt in Lomb. qualiter in iudi. l. placuit. Odofr. Et no. hic cuius loci pares debeãt cognoscere de feudo: quia pares illius episcopatus vel terrę vbi lis agitatur: debet autem agitari in terra vel loco, vbi feudũ existit: quia reale iudicium est: vel quia iste locus est commodior, & melius scitur ibi veritas. arg. ff. de flumi. l. j. §. j. & C. de appella. l. cum post. & in c. j. de rescr. in cle. Et si quæras quę intelligatur causa feudalis? Respon. si criminaliter agitur vel vltra leges feudorum, nõ est causa feudalis: sed si de inuestitura facta vel fiẽda, vel de possessione ablata vel turbata per dominum vasallo, vel per vasallum vasallo. de mili. vasal. qui contu. est. c. j. & vbicunq; fit commemoratio feudi ad intẽtionẽ fundandam coadiuuãdã vel repellẽdam. Secus si non agatur vel excipiatur ex hoc capite: vt extra de fo. compe. c. verum. per Inno & dixi in c. j. §. præterea. de proh. feu. ali. per Frider. & hęc vera in petitorio & possessorio. Et vnũ scias, qđ ille, q̃ non vult inuestire vasallum de recto feudo, de alio feudo cognoscere non põt: quia iniustus in vno prę sumit̃ iniustus, & suspectus in alio. de contro. inter vasal. & epis. c. j. text. est notabilis.

c Itẽ volentibus. Hic dicit quod volens venire contra pacta nõ auditur: ergo si audiẽtia denegatur, exceptio pacti impedit litis contestatio. quod verũ est, si pactum est iuramento firmatum, vt hic. secus si non sit iuramento firmatum, sed sit factum lite pendente. argu. ff. de pac. lege, tale pactum. §. qui prouocauit. & C. de pact. l. postquam lit. & C. de fide instrumen. l. iij. nam cum sit renunciatum liti, non potest denuo resuscitari: vt no. in c. j. de lit. contest a. libr. vj. in nouell. Deinde no. hic, quod ille qui per metum vult, nihil vult. quod dic vt notat. ff. de reg. iur. l. velle non creditur.

d Stratam. nota, de verbo stratam Ozolinus nobilis quidam de Roma fuit, ex quo geniti fuerunt duo pessimi tyranni. alter quorum eodem nomine potitus est: alter verò Albericus fuit nominatus. Odofredus.

e Hanc igitur. Communiri. sic s. eod. §. pacem itaque. & dic vt ibi. Odofr.

f Nomina verò ciuitatum. Præscriptam autem concessionem. vt hic patet: & supra eodem, in prin. §. nos Romanorum Imperator &c. & supra, proximo. §. nomina verò &c. certis tantum ciuitatibus hæc priuilegia conceduntur. Quid ergo si aliquis in aliqua harum ciuitatum habitet, & negetur

esse

esse de natione eius ciuitatis vel alterius, quæ in hac pace cōprehēsa sunt? Respond. probare debet se habuisse originē in aliqua harum ciuitatum: vt. ff. de proba. l. j. secundum vnā lec. quam ibi dixit. Odof. & secundū hoc nomen & beneficiū ciuitatis forēsibus & extraneis nō prodest. C. de re. l. si nō speciali. quod teuementi, nisi essent recepti in numero ciuiū: vt. ff. de iu. fis. l. sed si accepto. nam alteri paciſci nemo potest: cum ab eo mandatum non habeat. iuxta illud, nihil ad nos, de iis qui foris sunt.

a Pacem. concordat. ff. de pact. l. j. in prin. & inst. de iniur. §. fin.

b In animam nostram. not. qualiter quis iurat pro alio in animā domini. lxiij. dist. c. tibi domino. Odof. pone, constitui procuratorem ad iurandū de calumnia in animam meam: aduersarius dicit, qđ ego compaream, quia melius noui factū? Respon. in iuramēto calumniæ nō debet hoc ventilari: vt no. in c. vlti. de iura. calum. li. vj. in nouella. Nunquid ille qui habet potestatem faciendi qc quid viderit expedire, dicitur habere arbitrium voluntatis? videtur qđ sic. ff. mā. l. creditor. §. lucius. & no. in c. ij. de iura. calum. libr. vj. in nouel.

c Hi autem. primo nominat principes, duces, comites, & barones, qui ex vna parte principis vnà cum iuramento pacem iurauerū. Secundo nominat nuncios Lōbardo. & aliarum ciuitatem societatis eorū, qui ex aduersa parte iuramēto suo pacem roborauerūt. Tertio nominat ciuitates, q̄ pacē ex parte principis vnà cum principe cum Lombardis pacem habuerunt. Quarto nominat nuncios Lombardorum quibus inuestituram consulatus dedit. Quinto impreſsione, sigilli sui pacē princeps corroborat. Sexto apponitur tempus & anni domini, & indictio, & anni Imperij, & locus, vt appareat vbi & quando data fuit hæc lex, & hęc vsque ad legem illā In Christi. Odof. & facit. C. de testa. l. omnium. ibi, dum dicitur, inter tot nobiles probatasque personas.

his non facimus, videlicet Imolæ Castro sancti Casſioni, Bobio, Fleti de guarbadona, Ferotræ, Belutiæ, Tenetæ. Ferrariæ autem gratiā nostram reddimus, & præscriptā cōceſsionem facimus seu promiſsionem, si intra duos menses post reditum Lombardorum à curia nostra de pace præscripta fuerint. Hanc itaque pacem [a] & concordiam, sicut præscriptum est, tam nos, quā filius noster Hēricus Romanorum rex per camerarium nostrum Rodulphum iurari fecimus in animam nostrā [b], Hi autem [c] sunt principes & nobiles curiæ, qui præscriptam pacē & cōcordiam per se firmam tenere iurauerunt. Hermānus Monaster episcopus, Henricus Cirnensis electus, Citalinus Curiensis. Abbas, Gotifredus imperialis aulæ cancellarius. Otto dux Bauariæ. Friderichus dux Sunormæ, filius noster. Bertoldus dux Zaermone. Bertoldus marchio Histriæ. Hermannus marchio Vero. Comes Henricus dux Spleteñ. Comes Theopobus de Lexcomiende. Comes Ludouicus, frater cancellarij Odelfestre. Rodulphus camerarius. Guarnerius de Lombardia. Cano de Minabere. Corradus pincerna.

HI sunt nuncij, qui ex parte Longobardorum pacem præscriptam & concordiam receperunt, & in præsentia nostra iuramento confirmauerunt. De Mediolano Guido de Landriano. Pinaamonte de Vicomercato. Adobatus Bultrassus. Guilielmus Burrus. Guercius de Buxola. Aldericus de Bonate. Rogerius Marcellinus. Loterius medicus de Brixia. Obrandus de Martinengo, Gozed de Turbiado, Desiderius iudex. Rodulphus de Cōcipio. Boccatius de Manerbio. Albericus de Caprino. De Placentia Girardus de Artizone. Iacobus strictus. Hermannus de Carnocampo iudex. De pergamo Albertus. de Mappello Attoficianus. Ioannes de Piterigo. Lanfrancus de Monacha. Albertus Attonis. Albertus Albertonis. De Verona Corus iudex. Vbertinus de carcere. Valerianus de Castello. Martius de Castello. Theobaldinus de Nicaudo. Theobaldinus de Nascenguerra. De Vincentia Pileus iudex. Vbertinus de fonte viuo. Cardenarius Marchus de Pauliana. de Padua Ianxusellinus iudex. Bugelescus de fonte Glina. De Teruisio Florius iudex Gumbertinus. De Mantua Alexandrinus Iacobus de Amica, Angelus iudex, Henricus de Angelo. De Fauentia Barnardus iudex, Hogolinus de Azo. De Bononia Antonius potestas. Rolandus Guarini. Matthæus Rodulphi. De Mutina Arlotus iudex, Reinerius de Buca Cabata. De Rhegio Albertus Cambiator. Rolandus de Charitate. De Parma Iacobus Petri braui, Mallobatus iudex. Vetulus iudex. Corradus Banzoni. de Laude Vincentius de Sisiraga, Anselmus de summa ripa. De No-

ACta. hic habes arg. quod anni domini, dies, mēsis & consul, & alia q̄ in instrumentis apponuntur, debeant poni in fine instrumētorum. alias habes contrarium: vt s. de iur. emphy. in princip. quod credo verius: vt in auth. vt præp. nomen impe. in prin. &. §. j. & ij. in Lombar. de episcopis. l. Sed nunquid instrumētum vitiatur, si in fine hæc apponantur? dico quod non. Nam in instrumentis non apponuntur hæc, nisi vt constet de tempore contractus. Sed siue in principio. siue in fine ponantur, nihilominus cum constat de tempore ex quo apposita sunt, de iuris ordine non curatur. ff. de solu. l. nec enim. Odof. Sed nunquid vitiatur instrumentum, si nomen imperatorum præpositum nō fuit, vel non interceſsit tabellionis subscripto, vel cōtrahentis, vel aliquid defuit ex his, quæ debent interuenire? Respon. vtique arg.

uaria Opizo de Briona. Tedixius Cabalacius, Girardus de Bomprando. De Vercellis Meardus & Vercellinus.

HAec autem sunt ciuitates & loca, quæ pacem præscriptam sub iuramento Lombardorum nobiscum receperunt, & eandem per se iurauerunt: Papia, Cremona, Commuiterdona, Asta, Cæsaria, Ianua, Alba, & aliæ ciuitates & loca & personæ, quæ sunt, & quæ fuerunt in pace nostra.

HAec autem sunt nomina nunciorum, qui inuestituram consulatus à nobis nomine ciuitatum receperunt. de Mediolano Adobatus. De Placentia Gaardus Attizonus. De Laude Vincentius Corno. De Vincentia Pileus. De Padua Iansus. De Teruisio Florius. De Mantua Alexandrinus. De Eauentia Bernardus. De Bononia Antonius. De Mutina Arlotus. De Rhegio Rolandus. De Parma Iacobus Petribraui. De Nouaria Opizo. De Versellis Meardus. De Pergamo Artoficiarius.

SIgnum domini Friderichi Romanorum inclytissimi Imperatoris. Ego Gotifredus imperialis aulæ cancellarius vice Christiani Maguntinæ sedis archiepiscopi & Germaniæ archicancellarij recognoui.

ACta sunt hæc anno incarnationis Mclxxxiij. indictione prima regnante domino Fridericho Romano imperatore gloriosissimo, anno regni eius lxxxij. imperij verò. xxxix. Da. Apud Constantiam in solenni curia vij. Calend Iulij.

IN Christi nomine iuro ego quòd amodo ero fidelis domino Imperatori Fridericho, & eius filio regi Henrico: non ero in consilio vel facto, quòd ipsi perdant vitam vel membrum [a] aut mentem seu coronam [b] imperij vel regni vel caput, & si sciuero aliquem fecisse vel facere volentem: per me vel alium domino Imperatori vel regi, vel nuncio eius, sine fraude manifestabo eis, & adiuuabo honorem coronæ tenere: & si perdiderit, recuperare bona fide in exercitu & comitatu adiuuabo. Insuper pacem domini Imperatoris Friderichi, & filij eius regis Henrici, & suæ partis factam cum societate Lombardiæ & eius societatis sicut scriptum est inde, sine fraude intra quindecim dies post iurata bono intellectui, & sigillo Impera-

que. ar. in auth. vt præpo. nomen impe. arg. C. de fide instr. l. cōtractus. C. de conue. fis. deb. l. fisco. ff. de test. l. ad testium. §. si quis. ff. de transact. l. cum hi. §. si prętor. de coll. bo. l. j. arg. optimum. ff. de in integr. resti. l. diuus. C. qui test. fac. pos. l. furiosū. in fine. Si enim q̄ ad rei substantiam modum, ordinem vel solennitatē pertinent, omittantur quicquid gestū fuerit, vitiatur. arg. C. de contrahen. emp. l. empti. & l. pretiū. ff. de cōtrahen. emptio. l. nec emptio: & l. si res. & ff. de act. & obl. l. in omnibus. ff. loca. l. qui ad certum. & l. si tibi decem. & ff. de ver obl. l. j. in princi. ff. si cer. pe. l. rogasti. C. de non nu. pe. l. cum vltra. C. de iure emphy. l. ij. C. de fabricen. l. si quis insti. de inuti. stipu. §. si quis aliū. & §. si quis aliis. C. de sentē. & interlo. om. iud. l. prolatā. & C. de except. rei iud. l. j. C. de app. l. nominationes. Et quia quoties plura interuenire debent, vnum interuenisse non sufficit: vt ff. de disor. l. fin. cum si. Vnde est arg. cōtra, quod valeat instrumentum ita cōfectum. ff. de manu. vin. l. antepen. ff. de appella. lege, scio. sed primum verius Odofr. Sed quid si apponuntur solennitates, tamen erratur in vna: vtrum tabellio potest propria authoritate emendare exēplum, si errauit in die, vel in appositione loci? Respōdeo, si est quæstio super die vel loco, non potest emendare: nam rasura caderet in loco suspecto. si autem alibi, & vbi nō pendet quæstio: tūc emendare potest, & radere verbum erroneum, & ponere verbum verum. & not. C. de test. l. si vnus. Si autem non errauit in solennitate instrumenti, sed inqualitate facti, tunc postquā instrumentum est redactum in medum & publicatū, nihil sua authoritate emēdare potest, sed debet facere errore comperto de mandato iudicis secundū Cy. qui ita no. ff. de statu ho. l. Imperator. Vel dic si est talis error, qui noceat, nō potest emēdare sine iussu iudicis: secus si nō officit parti: quia partis non interest cum & sine tali emendatione valeat instrumentum: vt C. de test. lege, ambiguitates. & lege, præposteri. & lege errore. & ff. de reg. iur. lege, si librarius. Illud constat, quod aliæ sunt solennitates instrumenti, & aliæ negotij: vt no. ff. de edē. l. j. §. editiones in fine glo.

a IN Christi nomine. Mēbrū. Ad hoc est supra, de forma fid. ca. j. Odof.

b Coronam. Potest ergo princeps deponi, vt hic: qd' dic vt supra nota. in §. cum autem. de forma. fide. c. aliss. Odofre. Sed si Papa deponit Imperatorem dolo vel ambitione sine legitima & ardua causa: depositio ipso iure est nulla. Nā adesse exercitiis huius iurisdictionis supręmę circa statum tēporalium Papa debet procedere tanquam Deus qui est veritas: vnde requiritur causa: ergo nō subsistente causa, cessat iurisdictio. tenet consequentia p doctrinam Innocentij, qui dicit, quod quando causa requiritur tanquam fundamentum iurisdictionis, oportet causam esse veram, & discussam: alias iudicium est ipso iure nullum: vt ipse notat extra de foro compet. in nouella. ca. cum sit. & de rescript. c. super literis. per Innocen. de officio delegat. c. cum supper abbatia. per Innocen. Est & alia ratio: quia ecclesia debet vasallo vicem: & de suo Imperio nō potest eum lædere: imo Papa se facit alienum à potestate, si talem iustitiam non reddit imperatori cui iurauit fidelitatem: vt in capitu. j. de forma fide. collatio. x. & Imperator potest se defendere cum exercitu suo. de mil. vsal. qui contu. est. capitu. primo. §. vlterius. Vnde cum Papa Ioan. vigesimussecundus minaretur regi Roberto de faciendo mirabilia: Rex Robertus respondit: vos

facis

toris sigillata obseruabo bona fide [a], & sine fraude hoc iurare faciam omnes masculos [b] mecum habitantes à sexdecim annis supra vsque ad septuaginta intra quindecim dies postquam iuratum habuero, exceptis seruis.

Et qui per me iurare noluerint, intra tertiam diem imperatoris, vel regi, vel suis nunciis manifestabo per breue. Mclxxxiij. Indictione prima.

Ego iuro [c] omnibus ciuitatibus societatis Lombardiæ Marchiæ & Romaniæ & locis & domino Opizoni, marchioni Malaspinæ, & omnibus personis prædictæ societatis concessiones & permissiones atque pacta, sicut in scripto [d] pacis inter nuncios domini Imperatoris & rectores, & nuncios ciuitatum societatis Lombardiæ facto continetur firmans tenore: necero in consilio vel facto, vbi aliquod prædictorum minuatur alicui de societate: & si qua persona aut ciuitas, vel locus alicui ciuitati, vel loco, aut personæ prædictæ societatis, aut iam dicto marchioni auferre vel diminuere voluerit: eos vel eas manutenere, & defendere bona fide, sine fraude contra omnes adiuuabo: & omnia præcepta [e], quæ rectores concorditer omnes vel maior pars [f] mihi fecerint, sine fraude obseruabo. & omnia supradicta attendam à Calend. Maij vsque ad triginta annos [g] & in capite vniuscuiusque quinquennij, scilicet si per maiorem partem rectorum requisitus fuero, renouabo. & hoc totum sine fraude iurare omnes homines meæ ciuitatis à decimoctauo anno vsque ad septuagesimum faciam. & hæc omnia faciam iurare consules vel potestates meæ ciuitatis & credentias vsque [h] ad illum terminum, qui mihi constitutus fuerit per rectores Lombardiæ, & Marchiæ, & Romaniæ, in hoc eloquio.

facietis, & nos faciemus, & me iuuabo. hoc est quod iurantes in sacramento fidelitatis debent adiicere: vt supra, in pace. §. omnes. Odofre.

a Bona fide. hoc sufficiebat dixisse: & licet non dixisset sine fraude. bona enim fides contraria est dolo & fraudi: vt ff. pro socio. l. iij. in fine. Odof. ff. de pactis. l. iur. gen. §. sed si fraudandi. ibi, bono intellectu. Nota, quod cõtractus debet intelligi ad bonum & sanum intellectum: quod tene menti.

b Masculos. excludit ergo sexum fœmineum: certis tamen ciuitatibus hoc remittitur: quod suæ ciuitatis homines iurare non faciant: vt j. eod. c. §. hæc sunt nomina.

c Ego iuro. Hic Imperator idem iurat: & ipse in animam suam hic iurare facit: vt hic, & s. in pace. §. hic itaque. simile s. de forma fide. c. tibi domino. Vel dic non iurat idẽ, sed alius in animam eius: vt d. §. hanc itaque. & hoc innuit. l. proxi. ibi inter nuncios. Vel dic, quod hoc est sacramentum, quod fit per rectores ciuitatum, qui fuerunt in parte principis. argu. supra, eodem. §. hæc autem sunt ciuitates & loci superius notata. est iuramentum quod fit per ciues ciuitatum societatis Lombardiæ: sequẽtia vero sunt sacramenta rectorum ciuitatis Lombardiæ seu societatis eorum.

d Scripto. Secundum hoc habes etiam hic argumentum, quod hæc lex est scripta: quod dic vt supra diximus. Odofredus.

e Præcepta. Sed quomodo possunt præcepta iniungere principi, cum maior sit: et minor in maiorem nõ habet imperium? Respond. vt nota. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. est receptum. & sic Imperator potest per actum obligatorium conferre iurisdictionem contra seipsum pro bono pacis. vel dic verius vt modo dixi. Odofredus.

f Maior pars. quod enim maior pars facit, tota vniuersitas fecisse videtur: vt ff. ad municipa. l. quod maior. Odofredus. Nota ergo, quod illud quod facit maior pars collegiatorum seu confœderatorum minori parte contradicente, ratum quo ad omnes debet haberi: quia omnes collegiati redigũtur ad instar vnius corporis. quod est notandum ex his scilicet, quæ pertinent ad totum corpus ligæ, & ille qui est nobilior & potentior in liga, ille intelligitur superior ad conuocandum alios. argumento. ff. de fide instrumento. lege, finali, in capitulo primo de maioritate & obediẽtia. per Innocentium.

g Triginta annos. Quid ergo erit finitis triginta annis? Respond. de necessitate ex integro est iurãdum: licet hoc hodie nõ seruetur. Non autem dicas tempore hoc elapso pacem amplius non durare, cum perpetuo, non ad tempus hæc pax concedatur: vt supra, eodem. §. hanc ergo pacem. vsque ad finem. & §. nos Romanorum Imperator. Odofredus. Imo ex hoc colligitur aperte pacem hanc temporalem fuisse. nam perpetuum est quod triginta annis durat: vt institutionibus de perpetuis & tẽporalibus actionibus. Odof. imo prima verior: vt supra eodem. §. in omni decimo anno. nam hæc dictio, in omni, perpetuitatem temporis demonstrat. Vel dic, quod tempus adiicitur hic iuramento. Imperatoris, nõ concessionibus & aliis capitulis pacis: & hoc teneas. tempus enim adiectum alicui determinabili determinat solum illud, & non aliud: ad cuius determinationem non est appositũ: vt ff. de contrahenda emptione. l. qui fundum. C. quando dies lece. l. ex his verbis.

h Credentias vsque ad illum terminum. Nota hic si tenes, quod hic sit iuramentum Imperatoris quod Imperator iurat credentias Lombardorum: & societates eorũ: & quod eas non pandet ad eorum detrimentum. Idẽ puto in Lõbardis & eorũ fautoribus, quod hoc idem principi iurent, cum magna secreta ab vniuersis imperio debeantur: vt C. de oper. public. l. quicunque locus. & secreta regis abscondere bonum est: vt in Lombarba de his qui secreta regis fradulenter inquirunt. in fine. Secreta enim domini subditis merito committuntur: vt argu C. de proxim. sacro. scrin. l. proximos. & quod iurent, habes argumen. extra de iureiuran. ego N. episcopus. & supra, de noua forma fideli. circa fin. Sed quæ dicuntur secreta siue credentiæ? Respondeo, ea quæ vulgo ignorat: vt argumen. ff. de iis qui deiece. vel effu. l. j. §. summa cum vtilitate. & amodo si contra faciant, videntur venire contra pacem & iuramentum suum: & ita pace carere debẽt: vt

& alias

Sed & alibi, qui alicuius secretū pandit, capite plectit. ff. de re mil. l. omne delictū. §. iij. & l iiij. C. de cōmer. & merc. l. j. §. si quis tabulas. ff. de possess. xxij. q. v. ca. de forma. Cōtra ff. de orig. iur. l. ij. §. postea princeps.

& alias de vasallo dicitur, qui amittit * feudum, si credentiam domini manifestauerit: vt supra, hic potest esse titulus, quibus modis feud. amitt. c. j. & frustra implorat legis auxilium, qui in eam committit: vt ff. de minoribus. l. auxilium. Odofredus. Ex prædictis apparet, quod si anciani alicuius ciuitatis iurauerunt tenere aliquā credentiā & aliquis eorum reuelat eam in dānum cōmunitatis, quòd debet ab officio remoueri. Et no. hic, ꝙ qñcūque imponitur hæc pœna remotionis durāte officio, potest cognosci de crimine. Nam si spectamus finem officij, frustra fieret amotio: vt C. ad legem Iuliam re. l. iubemus.

Die lunæ xj. Callē. Ianuarij [a] in Placentia in ecclesia sanctæ Brigidæ in præsentia Mirabelli, Gulielmi, Garoni notarij, ibiq; in eorum presentia [b] rectores Lombardię, Marchiæ & Romaniæ, fecerunt prædictum sacramentum: nomina quorum sunt hæc: de Brixia Aldericus de Sella. de Verona Voxo iudex. de Bononia Prendeparte potestas. de Padua Bazotus. de Nouaria Rogerius Marcellinus potestas. de Teruisio Oldericus de montello. de Mantua Gulielmus de Azo. & de Placentia Bonizo iudex. de Pergamo Albertus de Ossa potestas. de plebe de Granatina Petrus Collus iudex. de Fauentia Gulielmus Butinus potestas. de Mediolano Petrus vicecomes.

Haec sunt nomina eorum [c] qui iurauerunt, vt superius legitur: vt dicti rectores iurauerunt: eo excepto, quòd non fuerunt districti facere iurare homines suæ ciui-

[a] Die lunæ xj. Calend. Ianuarij. Nota quòd olim notarij ita scribebant ratione maioris certitudinis: quia si adiicitur intrante, vel exeunte, dubium est: quia quod pluribus modis exponi potest, est æquiuocum: vt no. ff. de verborum oblig. l. quoties in stipulatione ambigua. Quid ergo si instrumentum dicit actum vndecima die Ianuarij, & non dicit intrāte, vel eunte mense? Respōdeo: si quidem apponitur propriū nomen diei, puta actum die lunæ vndecima Ianuarij: satis apparet ex ipsa scriptura: vt hic. Si autem non apponit nomen proprium, potest dubitari. Pone enim, quod testes dicunt, vndecima die intrante mense Ianuarij partes fuerunt alibi. Ex aduerso respondetur, quod ista probatio non concludit de necessitate. Quæritur ergo, vtrum dicti testes reprobent instrumentum? Et videtur quod non: quia sicut debemus saluare testes, ne in falsum incidant: ita & instrumentum & testes: vt extra de testib. cum ita filij. Item dicta testium debent interpretari in meliorem partem: vt not. Innocen. in ca. dudum. ij. extra de electio. Item cum testes sunt inducti ad probandum, & non probant: de necessitate debent interpretari contra producentem: vt extra de probatio. c. in præsentia. et ca. cum causam. de rescript. & in cap. vlti. de conditione apposita per Ber. nisi in causa fauorabili: vt ff. de manu. l. antepe. & in cap. ex literis. de probat. & de regulis iuris. l. in ambiguis. cum similibus. In contrarium videtur: quia illud instrumentum secundum communem vsum tabellionum probat de vndecima die intrante mense. Cum ergo probatio reprobatur, ergo probatum est instrumentum. Non enim ista est præsumptio, sed communis intellectus vulgi. & ideo non obstat quod nota. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod fere. & quod notat Innocentius in capitu. innotuit. de eo qui fur. ordin. recep. non enim dicitur incertum quod certam interpretationem semper habuit. Argumen. ff. de fundo instructo. l. cum de lanionis. §. asinm. Et est notandum, quod ad hoc vt ista æquiuocatio cesset, in literis apostolicis apponitur nonas, Idus, & Calendas, vbi talis dubitatio incidere non potest: vt infra, eodem. §. fina.

[b] In eorum præsentia. hic habes argumentum expressum, quod testes debent scribi & imponi in prima parte instrumenti. & hoc hodie seruant tabelliones nostri temporis. Alij, quod in fine: vt videantur interfuisse contractui toti. Odofre. Tu dic, quod si debent se subscribere, debent eorum nomina & subscriptiones poni in fine: vt C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima. §. pe. ibi dum dicit, & in fine, &c. Et hoc patet ex ipso vocabulo: quia dicit subscriptio. sic et tabellio debet se subscribere in fine, licet signum suum possit apponere tam in principio quàm in fi. Illud certum est, quod instrumenta debent habere suas proprietates. Et per hoc dicūt quidam, quod imbreuiatura * nō probat: quia nō est ibi subscriptio & signum: vt no. Iaco. de Areti. C. de fide instru. l. cōtractus. per Bar. ff. de test. l. ad testiū. §. si quis. & dic vt extra de fide instru. c. cum per tabellionem. & in authenti. vt pręponatur imperatoris §. j. & C. de tabul. l. generali. lib. x. Et si inueniatur imbreuiatura, an præsumatur imbreuiatura testibus lecta, nota. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. j. & facit ff. de mili. testa. l. Lucius. Illud est certum quod vna scriptura iuuat & interpretatur aliam: vt ff. de edend. l. si quis ex argentariis. §. si initium tabularum. & de petitione hæreditatis. lege, vtrum.

[c] Hac sunt nomina eorum. Dicit, quod non sunt districti facere iurare homines. Iste text. facit ad quæstionem, vtrum comes, qui habet castrū quodam in feudum, alij teneatur facere suos homines iurare. Nam aliquando feudum sic datur vt iurent ipsi, & faciant iurare suos nobiles & vasallos: aliquando de suis nobilibus non fit mentio. & est hic argument. quod non teneantur ad hoc: nisi expresse caueatur in pactis: quia homo vasalli mei non est propterea homo meus, nisi alias habeam iurisdictionem generalē. & hoc nota. in spec. de fundo. §. quoniam. versi. xiiij. quæritur. & versiculo sequen. Idem sacramentum facit, vt prædicti rectores fecerūt. per istum textum probatur aperte, quod si tabellio scripsit primo dicta vnius testis, & postea dixit idē p omnia, dixit vt alius testis: siue sub eadem die siue sub alia: non est vis, quod talis scriptura probat testes in vnam consonantiam concordasse: licet aliqui dicant, quod ista scriptura non valeat propter incertitudinem. Alij dicūt, quod non valet: quia proferunt vnum & eundem præmeditatum sermonem. Sed nec prima ratio valet: quia totum videtur repetitum, nec secunda. quia quod dicitur de eodem mediato sermone, habet locum quando testes sunt suspecti: secus si sunt bonæ famæ. Vnde sequitur, quod per dictos testes fit probatio: vt not. extra de verborum significatio. nihil obstat. in nouellis. In huius fœderis fine seu circa fœderis obseruationem notandum est: quia, vt dixi, ista est lex: vt dixi supra, in §. volumus. & lex est commune præceptum, &c. vt ff. de legatis. lege prima, & in legibus duabus Græcis, eodem titulo, & instit. de iure naturali. §. lex. Vel lex est sermo determinatus secundum communem concordiam ciuitatis, admonens quomodo oportet agere singula, secundū Ari.

* An autem probet fideq; faciat. itēque quid sit imbreuiatura & annotari suas ībréuiaturas reficere, et imbreuiaturę erratum corrigere, et an etiā cācellare possit, vbi publicum instrumentū reddit parti. vide eūdem Bald. C. de fun. instru. super tit. & Bartol. in leg. Librarius. ff. de ver. signi.

Vel

tatis. De brixia, Desiderius iudex, Martinus de Potenalupis, Pax Consalonerius. de Padua, Guaniphus Achalaone. de Verona, Cancellarius Crescenouum, & Viuianus aduocatorum. de Teruisio, Trauisius de Gualperto. de Pergamo, Lanfranchus. de Monancha, Oprandus Iudex, Ioannes de Petengo. de Nouaria, Friderichus. de Boñ. Michael Capra. de Mutina, Rolandus de Baimonte. de Carino Bunalellus, de Garbonensibus. de plebe de Granatoria, Gregorius consul ita iurauit: suus rector. de Fauentia, Anteus iudex, anno à natiuitate domini Mclxxx. indictione prima, & postea sequenti die Martis. xiij. Calen. Ianuarij Armanus de Parma rector idem sacramentum fecit, vt pridem rectores fecerunt: & Albertus & Theobaldo similiter.

Finit liber de pace Constantiæ.

Anathema quid. * Secundum quod tradit gl. xj. q. iij. c. si inimic⁹. & ibidem not. Cæterum quid sit Anathema no. xxiiij. quæ. c. certū. vbi ait text. à deo separationem esse, & alibi æternæ mortis dānationem xj. qō. iij. c. nemo episcopus. Qualiter anathematis sententia feratur no. ea. qō. et causa. c. debēt. Differentiam autē inter anathema & excommunicationē vide iij. q. iiij. c. omnes. & per Arch. iij. q. iiij. c. commissarias. qui anathema dānationē seu maledictionem exponit, abs qua liberet nos pater benedictiōis qui ꝑ omnia in omnibusque semper est benedictus.

Vel lex est principis placitum. ff. de consti. prin. l. j. & leges sacratissimæ hominum vitas constringūt, & ab omnibus sciri debent: vt C. de legi. & consti. l. leges. vnde quilibet leges obseruare tenetur siue volēs siue inuitus: vt in Lombar. de episco. & cle. l. volumus vt omnibus. Hanc igitur pacem scire debetis, & eam inter alia ciuilia tanquā pretiosum & nobile ius vestro studio exornare. Pax em̄ multa bona inducit, discordias em̄ remouet, & tranquillam quietē inducit, statum personarum ac ciuitatū augmentat, honestatem affert, diuitias præparat. Dei ac regum gratiam tribuit, superbiam vniuscuiusque excludit, auaritiā cuiusqꝫ repellit, honoratis adiungit, non dum honoratis præparat, ad Deo seruiendum animum cuiusqꝫ incitat, fructum affectat expostulatum, vel affectum facit acquirere seu nancisci. arg. C. de cad. tol. in prin. C. de offi. præfe. præto. Afri. l. in nomine. in princ. ij. col. & s̄. in prin. & C. de vete. iur. enu. l. ij. §. quantumcūque. & §. omnia igitur. & in Lombar. de seditio. contra. iu. ciui. l. j. in fi. extra de treuga & pa. c. j. in Lombar. vt episcopi sint vniti. l. placuit. ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. quies ff. de adi. lega. l. quid si iterum. insti. in prooe. in prin. insti. de excu. tu. §. inimicitias. Est enim pacis cōfirmatio ipsa vera iustitia: vt in Lombar. de fur. l. vindicta. Odofre. Quæstio vtrum de ista pace facta Constantiæ debeat gaudium, vel festiuitas celebrari? & videtur quod nō: quia ista pax fuit adulterina ex parte Friderichi: & dato ꝙ Friderich⁹ esset imperator, fuit nulla ex parte populorum, qui subtraxerant sibi obedientiam. Venio ad primum. Nam ista pax fuit in feruore discordiæ, quæ erat inter eum & ecclesiam: vt s̄. §. nos Roma. ver. sentētia quoque. in verbo, occasiōe guerræ vel discordiæ ecclesiæ. tunc arguo sic: Imperator erat anathemarizatus. Est enim anathema excommunicatio solennis: nec potest esse * occulta: & ideo iste Friderichus tanquam notorie excommunicatus non potuit se gerere pro imperatore: quia omnis authoritas publica est anathematizatis interdicta: vt no. Inn. de dolo & cōtu. vetitatis. & plenissime no. in c. pia de excep. in nouel. li. vj. Sol. quia iste imperator fuit depositus, & vt ita dixerim, decoronatus: ergo leges eius exoleuerunt. i. esse desierunt: vt ff. de orig. iu. l. ij §. exactis deinde regibus. Sed certe fortissima ratione iste Friderichus leges condere non poterat. nec publica iura imperij administrare: quia erat schismaticus & reus læsæ maiestatis ecclesiæ, & hostis dominæ suæ: vn̄ ipso facto erat suspēsus ab administratiōe vt C. de hære. auth. gazaros. ad hæc. C. ad le. Iul. maie. l. quisquis. & arg. ff. qui & à qui. l. quæsitum. & de accusatio. lege, ex iudiciorum. de acquirē. hæredi. lege, Pantonius. §. rei. instatu. de hæred. quæ ab intest. §. per contrarium. & in c. domino guerrā s̄. hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. de elec. venerabilis. §. fin. Ex his ergo videtur cōcludendū, quod neque capitula istius pacis, neqꝫ leges istius Friderichi possunt in iudiciis allegari, & si quondā fuerit imperator. arg. C. de sac. san. eccl. l. decernimus. Io. And. tangit hic dubium extra de feu. c. ex parte. & dicit, quod quidam hoc asserunt: cum iste imperator fuerit damnatus in concilio Lugdunensi. Sed ipse Io. Andr. transit sicco pede & sub silentio nolens os ponere in cælum. tamē potest dici illud verbum. Illa loquebatur, nauē soluebat Vlysses. Nam quicquid cantet ecclesia, entia volunt bene disponi, nec bonū est stare semper in guerra & maledictione: & ideo quod populi acceptarūt, quia verisimile est, quod nondum erat depositus: ratū & gratum fuit hactenus habitum & seruatū quod in pace continetur. Item non reperitur, quod Henricus sextus rex Romanorum. à quo fundamentum etiam sumpsit ista pax, fuerit depositus: ergo valet. ff. quod fal. tu. autho. leg. j. §. idem Pomponius. Secunda ratio propter quam non videtur valere pax, erat: quia non valet transactio inter dominum & seruum: vt C. de transac. l. interpositas. sed ibi loquitur de seruo dicto à seruando. nam illa seruitus succedit loco mortis antiquæ: & ideo talis seruus pro mortuo habetur: vt ff. de condi. & demon. l. interdicit. sed nos loquimur in seruo ab obediendo, qui non habetur pro mortuo: cum sit ingenuus: vt nota, instit. de iu. perso. per Acc. Ex quibus concluditur, quod ista pax debuit esse læta & festiua: vt l. j. C. pub. lætiæ, vel consulum lib. xij. Deus igitur pacem nobis tribuat lætam, & durabile nomen: & si non perfecti operis, saltem bonæ voluntatis. Dicit enim Vegetius secundo de militari disciplina, Vnius ætatis sunt, quæ fortiter fiunt. Quæ verò pro vtilitate reipublicæ scribuntur, æterna sunt. O quàm magna & indelibilis fama, cui militat honor. Amen.

FINIS.



Institut. Iustini. Cod.




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm